


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 1
11

CONSILIORVM,
SIVE MAVIS
RESPONSORVM
AD CAVSAS VLTIMARVM VOLVNTATVM, SVCCESSIONVM, DOTIVM ET LEGITIMATIONVM

Nunc primum publicæ commoditati editorum,

Ex præstantissimis quibusque Iureconsultis, & veteribus & nouis, singulari industria ac studio Ioan. Bapt. Ziletti I.V.D. Veneti collectorum.

Volumen Secundum.

Et id Epitomis & Repertorio rerum omnium quæ ad praxim conducunt, eodem Ziletto authore illustratum.

Quibus accesserunt in postremo opere consilia pro regno Portugalliæ exarata.

Cum priuilegijs Summi Pontificis & Illustriss. Senatus Veneti.







VENETIIS,
Apud Franciscum Zilettum. 1581.



ILLVSTR.^mo ET REVER.^mo

LAVRENTIO CAMPEGIO
PROTHONOTARIO APOSTOLICO
VTRIVSQVE SIGNATVRAE
REFERENDARIO

Apud Serenißimam Venetorum Rempublicam Legato Pontificio.

Bernardinus Zilettus. S. P. D.



OLLEGIT, *Illuſtrißime Domine, Ioannes Baptiſta Iuriſconſultus Pater meus multis ſumptibus, & laboribus poſt primum conſiliorum uolumen ad ultimas uoluntates, & hoc ſecundum, morte tamen prauentus (ut erat in animo) aa legalis Philoſophiæ ſtudioſorum utilitatem ædere non potuit. Quod ego filius cum perficere deliberaſſem, vnus mihi eligendus erat, cuius authoritate, & viri nomine veluti tutelari quodam numine operi dignitas, & quadam quaſi Maieſtas accederet, ſuoq; patrocinio commendatum opus in lucem emitterem deliberanti. Tu ipſe ſolus, Illuſtrißime Laurenti, occurriſti, in quo iuris peritia, & in omni diſciplinarum genere ſumma doctrina cum generis claritate elucent, quibus iunctis cum incredibilis tui ingenij in rebus agendis dotibus, morumque facilitate Sanctißimus Prudentißimusq; Summus Pontifex impulſus te vnum ex tot præſtantißimis viris (quos penes ſe continuo habet) ad tantum legationis munus obeundum, hiſce præſertim temporibus ſelegit, nec fruſtra, nam iſto tuo animi candore, atque humanitate Thomam olim Patruum tuum probitatis exemplar ad hanc Sereniſsimam Rempublicam Legatum imitatus Sereniſſimum Principem, Senatum totum, omnem denique Ciuitatem tibi deuinxiſti, non minus quàm olim ille ex tuis*

maioribus Ugolinus armis, & consilio strenuus annos vix natus quadraginta Pisanæ Reipublicæ, tunc quàm maximè præpotenti acceptus imperatoriam dignitatem consequutus, non minus fortiter quàm fœliciter se gessit: præsertim cum bellicosissimum Boemiæ, ac Hungariæ Regem bello aggressus victor gloria, & auro onustus terrarum orbem, sua fama repleuit, ex inimicorumque spolijs ditatus argenteas Anchoras suæ Nauis confecit, cuius rei gratia tuæ Illustrissimæ familiæ insignia Anchora decorari conspiciuntur, ex qua eadem demum prodijt alter ille Laurentius Campegius Cardinalis amplissimus ecclesiæ ornamentum, cuius tanta fuit prudentia, consilium & probitas in rebus agendis, vt solus sapere, solus cuncta pertractare & moderare sciret, & posset, vt merito arbiter esset & diceretur inter Christianæ Reipublicæ Principes. Prætereo alterius Cardinalis Campegij laudes, & aliorum tuæ familiæ Illustrium virorum, quos non solum imitaris, verùm longè superas, superaturumq; te eo magis in dignitatibus spero. Sub tuo igitur Patrocinio in lucem prodit hoc secundum volumen Consiliorum ad ultimas voluntates, non sine multa cura, & labore recognitum, cum suis (ut uocant) Summarijs, & Indice locupletissimo. Suscipe igitur, Illustrissime Domine, hilari fronte munusculum hoc meæ in te obseruantiæ signum. Vale & boni consulas. Venetijs Calendis Augusti.

INDEX AVTHORVM,

QVI IN MATERIA AD CAVSAS VLTIMARVM VOLVNTATVM, SVCCESSIONVM, DOTIVM ET LEGITIMATIONVM,

Hoc secundo volumine responsa dederunt.

Eiusdem

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS CONSILIORVM

In materias vltimarum voluntatum, successionum dotium, & legitimationum.

A

Antonius

B.

C

Causa

Confessio

amplia

 descen-

L

Legitima

re

M

O

Onera

Pœna

concur-

Non

Singula-

Statutum

Index.

Substi

T

Testatoris

vniuersale

F I N I S.

RESPONSORVM QVAE VVLGO CONSILIA VOCANTVR,

AD CAVSAS VLTIMARVM VOLVNTATVM, SVCCESSIONVM, DOTIVM, ET LEGITIMATIONVM.

Volumen Secundum.

CONS. D. OLDRADI DE PONTE LAVDENSIS.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum legitimę an possit ex rebus singulis detrahi.*
2 *Communio discordiam parere consueuit.*
3 *Ei, qui maiorem partem habet, puta scripto hæredi, indubio debet electio deferri.*
4 *Intellectus l. 1. C. fam. ercisc. & l. filium.*
5 *Officium iudicis diuidentis, quale sit.*

CONSIL. PRIMVM.



1 VAESTIO, qua quæritur, † an supplementum legitimæ sit ex rebus singulis detrahendum, dubitationem habet, quoniam in quarta falcidia apud antiquos dubitationon fuit, ut ff ad leg. Falci. l. pluribus. & ad Trebell. l si legatus, §. multùm, & notatur. C. ad leg. Fal. l. ij. Sed quidquid in alijs deductionibus dicatur in ea causa, de qua quęritur dico supplementū faciendum esse ex substantia testatoris. Circa tamen modum deductionis, seu supplementi ex substantia faciendi, attendi dēt arbitrium boni uiri & hoc est de mente legis, si ratione intelligatur C. de inoff test. l. seruus li cèt enim infra dicat supplemētum fieri ex substantia, & rebus testatoris, in principio tamen dixit, quòd etsi in testam. &c. non adijciatur, uel boni arbitratu repleri filio, attamen ipso iu re inesse eandem repletionem, quod uerbum notetur, quia repetere uidetur repletionem uiri boni arbitrio faciendam; Vir autem bonus nequaquam arbitrabitur; quòd in singulis re-
2 bus supplementum habeatur, † propter euitandam communionē, quæ materiā discordiarū parere consue uit, ut ff. de leg. ij. l. cū pr. §. dulcissimis, & de reb. eo. qui sub tut. uel cu. sunt in
3 l. qui neq. §. ult. † Immo ei qui maiorem partem habet, puta scripto hæredi, in dubio debet electio deferri, C. quando & quib quar. pars deb. l ij. circa princ. lib. 10. & de metat. l. ij lib. duodecimo, & de donat. l scimus. §. ne autem, & ff. de acqui. rerum dom. l. quicquam. infecto argento. §. ultimo, potissimè in casu, de quo nunc agitur coram arbitro & arbitratoribus, qui habent dirimere omnes controuersias inter fratres & sic habent respicere non solū supplementum quod petitur, sed etiam discordantiam tollere quæ ex supplemento, si in singu-
4 lis rebus fieret sequeretur. † & hoc uoluit dicere l. prima C. famil. ercifcun. l. filium. & ideo posita est in titulo illo, Intendit enim ibi instituere iudicem, qui de diuisione cognoscit, non qui deductionem dumtaxat attendit, aliàs posita esset in titul. ad Trebellian. Et ideo mul-
5 tum attendenda, quia † officium iudicis diuidentis instituit, ut coaptetur uoluntas testatoris, & sic illa lex non obuiat opinioni communi, quæ de deductione quærit, quia illa non deductionem, sed diuisionem considerat, sicut & hic debēt arbitri facere, qui omnem debent inter fratres controuersiam terminare, & sic habēt iudicium sequi testatoris, qui primò in pecunia certa instituit, & sic eum à rerum communione exclusit. Duo enim in tali institutione fecit, scilicet a communione exclusionem, & in certa quantitate institutionem, ut ff. de legat. ij. l. cum filius. §. inter. ff. de manumiss. testam. l si quis ita scripserit. & sic in hoc omitto disputationem legum. ff. de leg primo l. non amplius. §. ultimo, & de peculio l. si pecul. eum simil.

Oldradus de Ponte Laudensis.

CONSIL. DOMINI OLDRADI de Ponte Laudensis.

SVMMARIVM.

1 *Faciens testamentum, si dixit se donare inter uiuos quartam, an donatio reuocari possit, & an constituens se nomine possidere alterius transferat possessionem. & num. secundo, cum sequen. vsque in fin.*

2 *Vera donatio inter uiuos potest etiam in testamento fieri.*

3 *Donatio si in testamento fiat, & dicatur mortis causa naturā donationis inter uiuos assumens, non potest reuocari.*

4 *Verba per quæ constituit donans se nomine donatarij possidere quam uim habeant, & qualiter debeant intelligi.*

5 *Actiones in contráctibus possunt ab hæredibus, & contra hæredes incipere.*

CONSILIVM II.

1 FACTVM est tale, † Quædam mulier condidit testamentum, & sibi hæredem uniuersalē instituit Ioannem, & in fine testamenti adiecit, hoc testamentum meum ualere uolo iure testamenti, aut codicillorum, aut donationis inter uiuos, quam nunc facio tibi Ioanni præsenti stipulanti & respondenti, & do tibi authoritatem, ut posśis apprehendere possessionem bonorum meorum, & ex nunc prout ex tunc dicta mulier se cōstituit possidere interim nomine dicti Ioannis; Processu temporis dicta mulier inter uiuos donauit omnia bona sua quibusdam alijs, quibus possessionē tradidit actualiter, & iam tenuerunt, & possederūt, qnia mulier est mortua quęritē quis melius ius habeat in bonis prædictis.

In quæstione prædicta uidetur, quòd potior sit prioris donatarij conditio duplici respectu. Primus est, quia donatio in eū collata fuit inter uiuos pura & irreuocabilis, ut in testamēto continetur, & in constitutione donatoris in donatarium translata possessio, ut ff. de acqu. poss. l. quod meo, & de rei uend. l. quędam mulier; Est ergo potior omnibus alijs, post eā traditionē assecu tam, ut C. de rei uend. l. quoties. ff. de act. empt & uend l. si hæres. §. ult. & nota-
2 tur. ff. de public. l. si § fin † Circa quod attendendum, quòd uera donatio inter uiuos potest ēt in testamento fieri, ut colligitur ex coniunctione duarum legum. ff. de asśi. lib. l. j §. si asśignare, & l. asśignare & notatur, ff. de test. l. hæredes
3 palam. §. ult. & † si talis donatio fiat & dicatur, quod irreuocabilis sit, & dicatur mortis causa naturam donationis inter uiuos assumit, & nō poterit reuocari, ut ff. de dona. cau. mort. l. ubi ita donatur, & dicitur tunc quis non tam causa mortis donare, quam moriens, ut ff. de donat.
4 cau. mort l. Seia §. fi. ¶ Nec dicat aliquis per illa uerba per quæ constituit donans, se nomine donatarij posśidere, possessionē non esse trāslatam, quia tunc demum, & semper, nisi aliud impediat, illa uerba possessionem transferunt, cum præponuntur ab eo qui tempore prolationis posśidet, aliàs secùs, ut notatur ff. de acqui. poss. l. quāuis §. si conductor. Iuxta hoc &c. est attendendum quòd illis uerbis per quæ donatrix donat nulla dies nulla conditio est adiecta, ergo purè debēt illa uerba intelligi. ff. de lega. 2. l. omnia. ff. de reg. iu. l. in omnibus, sed ap pręhensio corporalis, quæ facti detentationem notat ut ff. de acq. poss. l. j. in quarto resp. vř habuisse post mortem donatoris, qnæ dies, etsi desiderat petitionem non tñ suspendit obligationem, nec præsentē soliditatem eius cui adijcitur, ut ff. de uer. sig. l. cedere diem, & de uerb. obl. l. cētesimis. in prin. Potisśimè cum dies adiecta talis est, quam certū est futurū esse, ut ff. de cond. inde. l. etsi cum moriar, & de nouat. l. si pupillus. §. qui sub conditione, & hoc locū hēt
5 † in contractibus, in quibus actiones pñt incipere ab hæredibus & contra hæredes, ut C. de contrah & cōmit. stipu. l. scrupulosam, & inst. de inut. stip. §. post mortē. In quo illud attendatur, qđ tit. C. ut ab hrde. & cōt. hęred. act incip. Nō dicit obligationes sed actiones, nt det intelligere, qđ obligatio statim nascit, licèt exactio quæ per actionē fit in tps differatur, ut ibi notatur, & per Azo. in sum. & sic dico, quod ꝑ adiectionem mortis donatricis translatio possessionis, quę per appręhensionem hř differat. ut posśimus dicere illud legale, non conditio-
6 ne sed mora suspendi, † non potest enim conditio non existere, ut ff. de cond. & demō. l. hæres meus in j. respō. Et in dubio debet intelligi purè translata, ut ff. de iure iur. l. sed nisi hoc euidenter, & pro ista parte facit. qui pot. in pign. hab. l. potior. & l. qui balneum in princ. & § sed & si hæres. secundū quod dato, quod in primū donatariū non esset translatū dñiū & promissum ꝑ donatorē cōtra ipsam donationē nunq̄ facere uel uenire sub hypotheca & obligatione oīum bonorum suorum, quæ quidem promissio, si cōtrafecit, cōmissa est ad interesse, qđ est tacitè in oībus obligationibus facti, & q̄ in nō faciendo cōsistunt, ut ff. de re iud. l. si qs ab alio. §. ult. & de uerb. obli. l. 2. §. fin. cum duabus legibus seq. & l. stipulationes nō diuidūtur. §. Cellsus, & per cōsequēs bona oīa hypothecata, quasi existēte cōdōne debiti & interesse tacitè ꝑmisśi, ut ff. de pig. l. grege §. si sub cōdōne. & sic

sic in omnem euentum uidetur, quòd primus donatarius ius hêat in reb. de quibus tractat, si quas recuperet per hypothecariã eis incũbentem, usque ad satisfactionem integri interesse, qđ & tantum est quantum res ipsę ualent & sic per indirectum sequeretur intentum suum primus donatarius.

Oldradus de Ponte, Laudensis.

CONSIL. D. OLDRADI DE PONTE Laudensis.

SVMMARIVM.

1 *Si legata ad pias causas & ad alia fiant, et ultra centum libras, utrum dictæ centum libræ debeant detrahi de omnibus legatis.*

CONSILIVM III.

1 QVIDAM † condidit testamẽtum in quo multa legata fecit, tam ad pias causas quam ad alia, sic quòd plus legauit centum lib. quàm ualeret hæreditas, quæritur si dictæ centum libræ detrahantur, communiter de legatis pijs, & non pijs, aut de quibus detrahentur, dico breuiter quod illę centum lib. in quibus testator excessit patrimonium suum, de omnibus bonis communiter detrahentur, & hoc per leges, l. si post missionem. & l. in quantitate §. ult. ff. ad l. Fal. & ff. de mil. test. l. si non compositæ, in quinto quid igitur si consumatur &c. Non obstat quod lex falcidia in legatis ad pias causas locum non hêt, quia hoc nõ est propriè falcidia, Sed declaratio legati, pro tali excessu ab initio inaniter relicti, ut ff. ad Trebell. l. is qui ad quadringenta.

Oldradus de Ponte, Laudensis.

CONS. D. PETRI DE CERNITIS V.I.D.

CASVS.

Titius patruus infrascriptorum infantium decessit superstitibus sibi Cayo & Seyo suis nepotibus, & in infantili ætate constitutis, & superueniente tutore dictorum nepotum sciẽte per mortem dicti Titij fuisse delatam hæreditatem dictis nepotibus, cui Titij hæreditas adita non fuit, postea decessit iste tutor, demũ decesserũt nepotes in infantili ętate supuiuente eis matre eorum, & tempore mortis dicti Titij non sunt elapsi sex menses. Modo quæritur an dicti infantes transmittant ius adeundi ipsam hæreditatem ad matrem eorum, uel saltem ius deliberandi.

SVMMARIVM.

1 *Infans decedens post patrem transmittit paternã hæreditatem. per tria cons. seq.*

2 *Quæ quibusdam conceduntur, cæteris uidentur esse prohibita.*

3 *Hæreditas non adita non transmittitur.*

4 *Natus si postea uel petita possessione nomine uentris, uel carboniana, moriatur, hæreditatem nõ transmittit ad eius matrem, sed patris sui mater succedit.*

5 *Non hæres non transmittit hæreditatem non aditam, nisi hodie in descendente.*

6 *Filius ab adeunda & petenda hæreditate non repellitur per præscriptionem longi temporis, sed longissimi sic.*

7 *In hæreditate adeunda non iuris effectus, sed naturalis immixtio, quæ hodie de iure prætorio necessaria est, requiritur.*

8 *Iuris effectus, idest iuris hæredis existentia si inspiceretur, nec uulgaris expressa, nec tacita unquam locum haberent, neque unquam deficeret pupillaris.*

9 *Sui hæredis existentia & persona non excluditur mater pñsens ipsius filij, qui dicitur suus hæres.*

10 *Hæres uoluntarius non transmittit hæreditatem non aditam, sicut nec transmittitur legatum relictum sub conditione, si uoluerit.*

11 *Descendentes cuiuscunq; conditionis, sublata hodie per ius Auth. differentia sexus & patriæ potestatis, parificantur.*

12 *Hæreditas nõ transmittitur, sed defertur illis, ad quos peruentura erat si delata non fuisset.*

13 *Mater non sustinet onera filij, sicut pater, nisi in aliquibus casibus.*

14 *Iura patris semper & pro maiori parte superant iura materna.*

15 *Infans non transmittit hæreditatem non aditã ad auiam, ipsa capit per Tertull. ex persona sua hæreditatem filij sui patris infantis, & repellit matrem ipsius infantis.*

16 *Quod à regula non excipitur, sub regula intelligitur esse conclusum. Imò exceptum magis firmat regulam.*

17 *Si in eo, de quo magis uidebatur inesse, nõ inerat, multo minus debet inesse in eo in quo minùs uidebatur.*

18 *Absurditas in transmittenda hæreditate uitanda est, cùm prima causa hæreditatis debet esse filiorum.*

19 *Ius prætorium à iure ciuili confirmatum dicitur ius ciuile.*

20 *Argumento à sufficienti partium enumeratione probatur, hæreditatem paternam filio delatam non transmitti ad matrem.*

21 *Tacita pupillaris matrem non excludit.*

22 *Afflictio afflicto non debet addi, quando scilicet lex prohibet, uel saltem non pemittit.*

 23 Filius

23 *Filius si ante patrem decesserit, agnati patris præferuntur matri peculio tenus. si uero post, quod in dubio præsumitur, tunc mater capit bona filij, non patris.*
24 *Intellectus ad l.Lucius.de iure fisci.*
25 *Filius propter causas in auum commissas non potest exhæredari à patre.*
26 *Hæredem esse aliud est, & aliud fingi, quemadmodum aliud possessorem esse, & aliud fingi pro possessore.*
17 *Hæreditatis aditio fingitur propter iustum impedimentum ignorantis, secus propter impedimentum naturæ, ut in furioso, mentecapto, & similibus.*

CONSILIVM IIII.



VPER punctis præfatæ quæstionis uidentur plura posse dici, quoniam aliquis ex his punctis est uarie ruminatus per Glos. & Doct.
1 tam citra, quàm ultra montes, scilicet † an hæreditas, uel ius adeundi sit transmissum. Et pro prima parte uidetur, quòd hæreditas sit transmissa. argu. eorum quæ notat. C. de his qui an. aper. tabul. l.j. in Glos. non ergo. & C. ad Orfic. l.ij. & l. si quis infanti. in Glos. nunquid est. de iure deliber. & si dicatur quòd illæ Glos. legun tur in hæreditate paterna, respondeo, quòd est uerum, tamen non uidetur hoc curandum si sit paterna, uel alia. hoc probat ad literam tex. in d. l. si infanti. §. si uerò, uel non &c. attento eo, quòd ibi dicitur de tutore agnoscente, nel possunt adduci ll. p hac parte, scilicet l. Lucius. ff. de iure fisci. & l. iij. C. de iure delibe. & l. qui duos. §. fin. & §. cum in bello. Quintò uidetur, etiam casus. ff. de iu. fisci l. Lucius, sexto uidetur etiam casus in l. apud hostes C. de suis, & legitimis, & ista dicit Odof. in l. si infanti, & Io. sentit in quadam sua Glos. ut sentit Nicolaus Furiosus in quodam suo Cōmento, & eodem modo dicit Azo, sic sensisse, licèt in eorū Glos. leges non allegentur. Septimo ad fortificādum tertiam opinionem facit. ff. de re. dub. l. qui duos. §. fin. Octauò facit ff. de castren. pec. l. hæreditatem §. filius. Nono facit ff. de milit. testam. l. ex militari. §. fin. & l. sese. Decimo facit pro hac opinione illud quod dicunt Vltramon. argumen quòd sicut hæreditas delata infanti debetur patri iure paterno, sic debeat matri iure materno per l. si infanti, quod intelligunt in hæreditate extranei, quasi non sit dubium in paterna propter existentiam sui hæredis, ut l. si furioso. de cura. furio. Et hoc dicant hac ratione, quia æqualis pietas debetur matri quæ & patri, ergo eodem modo debetur hæreditas iure materno.

Econtra uidetur, quòd non transferatur, & probatur pluribus modis.
2 Primò: quia † quę quibusdam conceduntur, cæteris uidentur esse prohibita. ff. de indicijs. l. cum prætor C. de procurat. l. maritus, sed patri auo, & proauo. iure paterno, & quia patri. auo & proauo iure paterno specialiter est concessum, ergo cæteris est prohibitum, scilicet matri, auiæ, & proauiæ.
3 Secundò nota, quòd est regula generalis † hæreditatem non aditam non transmitti, ut C. de cadu. toll. l.j. §. in nouiss. & de iure deliberan. l. quoniam.

Tertiò uidetur casus ff ad Tertullian. l. ij. §.
4 si quis ex liberis. ubi dicitur, † quòd natus si postea moriatur petita bonorum possessione nomine uentris, uel carboniana relicta matre sui patris, uel relicta matre sua, mater ipsius non succedit ei, nec hæreditatem nec aditam transmittit ad eam, sed uadit ad matrem patris hæreditas ipsius infantis, uel posthumi, tanquā ad matrem hęredem filij, non iure transmisionis, ex persona nepotis.

Quartò, uidetur etiam casus C. ad Orfi. l. ij. sed certe illa lex nil facit: quia ponit casum totum econtra. s. in hæreditate materna delata quatuor filijs, ut patet in textu, qui intelligitur diuersis modis, ut ibi notat. & ita dicit Odofr. in d. l. si infanti.

Quintò, ad hoc facit l. cū antiquiorib. C. de iure delib. per quem ēt filius transmittit ius deliberandi ēt in paterna, per q̃ patet † quòd non hæres non transmittit hæreditatem non aditam, nisi hodie in descendente per legem. j. C. de his qui ante apert. tab. q̃ ante l. illam non faciebat, ut dicam in xvj. & xvij. ar.

Sextò, pro hac parte uidet facere l. licèt C.
6 de iure delib. ubi vt̃ q̃ filius non repellitur ab adeunda & petenda hæreditate præscript. longi temporis, sed longissimi sic ut ibi notat. & sic patet, quòd quantū ad effectum non est hæres, ut patet in l. cum antiquior. eo. ti. & dicta l. licèt, & sic currit ei pręscriptio, quantū ad aditionem, sed hoc quantū ad aditionem hæreditatis anteq̃ adeat: quia ante aditam hæreditatē inchoatꝰ pręscriptio, & cępta bene completur ut ff. de diuer. & temp. præscri. de usu. l. fi. §. fin. & l. cęptam. & ex quib. caus. ma. l. cum miles. & C. de in inte. rest. l. ea quæ in fin. & ibi not.

Septimò, quia substantiam inspicimus, & ef
7 fectū, hoc est † ipsam aditionem, uel immixtionē, q̃ hodie est necessaria inspecto iure ptorio, ut l. j. & ibi notat. C. si ut se ab hęredi. abst. ff. de acquir. hæred. l. ei qui, & l. impuberibus. & non uerba, id est, nomen hæredis: quia de iure ciuili est hęres noīe C. de cura. fur. l. fi. §. x & ibi notat. s. & nos non uerbis, sed reb. nomē imponimus,

mus, ut C. cõm. de leg. l. ij. in fi. cũ sim. & sic inspicitur effectus non existentia hæredis sui, quæ procedit ex fictione iuris quæ fingit filiũ quasi dominum, etiam patre uiuente, ut ff. de lib. & posth. l. in suis cum simil.

Octauò, quia ideo inspicimus substantiam non existentiam sui hæredis, quę inducitur per

8 l. 12. tabu. † quia si iam diceremus filium hæredem ipso iure inspecto effectu nunquam haberet locum uulgaris expressa uel tacita, nec unquam deficeret pupillaris, quæ tamen deficiũt scilicet uulgaris expressa, & tacita, qđ fit adeunte hærede, & deficit pupillaris non adeundo, quæ expressa pupillaris, uel expressa & tacita uulgaris matrem repellit, quamuis aliud sit in tacita pupillari, ut C. de instit. & substit. l. fi. & ibi not. & de impuber. & alijs substitu. l. precibus, & ibi notat. & sic inspicimus effectum non existentium sui hæredis, quòd optime probatur per l. fin. C. de cura. furio.

9 Nonò, quia lex dicit, † quòd ꝑ existentiã sui hæredis, & personã non excluditur mater præsens ipsius filij, qui dicitur suus hæres, ut ff. ad Tertull. l. ij. §. si liberi, imò cum dicatur nudũ ergo ad omnem utilitatem, scilicet percipiendi fructum & aliquem reditum; ut C. de rei uendicatione l. fructus cum simil. sic dicebatur nudum dominium in seruis de iure quæsitum ut C. de iure quæsito l. j.

Decimò, quòd inspiciamus effectum, & nõ existentiam sui hæredis, sic probatur certum est quod plus potest lex, quàm homo, uel testator, ut C. de condi. ob cau. l. ea l. & not. de rebus alie. non alien. l. fin. Certum est, quòd testator facit suum hæredem uoluntariũ, qui erat suus & necessarius per l. 12. tabul. tam ex testaméto quàm ab intestato, ut in Instit. de hæredũ qualitate & differentia §. fin. & ff. de hæredib. instituen. l. iam dubitari & l. Cornelius, & de condit. institu. l. uerba. hoc ergo multo magis lex,

10 uel ius prætorium, † sed uoluntarius non transmittit non aditam, sicut nec transmittitur legatum relictum sub conditione si uoluerit, ꝙ aliàs de facili transmitteretur, ut ff. de legat. ij. l. si ita legatum §. j. & de conditio. & demonstr. l. si expressum. & quando dies leg. cedat l. fin. igitur uidetur, quod nec filius cum sit uoluntarius per ius prætorium, nisi hodie in ascendentibus ex testamento instituentis, ut C. de his qui ante aper. tabu. l. j.

Vndecimò. quia uidetur, hodie sublata existentia sui hæredis, nedum necessarij, ut in Authen. de hæred. quæ ab intesta. de l. j. § j. ubi deferuntur, hodie hæreditates emancipatis & a-

11 lijs, sic existentibus in potestate, † cùm ibi parificentur descendentes cuiuscunq; conditionis sublata differentia sexus, & patriæ potestatis.

Duodecimò per l. si infanti. §. si uerò, uel

12 non scit C. de iure delibe. ubi dicitur, † ꝙ non transmittitur, sed defertur illis ad quos peruentura erat, si delata non fuisset. eũ ibi loquatur etiam de hæreditate paterna, cùm ibi dicat omnes hæreditates &c. & qui omne dicit &c. ut C. mandati l. a procuratore. Præterea & ibi loquitur expressè de hæreditate paterna, quod patet ex §. illius leg. quæ incipit parente uerò non subsistente, & sic loquitur de paterna.

Tertiodecimò, quia non est eadem ratio in matre, quæ est in patre, ut dicunt Vltramonta-

13 ni: † quia mater non substinet onera filij, sicut & pater, nisi in casibus not. C. de negotijs gestis l. qui alimenta. Tu addas, & aliam ratio-

14 nem: quia † iura patris semper, & pro maiori parte superant iura materna, ut ff. ad Tertull. l. fin. eodem titul. l. ij. § obijcitur. Institu. §. eo pater. & C. de iure deliber. l. si infanti. in princip. & de bonis quę liberis l. final. quamuis in iam quęsitis, hodie ęquiparentur, ut in Authē. de hęred. quæ ab intest. de § ij. & C. ad Tertull. Auth. defuncto.

Quartodecimò: quia si eadem ratio esset in matre, quę in patre, auo, & proauo per l. si infanti, eadem ratio deberet esse in auia, & proauia materna, multo magis in paterna, & tamen non est uerum, idem esse in auia & proauia maxime paterna, ut ff. ad Tertull. l. ij. §. si

15 quis ex liberis. † ubi infans non transmittit hęreditatem non aditam ad auiam paternam; sed ipsa capit per Tertull. ex persona sua hęreditatem filij sui patris infantis prædicti, & repellit matrem dicti infantis.

Quintodecimo: quia omne quod ab illa regula, hæreditatem non aditam non transmitti, specialiter non excipitur, sub regula intelligitur esse conclusum, ut C. de donatio. l. da-

16 ta. Item: † quia exceptum magis firmat regulam, ut in Authen. de non alien §. ut autem; sed de matre non est specialiter exceptum; sed de alijs sic in quibusdam casibus, ergo mater sub regula includitur & in suis firma remaneat, & in l. apud hæredes dicitur sua hęres extitit, ut dicam infra in responsionibus, qualiter illa, & alię in contrarium allegatę sint intelligendę.

17 Sextodecimò, quia † in eo de quo uidebatur inesse ante l. j. C. de his qui ante aper. tabul. non inerat, ergo multo minùs debet inesse in eo in quo minus uidebatur: argu. C. qui ætate uel mor. l. fi. lib. x. quamuis Gl. allegata sumat ibi argumẽ. sed de liberis magis uidetur inesse ante dictam leg. ut hęreditatem non aditam transmitterẽt in descendentes, & tñ non inerat. scilicet: quia non transmittebant ante editam dictam legem. C. de his qui ante apertas tabulas, quamuis maior ratio erat: quia magis de-

bita eis, ergo minùs debet transmitti ad ascendentes, in quibus minor ratio uersatur, & sic minùs uidebatur inesse, & sic quamuis hodie sit immutatum in descendentibus, ut transmittant ad alios descendentes, non tamen per hoc est mutatum, ut transmittant ad ascendentes, iuxta illud quod non mutatur, quare &c. C.de testam. l.Seuerinus. cum simil.

18 Decimoseptimo † probatur ratione absurditatis vitandæ, quæ sequebatur ante tempora d.l.j.C.de his qui ante apert.tabut. posito ꝙ aliquis decessit hæreditate paterna non adita, relictis matre & descendentibus, quòd iam talis hæreditas transmittitur in matrem, & nõ ad descendentes, cum ante tempora illius legis, de his qui ante aper.rabul.non fieret transmissio ad descendentes, & sic sequebatur absurdum, cum prima causa deberet esse filiorũ etiam secundum leges antiquas, & sic talis absurditas est uitanda: argum.ff. de ser.corrupt. l.j §.j. & in authen.de filij:ante do.instru §.circa medium, qnamuis non fiebat transmissio tamen intelligitur reos, descendẽtes habẽt locũ successorium edictnm, cum detnr potestas abstiuendi.ut institu. de hær. quali. & diffe.§.sed & his prætor, ut not.C.vnde liberi l. qui se patris. Et hodie habet locum edictum successorium, & sic non uidetur fieri dicta transmissio ab intestato, quamuis Glos. dicat contrarium, quòd forte non uidetur uerum, & l j. C. de his qni ante apertas tabul.loquitur de snccessione delata ex testamento, in qna forte non sic habet locum successorium edictum, nisi in querela inofficiosi testamenti, ut ff.de inoff.testam.l; si mortis §.fin.& l.si is.in prin.

Decimooctauo probatur argument. sumpto a minori ex §. si quis ex liber. l. ij. ff. ad Tertull.hoc modo scilicet: qnia si mater patris repellit matrem infantis, in qua matre patris infantis est minor ratio, quàm in fratre infantis, quantum ad bona sui patris, & patris ipsius infantis, ergo ipse frater infantis, ĩ quo est maior ratio, non quantum ad bona patris sui, & infantis, quantum ad matrem infantis cuius non erant facta bona per aditionem, uel per immixtionem, uel per bonorum possessionẽ: argumen.C.de nego.gest.l.j. unde sumitur argnm.a minori cum simil. Nam maior ratio est in locum descendentis quàm ascẽdentis succedunt, ut notat.in authen.success. C.de suis & legit. & in authen.defuncto. ad Tertullia. & in Auth.unde sumitur.

Decimonono: quia uidetur casus legis, qđ hæreditas etiam patris non transmittatur ad matrem inspecto etiam iure prætorio, & inspe
19 cta etiã l. noua Imperatoris, † ꝗ facit ius ciuile cum decreto principaliter constituatur. ut ff.de iusti.& iu.l.ius ciuil. in princip. per quam l.confirmatur ius prætorium, ut C.de curat.furio.l. fin.§ sin autem perpetuo, ubi loquitur inspecto iure ciuili t 2.tabul. quo filius erat hæres, uellet, nollet, & §.fin. ubi loquitur de hæreditate uniuscuiusq; etiam extranei & § Nos ita. quia ubi transfert se ad omnem hæreditatem dicendo. Nos itaque utranq; actionem esse & §. tali, ubi inspicitur ius prætorium, & idem dicitur per l.hæres furiosi.ff.de petitione hæreditatis, in quibus dicitur, & maxime in §.tali, qđ etiam si agnita fuerit bonorum possessio per procuratorem furiosi, & furiosus decedat in furore, non obstante matre furiosi, hęreditas paterna, & cuiuscunque alterius, de quibus loquitur illa l. final. § primo, secundo & tertio, & §. tali, uadit ad substitutum si est, aliàs uadit ad illos, ad quos fuisset peruentura, si furioso delata non fuisset, & hęc multo magis debẽt dici maxime in infante, quando hæreditas uel bonorum possessio non fuit agnita per eum, uel tutorem ipsum. ff. ad Tertullia. l.ij.§.si quis ex liberis. in princi.& C.de iure deliberan. l. si infanti.§ si uerò, uel non sit tutor, ex.§ sin autem ubi dicitur, quòd hæreditas non adita, non transmittitũ nisi paterna ad descendentes per l.j. C.de his qui ante apertas tabulas, Secus si agnita esset nomine infantis uel pupilli: Nam tunc transmitteretur ad matrem, & quemcunque successorem ut dicto; §.si quis ex liberis, ibi, si infanti &c. in qno.§. fit hæc differentia, si agnita bonorũ possessio nomine furiosi, uel infantis: quia si nomine infantis transmittitur in quemcunque successorem, nedum ad matrem, si uerò nomine furiosi tunc uadit ad illos, ad quos peruentura erat, si furioso non erat delata per l. supra allegatam, quæ differentia de iure ciuili, aliàs non erat, ut institu. de hæredi.quæ ab intesta.§. sui ubi ipso iure erant hæredes sine dicto tutore uel curatore.

Vigesimo; quia per illam l.fin.§.talis. C. de curato.furio.& per l.hæres furio.de petitio.hęredita. parificantur uenientes ab intestato ad patrem furiosi substitutum ipsi furioso, & in eo casu in quo non est substitutus, per quod patet quod sic, maxime in casu uulgaris tacitę expressæ excludit matrem, ut dixi in sexta & octaua allegatione, & alijs sequentibus duabus, & not ea.l.fin. ff.de institu. & substitu. & in l. pręcibus. C. de impube. & alijs substitu. sequitur quòd nõ adita, non transmittitur ad matrem; sed uadit ad substitutum, si est, aliàs uadit ad uenientes ab intestato ad quos peruentura esset si filio furioso delata nõ fuisset, cum ipsi assimilentur stante substituto per dictam l.fin.& l.hæres furiosi.

Vigesimoprimo, & ultimo uidetur probari
20 posse per locũ a diuisione, † qđ hæreditas pa-

terna

terna delata filio non trāsmittatur ad matrem hoc modo: quia aut uolumus dicere, quòd transmisśio fiat de iure ciuili, quo filii sunt hæredes, nelint, nolint, & hoc non potest, cum tali iure mater repellatur à bonis filij & è contra ut institu. ad Tertull. §. 1. Aut uolumus dicere de iure prætorio, quod postea admisit matres ad bonorum possessionem unde cognati ad successionem filiorum, uel ex constitu. diui Claudij, quæ matri detulit legitimam hæreditatem filiorum, ut eod. titu. in princip. & in §. si hæc, & §. si postea. Aut senatua, quod & tunc non potest dici, similiter ut transmittatur. ut supra dictum est, (Idem dici potest per constitutionem diui Clandij, quæ matri detulit legitimam hæreditatem filiorum, ut eod. titul. in princip. & in §. si hæc. & §. postea, aut senatus quod, & tunc non potest dici similiter, quod transmittatur, ut supra dictum est, Idem dici potest per cōstitutionem diui Claudij, & per Senatusconsultum Tertullianum,) quæ ll. factæ fuerunt ad supplendum iua prætorium, ideo in his casibus debent habere locum in quibus interpretatur lex quæ suppletur; idest ius prætorium, ut in Authent. de filijs ante dotalia instrumen. nat. in fine. Quasi dictum ius prætorium & dicta constitutio diui Claudij, & Senatusconsultum loquantur de bonis quæ uere sunt filiorum, & non iure fictionis, quæ fictio sublata est per iua prætorium, Ex his ultimis rationibus patet manifestè & iure ciuili, quod hęreditas non adita per infantem, uel maiorem infante non transmittitur ad matrem, nec è contra, scilicet hæreditas materna ad patrem quamuis Doctores Vltramontani. scilicet Iacobua de Arena, & Iacobus de Rauenna, ultra Pe. dicunt contra in hæreditate materna, ut adita ad quemcunque alium successorem transferatur hæreditas paterna non adita per existentiam sui hæredis, ut euidenter patet in l. supra allegat. pro alia parte. & not. etiam in l. si infanti, & §. apud hostes supra allegatis. & alibi ad patrem dicuntur non transmitti ut not. per Cynum in l. ij. ad Orficianum, & hæc uera quantum ad patrem iure antiquo C. sed iure nouo per l. si infanti in prin. pone quasi iure paterno hęreditas filio infanti delata tanquam ipsi infanti quęsita sit p l. cum non solum C. de bonis q̄ liberis & filio recusante adire, poterit adire pater tanquam substitutus fuerit, quæcunque fuerit hęreditas filio delata, adeo quòd præfertur substituto: argu. l. cum non solum. §. ij. ibi huiusmodi cōditio &c. & quia persona patris uidetur eadem cum persona filij, ut C. de impuberum, & alij substi. l. fin. Adde & aliam rationem: quia pater pro substituto habetur, ut dicta l. cum non solum §. similiq́ue modo, multo magis in alija filijs, & gereñ. cohęredib. si filij recusant. adhuc adeunti suam portionē pręferri debet, cum substitutus pręferatur coniuncto, nt C. de caducis tollendis. §. pro secundo, & §. hoc quidem & ipse pręferatur substituto per regul. si uinco uincentem &c. de diuersis, & tempo. præscrip. l. de accessionibus. cum sim. quod secus esset in matre: quia nō est eadem ratio in ea, quæ in patre, ut supra dictū est in allegat. sed nunquid posset dici, idem in filijs institutis, & inuicē substitutia, quod forte uidetur dicendum: aliter decedens transmitteret portionem suam non aditam excluso substituto: quia litera illa non sint inuicem substituti, quæ uerba sunt in l. ij. C. de his qui ante aper. tab. quasi dicat, idem si erāt inuicem substituti: arg. ff. de verb. oblig. l. quæcunque. §. ij. debet intelligi de eisdem, uel nepotibus institutis & inuicem substitutis, cum in patre hoc fit, quòd præferatur substituto &c. ut supra proxime dixi, cum magis hæreditas sit debita filijs, q̄ parentibus, ut unde liberi. l. scripto in fine. cum sim. quamuis Glo. aliter uideatur intelligere, s. de filija & nepotibus inuicē institutis, & substitutis. qđ non vř posse rectè dici cū breuiloqua substitutio, quæ fit per hæc uerba, uos inuicē substituo, uideatur debere fieri inter eosdē substitutos, & institutos, ut C. de impuberum, & alija substi. l. j. & de libe. præte. l. j. & ff. de hæredib. institu. §. cum testamento. §. j. & de uulgari & pupill. l. Lucius, & ad Trebell. l. Lucius. §. pater puerum. Nam quando inter filios, & nepotea ex eis posset breuiloqua substitutio fieri, nisi essent singuli instituti, & tunc uenirent ex ipsa substitutione, & non uigore dictæ leg. C. de his qui ante aper. tab. Si uerò esset solum substitutio filij & nepotis, tunc nepotes hērent per iua accrescendi portiones patrū non aditas, sed non uirtute illius leg. de his qui ante apertas tabulas, uel dic. quòd in l. illa solum filij erant instituti, & non nepotea, & ita intelligatur Glos. filija cum nepotibus ibi posita, & dictio, licèt, in textu posita nihil implicet, & sic lex illa C. de his qui ante apertas tab. loquitur quando hęreditas defertur ex testamento.

An autem habeat locum transmisśio inter descendentes, dic, ut dixi in allegat. 17. & sic cum pateat ex prędictis ad matrem non transmitti per filium hæreditatem paternam non aditam, & maxime existentibua fratribus, sequitur; quòd ipsi fratres infantis præferuntur matri, & omnibus supradictis: argument. ff. ad Tertull. l. ij. §. si quis ex liberis. §. sed & si non sit &c. ubi dicitur, quod filij defuncti admittūtur ad hæreditatem existentibus aliis fratrib. qui non adeunt, uel repudiant hēditatē patris, ēt ipsorum matre superstite, quòd solus filius,

qui adiuit habet omnia, & mater repellitur,&
ad hoc facit l j §. si nemo. ff.ad Tertull. & inst.
eodem. §. fin.

Allegationibus factis in cõtrariũ sic rñdet,
& primò Primę, quod non est similis ratio in
matre,quę in patre, ut dictum est in contra.al
leg.in 13.& 14.allegat. l.vñ succursum. ff.de iu
re dotium,dos a patre processit, vnde nõ con
uenit, ut eam perdat, sed hæc hæreditas non
adita,non fuit matris,in dicta l.fin.C.de instit.
21 & substi.fuit adita bæreditas,† & sic tacita pu-
pillaris matrem non excludit, ut not. in dicta
l.fin & l.precibus de impuberum, & alijs sub-
stitut.

Secundæ allegationi sic respondetur, quòd
22 illud uerum est, † quòd non debet addi affli-
ctio afflicto,quando l.prohibet, uel saltem nõ
permittit, sed ubi permittit, secus est, Nam l.
permittit statuendo, quòd hæreditas non adi-
ta ad alium uadat, ut dixi in contra. alle-
ga. 19. Præterea non uidetur amittere, cuius
propria non fuit, ut in regula uideri non po-
test.

Tertiæ allegat. respondetur sic, ꝙ illud ue-
rum est inspecto iure ciuili nouo,per quod cõ-
firmatur ius prætorium,ut dictum est in vj.vij.
ix.& xix.allegat.

Quartæ allegationi sic respõdetur, quòd §.
cum in bello, loquitur in bonis filij quæ erant
23 in peculio eius, † quo casu distinguitur an fi-
lius decesserit anteq̃ Pater,uel post,quòd si an
te, tunc agnati patris præferuntur matri. cum
fuerint patris iure peculij ut ff.de castren. pec.
l.j.si uerò post,quod in dubio præsumitur,tũc
mater capit bona filij,non patris ante, q̃a illius
hrditas nõ agnita non transmittit̃ ad matrẽ,ut
dictum est, si uerò dicas illum. §. loqui in bo
nis patris, tunc dic, quod loquitur inspecto iu
re ciuili 12. tabu. & non inspecto iure pręto-
rio, & nouo, ut supra dixi in impensis, uel po
test dici, quod propter iustum impedimẽtum
fingatur aditio quædam sicut in eadem l. qui
duos. §. fin.sic & aliàs fingitur institutio, quia
iustum impedimentum C.de inoff.testa.l. iij.
& dicam infra pleniùs.

Quintæ alleg. respondeo, scilicet ad l. Lu-
cius. de iure fisci. et etiam sextæ scilicet ad l.
apud hostes de suis & legit. quia illæ loquũtur
inspecto iure ciuili 12.tabul. & non prætorio,
24 uel ut supra dixi, uel secundum Vgo.dic,† qđ
in illa l.Lucius, fuit adita bæreditas per tuto-
rem, sed in textu nil dicitur de tutore: quia
proutum est leges legibus concordare. C. de
inoffic. donat.l. j. & in Auth. de his reis. §. fi.
& ita intellexit Vgo, & notat Odoff. in d.l. si
infanti; uel dic quòd in l Lucius omnis hære-
ditas, idest tota hæreditas,quæ fuit delata po-
sthumo,qui breui tempore decessit,antequam
adiret, uel eius nomine adiretur deuoluta fuit
ad uxorem patris ipsius posthumi per bono-
rum possessionem vnde vir & uxor ex succes-
sorio edicto, quòd sit locus de gradu in gra-
dum & de capite in caput prout not. C.de suc-
cessorio edito in 1.rubrica. quandoque tamen
habet locum simul de capite in caput, & de
gradu in gradum,ut l.j. C. de successo.edic.ta-
men non dicatur sibi alium legitimum succes-
sorem uoluisse hæreditatem, quod patet per
id quod dicitur ibi in tex.atque ita, idest cum
res minoris esset ob causam intestati deducta,
& hoc indicat uerbum deuoluta .i. ultimo lo-
co post omnes ad uxorem deuoluta, nec dici-
tur ibi, quòd tanquam hæreditas posthumi
deuoluta sit ad matrem, sed dicitur ibi, quod
omnis idest tota hæreditas, quod uidetur in-
telligẽdum de hęreditate patris ipsius posthu-
mi ex successorio edicto. ut dictum est, aliàs
si dicerem esse deuolutam matri ex persona po
sthumi filij sui. quomodo deberet priuari hæ
reditate ipsius filij, si filius ipse est hæres ipso
iure per l. 12. tabul. certè,non uidetur, quòd
priuari debeat,cũ filii ĩ persona,haberet nihil,
in quo deliq̃rit, & in eo in quo quis deliquerit
&c.ut in autben. omnes Peregrini. C. de suc
cess. edi.& propterea sic oportet dici, ut pri-
mò dixi, scilicet quòđ delata fuit uxori per un
de uir & vxor; quia in uindictam diceba-
tur deliquisse, & ideo eius successione debet
priuari. argumen.ff.de inoffic.testamen.l.Pa-
pinianus. §. meminisse in fine,& argum.in au-
then.ut cum de appell.cog. §. causas, ubi no-
minantur causæ propter quas pater exhæredat
25 filium: quia innuit, † quòd propter causas
commissas in auum pro nepote, ipse nepos nõ
potest exhæredari per patrem, & hoc etiam fa
cit. ff. de his quibus ut indig. l. post legatum.
§. qui mort. & k.hæredi. Item in l. apud hostes.
dic quòd est aditio facta, & propter iustum
impedimentum casus fortuiti, ut ff. de rebus
dub.l.qui duos §. fin. & in §. cũ in bello quod
patet. §.quòd fingitur aditio in dicto § fin. pro
pter impedimentum casus fortuiti. quod dici-
tur ibi, in textu, nam intelligitur superuixisse
filius patri, & ex testamento hæres fuisse per
26 l.12.tab. filius fiebat hæres ipso iure,† & aliud
est hæredem esse, & aliud fingi, sicut & aliud
esse possessorem, & aliud fingi pro possessore.
ut ff.de rei uendicatio. l. fin autem. § j & de re
gulis iuris l.parem. & l. qui dolo; & quòd di-
27 xi,† per istud impedimentum ignorantis fin-
gi aditionem, intelligendum est de filio habẽtẽ
intellectum propter iustum factum superue-
niẽs,quia hinc fingitur adire uoluisse, & trans-
mitti ad quemcunq; successorem; quia est ve-
risimile quod si sciuisset,adiuisset hæreditatẽ;
ut dicta l.qui duos. §. fin. expressè innuit,secus
si pro-

si propter factum naturæ, ut si propter naturã interuenisset, ut in furioso pupillo, & mẽte capto; quia tunc non fingitur in eis aditio, nisi in stituto moriente patre superstite, & ipse pater iure proprio capiet hæreditatẽ tanq̃ filio quæsitam, ut dicta l. si infanti. in prin. & de curato. furio. l. fi. Nam isti furiosi impuberes, & mente capti etiam si teneret patrem mortuũ adire, uel immiscere se hæreditati alienæ nõ possunt, & propterea non fingitur in eis aditio: quia de iure ne scire dicuntur ut. ff. de acqu hære. l. impuberibus, & de iuris & facti igno. l. fina. & ad hoc facit. C. de fal. monet. l. j.

Itẽ contra hoc uidetur d. l. qui duos. in prin. quæ loquitur de impuberibus illud iure ciuili inspecto quo ipso iure fiebãt impuberes & furiosi hæredes sine tutoris autoritate, & institu. de hæredi. quæ ab intesta. §. fi. quod hodie non est per ea quo supra dixi in septima allegatione & allega. sequent. §.

Septimæ allegationi. §. de l. qui duos. §. fina. ff. de reb. dub. respondetur quod sequitur inspecto iure ciuili, & non prætorio, & nono ut dictum est supra. Vel dic quòd loquitur quando propter iustum impedimentum fingitur aditio facta, & defertur cuicunque successori, ut ex Textu euidenter apparet; qnia dicitur ibi intelligi filium, si superuixisset, ex testamento hæredem fuisse, sic & alias. fingitur institutio. C. de inoffi. testamen. l. iij. & dic ut supra in proxima responsione dixi.

Octauæ allegationi. §. ad l. hæreditatem. §. filius de castren. pecul. sic respondetur, quòd il lud est uerum iure ciuili inspecto nõ prætorio, & nouo ut supra dictũ est. Vel dic quod illud est propter iustum impedimentum ignotãtiæ, ut dixi supra in vj. ratione.

Nonæ allegationi sic respõdetur scilicet ad l. ex militari. §. fin. & l. j. scilicet quod loquitur iure ciuili inspecto, et non prætorio, & nouo ut supra dictum est. Vel dic quòd potest responderi dicto §. fin. & sequenti uidelicet, quod ibi non dicitur, quod bona patris spectent ad aliquem hæredem scriptum in castren. bonis, sed in alia. lege scilicet quæ incipit idem est: bene transmittit bona patris ad hæredes suos ab intestato uenientes ipsi filio in primo casu illius legis, sed in secundo casu trãsmittit ad hæredem scriptum, in castren. bonis est ratio quia de bonis patris testari noluit & sic sola uoluntate hæreditatem paternam adiuit, quod fieri potuit, & præsumitur, ut C. de iur. deliber. l. si Auia. & institu. de hær. quali. & diffe. §. antepen. & pen.

Sed contra hoc est l. hæreditatem. §. filius de castren. pecul. ubi etiam ignorans transmittit interdũ ad uenientes ab intestato, interdum ad scriptum in castrensibus, ut ibi patet ex textu, unde prima responsio uidetur melior, uel dic q̃ præsumitur ibi facta aditio propter iustum impedimentum ignorantiæ ut dixi supra in quinta responsione.

Ad l. apud hostes decimæ allegat. quam faciunt. Vltramontani scilicet, q̃ debeatur etiam hæreditas ex tranci quod in paterna non sit dubium propter existentiam sui hæredis, quòd debeatur dico. Matri iure materno, sicut patri iure paterno per l. si infanti & hoc dicunt tali ratione scilicet, quia ęqualis pietas debetur matri quæ & patri debetur ut ff. de cur. fur. l. furiosę, sic respondetur, quod illud est uerũ in quibusdam, non tamen in omnibus: quia iura patris materna superant in multis, ut dictum est supra in allegatio. pactis cõtra matrem in xiiij. allegatio.

Petrus de Cernitis ll. Doctor.

CONSILIVM D. FRANCISCI Tigrini in causa supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Infans post mortem patris decedens an hæreditatem paternam, uel saltem ius adeundi transmittat ad matrem.*
2 *Tutor an pupilli ignorantiam supplere possit sic, quòd ius deliberandi transmittat ad matrem.*
3 *Infans satis uidetur sciens, cum ipse tutor sciebat, & eius defectum supplere poterat.*

CONSILIVM V.

Titius patruus infrascriptorũ decessit superstitibus sibi Gaio, & Seio suis Nepotibus & infra fantili ętate constitutis & superuiuente tutore dictorũ nepotum, sciẽte mortẽ dicti Titij & hæreditatem dicti Titij fuisse delatam dictis nepotibus cuius Titij hæreditas non fuit postea adita decessit iste Tutor, demum decesserunt isti nepotes & in infantili ętate superuiuente eis matre & à tempore dicti Titij mortis non sunt elapsi sex menses. Modo quæritur an dicti infantes transmiserint ius adeundi ipsam hæreditatem ad matrem eorum, uel saltem ius deliberandi; super punctis præfatæ quæstionis uidetur, plura posse dici. Quoniam aliquis ex ijs punctis, est uarie ruminatus p̃ Gl. & Docto. tam Citramonta. quàm Vltramonta. scilicet an hæreditas uel ius adeundi sit trãsmissum, & pro prima parte uidetur quòd hæreditas sit transmissa: arg. eorum quæ notantur C. de his qui ante apert. Tabul. l. j. in Gloss. non ergo & C. ad Orfi. l. ij. & l. si in fanti C. de iur. de libe. in glo. nunquid & si dicatur quod illæ gl. loquuntur in hæreditate paterna respondeo, q̃ hoc est uerum, non uidetur de hoc curandum si pa-

si paterna,uel alia,hoc probat ad literam textus in dicta l.si infanti.§.si uerò. Attento eo quod ibi dicitur de tutore agnoscente. Vel possunt adduci ll.pro hac parte scilicet l.Lucius.ff.de iure fisci & l.iij.C.de iur.delibe. & l.qui duos. § fina. & §. cum in bello. ff. de reb. dub. & l. hæreditatem.§.j.de castren pecu. & l. ex militari.§.fin.de re milit.quę ll.probare uidentur hæreditatem & ius adeundi posse trāsmitti ad matrem, licet gloss. uideatur alibi inclinare in oppositum,uidetur tamen hanc primā partem defendi posse per iam dicta tanquam ęquitati consona.

2 Super alio uero puncto, † nunquid ius delibe
randi uideatur esse transmissum, dico quod sic, &
uidetur probari per casum l.cū antiquioribus,
uersi. & si quidem ideoq; sciens &c. per quem
textū ita expresse tenet Mar. Sy. licèt uideatur
inoppositum facere, quòd ex quo tutorem ha-
bet scientem Infanti hæreditatem delatam,
qui infanti tutor potest ignorantiam supple-
re sic quòd ius deliberandi infans transmittat
ad matrem & sic ad suum hęredem, ut l.potius.
C.de iur. deli. & l.bonorum. C. qui admit.
ad bonorum possesionem. non obstat textus le
gis cum antiquioribus. §. si quidem dum dixit
3 sciens &c. † Quia satis uidetur sciens infans cū
ipse tutor sciebat & cuius defectū supplere po-
terat,& hoc uidetur ad quæstionem effectualiter dici posse alijs superfluis resecatis.

Et ita consulo ego Franciscus Tigrini de Pisis.

CONSILIVM D. BARTOLI DE Saxoferrato in causa supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas non adita ad neminem transmittitur nisi ad patrem infantis, quo patre non existente perinde est, ac si infanti delata non fuisset.*
2 *Hereditatem paternam suus hæres transmittit.*
3 *Ius deliberandi ut transmittatur, requiritur scientia in transmittente.*
4 *Tutoris scientia supplet nescientiam pupilli in transmittendo iure deliberandi.*
5 *Infans scire fingitur ex eo quod scit tutor.*
6 *Infans ut transmittat ius deliberandi, requiritur scientia tempore mortis.*
7 *Participium iunctum uerbo debet uerificari secundum tempus illius uerbi.*
8 *Mater infantis, qui cum sine tutore decederet non potuit transmittere ius deliberandi ad eam, debet petere restitutionem integrum.*

CONSILIVM VI.

SVPER punctis præmissis scilicet proximo consilio. Primò an prædicti infantes hæreditatem transmiserint indistinctè, dico quod non:
1 quia de hæreditate extranei agitur: † quia non
adita ad neminem transmittitur nisi ad patrem
infantis, quo patre nō existente proinde est ac
si infanti delata non fuisset, nisi fuisset per eum
adita,ut l.si infanti.§ parente uerò & §. si uero.
Vbi textus dixit expresse & C. de cadu.tollend.
l.j.§ in nouis.cum simil.& l.apud hostes de suis
2 & legitim. † loquuntur in hæreditate paterna
quam suus hęres transmittit & glo.in l.j.de his
qui ante apert.tabul. posito, quod sit uera, loquitur in hæreditate ascendētiū, hic uero non.

Super secundo, puncto an ius deliberandi
transmiserit ex uigore legis cū antiquioribus,
3 dubiū facit: † quia infans non potest dici sciēs,
4 quod illa l.requirit: † tamen satis puto scientiā
tutoris sufficere,ut l non solum.in fine de libē.
cau.& de uerb.oblig.l. sed & si ex stipula.cum
5 simil. † Et sic fingatur scire infans ex eo quod
scit tutor; quia eius personā repręsentat & hoc
satis uerissimū arbitror. In casu tamen nostro
est aduertendum: quia proponitur tutorē ante
6 decessisse quàm infantes decesserint. † Vndè
cum in l. cum antiquioribus ad hoc ut transeat
ius deliberandi requiritur ut quis sciens deces-
serit, ut ibi dicit textus. quæ uerba hoc impor-
7 tant, quod quis tempore mortis sciat: † quia
hoc participium sciens iungitur illi uerbo decesserint & tempore mortis debuit esse sciens; ut ff.de testamen.l. si Tit. & de noxal.l. in delictis.§.si extraneus,cum tempore mortis infanti non superest tutor, non potest dici infantem scire,nec potest dici quòd sciēs decesserit,& sic illa constitutio l. cum antiquio. non habet locum.& ius deliberandi non est transmissum, & hoc puto uerissimum, ut igitur matri consula-
8 tur † remedium est a iure manifestè proditū,
quòd mater tanquā hæres petat restitutionem in integrum per l.patron.ff.de acquiren. hæreditate, ubi hoc tex.dicit expresse. Et ideo circa hoc non effundam plura uerba. Et hoc tenet expresse Iacobus. de Are.in l.qui duos.in principio.ff.de re. dn. in quadam additio paruula.

Et ita dico & consulo ego Bartolus de Saxoferrato.

CONSILIVM D. FRANCISCI BITE de Aretio ll.Docto.in causa suprascripta.

SVMMARIVM.

1 *Infans decedens post patrem & matrem an hæreditatem matris non aditam transmittat ad*

auiam

auiam paternam superuiuentem.

2 *Hæreditas non adita, non transmittitur. reg. Fallit in liberis descendentibus, qui hæreditatem ascendentium etiam non aditam transmittunt in eorum liberos.*

3 *Glossa intelliguntur secundum legem quam allegant, quemadmodum leges intelliguntur secundum subiectam materiam.*

CONSILIVM VII.

1 QVESTIO talis est. Infans decedens post matrem & patrem matris hæreditatem non aditam an transmittat ad auiam paternã re-
2 manentem post ipsum infantem. † Et uidetur primo quòd non per regulam iuris quæ dicit, quòd hęreditas non adita non transmittitur, ut C. de iure deliber. l. quandoq; & C. de cadu. tollend. §. in nouiss. quæ regula fallit in liberis descendentibus, qui hæreditatem ascendentium, etiam non aditã speciali iure & priuilegio transmittunt, sed non in omnes suos successores, sed in liberos suos ut d. §. in nouiss. & ibi no. & l. j. C. de his qui ante apert. tab. Et dictus infans in infantili ętate decessit, ita quòd filios non reliquit, & aditam hæreditatẽ ad ipsos non transmisit, & sic prædicta regula prima mansit, scilicet quòd hæreditas non adita &c.

Ecõtra uidetur, quòd dictus infans dictam hæreditatem licèt non agintam transmiserit ad auiam paternam: quia sicut dictam hæreditatem non aditam transmisisset indescendentes ex suo corpore, si habuisset infans prædictus p prædicta iura. Ita trãsmittere debuisset ad suos ascendentes & ad auiam istam, ut no. in l. si infanti in gloss. j. C. de iur. deliberan. & in d. §. in nouisimo & in l. apud hostes. C. de suis & legit. & ita tenet indubitanter totus orbis.

Ad ista argu. ultimo allegata potest de facili respõderi, & primo ad id, quod dicitur si trãsmitit in descendentes, igitur & in ascendentes, nescio quo iure possit hoc probari: quia ut dictum est supra, regula est, quod non transmittatur hæreditas non adita, fallit in descendentibus, ut in l. 1. de his qui ante apert. tabul. quæ specialitas non debet trahi alijs in exemplum, maxime cum non sit eadem ratio, ut l. rescripto in fine. ff. unde liberi. Item non obstat illud qđ glo. uidetur dicere, quòd ita fiat transmissio in
3 ascendentes sicut in descendentes. † Nam glo. hoc dicentes debent intelligi secũdum legem, quã allegant: leges intelligendæ sunt secundũ subiectam materiam, ut ff. loca. l. si uno. Quid ergo. all. gl. certe glo. all. l. apud hostes quæ loquitur de hæreditate patris, quæ transmittitur ad matrem sequitur ne igitur idem in hæreditate matris ut transmittatur ad auiam, certe nõ. quia non reperitur lege cautum præterea non est eadem ratio in hæreditate materna, quæ in paterna, & per infinita iura potest probari. Qui nimo hæreditas materna nedum ad patrem. tantùm, uerum etiam ad quemlibet extraneum secundum multorum opinionem transmittitur, ut l. hæreditatem. §. filius. ff. de castren. pecul. quod de hæreditate patris nemo dicit, remanet ergo in casu nostrò regula firma, quod non fiat transmissio.

In summa mihi uidetur, quòd exorbitent a iure qui uolũt restringere l. illam apud hostes. ad literam, & non ad rationem: quia casus contigit in persona patris, uolunt dicere, q̃ tantum in persona patris loquatur, ut eius hæreditas non adita per filios transmittatur ad matrem seu transmissa fuerit ratione patrię potestatis, quæ facit secundum quosdam ut transmittatur ad quoslibet filij successores, ut dicit Cyn. in dicta l. apud hostes, quæ ratio cessat in matre, & eius hæredibus quæ filios in potestate non habet, sed hoc non est uerum, q̃ sit ratione patrie potestatis: quia dictum est, quod non est, uerũ ut ad successorem quẽlibet filius paternam hæreditatem non aditam transmittat prout communiter tenet totus mundus, sed rõ est quã dicit Iacobus de Bal. quia parentes quando amittunt liberos ualde dolent: quia sicut nullus amor uincit paternum. Ita nullus dolor superat paternum, ut dicit lex de liberis prę dictis; ideo in recompensationem ad solatium lex concessit, ut prædicti liberi hæreditatem dictorũ ad hẽdes, & liberorũ descendentes, & sic ascendẽtiũ in suos descẽdẽtes, & etiã ad alios ascendentes superuiuentes transmittant nõ aditam, non est ratio quare mater à patre debeat in hoc separari, ut l. a Titio. ff. de uerbo. oblig. ratio est ius sanguinis: quia parentes & liberi ita in iure sanguinis sunt cõiuncti, ut quodam speciali fauore seu priuilegio debeant in iure gaudere plusquàm habeant alij, cum alij communiter non transmittant hæreditatem nam liberi hoc plus à iure habuerunt quod non aditam transmittant, sed cum temperamento uidelicet inter sese non extra se & ascendentes ad descendentes, & econtra, descendentes ad ascendentes: de primis & dicto eorum priuilegio habetur. C. de cadu. toll. §. innouiss. & de his quæ ante aper. tabul. de secundis habetur in §. apud hostes intelligendo eam rationabiliter & causaliter, i. sicut accidit casus, eius q decessit, cuius hæreditatem filius transmisit in matrem non aditam; quia idem fuisset si mater decessisset & filius post ipsam non adita hæreditate eius: qui ad patrẽ sine dubitatione transmisisset; & ita responsum fuisset: quia non ratio patriæ potestatis, sed ratio sanguinis hoc facit, quæ cõmunis est in patre hoc uidemus:

quia

quia in ipsa successione filij adęquātur: qnia pa riter succedunt ut in auth. defuncto. & in l.nā & si parentibus.ff de inoffi.testa.quare non idē & in ista transmissione filij cū non possit ratio diuersitatis proprie assignati, ut l.a Titio.ff.de uerbo.obligat.

Præterea de iuris rigore uidemus quod glo. indistinctè tenent in hæreditate paterna sicut materna ut dicta l.apud hostes & l.j. de his qni ante apert.tabul.quod communiter totus mun dus sequitur & hactenus est sequutus.

Ad proximā allegata: potest de facili respōderi.Nam ut dixi nullo inre reperitur quòd hæreditas materna non adita transmittatur ad auiam, immo regula est in contrarium ut dicto §.in nou iff. Ad l.apud hostes respondetur, qd in casu speciali loquitur contra ius commune, vn̄ ad alios nō extenditur, ex maxime ut supra dixi, cum non sit eadem ratio in hæreditate paterna,quæ in materna immo infinitę sunt differentiæ, & pro hoc tollitur l.a Titio. ff.de uerb. obligatio.

Non obstat qnòd pariter succedunt ut in authen. defuncto. Nam & frater per eandem, anth.cum eis pariter succedit,dicemus ne ergo quia frater transmittit hæreditatem fratris non aditam certe nō, remanet ergo qnæstio nostra secundum dispositionem §.in nouiss.cum non reperiatur l.quæ hunc casum excipiat.

Et sic dico & consulo ego Franciscus d.Bitijs de Aretio ll.Doctor.

CONSILIVM D. RAINERII de Forliuio. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd filij spurij possint succedere parentibus, an ualidè fieri possit.*

2 *Argumētur à contrario sensu est ualidum etiam in ultimis uoluntatibus.*

3 *Princeps quemadmodum rescripto, uel speciali priuilegio spurium ad hæreditatem paternam habilitare potest, ita & municipalis lex, siue statutum.*

4 *Illud quod operatur lex generalis quo ad omnia loca, idem operatur lex specialis, quo ad illum locum tantùm.*

5 *Magistratus quilibet etiam ignobilis municipij potest cum uniuersitatis consensu legem condere specialem, ergo & spurios habilitare, quod minus est.*

6 *Statuentes licèt statuere non possint in praiudicium publicum, idem tamen populus, ne quis ex eo controueniat, statuere potest.*

7 *Per statutum tantum fieri potest, quantum lex communis sibi concedit.*

8 *Specialis dispositio ne spurij habeant participium in re paterna derogat generali facultati legis condendæ.*

9 *A quo prohibetur genus, & æquè eius species remouetur.*

10 *Lex municipalis, siue statutum non potest tollere leges communes prohibitorias per clausulam derogatoriam non obstante tali lege, &c.*

11 *Prohibitio, ne spurijs aliquid à parentibus relinquatur, fuit principaliter odio partus, aliàs patris & luxuriæ.*

12 *Paganus non potest decedere duplici testamento.*

13 *Intellectus ad glo.in l.1.C.de hæred.instit.*

CONSILIVM VIII.

IN CHRISTI Noīe amē,& eius tris Sanctissimæ Mariæ uirginis gloriosæ ac totius cęlestis curię. Quęstio transmissa in hoc uidetur principaliter residere, uidelicet an teneat testamentum Vannis (Adde Bar.in consi.cv.incip. factum proponitur in ij.uol.& in consi.cvj.incipiē.uiso puncto prædicto.eo nol.) Chyni de Vulterris in quo filios spurios in certis possessionibus atque bonis sibi hæredes instituit, nec ne.Item ad quas personas eins hæreditas defe-
1 ratur,& circa primum arguo, † & uidetur primò, quòd teneat testamentum & quod hæreditas deferatur filijs spurijs,& hoc ex lege mnnicipali ciuitatis uulternit, quæ permitit parēn tibns legitimos filios habentibus, relinqnere filijs spurijs &c. quæ lex municipalis nidetur posse etiam super lege testamētaria, actiuè uel passiuè effectualiter dispensare,ut ff de testam. l.iij.in fi.à contrario sensu nbi prohibet dispensationem sup hoc fieri à priuato, ergo nidetur uniuersitati permittere, ut ff.de iudi.l.cum præ
2 tor.ff.de condi.& demonstra.l.cum ita. † Illud enim argumentū est ualidum,etiam in ijs.quæ spectant ad ultimas uoluntates,ut ff.de testam. l.qui testamēto.§.mulier, & quod ibi notatur, Accedat ad huiusmodi confirmationem quod not.ff.de reg.iur. l.neque ex prætorio.l.neque pignus.§.priuatorum,& quod not. Dy.in c.indultum,de reg.iur.lib. vj.de testamen. l.testandi,similiter à contrario sensu.
3 ¶ Secundò arguo sic,† Ex priuilegio Principis speciali huiusmodi dispēsatio potest admitti,ut C.de inoffi.testa. l. si quando in prin. C.de testamen.l.si non speciali. Sed constat, qp illud principis rescriptum seu priuilegium speciale potest illud, & consuetudo municipalis seu lex, quæ consuetudini equipollet ut l.item eorum,in princ.ff.quod cuiusq; uniuer.nomi. & de mu.& hono.l.j.§.j.& ibi not. & quod non potest unum, nec reliquum, ut ff. de aqua plu. arcen.arg.l.j.§.fin.& l.ij.in princ. & l.quamq in prin. & l. quod principi. Accedat C. de aquæ duc.

duc.l.uſum aquæ, & l. diligenter, & l.decerni-
mus.libro xj.ergo cum reſcriptum ſeu priuile-
gium principis hoc poteſt, & lex municipalis
hoc poterit, quę authoritati ipſius ęquipollet.
4 ¶ Tertiò,† & ſic quod operatur lex genera-
lis quo ad omnia loca, hoc idem operatur lex
ſpecialis quo ad diſpoſitionem illius loci ſpe-
cialem,ut ff.de legi.l. de quibus cum ſua gloſ.
Accedat ff.de admi.tut.l.ſi duo in fi. ff. pro ſo-
cio l.actione.§. renunciare, ſed nullus dubita-
ret legem principis generalem, generaliter poſ
ſe tollere legem prohibentem ſpurijs poſſe re-
linqui.ut l.non eſt nouum.ff.de legib. & ſena-
tuſconſul.ff de leg.iij. l. ſi quis in principio te-
ſtamenti, de conſtitutio.c.licet Romanus Pon
tifex.lib.vj.& d.l.de quibus. in fi. inſtit.de iure
naturali.§. pen. ergo & lex ſpecialis municipij
in illo loco tollere poterit, cum non reperiatur
expreſsè prohibitum, & ſic uidetur a iure con-
ceſſum,arg.ff.ex quib.cau.maior. l. nec non.§.
quod eis, de probat.l.ab ea parte.ad municipa.
l.magiſtratus municipales, cum ſimilibus.
5 ¶ Quartò ſic.† Quilibet magiſtratus etiam
uiliſsimi municipij cum uniuerſitatis conſenſu
poteſt legem cōdere ſpecialem, etiam iniquam.
quod ad formam iuris communis, ut ff. quòd
quiſque iur.l.j.§.j.& ibi not. quaſi princeps hoc
faciat. qui.ſ.poteſtatem dat, ut no.ibi in gl. per
hoc &c. debet ergo ualere lex iſta municipalis
uulteranēſis, etiam ſi ipſam dicamus iniquam,
forma iuris communis inſpecta.
¶ Quinto & ſic, certum eſt quòd ſpurij à di
gnitatibus publicis regulariter prohibentur,
ut ff.de decur.l ſpurij, in prin.& l.generalem.§.
ſpurios, & tamen lex municipalis, ſeu conſue-
tudo poſſet eos ad hoc habilitare, ut ff. de de-
cur.l.eos.& l.non tantum, de iure immu.l.ſem
per.§.legem.ergo poterit, & ad legata & ad hæ
reditatem inſtitui, & ipſos habilitare. quod mi
nus eſt, Cum primum ius publicum authorita-
te & utilitate reſpiciat, ſecundum authoritatē
duntaxat. Accedat quod not.in authen.ut ſine
prohibitione matres creditrices.§. quia uero
coll. vj.in glo.magna.
6 ¶ Sexto,† quia licet ſtatuentes hoc non poſ
ſent in præiudicium publicum. hoc tamen de-
berent poſſe in præiudicium eorum, ut idē po-
pulus, uel aliquis ex eo, non poſsit contraueni-
re, per.l uacuatis, & quod ibi not. C. de decur.
lib.x.& per Guliel.in Specul.de cenſibus.§.nūc
uidendum uerſi.quid ſi uniuerſitas, & per Dy.
ff.de iure immunita.l.ij.
7 ¶ † Ad oppoſitum arguitur, ſic lex muni-
cipalis ſumit robur & ſubſtantiam à iure cō-
muni, & id demum poteſt, quod lex cōmunis
ſibi concedit & non plus, ut C.de ſacroſan.ec-
cle.auth.caſſa.de furt. auth. nauigia. cōmunia
de ſucceſio.auth.omnes peregrini. ff.de priui-
uile.credito.l.Antiochenſium, & quod ibi not.
ſed lex communis uidetur hanc poteſtatem fa-
ciendi capaces ſpurios auferre curijs ciuitatū,
ut in auth.quib.mo.natu.effi.ſui.§.ultimo.col.
vij. ego lex municipalis alicuius uniuerſitatis
uel ciuitatis hoc facere non poterit. Et hoc cor
8 roboratur ex infraſcriptis, ſic † ſpecialis diſpo-
ſitio in unoquoque ſubiectorum derogat ge-
nerali ut ff.de uerbo.obligatio. l.doli clauſula.
de pœn.l.ſanctio legum.de leg.iij.l.uxorem.§.
fęliciſsimo, plenè not. de fun. inſtru. & inſtru.
leg.l.quęſitū.§.pen. & de reb.dub.l.j.& per Dy.
in capitu.gratia de reg. iur.lib.6.Sed iſtud eſt.
quòd lex communis generaliter populis & uni
uerſitatibus poteſtatem tribuit leges ſpeciales
condendi, ut ff de iuſti. & iure l. omnes populi
inſtit.de iure natu.§.ex non ſcripto.Sed lex ſpe
cialiter prohibet hoc, ergo facere hoc non po-
tuerunt circumſcripta prima permiſsione ge-
nerali & hoc probat expreſſe d.§. ulti. in Auth.
quo.natu effi.ſui, & ſic dicitur ibi in text.quòd
ſpurij non habēt participium in partem aliquā
illius legis: nunc ita eſt, quòd in principio il-
lius legis naturales filios legitimari permittit
& inter cęteros modos hoc permittit curijs ci-
uitatum, & hoc uſque ad §.diſcretis.ibi permit
tit filijs naturalibus. certas uncias poſſe relin-
qui, uſque ad illum §. ulti. ibi prohibet ſpurios
aliquam partem in predijs poſſe habere, ergo
prohibet omnia ſupradicta & ſingula prædi-
ctorum, tanquam ſi fuiſſent ſpecialiter expreſ-
ſa.arg.ff.de leg.3.l.chorus.in princip.C.de præ
ſcriptio xxx.anno. omnes. Non ergo poterunt
a curijs uel uniuerſitatibus legitimari. nec per
leges eorum capaces fieri. quod eſt ſpecies le-
9 gitimationis. † Et à quo prohibetur genus &
quælibet eius ſpecies remouetur, ut Inſtitu. de
ſing.re. per fid.§. uulgo.ff.de fun.inſtru.l.fun-
di inſtrumento.§.fi.not.de ſuis & legiti. hære.
l.j.§. fina. Ad huius confirmationem accedat.
quod dicimus in ſimili.C.de profeſſ.& medi.l.
fin.lib.x.ibi nulla municipij &c. Accedat etiam
quod not.in l.3.ff.de teſtamentis.& in d. §.ult.
10 ubi glo.hoc tenet expreſſe, † quòd ſolus Prin-
ceps hoc poteſt. Quinimo & ipſe non poſſet
clauſulam derogatoriā generalem apponere.ſ.
a dicēdo uel apponēdo, nō obſtāte tali lege &c. [a]
quæ clauſula ab uniuerſitate non poteſt appo-
ni argu. C. de arbit.l.ſeruus, & quod not.C. de
uſur.auth.ad hæc.ff de minor. l. minor autē.in
princip.ff.ad trebell.l.ille à quo, §.intempeſti-
uum. ergo bene concluditur ꝙ hæc lex munici
palis alicuius loci ſpecialis non poteſt fieri. Ad
qđ facit quod not. Innoc.extra qui filij ſint le-
giti.capit.uenerabilem in gloſſ.& idem Innoc.
melius not.in capit.cum P. tabellio.extra de fi.
inſtrumen.in glo.& ſic legitimantur & c.& Gu
liel.in Specu.de lega.§.poſtremo uerſi.ſed illud
quæ-

quæritis, & hoc credo uerissimum, cui concordant omnes Docto. qui de hoc tractaut. & ita fuit Bononiæ disputatum.

¶ Ad contraria respondeo. Et primò ad primum, quia dico quòd illud tollitur per prohibitionem legis specialem ut dixi.

Ad secūdum eodem modo respondeo. nam & rescriptum principis hoc nō posset fine clausula derogatoria, ut prædixi.

Ad tertium eodem modo respondeo, & similiter ad quartum respondeo, quia illud ideo, quia prohibitio illa fiet certa de causa, scilicet ne fiat præiudicium reipublicæ. sed illa ratio cessat in præiudicium contrahentium

11 ergo & prohibitio cessabit. † Sed ista prohibitio fiet principaliter odio partus. aliàs patris & luxuriæ. ut d. §. discretis, & in Auth. de triēte & semis. §. consideremus. coll. 3. ergo non poterit hoc tollere lex specialis uniuersitatis, ut detur occasio delinquendi, & castitatem offendendi, quæ sola est possibilis animas eorum Deo præsentare. ut in authen. de lenoni. §. sancimus. col. 3. & pro hoc. ff. de pact. dotali. l. conuenire. cum simili. Et sic concludo institutionem & legata relicta ijs spurijs, ipsis non deberi.

¶ Restat de secundo scilicet ad quos pertineat hæreditas ipsis uannis & dico quòd pertinet ad filium naturalem posthumi eius. natum ex. Cæcha in posteriori testamēto institutum, facto annis Domini. M. cc. &c. legitimum & solemne, quod reuocat primum saltem quo ad hęredis institutionem, etiam si de iure esset uali-

12 dum. † cum paganus non possit decedere duplici testamento, & hoc sic persuadetur in hoc testamento posteriori uoluit testari uannis. cū posthumum hæredem instituit, ut C. de testa. l. nou codicillum. ff. de iure codicillo. l. illud. §. tractari. ergo primum ipso iure tollitur. etiam si alias ualidum fuit per hoc ultimum. ut ff. de iniust rup. & irri. testa. l. j. & ij. de testa l. quærebatur. ad trebellia. l. si quis priore. Instit. quib. mo. testa. in firmen. §. ij. C. de testa. l. sancimus, & l. hac consultissima. § fi. & sic cum in hoc ultimo testamento ipsi posthumi fuerint instituti, & cum ipsis posthumis naturales coniuncti fuerint in institutione. ideo spuriorū defecta portio penes posthumi naturalem cōiunctum solidi capacem in defectum legitimorum. ut d. §. discretis. & C. eo. auth. licet debebit remanere, ut ff. de hære. institu l. liber. homo. §. cum quis.

13 C. de cad. tollen. §. ijs ita. cum §. seq. & §. fi. † nec ob. quod not. C de hære. institu. l. j. ubi dicit gl. quòd quæritur fisco. quia illa gl. uel male dicit uel loquitur in non capace ratione delicti, sed hic sine delicto secundum odofredum.

a ¶ Lex municipalis non potest tollere legē cōmunē per clausulam derogatoriam quod nota perpetuò, quia statuta nō possunt tollere leges cōmunes prohibitorias C. ne fideiuss. do. dent. & quod ibi per Bart. sed permissiuas sic, quia licitum est unicuique suo iuri renunciare: ut l. si quis in conscribendo C. de pact. De qua clausula & ratione eius uide supra proximo consilio, quod est etiam super eadem materia.

Et ita dico & consulo ego Raynerius de Arscendinis de Forliuio Doctor legū, iubēs in prędictorum testimonium pręsenti scripturę meum consuetum sigillum opponi.

CONSILIVM IACOBI BVtrigarij. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Omnes acquisitiones & dispositiones ultimæ uoluntatis sunt de iure ciuili.*

2 *Omnium liberorum licèt iure naturæ æqua & par sit conditio, per iura tamen ciuilia quidam sunt legitimi tantum, quidam etiam naturales, qui dam tanquam extranei habentur.*

3 *Omnis iuris ciuilis dispositio potest contrario iure ciuili tolli.*

4 *Omnes populi, & omnes qui habent legis condendæ potestatem, disponunt ex permissione & potestate principis.*

5 *Dispositiones ciuiles prohibentes spurios ad successionem uenire, uidetur posse lege municipali, & sic contraria ciuili tolli & mutari.*

6 *Populus in casu à lege prohibito non condit legē.*

7 *Spurios non admitti ad successionem, quibus me dys iste probetur esse casus à lege prohibitus.*

8 *Lex minoris potentiæ ut statutum, non potest tollere legem maioris potentiæ ut est ius commune, quando scilicet prohibet. Et ideo statuta non possunt clausulam derogatoriam apponere, ut derogent legi communi prohibitiuæ.*

9 *Quæ sub speciali dispositione continentur, ad generalem dispositionem reducuntur.*

10 *Ius legitimorum, ius naturalium tantum, & ius extraneorum, qua diuersitate distinguantur.*

11 *Intellectus ad Auth. quib. mod. nat. effici. sui §. & generaliter, & §. ult.*

CONSILIVM IX.

1 ET pro declaratione eorū quę hinc inde allegari possent. præmittendum, & dicendum est. † Quòd oēs acquisitiones & dispositiones ultimæ uolūtatis de iure ciuili sunt, quod satis manifestè probatur ex diuisione quæ habetur Instit. de rerum diuisio. §. singulorum. dicit enim quòd acquisitiones dominiorum, aut procedūt ex dispositione iurisgentium, & de his prosequitur Imperator numerando singulas acquisitiones iurisgentium, à d. §. usque ad fi. tituli, aut proce-

procedunt ex dispositione iuris ciuilis, & sic se cundo prosequitur acquisitiones iuris ciuilis. à titulo de usucap. usque ad titu. de obligationibus. ubi comprehenduntur acquisitiones iuris ciuilis, & quæ procedunt per successiones, & legata, & alias acquisitiones quæ in ultimis dispositionibus proueniunt: & probatur hoc & manifeste in Auth. quib. mo. natu. effi. sui. in qua l. manifestè monstratur, quòd cum iure naturæ
2 † omnium liberorum æqua & par foret conditio. per iura tamen ciuilia. quidam sunt soli legitimi, aliquando etiam naturales, secundũ certos modos, & casus, secundum quos à iure ciuili per d. Auth. uocantur & admittuntur táquã ex iure legitimæ acquisitionis. quandoque ex naturalium iure tantum, quandoque ex iure cuiuslibet extranei, & hæc manifestè colliguntur ex d. Auth. usque ad ultimum §. & ex hoc ultimo §. ab omni dictæ auth. beneficio excluduntur, quæ omnia constant ex iure ciuili disposita fore.
3 ¶ Secundò debemus scire. † quòd omnis iuris ciuilis dispositio, potest iure ciuili cõtrario tolli. & si quidẽ fuit gñale, qđ tollitur generaliter, si spãle specialiter tollitur, ut ff de leg. j. l. de quibus. & l. consuetudines. C. quæ sit longa cõsueta, & l. uenditor. §. si constat. communi præ dio. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iu.
4 ¶ † Tertiò est sciendum quòd omnes populi immo generaliter omnes qui habent legis cõdendæ potestatem disponunt ex permissione, & potestate principis. ut l. ij §. omnia. C. de ue. iur. enucle. & ideo in casu prohibito à principe nemo condit legem. ut C. de sacrosan. ecclesijs auth. cassa. & C. ne fili. pro pat. auth. habita. & auth. omnes peregrini. C. communi. de success. sio, & l. de præcatio. ff. ad l. rhodi. de iactu.
5 ¶ † Ex ijs ergo licet pro utraque parte sic arguere: si certum est quòd acquisitiones quæ ueniunt ex ultimis dispositionibus uel ab intestato procedunt per iura ciuilia, ergo à contrario iure ciuili possunt tolli. Item quemadmodum generalia iura possunt corrigere legem & mutare generalem quo ad omnem locum, ergo iura municipalia loci. quantum ad locum illũ, correctionis & mutationis iuris ciuilis habent potestatem, per hoc rectè concluditur quod dispositiones ciuiles prohibẽtes spurios ad successionem uenire poterũt lege municipali vulteranenli tolli & mutari.
6 In contrariũ arguitur ex prædictis sic. † certum est ut ex prædictis apparet quòd in casu à lege prohibito populus non condit legem, sed hic est casus à lege prohibitus, ergo nõ potest
7 à iure municipali disponi contrarium, † quòd autem sit casus à lege prohibitus probatur ex duobus. primo ex dicto auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. & generaliter, ubi in naturalibus, de quibus magis uidebatur, prohibitus est transitus ad ius legitimorum nisi per certos modos taxatos, inter quos est datio Curiæ, cæteri autẽ modi non enumerati exclusi sunt à lege. Sic ergo cum iste non sit inter modos legitimationis ad scriptus, siue ueniendi iure legitimo secũdũ statuta ciuitatis, ergo à lege interdictus casus uidetur, ut lege municipali non possit in cõtrarium prouideri. Secundo ex eodem authen. dum ipsius legis beneficium & participium tollitur spurijs omnino ut in eodem authen. §. fi. per quod uidetur etiam legis municipalis beneficium denegari.

Nec obstat quòd dicatur, quòd possint tolli iura derogatoria per contrariam legem. si tamen dicatur in ea. non obstãte tali lege, ut probatur in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & in corpore de testa. imperf. §. uobis, & not. in d. §. ult. in d. auth. quib. mo. natu. effi. sui, quia aliquando leges procedunt ab eadem potentia, & tunc procedunt dicta iura, & procedit quod dicitur per dicta iura, nemo tamen sibi põt imponere legẽ à qua quis non liceat re
a cedere, ut l. digna uox. C. de legib. a † sed quãdo
8 lex derogatoria procedit a minori potẽtia. tũc minoris potentiæ lex, eam tollere nõ põt sic ut probatur a contrario sensu dicta l. de quibus. ff. de legib. in fi. & Insti. de iure. natura. §. sed naturalia, & ff. de arbit. l. nam & magistratus, & in l. ille à quo. §. intempestiuum. ff ad trebel. Et hæc sunt ea in quibus pẽdet tota uis huius quæstionis, quantum ad argumenta, sed quantum ad decisionem huius quæstionis, alia sunt con
9 siderãda † namque considerandum est, quòd ea quæ sub speciali dispositione non continentur, ad generalem dispositionem reducuntur, ut l. si cum decem. sol. matri. & l. quæsitum §. idem respondit ff. de fun. instru. a contrario sensu legis, & in l. in ijs. ff. de legi. Secundò debe
10 mus scire, † quòd tria sunt iura omnino diuersa, primum est ius legitimorum, secundum est ius naturalium tantum, tertium est extraneorum, primum consistit, ut succedatur ex testamento, & præter testamentum ab intestato, & contra testamentum, ut probatur per titu. de lib. præter. uel exhære. & tit. de lib. & posthu. secundum consistit in successionibus ex testamẽto quandoque, & quandoque non, & in successione ab intestato, secundum quid. Tertiũ consistit in successione testamentaria tantum hæc probantur in dicto corpore in. §. discretis. & §. nos igitur. & in §. si uero filios. Si igitur hæc sunt separata, ut separatorum separata debet esse ratio cum dispositum in uno nõ porrigatur ad alterum, ut l. si maritus. C. de dou. inter uir. & uxor. & l. si uero § si uir. ff. sol. matrimonio,
11 & l. Papinianus exuli. §. fi. ff. de minorib. † Ex ijs ita arguimus, immo apertè clara demonstratione

tione utimur, certum est, enim ex ijs quæ supra dicta sunt, quòd si dicta authentica non est pro hibitoria uel derogatoria legi municipali. Cōmunis uulternensis, cum tractemus de ijs quæ pertinent ad iuris ciuilis dispositionem standū erit statuto prædicto, ꝙ autem non sit prohibitoria probatur sic d. authen. in § & generaliter. prohibet spurios ad ius legitimorum uenire, quod esset ut per hoc filius succedat ex testamēto, contra & præter. etenim dicit ibi nequaquam ius legitimorū eis addicitur, sed hic non tractatur de iure legitimorū, sed de iure extraneorum, quod est ut ex ultima uoluntate capere possint legitimis non obstantibus, quod esset etiam si extraneus faceret. Non obstat d §. ult. quia non prohibet legem condi, sed ex ea lege prohibet spurios participium habere, ex quibus uerbis non inducitur prohibitio contrariȩ dispositionis, sicut bene colligitur. ff. de pact. l. pacisci. C. de sacrosan. eccle. autb. qui rem. cum sua glo. si ergo nō est casus legis prohibitiuus, & est ad iuris ciuilis dispositionem pertinens, meritò potuit lege municipali disponi.

a ¶ No. quòd clausula derogatoria nō obstante tali lege &c. est necesse ꝙ apponatur ab habente parem potentiam legi derogatæ, aliàs nō operatur quod intellige sanè quando lex derogata prohibet. secus forte quādo permitteret. quia tunc quilibet posset renunciare iuri suo, ut l. si quis in conscribendo. de pact. & ideo statuta non possunt dictam clausulam apponere, ut deroget legi communi prohibitiuæ.

Iacobus Butrigarius. Sed potius credo ꝙ fuerit D. Bartholomei eius filij

ALLEGATIONES D. IVLIANI

Cantabene de Ferraria Doctoris Excellentissimi cum morsionibus contra ipsum factis, & cum suis responsionibus in intermedijs locis concinnè collocatis, commatibus, seu uirgulis distinctis, & numeris absolutis. In materia suspecti tutoris, idest, quando petitur tutor remoueri ut suspectus, & quòd interim pendente iudicio interdicatur ei administratio tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor si ob non confectionem inuentarij remouetur ut suspectus, infamis est perpetuo, & nu. 6. Hoc uerum, si criminaliter procederetur ad uindictam. nu. 2. Imò uerius siue criminaliter, siue ciuiliter agatur, dummodo ex causa infamante. nume. 3.*

4 *Tutor inuentarium facere omittens est in dolo præsumpto.*

5 *Inuentarij omissio est de atrocioribus, quæ in tutela committi possint.*

7 *Dolus præsumptus nihil distat à uero.*

8 *Tutor remotus ut suspectus si ob simplicitatem, inopiam, rusticitatem uel imperitiam non efficitur infamis.*

9 *Libellus, in quo petitur remotio tutoris ob non confectionem inuentarij & alia crimina, debet continere annum, mensem, & locum, aliàs non procedit quantumcunque ciuiliter agatur.*

10 *Tutori non est interdicenda administratio antequam constet saltem summariè de causa suspicionis, quia nomine alieno administrat, secus si nomine proprio ut prælatus. nume. 11. Immo idem in tutore. nu. 12.*

13 *Debitoris persona antequam capiatur, debet probari summatim causa suspectæ fugæ, & qualis qualis fieri de debito fides.*

14 *Tutoris consanguinei suspicio si aliqua in prima fuga appareret, purgatur propter consanguinitatem.*

15 *Mater se ingerens & offerens se administraturam bona filij pupilli non caret suspicione. Sed contra, quia tenetur se offerre. nu. 16. At illud uerum si alius eam non præcedat. nu. 17.*

18 *Administratio interdicenda est tutori suspecto, si per pupillum uel ipsum adultum petatur. secus si per alium nisi causa cognita. nume. 19. & 30. quod intellige ut nu. 31.*

20 *Tutori suspecto non ipso iure administratio interdicta est, sed interdicenda à iudice causa cognita, sed contra. numero 21. Primum uerius. numero 22.*

23 *Testator tutori testamentario remittere potest nedum culpam, uerum etiā dolum præsumptum, non autem uerum.*

24 *Testator tutori remittere potest inuentarij confectionem.*

25 *Testator remittens tutori propter confidentiam eos actus, propter quorum remissionem alias de iure poterat remoueri, sequitur quòd contra eum non poterit argui de suspicione ob præsumptiones resultantes ex dictorum actuum omissione.*

26 *Tutoris mala administratio non potest prius apparere, quàm datorum, & receptorum ratio calculetur, & discutiatur.*

27 *Testator si remisit tutori redditionem rationis ne per indirectum ad id cogatur, non potest id peti pro iustificanda prætensa suspicione ad hoc ut remoueatur, nisi notorium esset de contrario.*

28 *Tutor uendere potest fructus.*

19 *Testator si in remissione redditionis rationum, quam tutori fecit, usus est uerbis pinguibus, & plenis, uidetur etiam remittere restitutionem reliquorum.*

CONSI-

CONSILIVM X.

Viso libello, in quo eximius Doctor dominus Theodosius postulatur suspectus, uidendum est, bene, an procedi possit ad aliquod eorum, quę petita sunt contra ipsum D. Theodosium. Et non insistendo in superfluis dicendum est quòd non, quia dictus libellus sine dubio non procedit.

Est enim aduertendum, quòd dicto tutori imputatur in dicto libello, quòd inuentarium
1 non fecit ex † qua quidem causa si eum damnari contingeret seu remoueri, ut petitur utique infamis esset. Nam qui inuentarium facere obmittit eo ipso est in dolo præsumpto. ut ff. de administra. tuto. l. tutor qui in prin. { Sed
2 potest responderi, † quòd istud procederet si ageretur criminaliter ad uindictam per no. in l. prima, de suspect. tuto. sed in casu nostro agi
3 tur solum ad remotionem. Ego dico † siue ciuiliter siue criminaliter agatur obstat argumētū si agatur ex causa infamante. ita loquuntur
4 quæ hic allego.} † Est † enim de atrocioribus
5 quæ committi possunt in tutela ipsa inuentarij omisio ut not. glos. in l. prima. in §. si quis ff. de suspect. tutor. facit l. tertia, §. tutores. eodem titu. & est casus expressus in l. fina. C.
6 arbit. tut. ubi dicit text. quòd † remotus ex ea causa est perpetuò infamis, & grauiter puniendus est.

Pręterea in dicto libello impingitur tutori, quòd substantiam & fructus bonis pupilli, in suos usus conuertit. nec librum rationum confecit quod quidem accidere non potest citra
7 dolum uerum, uel saltem præsumptum † qui nihil distat à dolo uero ut l. quod nerua. ff. depositi. ibi latiorem culpam dolum esse fall. t in duobus nel tribus casibus ibi notatis per Bar. Et certè si uerum esset quod dicitur in libello prædicto. de conuersione fructuū in proprios usus, nulla esset maior, aut apertior coniectura doli & fraudis, ex quo dictus tutor uideretur non solum in latiori culpa sed etiam larissima & consequenter in uero dolo.
8 { † Remotus ut suspectus tunc demum reseruat famam, quando propter simplicitatem uel inopiam rusticitatem uel inertiam. Ex alijs causis infamis est, ut l. tertia. §. fina. cum l. sequen. eo. tit. & ultimo hic patet ex modo concludendi, quod ut unico uerbo remisiuè concludam probatur ex notat. expressè per Bartol. in l. si tutor in aliquo. ad fin. de suspe. tutor.

Verum si agitur criminaliter. secus si ciuiliter ad remotionē solum supra respōsum est.}
9 Ex prædictis sequitur † quòd dictus libellus ipso iure non procedit propter annū, mensem, & locum non appositū circa crimen dicti tutoris quod fuerat necessarium. in hoc casu, & alijs quibuscūque, ubi agitur ex causa famosa, quantumcunque ciuiliter. ff. de dolo l. idem exigit, & de iniur. l. prætor edixit in princip. ubi plura per Bartol. qui etiam ita terminat in proprijs terminis. in l. prima, §. sciendum. ff. de suspectis. tuto.

Sed dato sine ueritatis præiudicio, quòd intentio agentis esset aliqua quod tamen est impossibile ut prædixi. tamen dicendum est iniustam & iniquam esse, maxime quantum ad hoc quòd debeat sibi interdici administra-
10 tio iudicio pendente. Nam † istud sine dubio peti non potest, & potisimè antequam constet saltem summariè de causis suspicionum, ut est casus expressus in capitul. fina. de accusa. & ibi gl. in uersi. uendendi. in fi. glosæ & probatur in text. in capitulo uerum. de officio. delega. & ita debet intelligi quod dicitur per aliquos debere administrationem interdici ab initio per dicta iura.
11 {Istud uerum † in prælato qui administrat nomine proprio. secus in tutore qui administrat nomine alieno ut l. cum c. de suspect. tut. per Salycetum.
12 Idem † in tutore per omnia Bart. in l. quòd si forte de solutio.}

Et probatur ex eo quòd idem contingit in
13 debitore, † qui dicitur suspectus de fuga, quia antequam capiatur eius persona debēt probari summatim causæ suspitionis, & fieri qualis qualis fides de debito, ut not. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exactio. trib. libr. x. & per eundem in l. creditores. ff. de pri. cred. & prędicta. maximè & potisimè sunt uera in casu nostro
14 in quo † etiam si aliqua suspitio uideretur prima fronte contra dictum tutorem. tum illa purgaretur propter consanguinitatem quæ est inter tutorem & pupillum ff. de suspect. tuto. l. si tutor in aliquo. cum simili.

Secundo hoc est uerum uidelicet non debeat interdici administratio in casu nostro pro
15 batur ex eo, quia † ista mater se ingerit & offert se administraturam bona pupilli, ideoque non caret suspitione calumniæ. ut ff. de probatio. l. quæ omnia & ibi not. Docto. & ff. de ijs quib. ut indig. l. post legatum.
16 { Ipsa † tenetur se offerre, ut in authen. matri & auiæ.
17 Verum est † nisi alius eam præcedat scilicet testamentarius.}
18 Et hinc multum eleganter dixit Bal. limitando & declarando iuradicentia interdicēdā esse administrationē tutori postulato de suspecto,

B quòd

ꝙ illud est uernm si ipsemet pnpillns uel adul-
19 tus hoc postulet. sinautem † alius ꝗ pupillus,
priùs dēt iudex inquirere & examinare cām su
spitionis & interdictionis,& qua mēte,ex quo
proposito id petatur: puta debet inquirere,an
fortè postulans sit debitor, & sic ne conuenia-
tur, uel aliàs sensurus,sit cōmodum ex ista po-
stulatione ut ita dixit notabiliter in l. cū quē.
C. de suspe. tutor. igitur cum mater uideatur
multū affectare, infarinare sibi manus ingeren
do se & fratrem eius hnic administrationi, &
postulando se dari in coadiutricem. immo ip-
sum D. theodosium remoneri à tutela, alle-
gando causas,quæ si ueræ essent ueniret remo-
mouendus, & sic tntela & omnis admistratio
ad ipsam deferreretur ut e. quando mn.tnto.
offi.fun.po.auth.ut matri & auię. Dicendū est.
hanc mulierē, quæ etiam promouetur ab ipso
Camillo solicitatore causę, qui hæc attentat, ut
ipsa uuas colligat, prout ex figura libelli nos
uidetis nullo modo audiendam esse. maximè
ut interdicatur interim administratio causa
non cognita. ipsa enim suspecta est, & ille qnē
textum offert administraturum igitur, &c..

20 Prædicta esse uerissima probat † per text. in
l. eum quem. C. de suspe. tuto. quem text. ad
hoc ibi not. D. Bal. sub ijs uerbis. in text. ibi iu-
bebit. uides ergo quòd est necesse, qnòd per
iudicem interdicatur administratio ei qui po-
stulatus est, & sic ipso iure non est interdicta
21 administratio a lege. † { Istud est cōtra tex. in
§. siquis. auth. de suspect. tuto. & tenet. D. Ant.
expresse quòd in tutore ipso iure sit interdi-
cta. in c. licet heli. ubi facit inter prælatum, &
tutorem differentiam extra de sim.

22 Immo † casus est pro nobis in d. l. cum si be
ne Bald. intelligitur. pro quo tex. in l. iubemus.
§. sane de sacrosan. eccle. & l. si quis maior. C. de
transact. secus si lex diceret interdicta sit, ut
iuribus prædictis. Ad c. licet helij, quod modo
non uidi potest dici, quòd maior ratio fauoria
est in ecclesia, quàm in pupillo. in qua multa
alia specialia sunt l. fina. C. de sacrosan. eccle.
cum simi. } Ex quo sequitur quòd hoc debet
fieri causa cognita, ut dixi. Quod quidem for
tiùs dictum est in casu nostro, scilicet ut ma-
ior causæ cognitio sit adhibenda, antequam
deueniatur ad aliquam interdictionem, ex eo
q̄a cōtra postulationē huius mulieris est p̄sum
ptio ualida ex p̄sona eius qui postulatur, remo
ueri qui tot honoribus & dignitatibns p̄cingi
tur locuples ex propriæ substantiæ, & sine filiorū
spe credendum est enim, ut potius sit relictu-
rus de suo nepoti quam nelit quicquā ei usur-
pare, cum neminem magis coniunctum ha-
beat, facit extra de præsumptio. cap. literas. de
probatio. l. Procula. & solu. matrimo. l. quæ do
tis. cum similibns.

Item arguitnr sic. Nam aut ista postulatio
& interdictio petit̃ ex causis; quæ suĩ natura ir-
rogant infamiam, & tunc est certum iudicium
accusationis huius nō procedere. per rationes
primo adductas. Aut petitur ex causis, quæ nō
infamant, & istę sunt illę quæ continent tātum
negligentiam, desidiam & huiusmodi, qnæ ad
culpam duntaxat referuntur, & tunc certum
est ꝙ ex ijs causis non posset agi nel interdici.

Nam à testatore præmissa est tutori omnis
actio. omnis factio ac gestio qualiscunque
pręterquam dolus uerus. Igitur de ijs acti-
23 bus non potest argui. Potest enim † testator
non solum remittere factum, uel non factum
quod se habet ad culpā. sed qnod se habet uel
haberet alias ad dolum pręsumptum non dico
24 nerum. Remittit † enim confectionem inuen
tarij ut l. tutor qui. ff. de admi. tuto. in princ. &
not. glo. in l. tertia, in prin. de suspect. tut. Hoc
dico maximè propter id quod sibi obijcitur,
quòd nō confecit librum rationum. hoc enim
sibi remissum est in testamento. Item ex eo qđ
sibi obijcitur quòd nō satisdedit & similis, quę
testator expresse remisit ipsi Domino Theo-
25 dosio. † Suspicio causatur à facto & actibus tu
toris. ut in toto illo titu. de suspect. tntor. sed
si testator remisit propter confidentiam, actus
qui aliàs inducerent snspitionem legis pręsum
ptione, nō poterunt inquiri ergo obijcitur ob-
staculum ne ex dictis actibus & factis posit po
stulari suspectus, cū tales præsumptiones non
sint ualidę cōtra tutorem qui in corda habuit
aliter ueritatem subesse. }

Et ut succintè prosequar omnes alias partes
ipsius libelli, Dico quòd quæri non potest, an
malè, minusq; laudabiliter administrauit di-
ctam hæreditatem, quia sic consequenter ipso
tutor cogeretur, & per indirectum reddere ra-
tionem suæ gestionis, & administrationis. nō
26 † enim potest prius apparere, an gesta per eū
improba, idest, non probè facta sint, quàm si
ad disputationem gestionis datorum & rece-
ptorum & rationes dispungendas deueniatur.
ff. de conditio. & demonstratio. l. cum seruus,
& l. Iulianus testator autem hoc uetuit. Vn-
27 de si † directò de hoc quæri non posset ita
nec per indirectum metu remotionis, & ut re-
moueatur, ut ff. ad l. Falci. l. Seius & Augerius.
quæ est ad hoc notabilis, multùm facit quod
ibi not. Angel. & est text. & quod ibi eleganter
per Baldum ff. de conditio. institu. l. si quis suo
conditione, & hoc maximè est, si notorijssi-
me non constaret iudici. tutelam malè geri
absque aliqua probatione, adeo quòd nulla
excusatione, uel allegatione celari posset. a-
liàs autem non deberet admitti aduersarius,
ad hoc probandum, quia testator uetuit.
Facit ad hoc optimè unum notabile uerbum

Docto-

Doctorum in c.in literis. de restitu. spolia. sed
hoc non prosequor, quia cōcernit potius, meri
ta negotij principalis, & diffinitiuę, sententiæ.
28 Quod autem dicitur† de fructibus uenditis
hoc est permissum a iure l.lex quæ tutores cap.
de administra.tuto.cum similibus.

Quod uero obijcir, quòd in suam utilitatē
conuertit, Aut uult dicere dolo, & tunc obstat
primum motiuum, aur sine dolo. & tunc uide-
tur habere animum restituendi tantundem pu
pillo, uel uidetur percipere & conseruare tan-
quam quilibet extraneus, ex quo possunt alie-
nari, & sic non potest dici male gestum.
29 Præterea † in remissione rationum redditio
nis.quam facit testator, uerba sunt ita pinguia
& plena, ut etiam restitutionem reliquorū cen
seatur remisisse, ad hoc tex. notabilis in l. cum
ita testamentum.ff.de libe. leg. Quod etiam ex
eo maxime patet, quia reliqua legauit sibi.ut l.
quidam decedēs in prin.ff.de admini. tuto.per
transij tangendo solum ultimo loco dicta quia
magis ad principalem causam diffinitiuam
pertinere nidentur.

Quantnm autem ad id quod uerissime peti
tum fuit per partē aduersam. uidelicet ut Do-
no theodosio interdiceretur administratio in-
terim pendente iudicio, quod est incidens de
quo quæritur ad præsens ultra ea quæ primo
& secundo locis dicta sunt. Dico quòd nulla-
tenus, hoc peti potest. Nā quicqd sit de adiun
cto, idest utrum interim debeat dari coadiutor
cuius consilio omnia faciat. tamen certum est
nō posse interdici administrationē tutori qui
est cōiunctus pupillo, sed bene interdici posset
alienatio, cum grano tamen salis. de quo su-
30 pra dictum est, idest causa cognita Et† quòd
administratio non posit ei interdici est tex.in
d.c.uenerabili, & hoc expressa firmat Bar.in l.
quòd si forte.§.j.ff.de solutio. Posset tamē alie
natio interdici. ut supra dictum est, tam ei quā
coadiutori.si constaret ipsum suspectum esse.
sed hoc primò non est petitum in hoc inciden
ti, secundò non constat quicquā de suspitione.

Stat igitur conclusio breuiter, ꝙ si esset peti
tum, ut pēdente indicio. interdiceretur omnis
alienatio. talis petitio procederet si de causis
suspitionum saltem summatim constaret.ut sę
31 pe dictum est. †. Administratio autem, quæ
non respiceret alienationem, nullatenus sibi
interdici potest simpliciter. ut d. l. ꝙ si fortè.
§.j.per Bar. & d.c.uenerabili. Igitur in casu no
stro cōcludendū est, ꝙ dictus tutor. nō dēt ꝓ-
hiberi ne posit administrare interim, quia hoc
non est de iure permissum in tutore consan-
guineo. næc ēt alienare, q a hoc nō est petitū,
& quia nō constat nec constare potest quo uis
modo ꝙ sit suspectus ut iuribus præallegatis.

Iulianus Cantabene.

CONSILIVM D. MELCHIONIS DE
Facinis Patauini. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ à patre dotata fecit finem, & pactum de amplius uon petendo tam de hæreditate paterna, quàm materna, & iurauit non contrauenire, an tali promissione iurata non obstante possit petere supplementum legitimæ, & numero 13.*

2 *Mulier si agnouit legatum, in quo iubebatur amplius petere non posse iu bonis paternis & maternis, talis conditio reicitur, & habetur pro non adiecta.*

3 *Pater filios siue filias priuare non potest legitima, quæ eis est debita iure naturæ.*

4 *Pater si filijs relinquat minus legitima, ipsi uihilominus ad eius supplementum agere possunt.*

5 *Pater non potest aliquod grauamen legitimæ filiorum, uel eius usufructui adijcere, & adiectum reiciitur ipso iure.*

6 *Renunciatio spetialis de uon petendo supplementum legitimæ nocet, & generalis renunciatio de non petendo quidquam amplius de hæreditate paterna, uel materna, eriam cum iuramento non impedit quominut legitimæ supplemētum peti possit.*

7 *In generali quacunque renunciatione non includitur remissio supplementi legitimæ.*

8 *Iuramentum non se extendit ultra id, super quo iuratur.*

9 *Iussus in testamento debere esse tacitus & contentus, si pro eius legitima aliquid recipiat, sibi non præiudicat, quin supplementum petere possit.*

10 *Iuramentum ut sit obligatorium debet habere tres comites, ueritatem.s.iudicium, & iustitiā.*

11 *Iuramentum ui, uel dolo extortum, non est ipso iure obligatorium.*

12 *Reuerentia patris, uel mariti inducit metum, per quem actus rescinditur.*

13 *Velle non creditur, qui obsequitur patri.*

14 *Dolut præsumitur semper si in contractu interuenit euormis læsio.*

15 *Intellectus ad auth.sacramenta puberum.*

16 *Læsio modica, mediocris, & enormis, quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, cùm non sit à lege determinatum.*

17 *Iuramentū non debet esse uinculum iniquitatis.*

18 *Iuramenta illicita non sunt seruanda, immo talia non iuramenta, sed periuria potius dicuntur.*

20 *Statutum dictans, ꝙ contractus minorū non ualeant, etiam si fuerint iurati, ualet, & quare.*

21 *Statutum populi est eiusdem potestatis ubi uigēt, cuius est lex communis.*

22 *Ius ciuile resistens iuramento quemadmodum facit iurantem contrauenientem iuramento non esse periurum, ita & statutum facere potest.*

23 *Iurans non reducere laudum ad arbitrium boni uiri, intelligitur nisi ex causa legitima.*
24 *Minor iurans non contrauenire, intelligitur nisi ex causa legitima moueatur.*
25 *Statutum odiosum, & contra ius commune non recipit extensionem, immo debet intelligi ut minus illud lædat quàm fieri possit.*
26 *Statutum factum ad fauorem minorum, non debet in eorum retorqueri odium.*
27 *Statutum disponens super uno casu, ad alium omissum non est trahendum, cum de eo dicere sciuisset si uoluisset.*
28 *Certa forma ubi est à lege uel statuto data, si ea in actu non seruetur, actus est ipso iure nullus.*
29 *Renunciatio quando propriè alienatio dicatur, & donatio.*
30 *Alienationis uerbum generale est.*
31 *Statutum prospiciens minorum imbecillitati, ad renuntiationes & donationes omnino extendi debet.*
32 *Forma si à lege uel statuto tradita sit, ea non seruata actus etiam fauorabilis non ualet.*
33 *Statutum de non succedendo non ualet etiam de iure canonico.*
34 *Statutum disponens mulierem non posse contrahere sine consensu duorum, propinquorum, etiã cum iuramento, non habere locum in filia renunciante patri secundùm opinionem Bald. Reprobatur ualidis rationibus.*
35 *Statutum non potest auferre legitimam filijs.*
36 *Consuetudo iniqua, qua filiæ priuarentur patris hæreditate pro aliquo minimo, non consuetudo, sed abusio est, eo maxime, quia contra leges communes.*
37 *Consuetudo si allegetur, est probanda, cùm sit quid facti.*
38 *Iudex, arbiter, & etiam arbitratores tenentur uictum uictori in expensis condemnare. Vbi habes fallentias huius regulæ.*

CONSILIVM XI.



IN Christi nomine amen. In causa uertente inter dñas Antoniam, & Catherinam filias quondam Thomasij Framportæ de Thenno, ex una agentes & petentes, & Antonium & Florianum fratres quondam dicti Thomasij & patruos dictarum dominarum ex altera se defendẽtes, ex causa, & occasione certarũ legitimarum, seu de augmento ipsarum legitimarum faciendarum sororibus, &c. Mihi commissa per uos Dominos Bartholomęum Boroy, & Ioannetum de Pedratijs, de burgo Thenni, arbitros & arbitratores electos & assumptos inter prædictas partes, ut uobis consulam quæ sint partes uestræ in iudicando super certo articulo in dicta causa existenti ut infra. Et ut pectoribus uestris satisfaciã & uobis clara cõsulere possim, easum in terminis signrabo.

Quidã Thomasius de Thenno habens duas filias legitimas & naturales uidelicet, D. Antoniam, & D Catherinam, & duos fratres uidelicet, D. Antonium, & Florianum, quiquidem Thomasius habebat multa bona ad ualorem forte quingẽtorum Ducatorum, & ut in processu apparet dictas duas filias maritauit sibi constituta dote librarum centum & quinquaginta more triden. pro singulis, quæ sorores fecerunt pacem, finem & remissionem de ulteriùs non petendo Thomasio suo patri prædicto, & iurauerunt non contrauenire dictę fini. Demum post certũ spatium temporis D. Thomasius ueniens ad mortem suum condidit testamentum, in quo testamento legauit prædictæ D. Antoniæ eius filiæ unam petiam terræ per hæc uerba, uidelicet. Item legauit iure institutionis legitimæ Falcidiæ & Trebellianicæ D. Antoniæ eius filiæ, & uxor, Bartholomæi ...... ultra dotes suas, quæ fuerunt libr. centum & quinquaginta monetę Triden. ut in instrumento dotis continetur, unam petiam terræ pratiuæ positam in pertinentijs Archi. infra suos confines &c. ut in testamento continetur, uolens & mandans ipse testator ipsam D. Antoniam eius filiam esse tacitam & contentam totius suæ hæreditatis, & bonorum, & ipsam D. Antoniam in supradicta petia terræ pratiuę hæredem instituit & esse uoluit.

Item ipse Thomasius etiam legauit prædictæ D. Catherinæ unam aliam petiã terrę. per hæc uerba, uidelicet. Item legauit iurè institutionis legitimę Trebellianicę & Falcidię D. Catherinæ eius filiæ, uxori Ognobeni Baebini ultra libras centum quinquaginta monetę florent. quas habuit pro dotibus suis, ut in suo instrumento dotis continetur, unam petiam terræ pratiuę nominata el pra del Zagota in pertinẽtijs sanctæ Lucię de Balino infra suos confines, ut in dicto testamento continetur nolens & mandans ipse testator dictam D. Chaterinã eius filiam esse tacitam & cõtentam totius suę hæreditatis, & suorum bonorum, & ipsam Chaterinam eius filiam in supraścripta parte terræ pratiuæ. hæredem instituit, & esse uoluit de omni eo, & toto quod petere posset occasione legitimę, uel alia quacunq; ratione, & causa, demum, mortuo dicto Thomasio, prædictæ sorores non acceptauerunt dicta legata, quod ex processu colligi posśit, immo non obstantibus dictis legatis petunt supplementum legitimæ, prædicti uero sui patrui dicunt ꝙ stante iuramento ipsarum sororũ super renuntiatiõne facta non possunt agere nisi ab ipso iuro prius relaxentur, & dictę sorores replicãdo dicũt ꝙ nõ

iura

iurauerunt super legitima. Quem quidem articulum uos domini Arbitri, seu Arbitratores mihi commisistis, ut nobis consulam quæ sint partes uestræ in iudicando. Et licèt alia plura dubia ex dicto casu, & processu superagitato possent oriri. Attamen ne uideat excedere fines mandari argumen. l. diligenter. ff. manda solum instabo circa certam expeditionem dicti dubij mihi commisi, quod dubium tale est.

Vtrum dictæ sorores, quæ tempore, quo fuerunt dotatæ à patre, & ipsas dotes habuerunt, fecerunt finem & pactum de amplius non petendo patri, tam de hæreditate paterna quā materna &c. & iurauerunt non contrauenire &c. possunt petere supplementum legitimæ non obstante dicto fine & pacto de non petendo cum iuramento, cum eo tempore erant minores nigintiquinque annis.

Repetito Christi nomine amen in casu proposito uidetur de iure dicēdum, omissis superfluis argumentis: † quòd dictæ sorores petere possunt supplementum legitimæ non obstante iuramento per eas præstito, quòd hoc sit uerum patet per tex. in l. si quando in §. & generaliter. C. de inofficio. testat. ubi expresse tex. dicit, qđ si pater minus legitima portione filio, uel filiæ reliquerit, uel aliquid dederit, uel mortis causa donauerit, uel inter uiuos sub ea conditione ut dictum, ut relictum in quartā computetur, & filius, uel filia post obitum patris hoc quod relictum, uel donatum est simpliciter agnouerit, & non dixerit, nullam sibi superesse de repletione quæstionem, quòd filius, uel filia, qui talia non dixit sibi nullum fecit præiudicium, sed poterit petere legitimam partem sibi repleri non obstante quòd donatum, uel relictum agnouerit, Nisi forte cum aliquid acciperet de donato, uel relicto sibi per patrem dixerit specialiter, quòd contentus erat de donatione, aut relicto, & quòd de eo dixerit ad supplementum legitimæ nullam quæstionem faceret, & tunc omni exclusa querela paternum compellitur iudicium adimplere, Ita concludit text. in dicto §. & generaliter, q text. de directò uidetur decidere casum nostrū, Dico etiam si dictæ sorores legatum, terræ simpliciter agnouissent, prout re uera non agnouerunt, nec acceptauerunt prout in facto propo-
2 nitur. † Quo casu sine aliqua dubitatione non obstante legato, & uerbis appositis in ipso legato per testatorem, quòd non possint plus petere, & quòd sint tacitæ, & contentæ, reijcitur clausula hæc de medio, & habetur pro non adiecta, ut in l. quoniam in prioribus, & in l. omnimodo, & in l. sequen. §. primo, C. de inofficio. testa. de quo per Barto. in dicta l. si quando in §. & generaliter eod. tit. ad quod facit gl.
3 in capitulo officij, extra de testa. † Nec potest priuare filios suos, siue masculos, siue fœminas sua legitima, quæ est debita filijs iure naturæ, ut dicit text. in l. quoniam in prioribus, & in l. scimus in princip. & in §. reple. C. de inoffi. testa. & in Authen. unde si parens. eod. titu. & in Auth. de trient. & semis. §. primo, & in l. Papinianus in §. quoniam. autē quarta, & in l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamen. & in-
4 stitu. eodem titulo in §. primo, & in §. fi. † Quinimo si pater relinquat filio, uel filiæ, minus legitima, potest filius agere ad supplementum ut in præallegata. l. omnimodo, & in l. scimus in § repletionem, & institu. eodem titu. §. sed hæc ita, & in l. ff. eodem titulo, si non morte
5 † Nec potest pater aliquod grauamen in legitima filiorum addijcere. Et si pater adijciat reijcitur ipso iure, & habetur pro non adiecto ut est text. in præallegata. l. quoniam in prioribus, & non solum in ipsa legitima, sed nec etiam in usufructu ipsius legitimæ, ut est tex. in dicta Auth. unde si parens, merito cum dictæ filiæ non acceptauerint dictum legatum, sine dubio possunt petere supplementum legitimę; Dico supplementum, quia dictæ filiæ debent computare in dicta sua legitima dotes suas, ut est casus in l. quoniam nouella. C. de inoffic, testa. & not. per glo. & doct. in l. tertia § utrum ff. de mino. quod est uerum quando sunt dotatæ de bonis patris, quia legitima debetur de bonis patris ut in præallegata l. scimus. in §. reple. C. de inoffic. testa. & etiam si dictę sorores uellent acceptare simpliciter dictum legatum, ipsum in legitima deberent computare, ut in præallegata. l. si quando §. & generaliter, & in iuribus præallega. Ex quibus intrepidè potest concludi, quòd prædictæ sorores petere possunt supplementum dictæ suæ legitimæ, in qua debent computare dictas suas dotes, & dictum legatum si ipsum acceptare uoluerint simpliciter ut supra latiùs dictum est, prædicta uidentur uera, nisi forte obstent iuramenta præstita per dictas sorores in renuntiatione, seu in pacto de ulterius non petendo. Et ad hoc ut intelligatur an dicta iuramenta debeant obstare, uidendum est qualiter
6 iaceant uerba finis, & iuramenti. † Aut enim uerba sunt spetialia, aut generalia, si enim sunt spetialia dicendo, ipsæ sorores quòd sunt contentæ, accipere dictum legatum pro dicta legitima, & cæt. Et dictæ sorores non possunt petere dictum supplementum per iura præallegata, sed si uerba generalia ut in casu nostro, puta quia simplicer promittunt non petere aliquid de bonis patris, seu de hæreditate patris, uel matris, itaque non promittunt nominatim non petere supplementum legitimę, Dico quòd tunc licet fecerint finem,

& remisionem in genere de bonis & hæredita te paterna, & materna etiam cum iuramento, quòd talia uerba sic generaliter prolata non in cludunt, quòd ipsę sorores promiserint non petere supplementum legitimæ, quia requiritur expressè, & nominatim renunciatio legitimę; casus est in præallegato. §. & generaliter cum iuribus superius allegatis, Et ideo Bal. sequendo Gul. de Cn. in l. de hijs ff. de transactio. determinat quòd si fratres maritant sorores, & faciant quòd ipsę renuntient omni iuri quod ad ipsas spectare posset in hæreditate paterna, quòd nihilominus poterunt agere ad supplementum legitimæ, & ratio est dicit ipse, quia requiritur, quòd filius, uel filia spetialiter renuntient legitimę aliter non uidentur renuntiare. per dictum. §. & generaliter. Idem etiam tenet dominus meus Dominus Paulus de Cast. in præallegato §. & generaliter. Idem tenet Dominus Angelus de Aretio insti. de actio. in §. actiones autem, Quæro an id, quod pater soluit pro condemnatione filij, debeat in legitimam computari, &c. Idem tenet. D. Dominicus de sancto Geminiano in capitu. quamuis de pact. libro sexto, Vbi idem tenet per text. præallegatum. §. & generaliter.

7 † Concludendo quòd si in dicta fine, & renuntiatione non cōprehendatur remissio supplementi legitimæ non obstantibus dicta fine, & iuro p eos prestito petūt supplemētū. Et rō di

8 cit ipse, est quia iurm nō se extēdit ultra id, sup pstatur quo iuramen. l si. C. de non num. pecu. & ibi per Bart. & Doct. quarta glo. in l. empta. C. plus. ualer. quod agitur. Ex quo non potest dici fuisse iuratum super dicta causa, super qua fuit factum compromissum scilicet super supplemento legitimæ, & sic ipsum iuramentū non habet obstare quin dictæ sorores possint dictum supplementum petere, non obstante di

9 cto iuramento. † Quinimo plus dicit Excellen. Doctor D. Lanfranchus in sua repetitione. l. pactum dotali. C. de collatio. in xvj. conclusione, quòd recipiens aliquid pro legitima, qui fuit iussus in testamento debere esse tacitus & contentus, ut fuit in casu nostro sibi non præiudicat, ut amplius non possit petere: de hoc dicit esse casum in præallegato. §. & generaliter, quod etiam ibi tenuit Bald. Idem etiam tenuit Albe. de Rosa in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. Et Bartho. de Salicet. & Riccardus, & etiam Angel. in l. de his. ff. de transa. Plus dicit Rapha. Cu. distinguendo, aut renuntiatur legittima pro eo, quod quis receperit mortuo testatore, quod tamen non fuit in casu nostro, & tunc ualet renuntiatio quia renuntiat iuri sibi competenti, cū legitima solum sit debita post mortem patris, non ante ut in l. lex. Cornelia. ff. de uulg. & pup. Aut renuntiatur uiuente patre quod etiam non fuit in casu nostro, quia non fuit renunciatum legittimæ in illa generali renuntiatione per iura præallegata, & tunc secus, quia renuntiatio non ualet ut supra plenissimè dictum est. Et præterea dicta renuntiatio non uidetur ualere uirtute dicti iuramenti, seu iuramentorum præstitorum per

10 dictas sorores. † quia iuramentum ad hoc ut ualeat, & sit obligatorium debet habere tres cōditiones scilicet ueritatem, iudicium, & iustitiam xxiij. q. 4. c. inter cętera & in c. & si Christus de iur. & not. per glos. in auth. quod eis de nupt. sed in casu nostro iuramentum præstitum per dictas sorores non continet neque iuditium, quia dictæ sorores erant minores, & non poterant habere rectum iuditium, neque etiam continet iustitiam, quia dictæ sorores fuerunt deceptæ, & lęsæ in maxima quantitate, ac etiam uidetur fuisse dolo extortū, quare non est obligatorium, ut not. per Barto. in dicta auct. sacramenta puberum. C. si aduer. uen-

11 di. † qui dicit quòd iuramentum, ubi est metu extortum ipso iure non est obligatorium & cū non sit obligatorium non est necessaria aliqua absolutio, neque habere recursum ad iudicem ecclesiasticum, maxime quia nō est præstitum super dicta legitima, cui minimè renunciari intelligitur sine spetiali, & nominata renuntiatione, vt supra latissimè dictum est, & sic patet per prædicta quod prouisio cap. quamuis. de pact. lib. vj. non procedat indistinctè, & maxime in casu nostro, quia in ipso casu nostro possumus dicere quòd interuenerit metus in personas prę dictorum sororum, qui metus intelligitur etiā

12 si mulier iurauit † ob reuerentiam paternam, uel mariti, quæ renuntiatio iunducit metū, per quem actus rescinditur secundum glos. in l. interpositas. C. de transac. & in l. prima §. quæ bō norandę ff. quarum rerum. acti. nō. dc. propter quem metum dictum iuramentum. nihil operatur in dicta renuntiatione, ad quod facit text. in præallegato capit. quamuis ibi, si non ui, &c, Et non est dubium quòd dictæ renuntiationes fuerunt exactæ à dictis sororibus, uel propter metum, uel propter reuerētiam paternam, quæ equiparantur metui ut supra proximè, & quam uis filia patri, uel marito reuerentiam exhibet, nō propter hoc periculum, aut damnum incurrere debet, quia uelle non creditur qui obsequitur imperio patris. ff. de reg. iur. l. uelle non creditur ergo, &c. Ita etiam dictum pactum de non succedendo non firmatur iuramento, si interuenerit dolus in præstatione dicti iuramenti ad quod facit etiam textus in dicto capitulo quamuis. ibi, si non ui, nec dolo præsti

14 tū. Et semper † dolus præsumitur si in cōtractu interuenerit enormis lęsio, ut in casu nostro, q̄ a dictę sorores sūt enormissimè lęsę, qđ sit verū, patet,

patet, quia inductæ fuerunt ad faciendum finem de hæreditate paterna, quæ est ualoris ducatorum trecentorum pro centum & quinquaginta libris tridentinis pro una quaque ipsarũ, itaque manifeste patet dolum interuenisse, quo casu iuramentũ non operatur ad factum prædictum text. nota. in l. si superstite. C. de dolo. & glo. singularis in l. cum postea. C. de pact. ita tenet Barto. in l. fi. ff. de præt. stip. & per eundẽ in l. si societatem. in §. arbitrorum. ff. pro soc. Hanc opinionem reprobant Io. Ma. & Io. de Imo. quos sequitur Ludouic. Ro. in l. qui su perstitis ff. de acquiren. hæred. & ratione moti,
15 † quia scilicet hæc auth. sacramenta puberum, seruiret de uento. Nam minor ex modica læsio ne etiã non interueniente sacramento in contra ctu non restituitur, ut in l. Scio. ff. de in integr. restitu. titulo generali. Oportet itaque intelligere dictam auctenticam in enormi læsione, & per consequens prædicta non uidentur procedere, sed in contrarium est ueritas, quia prædicta sunt uerisima per not. per Bald. in titu. de pace. iuramento. firm. §. item sacramẽta in uer. fere quem sequitur D. Anto. de Butri. in c. cum contingat de iur. iur. Et rationi in contrarium aductæ respondet præallegat. D. Lanfranchus in prædicta sua repetitione. l. pactum dotali. in xvj. conclusione considerando simul læsio-
16 nem uidelicet. † modicã, mediocrem, & enormem Auth. sacramenta puberum debet intelligi respectu mediocris læsionis, ob quam minor restitueretur, si non accessisset iuramentum. de quo in dicta auth. sed nos loquimur de enormi quam appellamus cum interuenerit deceptio ultram dimidiam partem iuxta not in l. ij. C. de resc. uẽd. quę lex ij. habet locum in omnibus cõ tractibus secundũm omnes Doctores, de quo etiam per Bar. in l. si quis cum à l'tc. ff. de uetb. obliga. Et non solum in casu nostro fuit enormis læsio, sed etiam enormisima, ut supra satis dictum est, ergo &c. Quæ autem dicatur modica, uel mediocris læsio relinquitur arbitrio iudicis, cum non sit a lege determinatum ut in l. prima §. ait prætor. ff. de iur. delib. Et ita tenuerunt plures ualentisimi Docto. in præal-
17 legata. l. qui superstitis † Præterea iuramentum prędictum si deberet seruari esset uinculum maximæ iniquitatis, quòd s. dictę sorores pro tam modica quantitate sint defraudatę in tanta magna quantitate, quod esse nõ debet ut in c. 5. de iur. iur. & 22. q. 4. c. inter cętera. super quibus iuribus est fundata regula. c. nõ est
18 obligatorium de regu. iur. lib. vj. † essent etiam talia iuramenta illicita, quæ non sunt seruanda, nec dicenda iuramenta, sed potius periuria xxij. q. 4. c. illicitis, ut igitur iuramentum obliget iurantem debet habere suas tres conditiones ut supra dictum est, facit c. & si Christus de iur. iur. & c. licet & c. tribus. ij. q. 4. dices ubi dicuntur tres partes illiciti iuramenti, scilicet cũ quis malè iurat. item in cautè, item si pueri, uel puellę, ut supra satis dictũ est ad propositũ ergo nostrum iuramenta præstita per dictas mulieres caruerunt saltem, secundo, & tertio comite. s. iudicio, & discretione. quod patet tam ex ętate, in qua tunc erant quando iurarunt, q̃ ex facto, quia renuntiauerunt magnæ quantitati pro modica quantitate, ex qua renuntiatione maximã sentiunt læsionem, ut supra satis dictũ est, qd. n. se lædat quispiam, est indiscretum, & contra regulam charitatis. qua quis dilectionis ordine à se incipere debet. de pœnitent. di. iij. c. qui uult xxiij. q. 5. c. sibi non lites, & maxime, quia uidentur inductę per dolum, & metum ad renuntiandum ut supra dictum est, & maxime quia nõ est uerisimile ꝙ prudens iactet suũ. ut ff. de prob. l. cum de indebito. §. fiu extra. de renuntiat. c. super hoc, & de præsumptio. c. qd
19 uerisimile. cum spetialibus. † Ex quibus oĩbus concludo ꝙ prædictæ mulieres possunt petere dictam legitimam, non obstante dicto pacto, etiam si sit iuramento firmatum tam de iure ciuili ut in l. pactum dotali. C. de collationi. ubi est casus, eundem casum habes in l. fi. de suis, & legit. faciunt notata in l. fi. & in l. pactum qd dotali. C. de pact. Idem tenet glo. in præallegata l. C. de collat. quam glo. sequũtur communiter omnes doct. Et idem dicendum est de iure canonico. in casu nostro, Nec obstat, quia dr̃ p aduocatum prædictorum patruorum, ꝙ hodie de iure canonico tale pactum firmatur iuramẽto, per ca. quamuis sępe allegatũ quod esset uerũ si iuramentum præstitum per dictas mulieres haberet comites suos, ut supra dictum est, ergo dictum c. non obstat, quin dictæ mulieres possint dictam suã legitimam petere immo potius facit pro ipsis mulieribus, quàm contra eas per supradicta ergo, &c. Nec obstat etiam quod dicitur quod tale iuramentum debet seruari, quia potest seruari sine interitu salutis ęternę, &c. Rñdetur ꝙ non est uerum quod dictum iurm præstitum per ipsas mulieres posit seruari sine interitu salutis ęternæ, quia cũ dictæ, mulieres essent minores, & deceptę ultra dimidiam ualoris dictæ legitimæ, & sic sunt læsæ nõ solũ enormiter sed enormisimè, ut supra dictũ est p tex. l. ij. C. de resc. uend. & in l. si quis cum aliter ff. de uerb. oblig. & per modernos in l. qui superstitis. ff. de acq. hær. in ipsa enormi læsione semp præsumitur dolus. l. si superstite. C. de dolo, & p gl. in l. cum postea. C. de pact. & Bart. in l. fin. de pręt. stip. & eum à iure, & de iure præsumatur dolus in esse in tali renuntiatione, ut supra, tale iurm non tenet per dictum. c. quamuis, & c. licet mulieres, & c. nõ est obligatorium, & in dicta auth. sacramenta, supra allegata, meritò

dicta sacramenta dictarum mulierum non pos sunt seruari sine interitu salutis ęternæ, lædentia, & inferentia dolum, & enormem læsionem, qui dolus dicitur omnino interuenisse, per ea, quæ supra dicta sunt. Et ad id, quod dicitur, quòd quando agitur de peccato ius ciuile succumbit iuris canonico, quia non dedignantur leges sacros canones imitari, &c. Respondetur, quòd uerum est in se, sed in casu nostro in contrarium est ueritas: quia immo si in casu nostro seruatur ius canonicum, grauius induceretur peccat: quàm si seruaretur ius ciui. per ea quæ supra dicta sunt, per rationes, & iura superius allegata. Ad aliud uerò dum dicitur in dictis allegationibus dictorum patruorum, ibi, sed si dicatur quòd talis Renuntiatio non ualet per statutũ de alienationibus factis per mi-
20 nores, etiã si sit iuratum, &c. † Et omissa illius disputatione, quæ est maxima inter Doctores tam legistas quàm canonistas, utrum statutum possit tollere, quod iuramentum non liget iurantem, ubi aduocatus prædictorum patruorũ concludit, quòd contractus firmetur, Iuramento, non obstante tali statuto, etiam ubi statutũ præsumat dolum per not. per Ant. de Butri. in c. cum contingat de iur. iur. &c. Respondeo secundum not. per Barto. qui format istam quæstionem in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in iiij. quæstione principali, ubi formaliter sic inquit, quod si statutum dicit quòd cõtractus minorum non ualeant, etiam, si fuerint iurati, tũc præsumuntur minores dolo inducti ad contrahendum, & iurandum, & certe tale statutum ualet, quia dolus est, qui uiolenter pręsumitur, & per statutũ potest iuramentum sine peccato contemni de iur. iuran. C. cũ contingat. de pact. quamuis. lib. vj. de iur. iur. licet. Et ita pluries, extitit iudicatum per ualentissimos. Doct. Et hoc etiam tenuit Iacob. de Bel. in quadam sua disputatione. Et idem etiam tenet. Bald. C. de collatio, l. pactum dotali in 5. q. formaliter sic dicens. Quæro an per statuta ciuitatum possit prouideri ne ualeat iuramentum. Respon. sic, quia lex habet uim Aposto. ut not. in l. adigere. in §. fina. ff. de iur. patro. Ista sunt verba sua specialiter, Et licet prædicta deberent sufficere pro responsione ad allegata per aduocatũ pręedictorum patruorum propter authoritatẽ tantorum uirorum, tamen pro confirmatione præ
21 dictæ opinionis sic dico, † statutum populi est eiusdem potestatis ubi uiget, cuius est lex communis ubique ut ff. de iust. & iur. l. omnes populi, & Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. in §. omnes
22 populi, † sed ius ciuile resistit Iuramento, & facit iuranẽ contrauenientem iuramento non esse periurum. Ergo & statutũ id facere posset, ut ff. qui satisda. coga. l. fin. & C. de non nume. pec. l. fina. in princip. per quæ iura determina-
23 tum est † quòd licet quis iuret non reducere laudum ad arbitrium boni uiri, intelligitur nisi ex causa legitima, ut in capit. quintaualis extra. de iur. iur. per Innocen. & de pact. l. si unquam §. illud per Docto. maxime per Guliel. de Cun.
24 qui ita expresse tenet. Ita in casu nostro † cum minor iurat non contrauenire intelligitur nisi ex causa legitima: sed in casu isto prædictæ sorores habent causam plus quàm legitimam contraueniendi, Dico in casu, quo iuramẽtum aliquid operetur, pro ut non facit ut supra dictum est, & hoc quia fuerunt enormissimè læsæ, ergo &c.

Possent etiam quàm plura alia argumenta, & auctoritates quàm plurium Excellentissimorum Doct. pro hac parte adduci, sed breuitatis causa omitto, & cum Barto. & Bald. concludendum esse dico. Item ad aliud dum dicitur in dictis allegationibus prædictorum patruorum ibi (tamen), & alia ratione, tale statutum nõ obstat in casu nostro. Nam regula uulgaris est quòd statuta debent propriè intelligi per iura allegata in prædictis allegationibus.
25 Sed † uidendum est in casu nostro, qualiter hoc sit intelligendum, & certe dicendum est ꝙ non debemus recedere à uerbis statuti. Nã statutum dicit quòd mulier dotata possit finem facere in dote, & donatione sine ꝑdicta solẽnitate, &c. Illud statutum dẽt intelligi strictè, put uerba sunt, in dote, & donatione. Nec debet extendi in hoc casu ad hæreditatem, uel ad legitimam, quia statutum in odiosis non recipit extensionem, ut in l. ij. C. de par. qui. fi. distra. ut in casu nostro, & maxime quia statutum est cõtra ius commune, per l. 3. §. hæc uerba ff. de neg. gest. & in l. confinibus. ff. ad municip. & in cap. cum dilecti. de consuet. not. Docto. in l. si uero in §. de uiro ff. solut. matrimo. & in l. quicquid astringendę ff. de uerbo. obligat. Et per Ludoui. de Rosa in repetitione dicti §. de uiro, Ideo debet intelligi ita ut minus lædat ius commune quàm fieri possit: ut not. per glo. in l. fina §. in computatione. C. de iur. deli b. & ibi Barto. &
26 in l. secunda. C. de noxa. Nec recedere † debemus à uerbis statuti. l. non aliter. ff. de legat. primò, & in l. prima. §. si is qui nauem ff. de exerc. sed cum ipsum statutum loquatur solum de dote, & donatione, non debemus ipsum extendere ad hæreditatem, uel ad legitimã, quia statutum, quod est factum in utilitatem minorum retorqueretur in eorum odium: quia pro modica re possent repudiare maximã hẽditatem, uel saltim suam legitimã, pro ut uidentur fecisse prædictæ sorores, quod tamen facere nõ poterunt per res supradictas.
27 Præterea † etiam cum statutum non dicat ꝙ minores possint iurare finẽ de hæreditate, uel legitima, quod dicere sciuisset, si uoluisset, ergo

nec

nec nos dicere debemus.ut in c.ad audientiam
de decimis: ſed ſolum dixit ꝙ poſsit facere de
dote. Ergo dictum ſupplemētum legitimę,nō
obſtante aliquo grauamine, neque iuramento
peti poteſt per ipſas ſorores: per l.omnimo-
do: & l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſta.
cum ſimilibus ſuperiùs allegatis.

Et poſito ſine præiuditio ueritatis, ꝙ dictū
ſtatutum haberet etiam locum in hæreditate,
uel legitima: prout nōn habet,ut ſupra,adhuc
dico quòd in caſu noſtro ſtatutum nō eſſet ſer
uandum: Et per conſequens contractus, & iu-
28 ramentum ſunt nulli,& nullius momēti,† quia
quotieſcunque eſt dare certā formā a lege, uel
ſtatuto, ſi non ſeruetur in actu, actus eſt ipſo
iure nullus,ut infra latiùs dicetur, ergo &c.

Item ad aliud dum dicitur in dictis allega-
tionibus ibi, ſed certum eſt quòd pactum de
non ſuccedēdo,non eſt propriè alienatio, &c.
29 Reſpondeo quòd in caſu noſtro † renuntiatio
eſt propriè alienatio,& donatio. l. ſi quis dele-
gauerit.ff.de nouat.l.fi.& ibi Bart.ff.de ijs.quæ
in fraud.cred.faciunt not.per Bart.in l. mode-
30 ſtius. ff. de donatio: † quoniam alienationis.
Verbum generale eſt ut in l.ſtatulib. primo §.
quintus ff.de ſtat.liber.& in l.alienationis uer-
bo.ff.de uerb.ſigni. faciunt ad prædicta notat.
per Bart.ff.de acquiren.hæred.l.mutum.§. pri-
mo: Et quòd tenet Bal.in l.pactū dotali in xvj.
quæſ.Vbi dicti Doctores tractāt an ſtatutum,
quod dicitur loqui de contractibus minorum
habeat locum in diſtractibus eorum. uidelicet
in liberationibus, & remiſsionibus: & tenent
quòd ſic facit ff.ſol.matr. l.maritus.§ primo ff.
31 de cont.iudici.tute.l.iij.§.quoniam,† & hoc ſta
tutum imbecillitati minorum prouidens ad re
nuntiationes & donationes omnino extēdi de
bet ff.de min.l.iudex. Et maxime ſi eſt mulier,
ut in caſu noſtro: quia faciliùs circunuenitur,
quàm hō. ff. de nouatio. l. doli §.diuerſum, &
probant Bar.& Bald.in locis proxime alleg. Et
cōfirmatur, nā quia remiſit donat ff. de reg.iu
ris l.ſi quis obligationem, cum ſuis concord.
ergo, &c.

Item ad aliud, dum dicitur in dictis allega-
tionibus ibi. {Præterea cū caueatur ſtatuto ꝙ
finis facta tutori, & curatori etiam non ualeat
ſine ſolemnitate prædicta &c. Vbi aduocatus
patruorum dicere uelle uidetur ꝙ attēto, ꝙ in
ſtatuto prædicto dicitur quòd finis facta tuto
ri,uel curatori non ualent ſine ſolemnitate ſta-
tuti, & ꝙ in cōtrarium eſt in alijs caſibus,& ꝙ
remaneamus in diſpoſitione iuris communis.
argum.l.commodiſsimè.ff.de libe.& poſthum.
cum alijs iuribus ibi allegatis. Et quod de iure
communi talis remiſsio, & pactum de non ſuc
cedendo ualet,ergo &c.

Adde quæ rñdeo,& dico ꝙ ſtatutum prędi-
ctum,ſi bene aduertatur, dicit quòd omnes a-
lienationes, quæ debent fieri per minores xxv.
annis de bonis immobilibus.in quibus intelli-
gantur iura,& actiones,fieri debēt,aut coram
iudice in præſentia quatuor de proximioribus
cum alijs ſolemnitatibus,ut in ſtatuto contine-
tur,unde apparet quòd dictum ſtatutum nō ſo
lum loquatur de fine, & remiſsione faciēda tu
tori,& curatori,ſed etiam in omnibus alijs alie
nationibus,ut in principio dicti ſtatuti ibi.

{Item ſtatuitur, & ordinatur quòd oēs alie-
nationes,&c.Nam qui omne dicit nihil exclu-
dit,ut ex.de maio.& obedien.c.ſolitę & in l. oē
uerbum.C.commu.de legat. & xix. diſt. ſi Ro-
manorum,unde ſi uelimus intelligere quòd di
ctum ſtatutum compręhendit etiam alienatio
nes,& donationes ut ſupra:Dicemus quòd in
alienatione,ſeu remiſsione, ſiue pacto de non
petendo facto per dictas ſorores patri ſuo non
interuenerunt dictæ ſolemnitates ſtatuti, ergo
32 eſt nulla,ſeu nullum:quia † quandocunque re-
quiritur certa ſolemnitas ad aliquem actum
faciēdum,ex forma ſtatuti,aut legis,ſi non ſer-
uetur ipſa ſolemnitas ſiue forma tradita à ſta-
tuto,uel a lege talis actus eſt ipſo iure nullus,
ut in l.cum hij §.ſi prætor.ff.de tranſactio. Di-
co etiam ſi ille actus eſſet fauorabilis, ut eſt ca-
ſus notab.in l.qui Romæ.§ Flauius Hermes. ff.
de uerb.obligat vnde datio libertatis non ſer-
uata forma data in manumittendo, non ualet
ipſo iure; Multo magis in caſu odioſo, ut in
caſu noſtro.

Nec obſtat,quod dicitur de fine facta tuto-
ris,& curatoris,uidelicet ꝙ ſtatutum ſolùm lo
quatur in dicto caſu finis tutoris, & curato-
ris, &c.quia ſtatutum loquitur generaliter, &
per conſequens non poſſumus dicere, quòd in
cęteris caſibus in contrarium ſit ius commune
& quod de iure communi talis remiſsio, & pa-
33 ctum de non petendo, ualet ergo &c.† Quin-
imo dictum pactum de non ſuccedendo de
iure communi non ualet, ut ſupra ſatis dictum
eſt,& probatum per multa iura, & maxime de
non ſuccedendo patri in legitima,niſi expreſſe
dictum ſit ut in prælleg.l.ſi quando in §.& ge
neraliter.C.de inoff.teſt. cum alijs iuribus ſu-
perius alleg.ergo &c.

Item ad aliud dum dicit in dictis allegatio-
nibus ibi.{Itē Bal.allegatur in d.l.pactum dota
li.in xxj.q.q formauit hanc quæſtionē utendo
ijs uerbis.Quęritur ſi ſtatutum dicat quòd mu
lieres non poſsint contrahere ſine cōſenſu pro
pinquorum, etiam cum iuramento: Nunquid
hoc erit uerum quando filia renuntiat patri:
Puto quòd non &c.in ſimili quæſtione.Quidā
ſolemniſsimus Doct.conſuluit,& ſuo conſilio
quàm plurimi famoſiſsimi Doctores ſe ſubſcri
pſerunt; Et reſpondendo dictæ quæſtioni ſic
ait,

ait, Nunc examinare oportet conceptum dicti Bal quem habuerit in l. pactum. C. de collatio.
34 in xxj. q † Dicens quòd statutum disponens ꝙ mulieres non possint contrahere sine consensu duorum propinquorum, etiam cum iuramento, non habet locum in filia renuntiante patri, propter naturalem affectionem patris, sed in renuntiatione alijs proximis facta, qui plerunq; malum consilium capiunt pro puellis: ut C. de nupt. l. uiduę. §. sed ne forte, qui solemnis Doc. sic ait certissimè: determinatio Bal. est crudelis cum euidenter apparet patrem malum consilium cepisse pro filia, cum ignominia filiis sit parentum non gaudere fortunis, ut in Authen. de hæred. & fal §. exhæredans: unde malum cõsilium capiunt tutores pro pupillis, qui pro debitis pupillorum eligunt pupillos non gaudere domibus paternis, ut C. de admin. tuto. l. lex quæ tutores: Item qua affectione potest dici patrem, qui talem renuntiationem acceptauit, fuisse affectum ad filiam, cum ipse acceptando hanc renuntiationem faciat Primò contra uotum suum. ff. unde lib. l. scripto. in fin. secundo contra rationem naturalem. ff. de bonis damn. l. cum rem. Tertiò contra l xij. tab. quæ uult, dominium bonorum paternorum per obitum patris continuari in liberos. ff. de lib. & posthum. l. in suis. instiin. de hæred. qualit. & differ. in §. sui.

Quartò cõtra legem diuinam, qua cautum est, si filius ergo hæres, ut not ff. de acquir. hæred. l. necessarij. in prin. & C de epis. & cler. l. si quis ad declinandam: Item non potest dici ꝙ pater acceptando talem renuntiationem uoluerit bene consulere filiabus suis, eas excludẽdo ab hæreditate sua, maxime cum non haberet filios masculos. Quinimo potius fuit prædo ipse consultor uolendo priuare dictas suas filias maxime legitima: & extraneis dare earũ hæreditatem, quæ legitima est ipsis filiabus debita de iure naturæ, qua legitima pater non potest eas plus priuare per pactum quàm per
35 statutum, † quia statutum non potest legitimã auferre dictis filiabus: ut not per Doct. in l. necessarij. in prin. ff. de acquir. hær. Et facit dictũ Petri de Bellapertica subtilissimi Docto. Idem tenuit Ricardus Malumb. in quadam sua disputatione facta in studio Paduano, quæ incipit hæc consuetudo, de qua Cyn. facit mentionem in l. sancimus C. de nup. & Bar. in l. Titio §. sed cum ante ff. de condit. & demonstr. Vnde præfati Doct. tam per prædicta quàm etiam ꝑ plura alia argumenta, quæ breuitatis causa omitto, concludunt ꝙ stante dicto statuto pater nõ potuerit priuare filiam saltem sua legitima, et si interuenerit iuramentum per rationes & iura superius allegata, quicquid dixit ibi. Bald. in dicta quæstione, ad quod facit quod determinat ipse Bal in quodam suo consilio, quod incipit. In Christi nomine amen; Vicarius episcopi: &c. ibi quid ergo operatur Sacramentum de obseruanda uoluntate patris nũquid filius ꝑpter hoc perdat legitimam suam dico ꝙ non, quia per uerba generalia non uidetur de legitima cogitarum, sed requiruntur uerba spetialia. ut C. de inoff. testam. l. si quando §. & generaliter, sed secus est in Trebellianica, quia sufficit generalis prouisio. C. ad l. Falcidiam l. fi. & authen. sed cum testator, & facit quod not. Gulielmus de Cu. C. de transac. l. de hijs: hæc præcise sunt uerba Bal. per quæ quæstio nostra determinatur unà cum minoribus, & iuribus superius allegatis.

Ad aliud autem dum dicitur in dictis allegationibus ibi, {& ita etiam seruat consuetudo regionis, quòd tales fines ualeant non obstante statuto de alienationibus, quæ consuetudo pro lege interpretatur. l. de interpretatione. ff.
36 de leg. &c. Ratio † quòd dicta asserta consuetudo non potest dici cõsuetudo, cùm sit iniqua, patet quia filia priuatur magna quantitate bonorum pro minima sine culpa sua, quod esse non debet, ut supra dictum est, & contra legia dispositionem maxime contra l. si quando §. & generaliter. de inoffi. test. superius allega. Quo casu non potest dici cõsuetudo, sed potius quędam abusio: Item posito ꝙ dicta consuetudo uigeat, ut dicitur in dictis allegationibus, Ad hoc dico ꝙ si est allegata non tamen est proba
37 ta. † Et quotiescunq; allegatur aliqua cõsuetudo illa debet probari, aliàs nihil operatur ut in l. de quibus ff. de leg. cum ibi not. Et hoc quia consuetudo est facti, & facta non præsumunť, ideo deducenda & probanda est in iudicio. Ita dicit Bart. in præallegata. l. de quibus, & Bal. & Saly. in l. ij. §. quod obseruari C. de iur. calum. sed prædicti patrui dictam consuetudinem nõ probanerunt, ergo &c.

Ex quibus omnibus concludo, quòd prædictæ sorores petere possunt supplementum dictarum suarum legitimarum, non obstante dicto instrumento etiam nulla impetrata absolutione; Et hoc quia dictum iuramentum non extenditur ad dictam legitimam, ut supra probatum est: Et ita per vos Dominos Arbitros, seu Arbitratores iudicandum est per rationes, & iura superius allegata.

In expensis autem factis in dicta causa, quia statutum dictat quòd consultor debet etiam de expensis consulere &c.
38 Ideo dico quòd † stãte regula, & statuto qđ uictus uictori in expensis debeat condemnari, ut in l. properandum in §. fin autem alterutrum C. de iudi. & in c. finem litibus C. de dolo, & cõtum. cũ multis similibus, quòd dicti patrui debent in expensis condemnari, sed quia dicta regula

gula fallit in pluribns casibus maxime, quâdo uictus habuerit iustam causam litigandi, ut in l.qui solidum §.etiam ff.de leg.ij. & in §. oportet in auth.de iud.& est glo in l.iij.§.si rem ff.de leg.iij. Ideo uideamus an prædicti patris habuerint iustam causam litigandi; Et certe dicendum est quòd sic, quia si quis erranerit in iure: Puta, quia quæstio est super tali puncto, super quo sunt uariç opiniones Doctorum, dicitur habere iustam causam litigandi: Item dicitur etiam quis habere iustam causam litigandi quando habet antequam incipiat litigare consilia Doctorum pro se. Nam tunc etiam si succumbat quis non poterit de iure in expensis condemnari. Istud est singulare dictum Angeli in l.terminato C. de fructib. & lit.expens.Ita in casu nostro, Dico quòd cũ prædicti patrui errauerunt in inre, Tum quòd babuerunt allegationes iur.in scriptis, tum q̃a habnerunt saltim oretenus consilia diuersorũ Doctorum, ꝙ uos duo Arbitri, seu Arbitratores debetis eos patruos absoluere ab expensis factis in præsenti causa præterquam ab expensis consultoris, quia debent per ipsas partes æqualiter solui, per rationes, & iura prædicta.

Et ita ut supra scriptum est dico, & consulo iur.esse, Ego Melchion de Facinis de Padua legum Doctor. saluo semper iudicio cujuslibet melius sentientis in quorũ fidem prædicta scripsi, & me subscripsi solitoq; sigillo signaui. Ad laudẽ Dei omnipotentis Amen: quod consilium feci anno Domini 1467. de mense Augusti in Archo quò accesseram propter pestem, quæ regnabat in ciuitate Tridentina.

CONS. DOMINI BERNARDINI De Bronzono de Verona.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis compendiosa in materia Glossarũ, & Doctorum opiniones adeò uaria deprabenduntur, ut una pars affirmari, & contrà infirmari possit.*

2 *Substitutio ista, si filij mei decederent sine bæredibus ex se descendentibus, Martinus, Petrus, & Paulus fratres mei succedant ipsis filijs meis, est pupillaris, filijs in potestate patris & in pupillari ætate decedentibus.*

3 *Substitutio, fratres mei succedant filijs meis, tantum importat, quantum si fuisset scriptum, si filij mei moriantur sine liberis, moriantur fratribus meis.*

4 *Substitutio in dubio interpratatur, ut sit potius directa quàm obliqua.*

5 *Substitutionum potius ea natura est, ut uulgaris, si potest, intelligatur: & si non ut uulgaris, intelligatur pupillaris.*

6 *Substitutio, Plorij hæres esto, importat pupillarem, sed quia non potest esse pupillaris, interpretatur uulgaris.*

7 *Substitutio pupillaris est plenior fideicommissaria. Vnde succedit regula, quòd in testamentis plenior fit interpratatio.*

8 *Moriatur, uerbum, & uerbum succedat, eandem uim habent.*

9 *Substitutio facta per uerbum moriatur, intelligitur pupillaris.*

10 *Substitutio, succedat filijs meis, est pupillaris.*

11 *Substitutionem per pupillarem succeditur pupillo, per fideicommissariam succeditur testatori.*

12 *Substitutio dicitur pupillaris, uel uulgaris, prout earum altera magis conuenit uerbis et personis institutis.*

13 *Substituo, uerbum, appositũ in reciproca facta inter duos pupillos importat uulgarem, & pupillarem, et idem est in simplici reciproca, cùm uerba intelligantur, secundùm qualitatem personę ad quam referuntur.*

14 *Interpratatio ad Bart. in l. Centurio. ff. de vulga. & pup. in 3. quæstio. princip. an scilicet substitutio, si filius meus decesserit sine liberis talem substituo, sit obliqua, uel fideicommissaria, an sit etiam pupillaris, posito quòd filius sit pupillus.*

15 *Substituo, est uerbum commune.*

16 *Substitutio, si filius meus decesserit sine liberis talem substituo, intelligitur fideicommissaria matre etiam in medio existente.*

17 *Matrem pupilli excludere uoluisse præsumitur testator, si vxori suæ pupilli matri legatum à substituto præstandum iusserit, eam demum tacendo.*

CONSILIVM XII.

CIRCA casum ad me transmissum de Rippa. An dicta substitutio sit fideicommissaria, an uulgaris, an pupillaris; Et licèt ista materia
1 substitutionum sit mare magnum. † Et quamplurimæ Glossarum, & Doctorum opiniones maximè in materia compendiosæ adeò uariæ depræbendantur, nt non posit una pars affirmari, quin contra etiam dici non posit, tamẽ ad casum nostrum redeundo: Ego declino in hanc sententiam, posito ꝙ isti filij fuerint in potestate patris testantis, & impnberes, & decessrint in pupillari ætate, quòd ista substitutio sit
2 pupillaris; † Et in primis allego tex. in c. primo ext. de test. lib. vj. Vbi est casus, quòd pater instituit filium, & filiam, & si filius sine liberis obiret præfatæ filiæ moreretur &c. Talis substitutio est pupillaris. Ita in casu nostro, cum iste testator dixerit si filij mei decederent sine bære dibus ex se descendentibus, & sic in effectum

sine

3 fine liberis.l.Lutius ff. de hæred. instit. † Mar-
tius, & Petrus Paulus, testatoris fratrea succe-
dant dictis suis filijs iu dicta eius hæreditate;
Expressio, ꝙ dicti succedant dictis suis filijs,
tantum importat quãtum si dixisset, si filij mei
moriant̃ sine liberis moriantur fratribus meis.
Nam idem est sensus, & uoluntas testatoria, er
go idem ius l.a Titio.ff.de uerbor.oblig. l.illud
ad legem Aquil. Secundo probatur ratione,
4 † quia in dubio fit interpretatio, ut substitutio
sit potius directa, quàm obliqua.l.fin.C.de hæ-
5 red.instit & probatur in d.c.si pater.† Et si per
sona est habilis, ut possit intelligi pupillaris, in
telligitur pupillaris dicto c.si pater, si non po-
test ut pupillaris, intelligitur ut uulgaris, ut no.
per Doct.in d.l.fi.maximè per Bal. in j.colum.
facit glo.in l.uerbis ciuilibus. ff. de uulga.& pu
pill.quam Bal.allegat in d.l.fi.quòd dubia sub
stitutio intetpretari debet directa, & non obli-
qua.Et ad idem illam allegat in l. precibus. C.
de impub & ali.substitu. in uerbo in coutrariū
ostendo.hoc etiam uidetur confirmare Bart.in
6 d.l.uerbis ciuilibus in fine sui Commēti: † Dū
dicit quòd ista uerba, Plotij hæres esto impor-
tant pupillarem, sed quia non poterat esse pu-
7 pillaris fit interpretatio, ut sit uulgaris:† Tertiò
in testamentis fit plenior interpretatio. l.in te-
stamentis ff.de reg.iur. sed pupillaris substitu-
tio est plenior, q̃ fideicommissaria:Ergo &c.l.
cohērdi §. cum filiæ ff. de uulg.& pupil.l.ex tri-
bus. C.de inofficio testamen. Quartò Bald.
in terminis in l. precibus. in uerbo deinde
8 oppono ad singulas quæstiones, ibi. † Nam
dicit uerbum, (moriatur) Et uerbum (suc-
9 cedat) eandem uim habent,† sed quãdo fit sub-
stitutio per uerbum moriatur intelligitur pu-
pillaris in d. c.si pr̃.quare, q̃n fit p uerbum suc
cedat, idē est dicendū.Et dicit Bal. ꝙ Ioã.And.
10 ita dicit in d.c.si pater in nouella:† quinto Ego
apertè ostēdo ex uerbis testatoris appositis in
substitutione, dum dicit succedant dictis filiis
11 meis † Nam per pupillarem succeditur pupillo
l.cohæredi §.cum filiæ, & in d. l.ex tribus. sed
si plures §.ad substitutos ff.de uulg.& pupil.Et
not.in dictis iuribus: Per fideicommissariā au
tem substitutionem succeditur testatori d.l.ex
tribus, & d §.cum filiæ, & not. in l.precibus. C.
de impub.& aliis substitu. In materia compen-
diosę substitutio, & in l.ij.ff.e.tit. c.Raynutius,
& Raynaldus ext.de test. Ergo apparet quòd
testator uoluerit quòd fratres succedant filiis
suis, hoc autem esse non potest, nisi per pupilla
12 rem, non autem per fideicōmissariā, † ergo ista
substitutio est pupillaria, cum conueniat & uer
bis, & personis institutis iuxta tex.in d. c.si pa-
ter, facit quod dicit Bal.in d.l.precibus. in uer-
bo, attende, ar.ibi præterea attende ista uerba,
ubi dicitur ꝙ uerba hortatiua non restringunt
substitutionem pupillarem, tamen dubiam re-
stringunt: Cum ergo dicatur succedant filijs
meis, apparet per hæc uerba quod ista substitu
tio, q̃ fortè apparet dubia, attā ad substitutio-
nē pupillarē aptantur pro hac opinione facit,
quod dicit Bart.in l.Centurio, in tertia quæst.
principali in uerbo: Secundo oppono ad præ-
dicta, ubi Barto.dicit quòd si testator instituit
filium, & substituat hoc modo filio meo talem
substituo, ꝙ ista substitutio si filius erat pupil-
lus erit pupillaris: Et Paulus de Cast. satis la-
tè disputat in l. precibus in uerbo, sed quæstio
hæc, ubi dicit quòd si pater dicat & filio meo
substituo talem, quod nedum erit uulgaris,
sed etiam si filius erat pupillus erit pupilla-
13 ria; Et ratio est, † quia uerba debent intel-
ligi secundum qualitatem personæ ad quam re
feruntur.l.cum filio.ff de leg iij l plenū.§.equi
tij.ff.de usu & habi, sic etiam uidemus ꝙ uer-
bum substitutio appositum in reciproca facta
inter duos pupillos importat uulgarem, & pu-
pillarem.l iam hoc iure ff de uulg.& pupil.Er-
go idē debet esse in simplici substitutione non
reciproca cum sit eadem ratio, & dicit d.Pau-
lus ꝙ utraque erit expressa uerbis generalibus,
& per consequens ista pupillaris admittet con
tra matrem, quæ non est omnino tacita sicut il
la, quę continetur in compendiosa, ut no.Glo.
magistra in d.l.precibus, & ibi omnes Doct.&
Bart & doct.in l.iam hoc iure, & in l.Centurio
14 ff.de uulg.& pup.† Nec obstat si opponat Bar.
in l.Centurio in tertia quæstio.principali dum
quærit, quando testator dicit. Et quotiescun-
que filius meus decesserit sine liberis talem sub
stituo, an ista substitutio sit obliqua, & fidei-
commissaria omni tempore, an sit etiam pu-
pillaris, posito quòd filius sit pupillus, & mi-
nor, quia Bart.ibi non facit uim in uerbis illis
q̃ncunque, & si esset facienda longe magis di-
cendum esset, quod esset pupillaria, & nihilo-
minus Bart.concludit quòd si mater est in me-
dio quòd talis substitutio est fideicōmissaria,
sed secundum quòd proponitur in facto in ca
su nostro mater est ī medio, ergo erit obliqua.
Nam ad hoc respondetur: primò quia uerbū
succedat secundum Io.And.& Bald.ubi supra
est uerbum directum. Ideo facilius interpręta
15 mur pupillarem in casu nostro † sed uerbum
substituo est uerbum cōmune, uel si dicamus
quòd etiam uerbum succedat sit uerbum com-
mune, ut uidetur sentire Barto.in d.l.Centurio
circa finem. Adhuc respondeo, quia Bart.dicit
16 † quòd quando mater est in medio talis sub-
stitutio intelligitur fideicommissaria, nisi ex
uerbis testatoris aliud appareat testatorem in-
stituisse, ita dicit in loco præallegato, scilicet in
tertia quęstione in versic. oppositio non uide-
tur uera: sed in casu nostro apparet manifestè
testatorem

testatorem uoluisse quòd esset pupillaris, dum dixit quòd succedant filijs suis, quia per pupillarem succeditur filio pupillo, igitur ut dixi su
17 pra in quinta ratione per iura ibi alle † Præterea Bar. eleganter in l. ij. circa finem in vers. secundò ex his, quæ dicūtur in testamēto. {ibi Secūdò potest apparere ex verbis} dicit quòd si testator fecit legatum uxori matri pupilli præstandum a substituto, quòd testator uidet uoluisse excludere matrem, etiam per tacitam pupillarem ex præsumpta mente testatoris, maximè si testator dicat quòd uelit vxorem esse tacitam, & contentam de eo, quod petere possit, sed in casu nostro apparet, quòd in testamento legauit libras quinquaginta uxori: & quòd post mortem filiorum haberet centum libras & sic a substituto, dum dicit post mortem filiorum l. licèt Imperator, & l. à substituto de leg. j. dicens etiam quòd deberet esse tacita, & contenta de tota sua hæreditate, &c. Apparet quòd ex mente testatoris est quòd per eam non impediatur pupillaris substitutio, tanquam testator prouiderit sibi, & ab eius substituto. Cōcludo ergo istam substitutionē fuisse pupillarem expressam, uel saltē nō omnino tacitam, & per consequens matrem excludi per eam etiam à legitima per tex. in l. Papinianus §. sed nec impuberi ff. de inofficio. testam. & in dicto cap. j. extra de testa. lib. 6. ubi est casus, &c.

Ego Bernardus Bronzonus iur. vtriusq; Doctor ita iur. esse dico ut supra dictum est. Et sigillum meum paruum hic a tergo pro huiusmodi rei fide impresi.

CONS. DOMINI BENEDICTI De Barzis V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Agnatio & cippus domus conseruatur per lineam masculinam.*

2 *Statutum disponens quòd filij masculi excludant filias dotatas, debet intelligi in casu, in quo dicti filij masculi sint in rerum natura eo tempore quo tractatur de exclusione filiarum.*

3 *Statutum excludens filiam dotatam, cùm sit odiosum & iuris correctorium, non extenditur quominus fratris hæredes ipsa conuenire possit.*

4 *Statutum disponens, quòd filia non possit repetere dotes maternas à patre vel fratre, non est trahendum ut ipsi filiæ præiudicet in iure iam sibi quæsito.*

5 *Statutum exclusiuum fœminarum semper intelligitur quòd ille masculus qui excludit fœminam, sit filius illius de cuius hæreditate tractatur.*

6 *Statutum prohibens filiam dotatam succedere in bonis maternis, non intelligitur præiudicare filiæ in legitima sua.*

7 *Statuti uerba sunt seruanda in potiori significat, & ideo si loquatur de fratre, intelligitur de vtrinque coniuncto, non de uterino.*

8 *Frater vterinus nullam habet consanguinitatem uel affinitatem cum sorore, ubi agitur de sororis matris successione.*

CONSILIVM XIII.


IN isto casu seruabo morem consuetum, quia loquar breuiter, & cōclusiuè: præsertim cùm uideam me nunc in principio studij, & sic lectionibus occupatum. Videtur enim primò quòd ista filia dotata de bonis paternis condecenter nō possit habere regressum ad bona materna, resistente statuto terræ Castilionei: in quo expressè cautum est, quòd filia dotata à patre, uel de bonis paternis, non potest à patre, uel à fratribus repetere dotem maternam: & in facto præsupponitur hanc filiam post patris mortem à tutore fratris ipsius filiæ continuè fuisse dotatam: Vnde si nunc uellet repetere dotem maternam, obstabit sibi exceptio exclusiua iuris agentis uigore dicti statuti uigentis tamen per Italiam, tendentis ad exclusionem fœminini sexus propter supereminentiā
1 fratrum masculorum, † in quibus conseruatur agnatio, & cippus domus, ut l j §. j. ff de uent. insp. & inst. de leg agn. succes. de quo per Bar. in l. maximum uitium. C. de lib. præt. & in l. uenia. C. de in ius uoc. & in l. si defunctus. C. de ... ubi inuestigat, an tale statutum sit æquum, uel iniquum, odiosum, uel fauorabile. Sed tamen non obstante statuto contrarium arbitror de iure dicendum: & tota uis præsentis consultationis consistit in respondendo & in ostendendo quod dictum statutum non obstat dictæ filiæ, nam si statutum prædictū non repugnat, dicta filia habet fundatam intentionem de iure communi: & cùm ipsa sola fuerit in primo gradu successionis ab intestato respectu maternæ hæreditatis, ut in inst. de hered. quæ ab intest. defer. in princ. & in l. si quis filio exhæredato ff. de iniust. rup. test. & in l. ff. de iure codi. ad ipsam spectat dicta dos materna, nunc detenta per hæredes dicti pupilli fratris consanguinei dictæ filiæ, cum enim dicta filia adiuerit hæreditatem matris ab intestato debitam, habet ius præfatum ad consecutionem dictæ hæreditatis, ut in l. licèt C. de iur. deliber. & in l. ij. C. de peti. hære. modò quod dictum statutum in proposito non obstabit ante dictis iuribus & rationibus infrascriptis. Prima ratio est quòd dato sine præiuditio, quòd si frater uiueret

ret nūc uel fuisset in rerum natura tēpore quo
dicta hæreditas materna de iure communi ob
uenit dictæ filiæ propter fratris superexisten-
tiam filia fuisset exclusa per supradictnm statu
tum. Attamen ex quo tempore quo cessit dies
dictę hæreditatis dictus pupillus frater consan
guineus dictæ Annæ nondum erat in rerum na
tura productus. tunc illud statutum non hēt
locum, itaque licèt postea sit natus tamen sua
subsistentia non præiudicat dictæ filię, & hoc
per tex no. in l. in substitutione §. j. ff de uulga.
& pupill per quem tex. formaliter dixi ibi Bal.
2 † quòd si statutum disponit ꝙ filij masculi ex-
9 *Testator censetur habere maiorem affectionem ad filios, quàm ad piam causam.*

10 *Naturalis stimulus urget patrem ad cogitãdum pro liberis.*

11 *Papa promouẽte nepotem ad Cardinalatum, creditur, quòd caro, & sanguis suus reuelauerit, et non spiritus sanctus.*

12 *Testibus aptiora deponentibus standum.*

13 *Testibus consonantibus cum iure communi potius standum, quàm illis, quibus consonat priuilegium, aut speciale.*

14 *Probationi fauorabili potius adhærendum, quàm odiosæ, & si utraque fauorabilis, adhærendum magis fauorabili.*

15 *Iudex potest ex causa inferenda in sententia adhærere magis uni, quàm alteri probationi. & nume. 17.*

16 *Viri in ferendo testimonio fœminis pferendi sunt.*

17 *Probationum contrariarum stante paritate, clarior & apertior præferenda est.*

18 *Paritas reducitur ad imparitatem per aliquid additum ad alterum extremum.*

19 *Testes; qui non interrogati assignant meliorem rationem, præferendi sunt contrarium attestantibus.*

20 *Testibus dignioribus standum.*

21 *Notarius si minus scripserit, quàm dictum fuerit quomodo prouidendum, & probandum, & numero 24.*

22 *Notarius non potest testificari contra propriam scripturam.*

23 *Testes tot requiruntur ad probandum errorem, quot ad probandum substantiam actus, & nu 30. 32. 33. 62.*

25 *Error in omissis in testamento probatur per coniecturas. & nu. seq.*

26 *Probatio propria est illa quæ fit testibus, & fide tabularum.*

27 Pro-

27 *Probatum per coniecturas impropriè dicitur probari.*
28 *Argumentum à contrario sensu quare non sumatur ad correctionem iurium.*
29 *Omissio in testamento probari potest per testes.*
30 *Instrumentum si careat indictione testes eam non probant.*
33 *Verbum fortè, licèt de sui natura sit dubitatiuū, tamen secus cùm à Doctore profertur.*
34 *Contractus dubius recipit declarationem ex præambulo contractu.*
35 *Verba præcedentia enunciatiua de futuro, & sequentia enunciatiua de præterito faciunt dispositionem ualidam.*
36 *Testamentum inter filios probatur per indicia, quæ tamen legitimè sunt probanda, de quo numero 38.*
37 *Legalis reuocatio probatur, cùm probatur inimicitia, quæ per duos testes probatur.*
38 *Intellectus gloss. in l. inter omnes. s. C. fam. ercis.*
39 *Gloss. auctoritas alias omnes antecellit, nisi conuincatur ratione per alios doctores nu. 40.*
41 *Testes duo supplere possunt instrumentum in eo quod fieri potest.*
42 *Testamentum nuncupatiuum inter liberos probatur per duos testes. & nu. 43. 46. 48.*
43 *Intellectus ad §. ex imperfecto l. hac consultissima. C. de testa. & nu. 50.*
44 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
45 *Ratio legis ubi est generalior dicto legis, ampliatur dictum ad amplitudinem rationis.*
47 *In ore duorum uel trium de iure gentium stat omne uerbum.*
48 *Correlatiua probantur per eundem modum.*
51 *Correctio iurium vitanda.*
52 *Lex noua corrigens antiquam debet de ea facere mentionem specialem.*
53 *Iudicandum & consulendum est secundùm communem opinionem.*
54 *Testes si sunt diuersi in cortice uerborum, si tamen habent eundem intentum, & mentem in substantia non dicuntur contrarij, nisi uerba formalia haberent recitari.*
55 *Antonius de Butrio excellens doctor.*
56 *Testamenti pars una per alios septem testes si nō sunt subrogati probari non potest.*
57 *Singularitas testium contradictoria, & obstatiua inficit testimonia, ut non probent.*
58 *Singularitas testium enunciatiua non inficit testimonium.*
59 *Testes non dicuntur singulares, quando capi potest sensus, quod sint concordes.*
60 *Euangelij & ueritatis substantia non in uerbis, sed in sensu consistit.*
61 *Testis facilius recordatur de personis, quàm de die, uel loco.*
63 *Parens si in condendo testamento inter liberos, et ubi extraneis reliquit; septem adhibuit testes, non propterea sequitur, quòd si eius uoluntas probetur per duos quò ad filios possit reuocari in dubium.*
64 *Notario de instrumento rogato . . . . quod quomodo procedat plenè discutitur.*
65 *Obliuio facti memorandi non tolerabilis.*
66 *Ardua requirunt exactam diligentiam.*
67 *Malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
68 *Fides non habenda infido.*
69 *Iudex potest testi non adhibere fidem ex causa.*
70 *Veritas clarescit per numerum testium.*
71 *Præteriti ratio facit scire futurum.*
A primordio tituli posterior formatur euentus.
72 *Honoris causa alijs grauior.*
73 *Nomen bonum melius est habere, quàm multas diuitias.*
74 *Famam suam qui negligit, videtur uitam negligere.*
75 *Infamia est similis morti.*
76 *Testis tunc dicitur falsus, cùm uaria & diuersa inter se dixit.*
77 *Testis dicens unum extra iudicium, & aliud coram iudice punitur vt falsarius, sed uerius quòd stabitur illi dicto, pro quo sunt plures præsumptiones.*
78 *Interlocutoria in scriptis lata non potest per iudicem reuocari.*
79 *Duo uincula potiora, quàm unum.*
80 *Testis, qui primò dixit nescire & postea scire, primò non recordari, demum recordari an probet, & cui dicto standum. & nu. 82.*
81 *Testis non dicitur periurus si diuersis temporibus respondit diuersa per uerbum credo, si causam reddat diuersæ credulitatis.*
83 *Testis asserens negatiuam præsumitur falsarius.*
84 *Obliuio causatur ex diuturnitate temporis.*
85 *Obliuio non præsumitur in recentibus.*
86 *Scientia præsumitur in facto alieno, multùm ruminari.*
87 *Præsentia corporis præsupponit præsentiam animi, tamen contrarium stare potest.*
88 *Obliuio præsumitur in facto alieno, licèt de recenti non tamen sæpius discusso.*
89 *Verbum, uidetur, in teste uario quo modo intelligi potest.*
90 *Scire est rem per causam cognoscere.*
91 *Testis iuratus diuersa dicens, diuerso tempore in iudicio an probet, & cui dicto standum sit.*
92 *Testibus uerisimiliora deponentibus standum.*
93 *Testibus affirmantibus potius standum, quàm negantibus. & nu. 97.*
94 *Testator præsumitur uelle & cogitare illud quod lex disponit.*
95 *Præsumitur factum quod fieri consueuit.*
96 *Facta incontinenti uidentur inesse.*
98 *Successio prima, & non secunda attendenda.*
99 *Testis amicus, quòd probet, est arbitrarium iudicis.*

dicit. & num. sequen.
100 *Amicitia nomē non est expulsiuum testimonij.*
101 *Testis pauper an probet.*
102 *Iudex non debet admittere exceptiones non uerisimiles.*
103 *Criminosus quis non censendus quia carceratus, sed pęna attendenda.*
104 *Testis deponens de infamia alicuius, debet non interrogatus reddere rationem dicti sui, ut probet.*
105 *Testis ubicunque deponit de eo quod apprehendit per fabricationem intellectus, ut probet, debet etiam non interrogatus reddere rationem dicti sui.*
106 *Testibus singularibus non credendum.*
107 *Verisimilius est quem non delinquere.*
108 *Exceptio contra testem ut releuet, debet proponi, quòd pro tali reputatur, & de eodem plenè num. 109.*
110 *Notarius etsi infamis sit ipso iure, & sic per sententiam iuris tabellionatus officio priuatus, nihilominus ualent instrumenta per eum confecta ignorantibus contrahentibus.*
111 *Testis à testimonio non repellitur ob crimen occultum, quando tractatur de nullitate testamenti.*
112 *Testis instrumentarius à partibus uocatus non potest postea recusari ut suspectus.*
113 *Testimonium eorum præfertur pro quo stat maior præsumptio.*
114 *Vox unius quantumcunque magni uiri non facit probationem.*
116 *Papa si solus in præiudicium alterius deponeret in alijs, quàm spiritualibus, non probaret plenè.*
117 *Christi omnis actio nostra est instructio.*
118 *Intellectus ad c. cùm à nobis. de testib.*
119 *Papa in spiritualibus contractum celebratum nudo uerbo tollere potest, secus si factus esset super temporalibus.*
120 *Testis unus alterius dicto sustentatur.*
121 *Testis dictum secundū ubicunq; est æquiuocum, & præcedit dictum determinans, tunc determinatur, & specificatur per uerbum specificum præcedens.*
122 *Præcedentia quando sunt præparatoria sequentium, tunc præcedentia uidentur repetita in sequentibus, & determinant sequentia.*
123 *Hæres uerbum secundum subiectam materiam intelligitur de filijs.*
124 *Actus actiuorum sunt in patiente disposito.*
125 *Sensus ille capiendus, per quem testis non efficiatur singularis.*
126 *Hæres faciens inuentarium potest detrahere omnia quæ sibi debentur uigore substitutionis antequam satisfaciat legatarijs.*
127 *Institutus ex fideicommisso grauatus si alienat, alienata sunt imputanda in eius portionem.*

CONSILIVM XXIIII.

ILLVD afferam in medium, quod Psalmistæ celebri uenit in ore beatus inquit homo, quem tu erudieris dñe: idcirco tremendum Deū ex corde huic consultationi inuoco, ut piissimo Saluatore nostro Iesu Christo medio ueritatem huius consultationis mihi aperiat amē. Quidem uiso puncto & allegationibus abundè, subtiliter, & ornatè, redditis per excellentē, & insignem iuris interpretem dñm Armilleū de Terētijs Pisaurensem, mihi, ut fratrem, summo honore obseruandum, qui hanc consultationem mirum in modum more optimi, maximi Iurisconsulti enucleauit, ut nil subtile, nil elegans aut præstans ultra addi posset, tamen
1 quia maiores nostri illud † quemquam scire arbitrati sunt, quod ratione optima demonstrasset ut ego solus, uiiij. di. ideo aliquid ꝑ mea paruitate adducam, & mihi melius aperto iure dicendum sufficeret fore probatum, & probari potuisse per dominam Lucretiam fuisse substitutam dicto Alexandro eius fratri si sine liberis decederet à dña Flora matre ipsorum in ultimo testamento, de quo rogatus extitit ser Franciscus, & licet dominus ser Franciscus notarius omiserit hanc substitutionem scribere in dicto testamento, tamen addēda, & supplenda est instrumento testamenti, & præmitto ꝑ
2 fundamento, ꝙ † iudex ex diuersis animi motibus, & ex uarijs suggestionibus partium, testium, & instrumentorum deuenit ad unū animi finalem conceptū non indigentem alio adminiculo, doctrina est Bal. in . . . . de cōtr. inuesti pro qua adduco tex. in c. præterea. & in c. in nostra. de testi. & in c. cum ad sedem. de rest. spol. & glo. singularis secundum omnes in l. ij. §. f. ff. de excus. tuto. & ideo dixit idem Bal.
3 in l. ij. C. de secundum tabul. ꝙ unus † testis supplet alium, & quæ non profunt singula multa iuuant, quando ueniunt ad probationem alicuius rei: sicut una † hirundo nō significat uer.
4 sed multæ, nec ex uno lapide, sed ex multis cōgregatis fit domus, allegat glo. dicta l. ij. §. j. et habetur in l. C. qui. pro num. tutel. facit gl. in c. cum dilectus de succes. ab intesta. et in ca. cum Bertoldus de re iud. et in c. accedens. el ij. ut lite non conte et in c. illud de præsump. et in ca. cum causam de proba. et in l. ij. §. eiusdem ff. de test. et in l. instrumenta C. de probatio. tex. in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tuto. fiat ergo uera conclusio, ꝙ ex multis ad inuicē probatus præsumpti onibus resultat sufficiens probatio, ergo fortius quando probatur actus uerè gestus per testes, et concurrunt præsumptiones adiuuantes ueritatem, argum. ipsarum glossatum,

5 glossarum. simile dicimus qñ † fama coadiuuat
dicta testium, ut reddatur fortior, ut l. proprie
tatis. C de proba. ubi glo. Cy. & Bal. & tex. l. iij.
§ eiusdem in vers consentiens fama. ff. de testi.
sed in casu nostro cõcurrit, ꝙ est probatus ue-
rus actus substitutionis, concurrit præcedens
uoluntas testatoris, quæ in primo suo testa-
mento substituit ipsam suam filiam dicto Ale
xandro. Concurrit ꝙ non superuenerunt ali-
qua demerita ipsius filiæ ex quibus induretur
mater ad reuocandum præfatam substitutio-
nem, concurrit amor maternus, & adolescentia
illius Alexandri non habentis uxorẽ, non ergo
est dare rationem urgentem propter quam uo
6 luit reuocare substitutionem, licèt † ambula-
toria sit uoluntas usque ad mortem in l. iiij. ff.
7 de adim. lega. tamen † semel posita præsumitur
durare. l. sancimus C. de testa. c. maiores. de ba
ptis. l. præcipimus C. de appell. stantibus testi-
bus, ꝙ in dicto secundo testamento substitue-
rit eandem magis præsumitur pro ipsis testi-
bus, quibus consonat præsumptio uolunta-
tis semel positæ, maximè quia concurrit chari-
tas materna erga filiam l. fin. C. de cur. fur. l. isti
8 quidem. ff. quod met. can. est † enim naturaliter
quædam pietas intra matrem & filiam, ut pul-
chrè dixit tex. in l. contra uoluntatem versic, ne
uidearis iura pietatis uiolare. C. de testa. manu.
& l. patrem. & l. si debitorem ff. quæ in frau. cre
di. & l. in testamento ff. de fideicomm. libert. l.
nam hoc colore ff. de inoff. testam l. pater ff. de
obseq. l. sed nec ĩ ea. §. fi. ff de adul. l. diuus ff. de
parrici. l. iij C. de pa. po. omnis in Ascanio stat
9 clari cura parẽtis. ideo dicimus † testatorem ha
bere maiorem affectionem ad filios, quàm ad
piam causam 17. q 4. c. quicunq;. glo. in l. Papi.
§. si Imperator. ff. de inoff testam. & in l. si quis
ad declinandam C. de epis. & cler. & ideo dixit
Bal. in l. iubemus C. de testa. ꝙ apud rationem
naturalem, & apud ius canonicũ & ciuile cha-
rior est filius in hæreditate paterna aut mater-
na, quàm ecclesia, uel pauperes Christi, & idẽ
uoluit in repetitione in l. in suis. ff. de lib. & po
sthu & in l. j. C. de sacro san. eccles. in repetitio-
ne, & in l. & in epistola. C. de fideicom. & dñs
Petrus de Anchar. in cap. 2. de testa. Ioãnes de
Imola in cap. fi. de don. ideo dixit Bal. ꝙ inter
10 filios præsumitur deliberatio patris, quia † na-
turalis stimulus urget patrem ad cogitandum
pro liberis. l amicissimos. § fi. ff de excus. tuto.
ita dixit Bal. in auth. ꝙ siue C. de testa. Ideo di
xit idẽ Bal. in l. tutor §. quæ tutoribus. ff. de ex-
11 cu. tu. ꝙ † si Papa promouet suum nepotem ad
Cardinalatum, quòd caro & sanguis sua uide
tur ipsum impellere facit gloss. in cap perue-
nit. j. quæst. iiij. ergo ea prædictis filijs conue-
nit ex uoto patris omnia parari. l. scripto. ff.
unde lib. l. nihil. § facilior. ff. de bon. liber. cũ si.

12 Secundò præmitto, ꝙ † illis testibus statur qui
aptiora negotio deponunt posito ꝙ sint pares
numero & mensura, tex. est formalis in c. præ-
terea de testi. in uersic. testimonia, quę aptiora
rei esse comperit & in cap. in litteris eod. titul.
in uers. de quibus non est uerisimile c. licèt cau
sam. de probat. l. ob carmen. §. fin. ff de testi. fa-
cit ea. solicitè in uer. non est uerisimile de rest.
spol. & c. quia uerisimile de præsump. & l. non
est uerisimile. ff. quod me. caus. ideo pulchrè di
13 xit Innoc. in c. auditis de præscrip ꝙ † statur te-
stibus quibus consonat ius commune potiusq̃
illis quibus consonat priuilegium aut specia-
le, & adduco quod uoluit Bal. in c. cum sint par
rium iura obscura de reg. iur. lib. 6. ubi referẽs
14 Dy. dicit ꝙ † si una probatio est fauorabilis a-
lia odiosa, statur primæ, & si utraque est fauo-
rabilis & una magis, illi statur. l. lex Iulia. ff. de
15 manu. & † iudex potest magis adhærere uni ꝓ-
bationi, quàm alteri ex aliqua ratione & debet
illam rationẽ in sñia exprimere ut no. in l. duo
ex tribus ff. de re iud & pulchrè dixit Innoc. in
16 c. 1. de frigi. ꝙ † præferuntur testes uiri dicen-
tes uirum esse potentis naturæ testibus uxoris
dicentibus cõtrarium, ex eo quia deponunt il-
lud quod est uerisimilius facit quod uoluit do
minus Abbas cõterraneus meus in c. ij de clan.
despons. ubi reducendo ad concordiam dictũ
Vincen. cum dicto dñi Cardinalis. dicit stan-
17 dum † probationi clariori & aptiori stante pa-
ritate, & adduco quod uoluit Bal. in l. cum ma-
gistratus. C. quando prouoc. non est necess. ubi
dixit ꝙ fauorabiliores probationes præferunt
alleg. d. l. lege Iulia, & dicit illud esse notatu di-
gnum, ꝙ quando testes sunt pares potest iudex
per animi sui motum adhærere alijs testibus
& alijs non adhærere, dummodo in actis fa-
ciat inseri causam sui iudicij. allegat d. l. duo
iudices dati, & adduco quod uoluit idem Bal.
in l. fi. C comm. epistolas, ubi refert Cy. dicẽs
ꝙ si diuersæ scripturę producantur coram iu-
dice, est ĩ arbitrio iudicis quã putauerit uerio
rẽ & illi scripturę stari dẽre, & hoc dicit esse ue
rum, quando qualitas testium, uel instrumento
rum est dubia, nam ex coniecturis fides auge-
tur, & qui habet meliores coniecturas uincit,
nam ut elegãter ait Ioannes monac. in c. si duo
18 bus de rescriptis li. 6. paritas † reducitur ad im
paritatem per aliquod additum ad alterum ex-
tremorũ, & adduco quòd uoluit idem Bal. in
cap. duo guerram §. si promptiores in usi. feudo.
sic finitur lex. & ideo dixit idem Bald. in l. presf
biteri. C. de episco. & cleric. referens disputa-
19 tionem Iacobi de Butrig. ꝙ ubicunque † testes
sunt contrarij, ꝙ tunc prævalent illi qui dixe-
runt causam legitimam dicti sui non interro-
gati testibus, qui non assignant causam, uel as-
signant interrogati, & præferuntur illi qui assi-

gnant

gnant meliorẽ causam dicti,& addneo ad prę
dicta glo,ualde singulare. el ij. in c. elerici 81.
di quæ dicit ꝙ dno laici deponenies reum non
deliquisse tali loco,& tali tempore pręferũtur
duobus clericis deponentibus contrarinm,&
ratio est, quia deponuni illud quod est uerisi-
20 milius,quod est mirabile,quia regula est,† ꝙ
stetur testibus dignioribus,ut c.in nostra.de te
sti.& l.ob carmen.§.fi.ff.eo. tamen statur testi-
bus deponentibus uerisimiliora iuxta illud qđ
dicitur in passione dñica & cõueniẽtia nõ erãt
eorum testimonia,tamen statur testibus depo-
nentibus uerisimiliora, ex quod cùm conclu-
sio uera & indubitata, quod eum testes prodn
cti per dominam Lucretiam deponant uerisi-
miliora,ut potiùs filia succedat in bonis mater
nis,quàm extranei. seqnit quòd in dubio erit
standum testibus deponẽtibus pro substitutio-
ne. Istis modò præ suppositis aggredior nunc
hunc cãpum consulendi. notarius non scripsit
istam substitutionem in instrumẽto testamen
ti ant in protocollis. Vtrũ possit probari omis
sio talis substitutionis,& per quot testes possit
pbari,& dico ꝙ potest probari per testes hoc
modo;in instrumento continentur duo,unum
qđ spectat ad officiũ ipsius notarij,ut apponẽ-
re tempus & solemnitates instrumẽtales & de
istis non est necessaria disputatio nostra, aliud
est quod spectat ad partes. & iste est casus no-
21 ster ubicunq; fuit † plus dictum, & per nota-
rium minus scriptum.si plus dictum probetur
stamus plus dicto, & non attendimus minus
scriptum iste est casus formatus in l. quotiens.
§.sed si non in corpore in uers. ex semisse hære-
dem fore,quàm plus nuncupatũ sit minus scri
ptum.ff.de hęre insti.probat gl in illo tex.ꝙ po
test probari talis omissio per testes, quasi fuit
plus dictum & minus scriptum sequitur neces
sariò ꝙ per testes probabitur plus dictum, qđ
esse probatur ex illo tex.quia dicit si ille est qui
plus dixit,& minus scripsit,stabitur suo dicto,
sicut ergo statur suo dicto ꝙ plus dixerit,eodẽ
modo stabitur dicto testium quòd plus dixerit
testator,& ibi Bar. dicit colligi ex illo tex.qua
liter probetur error, & uoluit ibi Bal.qui dicit
quòd scriptura suppletur per uiuam uocem,&
etiã ibi expressè quęrit per quot testes proba-
bitur talis omissio,& sic apertè uoluit,quòd p
testes probabitur talis omissio facta à notario
aut errore, aut dolo notarij considerata condi
tione ipsius notarij, & idem uoluit ibi Angel.
qui quærit per quot testes probabilitur talis o-
missio,& idem uoluit Bar in l. si librarius ff. de
regu.iur.ad finem, ubi dicit quòd si notarius
errat quò ad ea quæ tangunt parum ipse non
potest corrigere,& poterit talis error probari
per præsentes actui, & per alios qui fuerũt me
diatores inter partes sicut & ipsi cõtrahentes,

ut in authen.de instru.cautel.§.si non moriantᷣ
in glo.quæ incipit ad memorationem,& idem
uoluit Bal in l.Imperator. ff.de stat.homi. ubi
22 dicit ꝙ† notarius non poterit testificari de ta-
li errore,quia ipse est reus & non potest testifi-
cari cõtra propriam scripturam, nec esse testis
ex quo est reus allegat.l.generaliter. C.de non
23 num.pecu.& etiam ibi dicit Bar.quòd tot† te-
stes debent probare errorem quot probãt sub-
stantiam actus,& sic ponderet accùratè dñs Iu
24 lianus,quia uult Bal.ꝙ† notarius non possit es
se testis,licèt aliud dixerit Bart. in d. l.si libra-
rius,& noluit quòd per testes probari possit ta
lis omissio, facit quod uoluit Cyn.in l.errore.
C.de testam.ubi dicit quòd si notarius omisit,
sed non testator immo dixit,sed notarius omi
sit per errorem,& tunc si de hoc constet, quia
probari potest non præiudicat talis omissio,&
allegat d.l.quomne.§ sed si non in corpore alle
gat gloss.in summa de hęre. insti.& subdit pos
se probari per duos testes, licèt in testamentis
requirantur septem & noluit Ia. de Rau.& Pe-
trus,& sic dicit quòd per testes probari potest
talis omissio hoc decidit tex.formalis in l.cum
proponebatur.ff.de lega. ij. in uers. per errorẽ
omissam mutuam substitutionem in uers.con
iectura admitti potuit,ubi iudicio meo est tex.
25 ualde singularis, ꝙ † talis omissio probatᷣ per
coniecturas glo.tamen ibi dicit per testes,& p
consequens tex.ille probat, quòd admittitᷣ pro
batio impropria,quia probatio per coniectu-
26 ras non est propria probatio† nam propria es-
se, illa quæ fit testibus & fide tabularum,ut est
tex.melior de corpore iur.in c.forus, uers.pro-
batio autem testibus, & fide tabularum cõstat
propriè probatio est illa quæ fit testibus aut in-
27 strumentis,sed† illud quod probatur per con-
iecturas est impropria probatio, ut est singula
ris textus in l.j.in uer.per cõiecturas, non pro-
priè. ff si tabul. testam. exta. & ideo dicimus,
28 † quòd non sumitur argumentum à contra-
rio sensu in statutis ad correctionem iuris cõ-
munis, quia illud quod assumitur à contra-
riò sensu est per coniecturas, ut l. apud anti-
antiquos C. de furt. ergo sequitur, quòd non
propriè. ego nescio uidere quo spiritu di-
cta gloss. dicat ibi per septem testes nihilomi-
nus inferiùs, cum Dei gratia nostri Principis
29 discutietur ueritas.& sic tenet ibi glos. † quod
per testes probari potest omissio, hoc decidit
Bal in d l.errore,ubi dicit quando error nota
rij omittentis non præiudicat uoluntati testa-
toris, talis omissio probatur per testes allegat
l.cum proponebatur idem uoluit Salyc. in d.l.
errore.ubi dicit posse probari per testes erro-
rem scribentis in testamento nuncupatiuo,qđ
testibus est notum,& de cuius essentia non est
scriptura,licèt ad memoriam,& probationem
quan-

quandoque ſit facta : ſecùs dicit in teſtamento
in ſcriptis.& idem ibi uoluit Cyn. & ſic per te
ſtes poteſt probari talis omiſsio , prout etiam
uoluit Ang.in l.ij C.de ſecundùm tabulas . idē
uoluit Bar.in l. hæredes palàm § ſed ſi notam
ff.de teſta.& iu d.l cum proponebatur , & in l.
qui liberis §.ex teſtamento ff.de bo.poſ.ſecun
dùm tab.idem uoluit iu l j. C. de codicill.& in
d l.errore ſequitur Ange.in d.l.hæredes palàm.
§ ſed ſi notam idem uoluit dñs Petrus de An-
charan in c.cum eſſet de teſta.uoluit Bald.in l.
ij.C.de bono.poſſeſ ſecuudùm tabul. ubi dicit
30 † quòd ſolennitas uoluntatis debet probari
per tot teſtes quot ſunt ueceſſarij iu facto, &
ideo dicit ꝙ ſi corā duobus teſtibus actus fieri
poteſt,probatur per duos teſtes,ſi coram pluri
bus probatur per plures duobus allegat. dictā
l.cum proponebatur idem uoluit in dicta l.hæ
redes palàm.§.ſed ſi uotam, & in d.l cum pro-
ponebatur,& adduco quod uoluit idem Bald.
in l.fi.de fideicomm.iu uerſicu. quæro pone ꝙ
ſcriptura teſtamenti carea ſoleunitate , nūquid
auxilium teſtiū uiue uocis operari poſsit, idē
31 quod ſcriptura ſolenuis, & † ſi iuſtrumentum
caret indictione,poſsint teſtes ſupplere indi-
ctionem.reſpondet quòd non, quia hæc requi
ritur de forma inſtrumenti, & non pertinet ad
officium teſtis, ſed tabellionis., ſecùs inquit ſi
eſſet de ueritate uegotij, quia tunc poſſet pro-
bari per teſtes.uiuæ uocis l.iuris gentium § ſed
proferre.ff.de pac.idem uoluit glo. in d.l hære
des palàm §.ſed ſi notam & in dicta l.qui libe-
ris.§.ex teſtamento ſequitur Io. de Imola iu di
cta l cum proponeretur, & in d.l hæredes pa-
làm §.ſed ſi notam, idē uoluit Ludouicus Ro-
manus iu d.l.errore,& ex iſtis liquida eſt con-
cluſio,ꝙ potuit illa domiua Lucretia probare
per teſtes dictam ſubſtitutionem de ſe factam
& ita concludo .

Capio nunc aliam dubitationem, uidelicet
32 quot † teſtes ſuut neceſſarij ad probandam di-
ctam ſubſtitutionem , & circa hoc eſt aduer-
tendum,aut loquimur iu teſtamento coudito
iuter extraneos,aut in teſtō inter filios. Primo
caſu uidetur quòd requirantur ſeptem, ut uo-
luit gloſſ. in dicta l. cum propoueretur , quia
ſicut requiruutur ſeptem in couficieudo te-
ſtameuto ita requiruutur ſeptem iu proban-
da omiſsione eius , quod ſpectabat ad ip-
ſum teſtantem , ſuper hoc non uidetur eſſe
nimis inſiſtendū ex eo,quia nou expedit, cum
iſtud teſtamentum fuerit factum iuter filios.
ſed uuum pondero,quia Ia.de Ra Pet.& Cy.in
dicta l.errore tenuerunt duos teſtes ſufficere,
& idem uoluit Bar.ibidem ubi quęrit per quot
teſtes probabitur error notarij , dicit fortè per
duos allegat l.quoties §.j.ff.de hæredi.inſtit.&
33 licèt loquatur per uerbum forte † tamen non
eſt uerbum dubitatiuum. quando profertur à
doctore,ut l.in ſubſtitutione,& ibi Ang. ff.de
uulg.& pup.gl.iu l.ſi duo ff.de arb.& in l.mu-
tus. in prin.ff de procur.glo.in l j.§.ſi ff de fer.
& iu l.1.§ 1 ff.de rei uendi.& iu l in commoda-
to §.ſicut ff. commo. gloſſ in cap.ij.de teſta.&
iu ca.accedens.el j. ut lit non cōt.& in cle 1.de
appella.& iu Euangelio.Io.13.c.& ſic Bar. nō
loquitur dubitaudo, ergo ſufficiunt duo teſtes
dicit etiā ibi Bar.uel fortè ex his quę præcedūt
uel ſequentur,probabitur omiſsio allegat ele-
gātem l.cum proponebatur , & ita reſidet & ſic
Bar aperto ore dicit duos ſufficere, uel probat
ex præcedentibus,uel ſequētibus quo caſu ſuc
cedit regula tradita per Innoc. quam refert , &
ſequitur Ang.ī l.pacta nouiſsima.C.de pactis,
& in l.ſi quis cum aliter ff. de uerbo. oblig. ubi
34 dicit, † ꝙ ſi unus contractus eſt dubius, quòd
recepit declarationem ex præambulo cōtractu
poſito,quòd ex iuteruallo ſequatur , cum ergo
Bar.dicat ex præcedentibus, & ex ſequentibus
declaratur, & ita procedat tex. inquantum di-
cit admittitur cōiectura,quia poterit capi cou-
iectura ex teſtamento præambulo , quò ad illā
ſubſtitutiouem ex quo de illa fecit mentionem
uerbo & dicto, in ſecuudo teſtamēto licèt nō
fuerit ſcripta,& ſic ſatis probat couiectura ex
pręcedeutibus, & ex ſequentibus,quia cum te-
ſtatrix in primo teſtamēto fecerit dictam ſub-
ſtitutiouem,& iu ſecundo dixerit ſe facere di-
ctam ſubſtitutionem probatur ex iſtis duabus
couiecturis ſicut eſt caſus ſingularis in dicta l.
35 cum proponeretur ubi † ex præcedentibus uer
bis enunciatiuis de futuro , & ex ſequeutibus
uerbis enunciatiuis de præterito oritur diſpoſi
tio ualida;& ſic ex dicto Barto. ſequitur quòd
non requirātur ſeptem teſtes, quia coniectura
eſt indicium,et iudicium non probatur per ſe
ptem teſtes,unde in l.inter omnes.C.fam erci-
36 ſcuu.dicitur † quòd teſtamentum inter filios
probatur per inditia gloſ ibi dicit dum tñ legi
time probabis ſaltē per duos teſtes: quam gl.
Bar.ibi ſummè pōderat. facit quod uoluit Bar.
in l ſi ff de quæſtio.et dominus Abbas iu cap.
ſicut de ſimo.et Ang. in l. non eſt uериſimile ff.
de . . . . ubi reputat illam gl. ſing.cum er
go dicatur in dicta l.cum proponebatur quòd
probatur per coniecturas, ergo ſequitur quòd
duo teſtes ſufficiunt, unde durū uidetur quòd
ad probandam couiecturam requiruutur ſe-
ptem teſtes,cum duo ſufficiant, ut uoluit gloſ.
in d.l.inter omnes,et adduco quod uoluit Bar.
in l.fideicommiſſum.C. de fideicomm.ubi di-
37 xit † ꝙ per duos teſtes probatur reuocatio le
gati.quia probabitur inimicitia ex qua reuoca
tur legatum,ut l.iij.§.ſi ff de adim.lega p duos
teſtes, et eſt ratio quia probatur reuocatio per
coniecturam,et couiectura probatur per duos

teſtes

testes,& ita uoluit Bar.in d l fideicommissum,
licet aliter dixerit.idem Barto. in l.hæredes pa
làm §.sed si notam,& per consequens non be-
ne dixit glo.ut dicta l.cum proponeretur, quod
est bene notãdum,quia est nouum ad hanc ma
teriam ergo sequitur ꝙ per duos testes proba-
bitur ista substitutio,maximè coniunctâ præ-
sumptione ex primo testamento, non interue-
nientibus demeritis illius Lucretiæ uersus ma-
trem,& credo illam glo non dicere uerum qc-
quid dixerit Bal.in præfatis locis & Bar. in d.l.
cum proponeretur, & in d.l.hæredes palàm §.
sed si notam,multò minùs habet dubium casus
noster ex eo,quia sumus in testamento inter pa
trem,seu matrem,& filios quo casu non requi-
ritur numerus septem testium,requiritur enim
numerus duorum testiũ, ut probatur in l.hac
consultissima §.ex imperfecto. C.de testa.quo
casu sufficiunt ad probandum errorem omis-
sum circa hanc substitutionem duo testes, &
ad hoc adduco glo. subtiliter consideratã,quã
ad hoc propositum ponderauit nemo,in dicta
38 l.inter omnes.C.fam.ercis.sic inducendo † ibi
dicitur ꝙ per indicia probatur uoluntas testa-
toris inter patrem & filios glo.ibi dicit, ꝙ suf-
ficiunt duo testes,ecce nunc qualiter in termi-
nis hoc decidit illa glo.si enim dicit ꝙ uolun-
tas patris erga filios testantis probatur per in-
dicia & indicia probãtur ꝑ duos testes sequit
necessariò , quòd duo testes probant errorem
omissionis circa uoluntatem matris testantis in
ter filios, & quanta sit gl.auctoritas,si qs dubi
tet,uideat Bal in l.hæreditas.C.depos. qui di-
39 cit ꝙ auctoritas gl.omnes alios antecellit ,&
in l.in.§ necessitate. C.de bonis quæ libe.dicit
adhæreas Odofredo ueritatis doctori,in glo.&
in ꝑpetuum nõ errabis,& Cy.in l.non moritu-
rum.C. de contrah.& cõmit stipula dicit ꝙ est
idolum aduocatorum glos.& Bald.refert . . .
. . . . . ideo dixit Bart.in consil.incipien.
Andriolus sequere glo. quæ præceteris meliùs
intellexit uoluit Iac. Butr. in l.j. C. qui pro sua
iurisd.ideo dixit Saly. in l. traditionibus.C. de
pac.ꝙ ita debemus inhærere opinioni gl. sicut
Bononiensis inhæret carrocio. & idem Salyc.
in l.hæc suum.C.de sen.quæ sine certa.quan.di
cit ꝙ qui nescit equitare teneat se ad arsonem,
ideo iudicans debet se tenere cum opinione
glo.ideo dixit Bal.in l.precibus. C.de impube.
& in authen.cessante C de legit hære.quòd in
consulendo nõ pôt qs adhærere tutiùs,q opi-
nioni gl.& idem uoluit in l . ff.de uulg. & pu-
40 pil.& in cap. . de natur.succes.feud.nisi † opi-
nio glo. conuinceretur ratione & aliorũ Doct.
auctoritate,ut fæci superiùs.d.glo.d.l.cũ pro
poneretur refellendo,& sic illa gl.apponit gla
dium ad radicem huius hæsitationis, & miror
uehementer de Bal.in l.ij.C.de secũ tabu. ubi
tangit hanc dubitationem , & illam gl.ad hoc
non considerauit,dicit enim reperitur instru-
mentum,in quo dicitur,ꝙ pater instituit filiũ,
& filiæ reliquit quinque,& non dicit iure insti
tutionis decedit testm ualet si duo testes di-
cũt quòd iure institutionis reliqt,& mouetur
41 ratione quia † duo testes supplent instrumen-
tum in eo quod fieri potest allegat dictum §.
ex imperfecto,secùs dicit si non posset fieri co
rã duobus , & sic Bal in indiuiduo tenet quòd
inter patrem aut matrem,& filios probatur er-
ror omissæ dispositionis maternæ in testamẽto
per duos testes & allegat ad hoc d.l cum pro-
poneretur, ut tot probent illum errorem, quot
probant directam dispositionem , sed in hoc
deficit illustre ingenium antiquorum, & mo-
dernorum, quia ad hoc non põderauerunt gl.
d.l.inter omnes,quæ hoc aperto ore probat, &
sic uidetur per illam glo.apposita securis ad ar
borem, ut rectè dici possit ueritatem fore in-
uentam,et intellectum acquiescere ergo sequi
tur quòd probat est illa substitutio per testes
sufficienter,si duo duntaxat de illa deponant,
& ꝙ sufficiant duo testes latè scribit Bal.in au
then. ꝙ sine.C.de testa. & adduco quod uoluit
solennis Docto.dominus Paulus de Castro in
42 d.authen ꝙ sine ubi,dixit † ꝙ si sint duo testes
qui deponant implicitè, uel explicitè de uolun
tate testatoris,sufficiãt duo testes dicentes nos
audiuimus patrem testari hoc modo inter libe
ros,& tunc probabunt testamentum nuncupa
tiuum,habet enim locum in testamento nuncu
patiuo dispositio. d.l hac consultissima . §. ex
imperfecto,ut firmant omnes scribentes in di
cta authen.quòd sine:quod est uerissimum &
probatur in l si C.fam.ercis.licèt dominus Ra-
43 phael in d §.ex imperfecto dicat † illum tex.nõ
probare ꝙ testamentum nuncupatiuum inter
liberos factum minùs solenniter teneat, quia
istud non est uerum & damnatur per oẽs in
d.auth.quòd sine per tex. d.l.si. & dicit domi-
nus Paulus in d.§.ex imperfecto ꝙ dictum Ra
phaelis est uerum quo ad illum §. ut ille §.non
loquatur in testamento nuncupatiuo,sed bene
probatur in d.l.si.quòd ualeat testamentũ nun
cupatiuum cum duobus testibus factum à pa-
tre inter liberos,& per consequens stat uera cõ
clusio ꝙ ualeat tale testamentum nuncupatiuũ
& licèt dominus Paulus sequatur illud dom.nũ
Raphaelis,quòd d.§.ex imperfecto non loqua
tur in testamento nũcupatiuo,& sic uoluit scr-
ga, tamen uterque malè dicit per tex.d.l.hac cõ
sultissima in uer.in omnibus autem testamen-
tis,& postea sequitur §. ex imperfecto, & per
consequens continuatur ille §. ad omnia testa-
44 menta,& sic ad nuncupatiuum. quia † qui omni-
no dicit nihil excludit l. à procur. nam C.manda.
& etiam cõfundo eos ratione inconcedibili,
hæc

45 hoc modo ubicunque ratio legis eſt genera-
lis dicto legis ampliatur dictum ad amplitu-
dinem rationis ita habetur in l. pater filium.§.
fundum.ff.de leg.iij.& in l eum pater.§.dulciſ-
ſimis.ff.de leg.2.& eſt gloſſ.ſingularis in cle.1.
de elect. ſed ratio ſub qua fundatur dict. §.ex
imperfecto eſt fauor ipſorum filiorum, ergo
ſequitur quòd idem fauor debetur filijs ſiue te
ſtamentum fiat in ſcriptis, ſiue nuncupatiuè,
unde poſito non tamen conceſſo, quòd dictus
§.ex imperfecto continuaretur ad hoc princ. il
lius l.quæ loquitur de teſtamento in ſcriptis,
tamen quia ratio.l. eſt generalior dicto legis
extenditur dictum ad alia dicta in quibus ha-
bet locum ratio dicti §.ex imperfecto, ergo ſi-
ue nuncupatiuè teſtetur, ſiue in ſcriptis, habet
locum.§.ex imperfecto, & hoc fuit incognitũ
Raphaeli, & Paulo de Caſt. iuxta illud oculos
habent & non uidebunt, & multò fortiùs con
funditur eorum dictum, quia text.ibi dicit in
omnibus teſtamentis, ergo §.ex imperfecto cõ
tinnatur ad omnia teſtamẽta, & facit quod uo
46 luit Bar.in d §.ex imperfecto, ubi dicit † quòd
teſtamentum inter liberos probatur duobus te
ſtibus, ſiue maribus, ſiue fœminis, & allegat l.fi.
C.famil.erciſcun.clarum eſt, quòd dictum do-
ctoris debet intelligi ſecũdum l. quam allegat
ut uoluit Bart.in l.non ſolum.§.liberationis.ff.
de lib.leg.ſed d.l.fina. loquitur in teſtõ nuncu
patiuo, ergo ſequitur quòd Bart.dicit ꝙ teſta-
mentum nuncupatiuum probatur duobus te-
ſtibus inter parentes & liberos, & etiam Bart.
ibi allegat rationem, quia remiſſa eſt ſolẽnitas
iuris ciuilis in teſtõ inter liberos, ergo ſequit̃
ꝙ remanemus in diſpoſitione iuriſgentiũ quo
47 diſponitur † ꝙ in ore duorum, uel triũ ſtat om
ne uerbum, ut in c.cum eſſes de teſta.cũ ſimili-
bus, & ſic Bar.tenet ꝙ teſtamentum nuncupa-
tiuum inter prẽm & filios requirit duos teſtes,
ergo eodem modo, & recta uoluntas, qñ per
errorem notarij omittitur, & ſi quiſpiã diceret
ꝙ iſta præcedunt in patre reſpectu filiorum, ut
ualeat tale teſtamentum nõ tamen procedit in
matre, quia iſtud eſt falſum, ut eſt text.apertus
in d.§.ex imperfecto in uer. parẽtibus utriuſq;
48 ſexus, & ꝙ † teſtm̃ nuncupatiuum poſſit ꝓba
ri per duos teſtes ſequuntur moderni in d.l.ij.
C.de bo.poſſ.ſecundùm tab. & ibi Paul.de Ca
ſtro refert illud dictum Bal. & ſequitur, & ſic
uult quòd §.ex imperfecto habeat locum in te
ſtamento nuncupatiuo, ergo res eſt expedita,
& facit etiam ratio error non poteſt probari,
quin probetur ueritas contraria errori, ita pro
batur in l.cum ꝓponebatur, ſed ueritas uolun-
tatis inter matrẽ & filios probatur duobus te-
ſtibus, ut eſt dictum, ergo eodem modo proba
49 bitur error eadem † eſt diſciplina contrariorũ,
& eadem regula probatur. l. generaliter. C. de
non num. pecu. ergo uti eſt probanda ueritas
ita erit probandus error, cùm ergo ſufficiant
duo teſtes in probanda ueritate, ita ſufficient
in probãdo errore, & accedat qd̃ uoluit Bald.
in d.l.errore, ubi dicit aut ſit probatio circa
ſubſtantiam teſtamenti, & tunc requirũtur tot
teſtes in probando errore quot requiruntur in
probanda uoluntate teſtantis, ut d.l.eum ꝓpo
nebatur aut circa certitudinem, & tunc requi-
runt̃ duo teſtes, & ita dicit procedere, quod hr̃
in d.l.hæredes palàm. §.ſed ſi notam aut loqui
mur circa aliquã ueriſimilitudinẽ ſupple tio-
nis, & iſto caſu ſufficiunt duo teſtes, & ita lo-
quitur Cy.Ia.de Ra.& Pe ibi, quia faciliùs ali-
quid probat̃ ſupra ſcripturam, uel præter ſcri-
pturã, quàm contra ipſius tenorẽ, ut not. Cy.in
l.optimam.C.de contrah.ſtip.& gl. in l.reos §.
cũ in tabulis.ff.de duo re.& in l.iuriſgentium.
§.ſed ꝙ ferè.ff.de pac.& ego adduco.l.quicun-
que.C.de apoc.publ.lib.10.& iſte vr̃ eſſe caſus
noſter, vnde poſito, nõ tñ conceſſo, ꝙ eſſemus
inter extraneos adhuc iſte error probaretur ꝑ
duos teſtes ſufficienter, quia eſt quædam ſup-
pletio ad quã cõcurrit ueriſimile, ut dixi ſupe-
riùs in præſuppoſitis, & diſpõ teſtamenti præ-
cedentis, ideo cũ iſta ſubſtitutio facta de filia,
non ſit contra teſtm̃ maternum, ſed eſt ſupple-
tio ad illud, ſequitur ꝙ ſufficiunt duo teſtes fa
cit quod uoluit d.§.ex imperfecto, ubi dicit ꝙ
inter liberos relaxata eſt in hoc oĩs ſolẽnitas
iuris ciuilis & remanſit ſola ea quæ eſt de iure
gentium ſecundum gl.in ore duorum, uel triũ
50 ſtat omne uerbum, & ſi quiſpiam dicat † quòd
§.ex imperfecto eſt hòdie correctus ꝑ d.auth.
quòd ſiue, ut fuit opinio Marti. ibi, quam ſe-
quitur Saly.qui eſſe idem uoluit in auth. ſi mo
dò.C.de fam.erciſ. ad hoc reſpondeo quòd il-
51 la opinio nõ eſt uera. Primò † quia euitãda eſt
correctio etiam per uerba impropria, ut di-
xit gloſſ. in authent. ex teſtamento. C. de col
latio. quam ibi Ludouicus Romanus reputat
ſingularem pro qua eſt tex. in ca. cum dilectus
de conſue.& in c.cauſam quę de reſcr. & in l.ſi
ſerui noſtri.C.de noxal.Scd̃o quia § ex imper-
fecto emanauit in fauorẽ liberorum, ut ibi ap-
paret, & Imperator in dicta auth.ꝙ ſiue intẽdit
potiùs ampliare fauorẽ liberorum q̃ reſtringe
52 re. Tertiò † q̃a ubicũq; lex noua corrigit legẽ
antiquã dẽt de ea facere mentionẽ ſpecialẽ, ut
eſt tex melior de iur.in l.fi. in uerſic ſpecialiter
de indic.uidu.toll.ſed d.auth.quòd ſiue nõ fa-
cit ſpãlem mentionem de d §.ex imperfecto, er
go illum non correxit, non eñ debemus exten
dere illam auth.ad correctionẽ legis quę eſt in
codice, niſi quatenus expreſsè loquit̃, & iſtud
tenent cõiter oẽs ibi, quos ſequitur Pau.de Ca
ſtro, & licèt Saly.tenet opin. Marti. in d.auth.
ꝙ ſiue tñ dñs Florianus de Bononia ibi dicit,

ꝙ cõis opinio est contra marti. ideo non est
recedendum à cõi opinione, secundùm quam,
secundùm eum melius est mori, q̃ cum opinio
53 ne marti. uiuere si secundùm † illam erit iudican
dum & cõsulendũ. c. ne innitaris. de consti.l.j.
ff. de off. quæst. in uers. crebrior apud ueteres
opin. cum si. facit etiã ad prædicta, quia si quis
opponeret, ꝙ requirant septem testes ad ꝓban
dum errorem omissum ut uoluit glo. in d.l. cũ
proponebatur & alij Doctores relati, ad hoc
facilè rñdetur ꝙ ipsi ideo ita dicunt, quia requi-
ritur regulariter in ultima uoluntate condẽda
septem testes. l. si unus. C. de testa. unde non lo-
quunt de testõ priuilegiato. sed loquunt de te-
stamento secundùm ius cõe facto, sed rõ quare
mouentur bene decidit casum nostrũ dicunt
enĩ ꝙ tot requiruntur testes quot requirunt ad
conficiẽdam uoluntatẽ, sed ad cõficiẽdũ testm̃
per parentes utriusque sexus inter filios suffi-
ciunt duo testes, ut no. in d. §. ex imperfecto er
go sequitur, ꝙ duo testes sufficiunt ad proban
dũ errorem omisionis, & ita itelligatur quod
uoluit in d. §. sed si notam, & in d.l. cum propo
nebatur, & in d l. errore & hanc puto firmam
ueritatem, ut in firma petra, sed unum est quod
posset refricari in dubium, uidelicet per quem
modũ loquendi debent deponere isti testes de
ponentes de uoluntate restantis ad hoc, ut con-
cordent, & nõ dicantur singulares, ut extat ele
gans doctr. D. Ant in c. nihil de uer. sig. ubi est
54 casus ꝙ † diuersitas in ratione uerborum, dum
tñ detur idem intentus, & eadem mens in sub-
stantia, non diuersificat dictũ, nec induit con-
trarietatem, & ideo licèt testes, uel plura instrã
de eodem facto confecta à diuersis idẽ narrẽt
in substãtia, licèt per diuersa uerba per hoc nõ
uitiatur eorum dictum, quia sunt singulares,
uel contrarij, quod dictum limitat esse uerum
quando formaliter non recitãt uerba, ut ab a-
lio prolata: quia si recitent uerba, ut ab alio pro
lata, exigitur quòd concordent etiam in corti-
ce uerborum, & propter hoc refert ibi se ui-
disse in contingentia facti dubitare, duo testes
fuerunt producti ad probandũ, ꝙ Titius insti-
tuit Seium hæredem, & unus testis in testifican
do dixit scio, qa audiui, ꝙ dixit Seium hæredẽ
instituo. alter deposuit se audiuisse, ꝙ testator
dixit Seius hæres sit, & determinatum fuit de
facto, ꝙ tales testes essent contrarij, uel singu-
lares, & non probant quia recitabant uerba, ut
ab alio prolata, ideo debuerunt concordare in
uerbis, ita ibi dicit D. Anto. quod dictũ pro cer
55 to est admiratione dignum, tum † quia ab ex-
cellenti Doctore dictum, tum quia in facto,
ita fuit decisum, & est accuratè ponderandum
hoc dictum, quia uidetur D. Anto. affirmare il
lam opinionem, quam superiùs retuli, quę fuit
Iac. de Ra. Pet. & Cy. in d.l. errore, quam sequi

tur ibi Bar. ꝙ sufficiãt duo testes ad probandũ
errorem omissę uolũtatis, & ꝙ plus est ita fuit
decisum in facto, nec D. Ant. loquitur de testõ
facto à parente inter liberos ergo iudicat inter
extraneos, ex quo sequitur ꝙ multò fortiùs po
terunt duo testes testificari inter matrẽ & eius
liberos, & ideo efficitur fortior cõclusio fabri-
cata superiùs, & adduci põt solemne & nonum
dictum Bal in l cum antiquitas. C. de testa. ubi
56 dixit quærẽdo † utrũ una pars testamẽti possit
probari per alios septem testes, esse casum il-
lius l. quia nisi probetur subrogatio testiũ ex
causa necessitatis nihil probaretur, & sic uidet
ꝙ nisi testes probent totũ tenorem testamenti,
profectò ꝙ nihil probent, & si aliqui probent
plùs dictũ, aliqui minùs dictum, illi qui minùs
deponunt, totum nesciunt, nõ uñr esse testes le
gitimi, nec probant aliquid esse id, quod depo
nunt, quia non uident interfuisse toti testõ ex
quo totũ nesciunt, quod dicit esse mirabile, &
reliquit cogitandum, & longè miror ꝙ Salyc.
& alij moderni ibi non referũt illud dictum &
examinent si sit uerum modò in proposito no
stro non expedit examinare & discutere si illud
dictum dñi Anto. sit uerum, qa aliàs consului
57 contra illud dictũ ex eo, quia † singularitas du
plex esse dr, quędam dr singularitas cõtradicto
ria expositiua, & ista inficit testimonia, ut nõ
probent, de qua hr in l. testiũ. C. de testi. cap. bo
næ. de postul. prǽl. l. ob carmen. ff. de testi. cum
58 sim. quædam † singularitas est enuntiatiua, &
ista non inficit testimonium, & est qñ testes p
diuersa media conformia tendunt ad eundem
finem, & isto modo loquendi utitur Bal. in ru
brica de controuer. inuest. in usi. fend. & addu-
citur ad hoc tex. ualde singularis in l. qui sentẽ-
tiam. C. de pœn. quem ad hoc allegat Bal. in l. de
quibus. ff. de legibus, & i l. j. C. de testa. & in ple
risq; locis, & euã glos. ualde elegans in cap. du
dum de conuer. coniug. & in c. cum eccle. sutri
na de cau. poss. & proprie. cum ergo isti testes
dicant unum, et idem in substantia in casu di-
cti D. Anto. ergo sequitur ꝙ non sunt singula-
59 res, qa ubi † ꝑt capi sensus, ut testes nõ sint sin
gulares, sed sint cõcordes capitur talis sensus,
ita dixit Bald. in commento. l. de quibus ff. de
60 legi. et quia † non in uerbis, sed in sensu consi-
stit Euangelium, ut c. Melchion & Basili. 1. q.
1. cap. intelligentia, et c. præterea de uerb. sign.
qñ substantia nõ stat in uerbis, et adduco sing.
contra dictum Anto. l. non figura. ff. de actio.
et obli. et maximè quia labilis est memoria, ut
recordentur de proprijs uerbis testes in fa-
cto alieno, ut l. quidam tabularum. ff. de fur-
tis, et l. iij. §. duæ causæ. ff. de carbonia. et Se-
neca in Prologo declamationum. ergo non est
curandum si non deponant de proprijs uerbis,
sed tamen sunt concordes in substantia, et
facit

facit simile, quod uoluit Innocen in capit. qualiter el secondo, de accusa. quod refert Bald. in
l. presbyteri. C. de episcopis & cleric. ubi dicit
61 † quòd est tolerabilius in teste magis recordari de personis, quàm de die, uel de loco, &
uoluit Archi. in capit. nihilominus 3. quæst. 9.
ita dicimus, quòd excusatur testis si non recordetur de proprijs verbis, si recordatur de substantia, & de illa deponat, & per consequens
non bene loquitur dominus Antonius, & aliàs
consului cõtra eum, sed in casu nostro est opus
illud discutere an bene dixerit ex eo, quia tres
testes, qui deponunt de omissione dictæ substitutionis, sunt cõcordes in substantia, & in proprijs verbis. dicunt enim quòd dicta Domina
Flora dixit, quòd si dictus Alexander decederet sine filijs, quòd dicta Lucretia esset hæres
dictæ Dominæ Floræ suæ matris, & per consequens nõ sunt singulares, ergo probant & multò fortiùs redditur clarior ista hæsitatio, quia
sunt tres ex dictis testibus concordes ad probãdam dictam substitutionem; & sunt illimet
testes, qui fuerunt adhibiti in dicto testamento
& sic non sunt alij testes; cùm ergo duo testes
sufficiant, ut est dictum, & sunt tres ergo nulla
62 est dubitatio, & † licèt Bal. in d. l. antiquitas loquatur de septem, quòd debeant esse septem
tamẽ dico illud esse uerum eo casu, quo in condenda ultima uoluntate requiruntur septem,
sed eo casu, quo requirũtur duo, sufficiũt duo
ut uoluit idem Bal. in d. l. ij. & per consequens
non obstat. Item isti testes deponunt de toto,
ut apparet ex eorum testificatione, quia dicũt
quòd post institutionem hæredis &c. & p consequens deponunt ita ut uoluit Bal. in dicta l.
cum antiquitas. Stat modo difficultas utrum
debilitentur dicta istorum trium per testificationem notarij, & aliorum testium, & pro certo uidetur de iure dicendum, quòd non, &
ante omnia tollo illud quod quis posset opponere, uidelicet testatrix ista adhibuit septẽ testes in d. suo testõ, & per consequens vr̃ elegisse uiam testandi secundùm ius commune, &
non scd̃m ius speciale, & priuilegiatum, ergo sequitur ꝙ per septem testes debet probari
talis omissio substitutionis, quia tot testes interuenerunt circa facturam testamenti, quia ad
63 istud rñdetur † ꝙ pp hoc non vr̃ elegisse omnia, per quæ impugnetur sua uoluntas, ut est
tex. in l. iij. ff. de testa. mili. sed ideo fuerunt uocati septem testes, ut ualeret dispõ quò ad alia
quæ non tangebat dictos suos filios, licèt enim
ualeret testamentum inter matrem & filios cũ
duobus testibus, tamen nõ ualeret quò ad extraneam personam admixtã, & hac de causa fuerunt uocati septem testes non tñ ad fine ut tolleret priuilegium & fauorem, qd̃ lex dedit illis
filijs in testõ utriusq; parentis, ut d. §. ex imper
fecto, quinimo plùs dixit Bar. in d. l. si librarius
ad finẽ, ꝙ error tãgens uoluntatẽ partis potest
probari per duos. s. per notarium & unum testem, & sic videtur sentire illud quod uoluit Petrus & Cyn. in d. l. errore quod est bene notandum ad hanc consultationem.

Capio nunc hanc hęsitationem, si debilitentur
dicta istorum trium pp assertionẽ aliorum, &
exordior à notario, & clarum est, ꝙ notarius
iste qui fuit rogatus de isto ultimo testõ, dicit
non fuisse erratũ, nec fuisse rogatũ de d. substi
64 tutione, & sic vr̃ † magis standum dicto testis
tabellionis, q̃ dicto alterius, ut gl sing. in auth.
de hęre. & falc. §. si non absunt, quã ad hoc reputat sing. Bal. in auth. sed cũ testator. C. de leg.
falci. & ideo dixit Bar. in d. l. si librarius, ꝙ statur dicto notarij, & unius testis circa errorẽ tãgentem partem. Quia circa hoc extat glo. antiqua in l. hac consultiss. § fi. C. qui te. fa. poss. quę
scd̃m Bar. ibi dicit ueritatẽ, & idem dixit in l.
domitius Labeo. ff. de testa. ꝙ aut probatio fit
p uiuam uocem tñ, & computatur notarius in
numero testium non hr̃ tñ loco duorum, aut
probatio fit per scripturã tñ, & nullo mõ computatur in numero testiũ, quia non deponit in
forma testis, ita concludunt in dictis locis, &
uoluit Bal. in l. fi. C. de fideicom. & in rub. C. de
fide instru. & per oẽs in d. l. hac consultiss & in
d. l. Imperator, sed iste notarius non deponit
in forma testis, immo cõtendit in iudicio cũ ipsa dña Lucretia, & facit se aduersariũ, ergo nõ
potest debilitare dicta istorũ triũ testium: arg.
l. nullus. ff. de testi. & plenis. circa hoc dixit D.
Aduocatus maximè cum agatur de deturpãdo
honore ipsius notarij, cũ in hac testamẽti clausula defecerit illã nõ scribendo, unde vr̃ psumi
dolus cum testes dicent, ꝙ ipsemet notarius interrogauit dictam Floram, an uellet aliquẽ esse
suum hęredem futurum eo casu, quo filius eius
institutus decederet sine filijs, & dictus notarius non scripsit hanc substitutionem expressã
p ipsam testatricẽ, & sic vr̃ potiùs fuisse in dolo, ex quo clausula substitutionis est elegãs: ar.
eius qd̃ hetur in ca. ex lr̃is de dolo & cõtu. vbi
sufficit ꝙ secundę litterę faciant mentionẽ de
primis, ut in c. audita de testi. spol. c. cęterũ. de
rescrip. c. ex litteris de off. deleg. tñ si in primis
lr̃is apponitur aliqua clausula elegans nõ sufficit facere mentionẽ de primis, nisi fiat mentio
de clausula illa eleganti, & ideo pulchrè dixit
65 Bar. in l. de ętate ꝙ nõ † est tolerabilis obliuio
alicuius memorandi facti, ut fuit de maxima
mortalitate, licèt gl. in dicta l. quoriens. § sed si
in corpore. ff. de hæred. institu. dicat, quòd si
est plus dictum, & minùs scriptum, quòd præsumitur quòd notarius errauerit, & non dolosè omiserit, qa iudicio meo illud pcedit regulariter, sed nõ hẽt locũ ubi fuit erratũ in aliqua

clausula ardua, ut est substitutio facta de filia
immo præsumitur dolus, quia huiusmodi ar-
66 dua † exigunt exactam diligentiam, ut dixit
Bal. in l. nullum. C. de testi & probatur in capi.
per uenerabilem. § rationibus. qui filij sint leg.
& Deuteronom. 18. cap. & de off. archid. in c.
ad hæc, maximè considerata conditione ip-
sius notarij, quia aliàs errauit, & dolosè, unde
67 † semel malus semper præsumitur malus in eo
dem genere mali, regula semel malus libro 6.
& quod uoluit Bald. in capitulo primo. § j. in
tit. de feud pig. da. in uic. leg. commiss. & quod
uoluit gloss. in l. eum allegas. C. de usur. & in
argumen. facit l. j. si quis Imperat. maledix.
l. fin. ff. de hæred insti. & quod ibi uoluit Cyn.
quem ibi refert, & sequitur Bal. & sic in isto no
tario concurrunt multa, propter quæ non est
sibi credendum, & etiam potiùs præsumitur
dolus in eo ex his, quæ alias commisit in offi-
68 cio tabellionatus, iuxta illud expedit † infido
non iterare fidem, unde dicit Bal. Bart. in l. Lu
69 cius. ff. de his qui not. infam. ꝙ † posito, quòd
testis asignet bonam causam dicti sui, tamen
iudex potest non adhibere sibi fidem, si sibi ui-
deatur, quòd non dicat ueritatem per id, quod
habetur in d. l. iij. §. j. ff. de testi. tu magis scire
potes, quanta fides sit testibus adhibenda. Pri-
mò iste notarius asserit rem non uerisimilem,
quòd illa domina Flora non expresserit dictā
substitutionem, tamen illa expresit in primo
testamento, nec superuenerunt demerita, ut su
periùs dixi. Secundò quia deponit, ut aduersa-
rius, & ut pars ergo. Tertiò habet tres testes te
70 stificantes contrarium, quo casu † per amplio
res homines, magis clarescit ueritas, ut dixit
tex in l fin. C. de fideicom. cap. licèt causam de
proba. c. in nostra de test. Quartò aliàs com-
misit similem errorem dolosè & appensatè, er
go eodē modo uidetur fecisse hic, iuxta illud
71 † præfati ratio scire futura facit: à primordio
tituli posterior formatur euentus l. j. C. de im-
po. lucr. descrip. libro 10. ex istis tollitur illud
quod uoluit gloss. d §. si non absunt, unde non
crederetur plus huic notario, quàm alteri testi
immo nullo modo crederetē isti notario, stanti
bus supradictis, quinimo plus dico, ꝙ illa glo.
non dicit illud, ad quod eam allegat Baldus, ꝙ
plus credatur tabellioni, dicit enim ibi gloss. ꝙ
non minùs creditur tabellioni, quàm alijs, non
sequitur ergo plùs, & sic non bene ponderat
illam glo. Bal. & si dicatur plùs creditur nota-
rio, quia fuit præsens, quia ad hoc respondeo,
quòd dicti testes fuerunt præsentes, & non
laborant suspitione aliqua, non prætēdunt in-
teresse honoris, ut prætendit ille notarius, &
72 † interesse honoris maius est alio īteresse iuxta
illud quod dicebat supremus gentium prædi-
catio Paulus Apostolus ad Corinth. 1. capitu.
Expedit mihi magis mori, quàm ut quis glo-
riam meam euacuet. l Iulianus. ff si quis omiss.
cau testam & sapientię fons Salomon dicebat:
73 melius † est nomen bonum, quàm diuitię mul
tæ & in capitulo 2. de purga cano. dicit quòd
74 † qui famam suam negligit, uidetur negligere
uitam & no. in l. transigere. C. de transac. per il
75 lum de fontana, ut refert ibi Bart. quòd † infa-
mia est similis morti. facit l. infamia. C. de de-
cur. libro 10. & per consequens cum agatur de
infamia, & dedecore ipsius notarij, & de ma-
culādo honore suo, sequitur quòd nō est adhi
benda sibi fides, maximè cum tot concurrant
contra eundem, quę simul coniuncta inficiunt
suum dictum, quia quæ non prosunt singula
multa iuuant, ut est dictum superiùs, & etiā ex
alio confunditur dictum, quia non deponit su
per toto testamento, ut uoluit Bal. in d. l. cum
antiquitas, ergo non probatur, & ex istis non
obstat dictum ipsius notarij.

Nec obstat testificatio domini Antonij, qa
pro certo multiplici de causa redditur eius te-
stimonium falsum. Primò, quia extra iudiciū
fuit testificatus dictam dominam Lucretiam
fuisse substitutam in dicto ultimo testamento.
deinde productus in iudicio ad instātiam dñæ
Lucretiæ se non recordari dixit postea ad pau
cos dies productus, contra dictam dominā Lu
cretiam: dixit quòd dicta domina Flora nō sub
stituit dictam Lucretiam, quòd sit falsus, osten
76 do, tunc † testis est falsus, quando testimonia
sui ipsius sunt uaria, & diuersa inter se, ita di-
xit Bar. in l. eos ad fi. ff. de fal probatur in l. qui
falsa ff. de testi. unde Bartol. in dicta l. eos dicit
77 † quòd si unum dicit extra iudicium, & aliud
in iudicio punitur, ut falsarius, & licèt domi-
nus Antonius in capitulo dilectus, de cap. mo
nac. dicit illum tex. esse contra Barto. & Bal. in
capitulo primo. § j. quid sit inuesti. & in capitu.
primo §. cum autem de . . . .
& in l. nullum. C. de testi. reprehendat illud di-
ctum Bartol. etiam Salycet. in l. si quis decu-
rio. C. de fal. & in dicta l qui falsa, & in authen.
qui semel. C. de probat. nihilominus dominus,
& consieculus meus Abbas in capitul. per tuas
de probatio. et in capitul. litteras de præsump.
dat unam concordiam ualde elegantem, et ue
ram: dicit quòd debet stari illi dicto, pro quo
sunt plures, et fortiores præsumptiones ueri-
tatis, unde si pro primo dicto est maior præ-
sumptio ueritatis, stabitur primo dicto allegat
tex. in dicto capitulo litteras, sed cum pro pri-
mo dicto suo sunt plures, et uehementiores
præsumptiones, quàm sint pro secundo dicto
contrario, ergo sequitur, quòd stabitur pri-
mo dicto: quòd autem sint plures, et uehe-
mentiores præsumptiones pro primo dicto
apparet ex superiùs relatis, quia extat primum
testamen-

testamentum in quo fuerit facta talis substitutio, extat amor maternus, extat iuuenilis ætas illius Alexandri non habentis uxorē, extāt tres testes qui clarē & indubitanter hoc attestantur ergo, & etlicèt multi Doct. non sequant̄ illud dictū Bar. in d. l. eos tā do. Pet. de Anch. in cle. ij. de testi. ubi recitat opinio. quòd si testis durante iudicio deponat scd'm dictum contrariū primo dicto. dicit se dubitare, quia sicut ubi incontinenti hoc faceret, reputaretur uacillans, & neutri dicto crederetur, ita vr̄ dicendum si hoc faciat ex interuallo, ante iudicium finitum, & sic uult ꝙ neutri dicto stetur, sed postea reducendo ad concordiā præfatam controuersiam Doct. dicit hoc relinquendum esse iudicātis arbitrio, an potiùs stetur primo dicto, an scd'o qñ illud emanauit adhuc nō finito iudicio, & mouetur ex l. iij § j. ff. de testi. ver. tu magis scire potes, & l. ob carmen. eod. tit. in pectore. n. iudicis reseruatur quando & ubi sit fides testibus adhibenda, ita ibi residet D. Petrus, & ita reducūtur ad concordiam Doct. discrepātes circa istum dubitabilem passum, sed clarum est, ꝙ iudex debet suū arbitrium informare ex præsumptionibus concurrentibus circa istam uarietatem, ergo sequitur ꝙ iudicabit pro primo dicto tanq̄ uerisimiliori maximè cum concordat cū alijs testibus, & facit gl. in c. cum in tua de testi. quę dicit ꝙ si testis dixit unū in iudicio summario & aliud dixit in iudicio plenario, ꝙ secundum dictum non ualet, ita dicamus in proposito & pulchrè dixit D. Antonius ibi, ꝙ si testis dicit unum extra iudicium, & contrarium dixit in iudicio, ꝙ non statur secundo dicto, sed stat̄ primo, sed non poterit accusari de falso pro illo secundo dicto, & adduco ꝙ uoluit D. Abbas in quodam suo eleganti cons. incipiente, uidet pri mo standum, & est in ordine 53. ubi dicit ꝙ si testis dicit unum extra iudicium, & contrariū post modum dicat in iudicio ēt cum iuramento; non creditur secundo dicto & pōt puniri de falso quod dicit probari in d l. eos, scd'm unū intellectum, & dicit illud tenere Bar. ibi & refert illud sequi d. Anto. in d. ca. cum in tua dię cesi. de testi. & licèt secundùm eum illud dictū Bart. posset morderi aliquateuus tam propter multa alia concurrentia adminicula in casu illo, in quo consulebat dicit standum primo suo dicto & dicit esse casum in d icto ca. litteras de præsumpt. & sic dominus Abbas in terminis consuluit pro nobis, ut potiùs stetur primo dicto, & etiam pondero ego aliud circa hęc, ꝙ licèt Bal. & Salice. in dictis locis, & etiam Ange. in quodam suo consilio mordeant illud dictū Bart. tamen non loquuntur in casu nostro, qa casus noster est, quando dictus Do. Antonius scripsit manu sua propria dictam suam testificationem, qualiter dicta domina Flora substituerat dominam Lucretiam in isto ultimo testamento, & apparet quòd ita scripserit præfatus dō Antonius ex testificatione testium, qui se subscripserunt illi suæ depositioni, & per consequens maioris uigoris & roboris est primum suum dictum scriptum manu sua ꝓpria, & subscriptum à testibus ad sui instantiam q̄ si illud dixisset in uoce, & adduco in argumen. glo. ualde sing. in l. rura. C. de omni agr. de ser.

78 libro 1 t. quæ uoluit, quòd † interlocutoria in scriptis lata non potest per iudicem reuocari, quia uidetur fortior, & cum maiori deliberatione lata de qua facit festum ibi Nicolaus de Neapoli & facit quod habetur in l. prędia. §. fi. ff. depo. & in dicta l. cōtractus. C. de fide instrumen. & ideo Bald. Ange. & Salice. mordentem dictum Bartolum procederet illa reprobatio quando duntaxat in uoce ita dixit testis, quia potiùs uidetur dicere, ut complaceat partibus & non animo deliberato, ut etiam ipsi uolunt ergo sequitur, quòd quando scribit sua manu testibus interuenientibus, & se subscribētibus non uidetur dixisse, ut complaceat partibus & istud est dictum meum nouum, & nouissima concordia ad Bar. & ad alios contradicentes dicto Bar. licèt Bar. in d. l. eos parificet, quòd scribatur dictum eius coram testibus, uel dicat coram testibus, quia pro certo plus est quādo illud ipse testis scribit, quàm quando duntaxat ore dicit, quia tunc concurrunt duo, idest uox & scriptura, & † duo uincula sunt potiora

79 uno. ut in cap. primo, de treug. & pa. cum simi. modo in proposito nostro concurrunt omnia ista insimul, quia plures & ueriores præsumptiones concurrunt pro primo dicto, quàm pro secundo. concurrit pro primo dicto scriptura manu sua scripta, et à testibus subscripta, concurrit iam magna uarietas, quia in primo dicto ita scripsit, postea productus in iudicio dixit se non recordari quid dixerit dicta Domina Flora circa dictam substitutionē, sed postea durante eo iudicio fuit testificatus ita, ut scriptum est quo casu dixerit quispiam possibile est, quòd quis dicat se non recordari qualiter processerit factum et postea recordetur, ut dixit Bart. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de damno infec. unde dixit Bal. in capitulo primo. §. notandum de notis feud. quòd

80 testis qui † dixit heri non credo, postea hodie credere, & qui dixit heri nescio, potest hodie scire, quia possibili ueritate inesse posita, nulla necessariò sequitur falsitas: quam quæstionem dicit fuisse illo anno in ciuitate Assisij et facit quod uoluit Bald. idem in capit. primo. §. si enim dño in tit. quid sit inuesti. ꝙ qui non reminiscitur modò potest reminisci cras, quod dicit esse multùm notabile in depositionibus testium, qui in una causa dixerunt se nō

recordari,& in alia deposuerunt super facto fa
cit quod uoluit gloss in c.cum causam de testi.
& scribentes in c.causam quę eo.tit. nam facilè
tradimus obliuioni res alienas & factum alie-
num iuxta illud Terentianum.aliena curas, &
iux.illud Aesopi. Res tua iã deperit, arguit res
altera cęcũ Ideo dicimus, ut dicit Sene. in Pro
logo declamationũ. memoria est ex omnibus
partibus animi maximè delicata, & ideo dice-
bat Cicero de oratore,quid de memoria oĩum
thesauro dicam, & alibi scribitur inter huma-
næ naturæ commoda nil memoria digniùs re-
peritur,non est ergo admiratione dignum si di
xerit se non recordari, & postea reduxerit rem
sibi ad memoriam, & deponat de facto & ad-
duco glo.in l.iij.§. duæ causæ.ff.ad carbo.tex.in
l.quidam tabularum. ff.;de furt. & ibi pulchrè
dixit Angel.quòd testis potest interrogatus in
uno iudicio,uel ono tempore dicere se non re-
cordari & alio tempore,uel in alio iudicio põt
recordari & deponere super facto, & ideo sta-
tur ultimo dicto secundum eum.Ista sunt quę
possent adduci pro isto teste, & re uera nõ ob-
stant, & fateor ꝙ uno tempore põt quis recor
dari & alio tempore nõ & ad hoc adduco.Bal.
in l.de tutela.C.de in integr. resti. mi. ubi dicit
81 ꝙ† quis non dicitur periurus si diuersis tempo
ribus rñdeat diuersa per uerbum credo, quod
dicit procedere,qñ reddit causam quare magis
credit nunc, quàm priùs & quare nũc deponit
de facto, & tunc non, quia isto casu non di-
citur esse contrarius sibi, & ita uidetur intel-
ligendum illud quod dixit Baldus, & quòd uo
luerunt Doctores in locis allegatis superiùs,
sed iste testis non allegat causam quare hodie
deponit & recordatur, & antea non deposuit
nec recordabatur,ergo est periurus,& istud sen
tit Ang.in d.l.quidam tabularũ, ubi dicit ꝙ &
si dicat ꝙ melius recordatur nunc,quàm priùs
quod non fecit ille sacerdos in suo testificatu
82 ergo. Item est † ponderandum, quia non in-
teruenit tantum interuallum temporis, quòd
iste non potuerit recordari inter testificationẽ
quam fecit in scriptis & testificationem,quam
fecit in iudicio ad instantiam d. Lucretię, ubi
dixit se non recordari & postea dixit in eodem
iudicio quòd dña Flora nõ fecit illam substitu
tionem unde iste testis nullo modo potest ex-
cusari à falsitate,& ideo illa dicta superiora ,p-
cedunt quãdo testis simpliciter dicit se non re-
cordari,postea reducens sibi ad memoriam di
cit se recordari, quod nõ est sic in casu nostro,
quia iste deponit super eo,de quo habuit me-
moriam,quia per paucos dies antea scripserat
suam testificationẽ,ideo præsumptio est quòd
de illa recordatur,& ideo dicebat Innoc. in ca.
qualiter de iudi quòd testis magis debet recor
dari de personis,& de loco,quàm de die, ita in
proposito debuit magis recordari de facti con
tingẽtia,& multò fortiùs præsumitur ꝙ appen
satè dixerit falsum, quia illam suam primã de-
positionem posuit ad ignem,quod præsumitur
dolosè fecisse arg.glos.l.dolum. C. de dol.& c.
ij.de renunc. non enim potest cadere in aliquẽ
intellectum,ꝙ stantibus prædictis iste non fuit
recordatus,& ideo aperto ore est sibi contra-
rius, ideo non est standum dicto suo,maximè
83 cum nitatur asserere negatiuam quo† casu præ
sumitur falsarius, ut in ca.cum ecclesia sutrina
de caus. possess. et proprie. eò magis cum de-
ponat rem non uerisimilem. Et si quispiam di-
xerit,amice,stante uarietate,aut contrarietate
testiom hinc inde,statur testibus deponẽtibus
in fauorem instrumenti, ita pulchrè dixit An-
gel.in l.ij.§.fi.quemad. testa.aperian. ideo pos-
set quispiam dicere ꝙ cum testes producti con
tra illam dñam Lucretiam deponant in fauo-
rem instrumenti ipsius testamenti,ergo præfe-
rendi sunt testibus dicentibus contrariũ. Quia
ad hoc facilè datur responsum Ang. etenim ibi
loquitur data paritate testium,quia tot sunt ex
una parte,quot pro alia,pares numero,ponde-
re,& mensura,sed in casu nostro non est sic,qa
nõ sunt pares numero testes hinc,inde,posito,
quòd ex una parte dicerent contra testamentũ
& ex alia parte dicerent in fauorem testamẽti,
& sic nõ sumus in casu de quo loquit̃ Ang. Itẽ
illud dictum Angel.limitatur,nisi testes depo-
nentes contra instrumentum assererent rem ue
risimiliorem,tunc enim staretur testibus depo
nentibus uerisimiliora, ut dixi in euidentiali-
bus.Item dictum Angeli est alienum à casu no
stro,quia nostri testes nihil asserunt contra in-
strumentũ testamenti,sed supplent substõnem
omissam in testõ,quo casu uẽdicat sibi locũ do
ctri.Bal.in d.l.in exercendis. C. de fide instru.
quam adduxit dñs Aduocatus. Facit etiã quia
pręsupponitur in pũcto ꝙ iste testis sępenume
ro dixit extra iudicium ꝙ dña Flora fecerat di
ctam substõnem,coniũcta modo scriptura sua,
de qua cõstat per testes,qui se subscripserũt,ap-
paret potius esse standum huic suæ scripturæ,
quę pluribus adiuuatur præsumptionibus arg.
l diuus.ff.de in inte.rest. Præterea detegit̃ ape-
84 to ore falsitas huius testis, quia certum est † ꝙ
obliuio causatur ex diuturnitate tpis, ut dr̃ in
l.peregre.ff.de acq.pos.& in l j.C.de ser.fug.cũ
85 si.sed † circa tps recens non præsumit̃ obliuio
modò interrogatus dictos testus, qñ hæc fue-
runt rñdit de anno prox.præterito de mẽse Se-
ptemb. uel Octob. est uerisimile ꝙ de tempo-
re debuit pfectè & tenaciter recordari maxi-
mè pp illam scripturam manu suafactã,et sub-
scriptam per testes, et quia pluries dixerat ex-
tra iudicium, et postea fuerat productus in te-
stem in iudicio pro parte dominæ Lucretiæ,
ei nunc

& nunc est productus à parte aduersa, & deponit de tempore falso modo,& falsa intentione,uel dicemus quòd loquitur de alio testamẽto,& non de isto,& non nocet nobis, uel si dicimus de isto: dicit falsum,ideo dicebat Bal.in d.l.presbiteri, quòd excusatur testis si non recordatur de die, q̃a dixit se non recordari allegat Inno.in d.c.qualiter, sed iste testis non excusat se,ꝙ non recordetur. Item posito non tamen concesso,quòd ita diceret,tamen non excusaretur,quia non deponit de die,sed deponit de mense, & maximè in re ita per eum pluries ruminata,quo casu præsumitur memoria,ideo multùm pulchrè dicebat Bal. in l. cum alienã.
86 C.de lega. † quòd in facto alieno sæpiùs rumi nato presumitur scientia,& per cõsequens ceci uiderent,quòd iste dicit falsum,& sic non coinquinat dicta nostrorum testium.

Capio nunc alium testem Simonem hosterium profectò eius testificatio non debilitat testes nostros;quia dicis se nunquã audiuisse, ꝙ dicta dña flora fecerat illam substõnem;nõ em̃ pp̃ hoc asserit illam negatiuam, ꝙ substitutio tunc tp̃is facta non fuit,quia possibile est ꝙ illam fecerit, & testis non audiuerit illam fieri, quia licèt qui fuit in aliquo actu pñs corpore tñ fieri põt,ꝙ non sit pñs animo,& ideo actua posset celebrari quem ipse non audiret, ideo Bar.in l.j in prin.ff.de uerbo.obli. dicit stipulatio sit utroq; loquente,ipse supplet,& efficaciã sermonis intelligenter.& probatur in c.auditis & intellectis de electio. & quod ibi uoluit dñs Ant.& allego c.sicut de regula. in ver.pñtibus, & uidentibus,& gl.in c.in primis ij. q.1.in ver. pñte quę supplet,& intelligente & allego c.per uenit.el ij.iu ver.astantibus,& uidentibus de te
87 sti.cogen. licèt regulariter præsentia corporis præsupponit pñtiam animi ut l. testium .C. de testi.l.coram.ff.de ver.sig.tamẽ ista stãt simul, ꝙ quis sit pñs corpore & nõ sensu,& uoluit dñs Cardinalis in c.fi.in ver.pñtiũ de maio.& obe. qui ad hoc allegat Bal. in rub. C. qui admit & gl.sing.in l.seruus.ff.de bon poss cum ergo idẽ testis dicit ꝙ potuisset fieri substitutio tunc tẽporis,& ipse nõ audisset, ut apparet ex ista sua testificatione referente se ad aliã testificationẽ in eadem causa factã in authẽ. si quis in aliquo documẽto C de eden.unde possibile est quòd tũc non hẽbat animum ad ea, quæ ibi fiebant iux.illud Psalmistę. Aures hñt & nõn audiẽt, & iux.illud populus iste labijs me honorat,cor autem eorũ à me longe est, & sic non diminuit iste testis dicta nostrorum testium. Nec obst. testificatio magr̃i Matthęi, & magr̃i Stephani cũ dicant se non recordari de aliquibus dispositis p ipsam testatricem, quia ista stant simul, ꝙ actus fuerit celebratus,& non recordẽtur cũ
88 sit factum alienum † in quo præsumir̃ obliuio c.ab excõicato de rescrip.& licèt non sit de longinquo,tamen est alienum factũ,ideo Bal in d. l.cum alienam dicit ꝙ in facto alieno sępiùs discusso præsumitur scia. Istud est factum alienum & non sæpiùs discussum ab eis nõ est ergo mirum,si non recordentur, ut in illo terensiano aliena curas,nõ pp̃ hoc tollit quin substitutio celebrata fuerit, & licèt unus de eis dicat sibi non uideri fuisse celebratam illam substitutionem,tamen illud refertur ad suam obliuionem,quia ideo non uidetur sibi,quia nõ recor
89 datur. Item quia † illud uerbum uidetur prolatum à teste uario modo intelligitur aut .n. testis deponit de peritia. suæ artis iux.ea quę habentur in l.j.in prin ff.de uent inspi. & in l.hac edictali.§ illud C.de secun nup.& in c. proposuisti de probat.cum si. & toleratur dictum testis per uerbum nr̃, aut loquimur in teste non deponente de iudicio.suę artis, sed de scia,quã hẽt ut testis & tunc non est satisfactum iuri,si testis deponat per uerbum uidetur l. quid tamẽ § si arbiter ff.de arbi.ita concludunt oẽs in d.c. proposuisti de probat. & in ca. fraternitatis de frigi.& in l j.ff.de uen.inspi. & in c. cũ causam de testi.& in l.solam C.eod. sed in casu nr̃o iste non deponit de iudicio artis,sed ut testis,ergo non probat per uerbũ vr̃, debet.n allegare cãm
90 dicti necessariò concludentem,quia † est scire rẽ per causam cognoscere, ut Philosophorum facilè princeps Aristoteles in 1. posteriorũ, & in 1.Phisicorum dixit tũc n.opinamur unumquodq; cognoscere cum causas cognoscimus & prima principia usq; ad elemẽta. facit quod uoluit Inn in d.c.cum causam & Bar.in d.l.solam & in trac.de teste. Præterea cõfunditur et
91 dictũ eorum, quia † in prima testificatione iurata in iudicio testificati sunt in fauorem substitutionis quo casu dicit . . . . . in cle.a.de testi.quòd si testis dicit unũ in primo testimonio, & contrarium dicit in secundo refert Ber. omnes dicere quòd statur primo dicto in cap. ueniens el ij.& iij. in cap. cum causam de testi. glo tamen in d.c.ueniens non dicit standũ primo dicto, sed dicit simpliciter quòd non ualet dictum suum Specu. dicit neutri dicto standũ in titul.de testi.§.1.versicul. quid si idem testis. Ioan.And.post Innoc. in d. cap. ueniens dicit non ualere secundum dictum Bartol. in dicta l. eos. ff. de fals. dicit si testis uariat in eadem causa, & inter easdem personas statur secundo dicto si est cum tormentis,si est sine tormentis, et in secundo dicto dicit animo corrigendi tũc statur secundo dicto, quando exprimit causam correctionis incontinenti, et hoc iudici uideatur, aliãa si dicit diuersa,punitur, ut narians,& uacillans, si autem ex interuallo dicit contrarium eius,quod dixit in primo iudicio,tunc ultimum dictum non ualet

tanquam sit periurus . ista modo decidunt
casum nostrum , quia cum in primasui testifi-
cationi dixerunt de substitutione in iudicio
cum iuramento, sequitur quòd stabitur primo
dicto, nec secundum dictum contrarium depo
suerunt cum tormentis, nec illud in continenti
dixerunt animo corrigẽdi , ut in cap. præterea
de testi. cog. ergo sequitur, quòd primo dicto
erit standum, & multò fortiùs, quia pro primo
dicto sunt uerisimiliores præsumptiones, ut est
dictum, ergo stabitur primo dicto , & non se-
cundo facit d. c. litteras de præsump. & per con
sequens concordant cum dicto istorũ trium te
stamentum deponentium clarè pro dicta sub-
stitutione, & eodem modo ille dominus Anto-
nius in sua testificatione, quam sua manu pro-
pria scripsit uidetur esse conformis cum dicto
istorum trium , & sic omnes suut concordes
pro ista substitutioue , & per consequens non
est disputanda, data paritate testium, quibus te
stibus sit magis standum , quia omnes uiden-
tur esle concordes in fauorem dominę Lucre-
tiæ, & dato quòd essent discordes non tamen
92 concesso, tñ † statur testibus deponentibus ue
93 risimiliora, ut dicto ca. licèt causam, & † statur
testibus deponẽtibus affirmatiuè, ut plenè scri
bit domiuus Aduocatus, & facit l. Lucius. ff. de
hære. insti. ubi dicitur prudens consilium testa
toris animaduertitur, si substituit filios fratris
ergo multò fortiùs si substituit filios inter se,
ideo pulchrè dicebat Bald. in l. precibus. C. de
94 impub. & alijs substit. ꝙ † testator pręsumitur
uelle, & cogitare illud quod lex disponit , alle-
gat l. si duo. ff. de acqui. hære. & idem Bal. in l. j.
C. de sac. sanc. ecc. dicit ꝙ talis præsumitur esse
uoluntas testantis. qualis de iure esse debet, sed
uolũtas patrisfamiliàs est uocare filios ad mor
tem filiorum substituendo ad inuicem, ergo se
quitur quòd isti testes deponant illud , qđ est
uerisimilius quinimo plus dico , quòd cõiter
parentes in testamentus suis instituũt, & substi
tuũt filios ad inuicem, si decesserint sine filijs er
95 go † illud præsumitur fecisse testator, quod fie
ri cousueuit, ut l. si priùs § rectè placuit . ff. de
aq. plu. ar. l. excepto. C. loca. & attenditur con-
suetudo patrisfamiliàs, ut l. qui semisses. ff. de
usu. l. uel uniuersorum. ff. de pignor. act. l. Item
mela. ff. de ali. & cib. le. cum ergo ista testatrix
iam in primo testamento substituerit dictam
Lucretiam , ergo præsumitur in isto secundo
eodẽ modo substituisse, & coadiuuatur ex . .
. . . . . dicente se uocatũ pro parte dictę te
statricis ad scribendũ istud ultimum testamen
tum tempore suę ægritudinis à quadam cõiun
cta ipsi testatrici dicente, ꝙ nolebat mutare a-
liud, nisi illos quinquaginta florenos, qui testis
noluit accedere, sed accessit alius notarius, ta-
96 men † quæ in continenti fiunt uidentur inesse
l. lecta. uersic. dicebam. ff. si certum petat. cũ si.
ergo uidetur sensisse dictam substitutionem, li
cèt notarius illam non scripserit, & fortificatur
ex hoc testificatio aliorum testium. ar. l. ij. § j. ff.
de excus. tuto. faciunt ills, quæ ego allegaui in
euidẽtialibus, & facit ratio incõuincibilis , hoc
97 modo regulariter † testes affirmantes præfe-
runtur negantibus , ut dicta l. diem proferre. §.
si plures, sed ubi negatiua est uerisimilior prę-
fertur affirmatiuæ est gloss. singularis in cap.
clerici 81. dist. ergo sequitur quòd multò for-
tiùs affirmatiua uerisimilior præfertur negati-
uę non uerisimili argumen. c. non extimemus.
13. q. 2. sed ista affirmatiua substitutionis omis
sę est uerisimilior per ea;q́ dixi supra, ergo præ
fertur, & sic concurrunt duo : Primũ est quòd
est affirmatiua , secundum quòd est uerisimi-
lior uerò. pręterea tertium est quòd probatur
stes , ut dixi , ergo iudicandum est in fauorem
substitutionis.

Capio nunc testes reprobatorios, dicit ma-
gister Matthęus se audiuisse dominam Lucre-
tiam dicere , ꝙ sua mater non reliquit sibi , nisi
quinque solidos , & plenè respondet dominus
Aduocatus, sed ego dico ꝙ illa uerba non tol-
lune substitutionem ex eo, quia illa uerba intel
ligũtur principaliter de eo, quod principaliter
sibi reliquit, non de eo , quod in consequentiá,
iste est casus, qui reputatur singularis in l. j. §.
98 denuntiari. ff. de ven. inspi. ubi † attendatur pri
ma successio, & non secunda quæ est substitu-
tio, ut ibi est casus de quo Bal. facit festum. C.
de succ. edict. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt.
& in l. si curatoris. C. de iure deliberãdi, & in l.
obseruare. §. proficisci. ff. de off. proconsul. dñs
Cardinalis in cap. fi. de maio. & obe. & adduco
glo. in c. quamuis de pact. lib 6. & sic illa uerba
intelliguntur de principali iure succedendi, nõ
referunť ad ius substitutionis , & est testis sin-
gularis, & qui dicit rem nõ uerisimilẽ , ex quo
apparet, quòd substitutio fuit expressa ab illa
testatrice , neque ista stant simul , quòd non
reliquerit, nisi quinque solidos iure institutio-
nis , & tamen fuit substituta illi Alexandro ,
nec obstat testificatio illius domini Antonij ,
quia falsum dicit, per ea, quæ superiùs de eo di
cta sunt , & quia contrarium attestatur ille
quem ipse uocat in contestem; et est leuis opi-
nionis , & infamatus, ergo ut dicitur in respon
sionibus domini Aduocati. Nec obstat quòd
Petrus Paulus testis sit amicus producentis ,
quia ad hoc respondeo , quòd licèt aliquis sit
99 amicus producentis tamen † iudex debet arbi-
trari, quòd possit testificari, nisi alia ratio insit
quàm sola amicitia . l. sciendum . ff. de usur.
nam secundùm Aristotelem , amicus amico
uult bona ergo non uult falsum testificari,
quia esset sibi malum non bonum , & ideo
dixit

100 dixit Bal. in l.eos. C.de teſti, ꝙ hoc † nomen
amicicia non eſt expulſiuum a teſtimonio, caſum dicit eſſe in d.l. ſciendű. facit glo. in auth.
de monac.§.cogitandum, & plus dico ꝙ Ang.
ibi dicit ꝙ amicus poteſt teſtificari pro amico
ſed detrahitur aliqualiter de fide eius & tűc dr̃
eſſe amicus, & de tali amicitia intelligitur, qñ
eſt unum uelle inter eos allegat Cyn. in l. Idoneus.ff.de teſt. de tali amicitia loqtur ſeneca in
ſecűda epiſtola, dum dicit, quid dulcius, quàm
habere amicum. quo cű omnia audes loqui ſicut te ipſo, & ideo dicebat Iaco. But. in l.iij.in
prin.ff.de teſti. ꝙ ſi duo ualde amici deponunt
non probant ſecus ſi ſunt tres quia tunc probant. facit in arg. l.fin.C.de fideicõ.pꝺõ.ubi ꝑ
ampliores homines magis detegitur ueritas, &
ſic requiritur ꝙ ſit ualde amicus, & iſto modo
loquitur. Bar. in l.titia.ff.de uerb.oblig.de magno amico, & ita ẽt gl.in c.requiſiſti, & ita Bal.
in l.ſi iure.C.de teſt.manu. ubi dicit, ꝙ ardor liciti amoris operatur idẽ qđ clauſula codicillaris. l.in teſtõ.ff.de fideic.liberta.& de tali amicitia, ut ſit unű uelle Cicero dixit lib.de amicitia,
ꝙ nõ legunẽ niſi duo, uel tria paria amicorű iõ
nullus reperitur hodie tali amicitia cõiunctus
& ideo dixit. Bal. in l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.
ꝙ ubicunq; amicitia eſt talis, quę cauſat odioſitatem in dubio repellit teſtẽ, & facit quod uoluit idem Bal. in l.data opera. C. qui accu. non
poſſ.& quod no. in capit. quotiens de teſt. ergo
ſequitur ꝙ potuit teſtificari iſte teſtis in fauorem producentis, tum quia non eſt magnus
amicus ut per unum teſtem teſtificatur nec eſt
domeſticus ut eſt glo. melior quæ reperiatur in iure. 3.q.5.in ſumma. Itẽ quia eius dictű
eſt conforme dictis aliorum teſtium ergo. fortificatur ex habilitate aliorum, poſito nõ tamẽ
conceſſo, ꝙ eſſet ualde amicus ut probatur in l.
ſi quis ex argentarijs.§.ſed cum oĩs. ff. de ed.&
conſuluit Aug. multum eleganter in ſuis conſilijs conſilio primo. Nec obſtat cum opponitur contra Ioãnem albanenſem ꝙ ſit pauper,
101 quia ad hoc reſpondeo ꝙ licèt ſit † pauper nõ
tamẽ eſt uitioſus, nec mẽdax. nam tex. in c. quo
iure. viij. diſt. dicit pauperes & diuites una terra ſupportat, pauperes & diuites deus de uno
limo creauit quinimo dat paupertatem hominibus in locum muneris, ut ſcribitur apud
Hierony. o munera inquit nõ intellecta Dei &
alibi dicitur Chriſtum pauperẽ ſequimur. 12.
q.1.c.ſi clericus & c. uidentes. ſufficit ꝙ ſit uirtuoſus licèt pauper faciat quod habetur in c.ſi
qui teſtium de teſt. & in l. 3.§.eiuſdem ff.eo. &
licet ſit paupert tamẽ habet artem ex qua commodè uiuit ut dixit glo. in l. ſi quis argentum.
C.de don. paupertas non eſt de genere malorű
immo facit homines fęcundos iuxta illud lucani. fæcunda uirorum paupertas fugitur. nec
obſtat cum opponitur ꝙ ſit amicus affinium
dictæ domine Lucretiæ &c. quia reſpondet dominus aduocatus qđ uidẽtur calumnioſæ ſatis
huiuſmodi exceptiones, quas iudex non deberet admittere ut uoluit Innoc. in c. poſt electus de cõceſſ. pręb. nec obſtat cum opponitur
contra illum dominum Alexandrum de patella
102 quatuor ſolidorum &c. quia uidetur ꝙ † nõ
deberet admittere tales exceptiones, quia non
ſunt uerisimiles ut in c. ſuꝑ hoc de renun. qm̃
iudex non debet admittere exceptionem nõ uerisimilem, nec obſtat quòd fuit incarceratus,
quia carcer non eſt criminoſus & ad hoc ut
103 † arguã aliquẽ eſſe criminoſum debeo recurrere ad pęnam, qua eſt punitus ut eſt caſus in
l. teſtamẽto. centurio. ff. de manu. teſta. ubi pęna arguit delictum, cum ergo non probet̃ iſtű
eſſe punitum, ergo nõ probatur ipſum eſſe criminoſum, nec obſtat cű unus teſtis Auguſtinus deponat ipſum eſſe unum ribaldum ex eo
104 quia † ubicunque teſtis deponit de infamia
alicuius, debet nõ interogatus dicere à quibus
audiuerit ita pulchrè dixit Inn. in c.cum oporteat de accuſa. uoluit ibi Io. And. & ſequitur dominue Ant. & eſt ratio quia nõ ſtat in arbitrio
teſtis iudicare, an illę perſonę à quibus audiuit
ſint graues & honeſtæ, an ſint inimici & idem
uoluit dñs abbas in ca. cum cauſam de teſta. &
ſequitur. Angel. c. in l. ea quidem de accuſat. &
id em uolunt moderni in l.j. in princ. ff. . . . .
& idem uoluit dominus Florianus de bononia in l. ſi ſeruus. §. iniuria. ff. ad leg. Aquil. &
adduco rationem inconuincibilem ubicunque
105 † teſtis deponit de eo, quod apprehendat per
fabricationẽ intellectus, debet reddere cauſam
ſui dicti non interogatus ita dixit Inno. in c.cű
cauſam de teſti. & ſequitur Barto. in l.ſolam. C.
eo. ſed, quòd aliquis ſit grauis, & honeſta perſona, pércipitur per fabricationem intellectus ergo ſequitur, quòd nõ interrogatus debet nomiſare perſonas a quibus audiuerit licet Bart. in l.
de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. referat Inn.
in c. qualiter el ij. de accuſat. dicere ꝙ debeat interrogari, & dicit quòd ſępe in tit. de inquiſiti.
cű tractatur de fam. ſeruat dictű Inno. in dicto
cap. qualiter tamen ut dixi aliter loquitur. Inn.
in dicto c. cum oporteat cuius Bar. non habuit
memoriam & ſequntur communiter doctores
dictum eius in d. ca. cum oporteat ut fuit Ioan.
And. d. Ant. Angelus. dominus abbas. Ludouicus Roma. & alij. ergo ſequitur quòd iſte teſtis
non probat illum dominum Alexandrum eſſe
ribaldű & maximè quia eſt unus & ſingularis
106 teſtis, cui † non creditur ut l. ob carmen. § j. ff.
de teſti. l. teſtium. C. eod. nihilominus 3.q.9.ca.
bonę de elec. cum ſim. & per conſequens nõ debilitatur dictum huius teſtis domini Alexãdri
maximè cum dictum ſit conforme dicto aliorum,

rū,ut d.l.si quis ex argētarijs.§.sed cum omnes
& deponat ī ueriſimilem, quia ueritas à quo-
cunq; ore eſt à ſpiritu ſancto eſt & maximè qa
per alios teſtes eſt probatum contrarium ꝙ di-
ctus dominus Alexander eſt bonæ opinionis
& famæ ideo ſtabitur teſtibus approbantibus
ideo dixit Baldus in l. diuus.ff.de teſta. mili.&
in l.qui accuſare.C.de edē. & in l. ſi tutor.C.de
pericu.tuto.ꝙ ſi ex forma ſtatuti ſufficiat fama
contra magnatem , & eſt probata fama contra
magnatem quod remedium eſt quòd probetur
cōtraria fama,ita dicamus in caſu noſtro ut ſte
107 tur contrariæ probationi maximè qa eſt † ue-
riſimilior,magis enim eſt uerisimile,quòd quis
non delinquat l. merit. ff. pro ſoci. cap j. de ſe.
glo.in cap.clerici 81. diſtin. præterea faciat ad
prædicta quod ſingulariter uoluit Bar.in l.j.C.
108 de teſta.ubi dixit quòd † non procedit excē-
ptio,ſi opponatur teſtamentū non ualere quia
unus ex teſtibus adhibitis fuit ſeruus,ſeu infa-
mis,ſed dēt dici, & addi, & ſic reputabatur qa
aliàs talis exceptio non concludit ut patet ex di
cta l.j.coniuncta l. ad teſtium.§. conditionem
ff.de teſta.& idem Bart.in d l. ad teſtium.§.cō-
ditionem & adduco quod pulchrè uoluit Ang.
in ſuis conſilijs conſi.j.ubi dixit quòd non con
cludit exceptio,ſi opponatur,quòd teſtis ꝓdu-
ctus eſt domeſticus producentis,niſi dicatur,
quòd tempore productionis erat domeſticus
producentis & adduco tex.in cap propoſuit de
cle. excom. ubi exprimitur quòd tēpore inue-
ſtituræ erat excommunicatus & eſt text. ual.
de ſingularis.in ca.2.de reſtitu. ſpolia. ubi op-
ponebatur quòd quis renunciauerat beneficiū
& iurauerat, quia non expreſſum fuit qn renū-
tiauerat an ante ſpoliationem , an poſt ſpolia-
tionem ideo non fuit admiſſa talis exceptio qa
non cōcludebat& adduco quod uoluit Ioan.
And & alij in c.fraternitatis de teſti. & facit qđ
habetur in l.cum lege.ff de teſta. & cum illo di
cto Bart. tranſeunt communiter ſcribentes in
d.l j & in dicta l.ad teſtium.§. conditionem , &.
confunditur per iſta illud quod uoluit Franci-
ſcus de Ramponibus in d.l.j quem refert & ſe-
quitur Ioan.de Imo.in d.l. ad teſtium §.condi.
109 tionem ubi † uoluit quòd exceptio operatur
ſuum effectum regularem,& ſufficit ut conclu-
dat præſumptione ut uoluit text. in l.oēs § Lu-
tius ff. quæ.infra.cre.& Innoc.in cap. præterea
de dila. ſi ergo opponitur quòd aliquis eſt in
famis,ſequitur,quòd communi opinione repu
tetur infamis & ſic tempore,quo fuit adhibitus
in teſtem communi opinione reputabatur in-
famis,& ſic non bene uidetur dixiſſe Bart.quia
iſtud confunditur per iura,& doctores quos ſu
perius adduxi ī cōtrariū ſecus tñ eſt,& adduco
rōnē incōuincibilē ubicunq;quis ſe fundat ſup
tēpore,opottet,ꝙ illud probet.l.2.C.de pe.her.

l.matrem.C.de proba.l.cum actum.ff.de nego. 1
geſt.l.non ſolum.§.ſed ut probari.ff. de no.op.
nunciat.c.ſolicitè de reſtitut.ſpo cap auditis de
præſcrip.cle.litteras de reſcriptis. ſed cum hæc
exceptio fundetur ſuper tpe ut ꝓbant iura al-
legata ſuperius ergo debuit articulari,& ꝓba-
ri tēpus & per conſequens debuit dici,ꝙ tēpo-
re,quo fuit adhibitus in teſtē , erat criminoſus
uel infamis & ita communiter reputatus,ergo
potuit teſtificari. debuit ergo eſſe detecta eius
infamia tempore illo & adduco glo.in auth.de
tabell.quam Bart.allegat pro ſingulari in l.j.C.
de ſumma.tri.& in l.iubemus § ſanè. C. de ſac.
110 ſanct.eccle ꝙ † ſi notarius eſt infamis tali in-
famia qua eſt ipſo iure priuatus tabellionatu,ꝑ
ſententiam legis, quòd nihilominus ualent in-
ſtrumenta confecta per eum,ne iuſta ignorātia
noceat cōtrahentibus, & idem dixit in l.j.C.de
teſta.& in l.arbiter.C.de ſen.& interlo.om.iud.
ideo dixit Bald. in c.ſuper eo.el j. de teſti.quòd
111 † crimen occultum non repellit à teſtimonio
quādo tractatur de nullitate teſtamenti,allegat
quod ſingulariter no.in d.l. cū lege, & in dicto
§.pen glo.facit quod idem Bald.uoluit in l.j.C.
de ſecun.nup. & in l.j. C. de iur. & fact. igno.
ergo potuit idoneus teſtis teſtificari. facit etiā
112 qđ habetur in c.ex litteris de trāſa. ubi † teſtis
inſtrumentalis uocatus à partibus non pōt re-
cuſari ut ſuſpectus uel inhabilis , & facit quod
ibi uoluit dñs Anto.& quod uoluit gl.in auth.
de teſti.§.& licèt. Nec obſtat cum opponitꝰ ꝙ
dictus teſtis dixit unum extra iudicium,& con
trarium dixit in iudicio ideo cenſetur periurus
ut uoluit Bar.in d.l.eos quia belliſsimè ad hoe
reſpondet dominus aduocatus, ideo non eget
ſuppletione ſed unum pondero ego quod ap-
ponit gladium ad radicē huius obiectionis ꝙ
licèt aliqui ſequātur dictum Barto.& aliqui re-
113 probent † tamen ſtatur illi dicto,pro quo eſt
uehementior præſumptio ut in d ca.litteras de
præſump. dixi ſuperius,ſed maior præſumptio
eſt, quòd teſtatrix ſubſtituerit filiam ſuam filio
ſuo,ergo ſequitur,quòd illi dicto ſtabimus & li
cèt præſumatur pro ipſo, quòd dicat uerum,ta
men ex coniecturis tollitur illa præſumptio ꝓ
pter affectionem quam ad unam partē hēt uel
propter cōmodum quod inde conſequeretur
nam homines ſumus,& errare poſſumus,& de-
uiare ab eo, quod eſt iuſtum, quia ſi hoc eſt in
papa ut in c.nos incompetēter aliquid egimus.
114 2.q.7.c.anaſtaſius 19.di.& † uox unius prædi
cti quantacunque dignitate fulgentis, uox nul-
lius ut l.iuriſiurandi. C. de teſti. ideo dicet tex.
ſingularis in c.iudicas hermandium epiſcopū.
3.q.9.nos uni parti ad præiudiciū alterius cre-
dere non poſſumus,nec debemus cum ergo in
caſu noſtro agatur de cōmodo ipſius deponen
tis ſequitur ꝙ ſibi non eſt credendū, & adduco
ultra

ultra allegata per dñm aduocatum text. in l. j. c.
super indic. lib. 10. ubi nõ creditur præfecto ꝓ-
torio & ibi Bar. dicit illum text. esse contra ca-
nonistas dicẽtes credi solis cardinalibus & q-
busdam uiris præexcellentibus quia incont. est
ibi casus ergo multo minus nõ crederur epõ &
115 facit quia † speciale est in principe in signũ
singularis prærogatiuę ut sibi soli credatur ut
in c. cũ à nobis de test. ergo in quolibet alio in
contrarium est ius cõe adhoc d. l. iuris iurandi
quinimo plus uidetur dicendũ, ꝙ in papa quo
ad temporalia, in quibus ita non habet potesta-
tem amplã iurisdictionis, sicut in spiritualibus
ut rectè decidit Innoc. in c. inquisitioni de sen.
excom. & qđ habetur in capit. ad apostolicę de
116 re iu. lib. 6. unde † si solus deponeret in præiu
dicium alterius nõ uidetur esse credendũ ut de
ducitur ex tex. 3. q. 4. § j. dum ibi referũtur uer-
ba regis nostri, qui est pijssimus Iesus Christus
dicentis duorum hominũ uerũ est testimoniũ
quare testimonium meum, & patris non recipi
tis. si ergo clementissimus Iesus uoluit sibi so-
li credi sequitur, ꝙ multo minus nec eius uica-
rio, & aduco qđ habetur in c. deus omnipotens
2. q. j. dum dicit Deus etiam omniũ cognitor,
peccata sodomitarum non prius mulctare uo-
luit, q̃ fidelibus testibus inuestigãs quę audiue-
rat, opere comprobaret: ecce ergo ꝙ ex sui solo
testimonio. noluit sñiam ferre. & clarum est ꝙ
117 † omnis Christi actio nostra fuit instructio ut
in c. significasti de elect. quæ licèt mysticè aliũ
habeant sensum moraliter tamen ratione non
ita sunt, nosq; instruunt, nõ obstat. c. cum a no
118 bis de test. quia † loquitur in spiritualibus in
quibus papa hẽt plenissimam potestatem & est
supra omne ius ut probatur in ca. proposuit de
concess. præb. & in c. innotuit de elect. & in cle.
ij. ut lite. pen. & in c. per uenerabilẽ qui filij sint
119 legit. & in c. ij. de præbend. intantum † quòd
contractus super spiritualibus celebratos, licèt
de iure gẽtium sint, nudo uerbo tollere potest
& super rebus temporalibus factos, non, ut
est casus unicus & singularis in cle. dudum. §.
uerum de sepul. ergo sequitur quòd multo mi-
nus credetur episcopo in præiudiciũ huius do-
minę Lucretię q̃a si in potiori hoc nõ subsistit,
neq; in minus potẽti. si ergo nõ credit. papę so-
li quò ad tẽporalia in præiudicium alterius er-
go multo minus crederur epõ & istud ꝙ nõ cre-
datur soli papę in tẽporalibus tenuit dominus
& conterr meus abbas in d. capit. cum a nobis
& etiã istud sequitur dominus Ludouicus Ro-
manus tacito tñ auctore dño abbate in l. scien-
dum. ff. de uerb. oblig. sed quò ad papã ego re-
quiesco decisioni sacro sanctæ Romanæ eccle-
siæ sub qua intendo uiuere & mori, & sic non
obstat dictum episcopi & multo minus cũ di-
cto & facto se, ostendat partialem partis adũ se

te non contesta. & etiam multo minus si illa re-
fauendo illi per id quod hr̃ in c. accedens ut li-
ceptio in testem de dicto dño Alexandro facta
non fuit legitima. & canonica, quia nullum im
pedimentum præstat ut probatur. in clem. ij. de
test. & maximè quia dictum illius dñi Alexan-
dri est conforme dictis aliorum testium unde
posito ꝙ non esset sufficiens, non tamen conces
120 so. † nihilominus substentatur ex dicto alio-
rum habilium, qui idem sunt testificati, ut pro-
batur. in d. l. si quis ex argentarijs. §. sed cũ oẽs.
ff. de eden. & ideo dixit Bald. in l. imperator. ff.
de sta. ho. quòd si duo notarij sunt rogati de eo
dem instrumẽto & unus est probatę fidei & al-
ter infamis, substentatur instr̃m ex habilitate al
terius & facit quod uoluit Angel. in consi. j. &
quod hr̃ in l. si is qui duos. ff. de libe. lega. & in
c. cũ dilectus de iur patro. nec obstat cũ oppo-
nit. ꝙ ille Ioannes albanensis dixit in sua testi-
ficatione ꝙ dña Flora substituebat si Alex. de
cederet sine filijs, & postea interrogatorijs di-
xit sine hærede opponitur. quòd est uarius, &
121 uacillans, quia respõdeo ꝙ † ubicunq; dictũ
scriptũ est ęquiuocũ, & præcedit dictum deter
minãs, tunc determinatur, & specificatur ꝑ uer
bum specificũ præcedens & uoluit Angel. in l.
si quis cum aliter. ff. de uerb. oblig. & in l. pacta
nouissima. C. de pac. sed in ꝓposito nostro prę
cessit illud uerbum specificum si sine filijs de-
cesserit, sequitur, quòd illud uerbum sequens si
ne hærede ęquiuocum ad filios, & ad hæredes
extraneos specificatur, & determinatur per uer-
bum pręcedens, ergo intelligitur sine hærede.
sine filijs. item hoc demonstro etiam iure aper-
122 to ubicunque † præcedentia sunt præparato-
ria sequentium, tunc præcedentia uidentur re-
petita in sequentibus, & determinant sequẽtia
iste est casus in l. per retentionem. C. de usur. cõ
iuncta doctrina. Pet. Cyn. & Bald. ibi sed uerbũ
illud sine filijs præcedẽs est præparatorium se-
quentis uerbi sine hærede, ergo uidetur ibi repe
titum & per consequens intelligitur sine filijs
arg. l. titia. §. idẽ rñdit. ff. de uerb. obli. & l. regu-
la. §. licèt. ff. de iur. & fac. igno & l. fi. ff. de hęre.
123 insti. & l. j. ff. ad maced. Item † quia uerbũ hę-
res secundum subiectam materiam intelligitur
de filijs ita dixit glo in l. etiam ff. soln. matri. &
in l. ex facto. §. fin. ff. ad treb. sed in casu nostro
materia subiecta requirit filium, & non hæredẽ
124 extraneum & sic † actus actiuorum sunt in pa
tiente disposito ut dixit Philosophus in secun-
do de anima modo cum testis dicit ꝙ instituit
filium, & si sine hærede decesserit, substituit fi-
liã, nemo sui modi particeps ut Ciceronis utar
uerbis, inficiari poterit, ꝙ intelligatur de filijs
filij per l. cũ auus. ff. de cõdi. & demon. l. cũ acu
tissimi. C. de fideicom. l. gñaliter. §. cum. C. de
inst. & substi. & per consequens non est uarius,
nec

nec uacillans iste testis & faciat quod dixit Bal.
125 in l.de quibus.ff.de legi. ꝙ † capitur sensus,ut
testes non sint singulares facit. c. cum tu. Item
dictũ testis intelligitur secundùm uulgarẽ mo
dum loquendi ita dixit Bar.in l. stipulatio ista.
§.hij quoque.ff. de uerb.oblig. Innoc.in c.cum
clamor de testi. ergo non obstat,cum opponit̃
ꝙ ad interrogationẽ notarij dicta domina Flo
ra fecit illam substitutionẽ, quia respondeo ꝙ
ualuit,ex quo testatrix. articulatè loquebat̃ &
ad interrogationem notarij ita respõdit de hoc
est glo.in l.iubemus.C.de testa.quam ibi sequi
tur salicetus,& ibi Bald.dicit ita seruari de cõ-
suetudine, & idem uoluit idem Bald. in l. & in
epistola.C de fideicom. & in l. hæredes palam
in princ.ff.de testa.& secundum hanc partẽ cõ-
suluit dñs Paulus de Cast.consi.364.& hãc par
tem sequitur.Ioannes de Imo. in c. cum tibi de
testa.& idem uoluit Bar.in d.l. hæredes palam
in fine.princ idem uoluit Ludouicus Roma.in
l.gerit ff de acqui.hære.& uoluit.Io.And.in ad-
di.spec.in tit.de testa.§.j. uersi. quid si hijs uo-
luit,&c.& idem tenuit. Cyn.in d.l.Iubemus.fa
cit l.Pamphilo. §. propositum. ff.de leg.3.ergo
ex hoc capite ualuit substitutio. Nec obstat cũ
opponitur.de dicto Bar.in l.j.§.si quis neget.ff.
quemad.testa.aper.ꝙ debent testes esse optimę
opinionis quia Bart.& Aug.loquuntur eo casu,
quo fit probatio contra instrumentum sed iste
non est casus noster nec illud dictũ est uerũ,&
contra eos cõsuluit Franci.de Rampo.in auth.
sed cum testator.C.de leg. fal.& consuluit, Io.
de Lignano & sequitur idem Ioan. de Imol.in
dicto.§.si quis neget ergo nõ obstat talis obie-
ctio,& ex istis elicitur conclusio uera & indubi
tata ꝙ sufficienter,& plenariè probatum ex par
te dominæ Lucretiæ est.ipsam esse substitutam
Alexãdro eius fratri si sine filijs decederet à di-
cta domina Flora eorum matre,& quòd dictus
ser Franciscus notarius rogatus errauerit,non
apponendo dictam substitutionem in instrõ
testamenti præfati,& partes dñi potestatis esse
in pronuntiando & declarãdo quòd dictus ser
Franciscus debeat, & teneatur describere dictã
substitutionem in dicto instrumento testamẽ-
ti,& aliter dicto instrumento testamenti nõ de
bere adhiberi fidem sine pręfata substitutione
126 & † quia dicta domina Lucretia fecit inuenta
rium intra legitima tẽpora solemniter,& cano-
nicè debet gaudere bñficio legis ut possit priùs
detrahere omnia,quæ sibi debentur uigore di-
ctæ substitutionis antequã satisfaciat alijs cre-
ditoribus,& legatarijs per ea quæ habentur in
127 l.fi §.in computatione.C.de iur.delib.& † alie
nata per ipsum Alexandrum debere imputari
in portione debita ipsi Alexandro,ex quo alie-
nauit bona subiecta fideicõmisso per id quod
habetur in l.fi.C.commu. de leg. Et ita conclu-
do in fauorem dictæ dominæ Lucretiæ, Deo
principi supremo sit gloria & imperium in sæ-
cula sęculorum.

Et ita ut superius per me scriptum est, dico, & consulo ego Andreas de Bartolomæo de Sicilia in utraque censura doctor, & miles, Bononiæ iura canonica legens: in cuius fidẽ me manu propria subscripsi & sigillum meum apposui consuetum, saluo semper consilio saniori.

Subscriptio Vincentij de Paliottis
Doctoris Bononiensis.

Quàm subtilissimè,& copiosissimè ꝑ excellentissimum iuris monarcham dominum Andream primum consultorem scriptum, & consultum est, adeo ꝙ oĩs additio esset superflua, cum plenitudo additione non indigeat. 1.quęstione j.omnia,& l.j.in fi de dote ꝓlegata. ideo ego Vincentius de Paliottis legum Doctor Bononiensis, ibique iura ciuilia ordinariè legens de mane.de sola subscriptione requisitus dico, idem iuris esse, prout supra dictum, & consultum est, saluo semper consilio saniori, in quorum fidem me hìc subscripsi & sigillo cõsueto sigillaui. Laus Deo.

CONSILIVM D. IOAN. DE Madijs de Verona.

SVMMARIVM.

1 *Ad fundandum iudicium petitionis hæreditatis requisita sunt, scilicet existentia hæredis, possessio defuncti ex parte actoris, & possessio pro hærede, vel pro possessore ex parte rei.*

2 *Hæreditatis petitio non procedit, probato quòd reus conuictus alio titulo quàm pro possessore uel pro hærede possideat.*

3 *Hæreditatis petitione uniuersaliter agens, malè agit, si est hæres pro parte.*

4 *Hæreditatis petitione agenti obstat exceptio præscriptionis cum titulo.*

5 *Hæreditatis petitio non habet locum contra possidentem titulo legati, & sic contra legatarium.*

6 *Hæreditatis petitione agens, debet declarare an sit, & agat ut hæres ex testamento, uel ab intestato.*

7 *Libellus debet concludere ad declarationem, non ad executionem.*

8 *Libellus licèt continere debeat rationem iudicis coram quo &c. tamen satis est si de eo constet per productionem illius apud acta notarij.*

9 *Titulus emptionis deductus per eã, quæ fuit uxor defuncti ad sub mouendam petitionem hæreditatis, habetur pro non titulo, ex quo illa præsumitur emisse de bonis mariti.*

10 *Titulum alleganti pro possessione sua ad effectum de quo supra proximè, exceptio huiusmodi post lit. contest. probari non potest.*

11 *Hæredem si quis simpliciter se allegat, uidetur in totum uelle esse hæres.*

12 *Hæres quis efficitur in totum quando uacat portio cohæredis, aut per ius accrescendi, aut per ius non decrescendi, si cohæredi portio nunquam fuit delata.*

13 *Hæreditatis petitione agenti non obstat præscriptionis exceptio, si titulus habetur pro non titulo.*

15 *Enim, dictio iuncta cum relatiuo qui importat conditionem.*

16 *Legatum conditionale deficiente conditione expirat.*

17 *Libellus concludens ad executionem, non ad declarationem de consuetudine admittitur, licèt secus sit de iure scripto.*

18 *Res empta per uxorem, etiam quòd præsumatur à iure illa fuisse empta de bonis & de pecunia uiri, dicitur esse in dominio & possessione mulieris, non autem uiri.*

19 *Vxore emẽte ut supra marito quæritur actio utilis in rem, illa non existente soluendo.*

20 *Non licet opponere de iure tertij.*

21 *Licet ponere de iure tertij in petitione hæreditatis, quando titulus habetur pro non titulo.*

22 *Aliud est testamentum impugnare, aliud est non iure factum dicere.*

23 *Legatum non dicitur conditionale, licèt sit relictum sub falsa demonstratione, sed dicitur purum.*

24 *Appareret, uerbum denotat fucurum tempus.*

25 *Qui relatiuum habet importare conditionem, si iungatur cum uerbo futuri temporis.*

26 *Possidere ut quis dicatur, tria debent concurrere, actus corporeus, animi affectus, & iuris adminiculum.*

27 *Corporis actus sicut præsumitur in possessione, ita & animi affectus.*

28 *Animus per uerba probatur, & declaratur.*

29 *Dictum testis debet sanè intelligi, unde si dicat, quem in perpetuum possedisse, intelligitur, idest continuè, & si dicat semper, intelligitur, idest multoties.*

30 *Testis licitè totum negat, quando oratio sumitur affirmatiuè ex uniuerso, cuius aliqua pars sit falsa.*

quia decesſit relicto Honorio eiua filio. Nã reſpondeo, quòd uerum eſt caſus prædictos eſſe ad inuicem diſsimiles, & contrarios, ſed non ſumus in illis terminis, ſi enim tempore, quo dicitur eueniſſe csſum fideicõmiſsi. ſuperſtes fuiſſet dictus Honorius filius dicti filij teſtatoris, nerum eſſet, qnod eſſemus in caſu diſsimili, & contrario caſui expreſſo per teſtatorem. ſed iſte non eſt caſus noſter, in quo uerſamur, & ex qno dicimus eueniſſe caſum fideicom. quia nõ ſupereſt amplius dictus Honorius. Quoniam & ipſe deceſsit ſine filijs. Caſua ergo per quem dicimus extitiſſe fideicom. eſt iſte. Quòd Honorius filius filij teſtatoris deceſsit ſine filijs. Et iſtũ caſum dico eſſe ęquipollentẽ, & omnino. ſimilem, ac candem penitus rationem habentem cum caſu per teſtatorẽ expreſſo, videlicet quòd eiua filius ſine filija deceſſerit, qui eſt caſus per teſtatorem expreſſua, uel Honorius filius ſui filij ſine filijs deceſſerit. Qui eſt caſus, q extitit, & cuius uigore dicimus ſucceſsionẽ ad fratrem teſtatoris, & ſucceſsiuè ad illius filios pertinere. Iſti ſunt caſus oĩno ſimiles inter ſe, & adeu ſanè, ut nulla prorſus rõ diuerſitatis inter eoa aſsignari poſsit, cur teſtator q tá ſolẽniter, tá amplis uerbis, Adeo accuratè agnationi ſuæ conſulere noluit. de qua re ſic ſeſollicitum oſtẽdit, cauẽdo expreſsè ut ſua bona in familia ſua, uſque quò aliqui ex eis ẽt ſibi in gradu remotiſsimis extiterint, & demum poſtquá oẽs omnino deficerent, pronidit ut ſubfingantur aliqui ad perpetuandũ, & cõſeruandum adhuc nomen familiæ ſuæ, cur inquam poſsimus dicere quod iſte teſtator uoluerit hanc ſuam diſpoſitionem tanto ſtudio ordinatá locum habere, eo caſu tantũmodo, qno eius filius ſine filijs decederet. Non autem eo caſu, quo filiũ filij ſine filijs mori contigerit: ſed quòd eo caſu uoluerit totam hanc ſuam ordinationem corruere, & q̃d tunc fœmina prorſus extranea nullo ſibi cõſanguinitatis ninculo coniuncta, ſed alienæ omnino familiæ ualet ſuá hæreditatẽ obtinere, ſuper exiſtentibus præſertim tot gradibus & lineis ſuæ agnationia, quos omnes nominatim nocauit. Immo uerò ſuper exiſtente uno ex ꝓprijs fratribus. Cum tamen ipſe teſtator fęminas ſemper excluſerit à ſua ſucceſsione etiam ſanguine ſibi coniunctas. Immo, & proprias filias. Hoc enim neminem ſani capitis, ac ſinceri iudicij unquam puto eſſe exiſtimaturum.

97 † Qnimmo ſi ullo unquam caſu habere poteſt locum illud, quod habetur in l. tale pactũ §. ult. ff. de pact. & in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. Et quod ubique doctores in materia iſta loquẽtes dicunt, uidelicet quòd ſi teſtator caſum hunc euẽturum cogitaſſet, aut ſi de hoc interrogatus fuiſſet. Idem uerofimiliter diſpoſuiſſet, & ordinaſſet, hoc ſanè caſu magis, quá alio locum habere debet. Poſito etiam quòd eſſemus in caſu, in quo teſtator iſte nõ expreſsè diſpoſuiſſet pro ut uerè expreſſe diſpoſuit, ut ſupra dixi. Nec ratio ulla probabilia, aut ſenſui conſentanea ſeu alijs per teſtatorem expreſsis cohærens aſsignari poteſt, cur diuerſum hoc caſu uoluerit.

98 † Nec obſtar ſi quis imaginando dicat, q̃d
ideo teſtator noluit inducere in çaſu illo fidei-
com. uidelicet quando eius filiua cum filijs de-
cederet, ut filij ſic magis obſeqnioſi parẽtibus
ſuis redderentur, ſcientes illos poſſe liberè de
his bonis diſponere. Nam ratio iſta non poreſt
hic ullo modo allegari. Certum enim eſt, quod
non reperitur in hoc teſtamento expreſſa, ut ex
illius lectura colligi facilè poterit, ſed nec etiá
aliquid in eo expreſſum reperitur, qnod ad hác
99 rationem tendat. † Vnde nunc eſſet, uelle con-
fingere, & imaginari unam rationem ex capite
noſtro deſumptam, & quæ nec fuit expreſſa in
aliqua parte teſtamenti. Nec etiam ex expreſsis
colligi poteſt. aut illis qnonis modo cohęreat,
quod non licet. Ideo nũc ſumus in caſn doctri
næ Bal. & Imolę. in l. quidam cum filinm. ff. de
Hæredib. inſtit In tertio nor. & in l. j. col. ulti.
c. de his qui ante apert. tabul. Et in c. Mandatũ.
col j. de reſcript. ſed bene Teſtator expreſsit il-
lam rationem. quia uult, ut bona ſua ſemper in
familia, & agnatione conſeruentur. Et iſta ra-
tio, pręterquam quòd eſt expreſſa, cohęret alijs
per teſtatorem expreſsis, & ex illis deſumitur,
ut ſupra latiùs declaratum fuit ſi uolumus mo
dò ſequi rationem ex capite noſtro deſumptá,
& omittere illam, quam expreſsit ipſe teſtator.
Et quæ uniuerſæ ſuæ diſpoſitioni maxime co-
hæret. erit recedere ab eo, quod dicunt omnia
iura, & omnes Doctorum deciſiones. Et face-
100 re in totum contrarium eius. quod † dicit Bal.
in l. cum quidam. C. de neceſſar. ſer. hæred. In-
ſtit. & vbique doctores ſequuntur, uidelicet q̃d
debemus inueſtigare quæ nam fuerit noluntas
teſtatoris, & illam ſequi ſicut uenator leporem.

101 Præterea, & ſi rationem hanc imaginariam & ex capite confictam attendere. uelimus, & quam nõ ſolum non expreſsit teſtator. ſed nullum quidem uerbũ expreſsit, per quod ſub cenſere poſsimus ipſum de ea cogitaſſe, tamẽ hæc diſpoſitio eatenus locum habere poterit, quatenus ratio militabit, ea verò ceſſante, utique & diſpoſitio ceſſabit iuribus uulgatis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. C. cum ceſſante de appella. cum ſimil. ſi ergo dicis noluit grauare lineam ſuorũ deſcendẽtium ad hoc, ut filij ſint magis obſequioſi parentibus, utique hoc procedet, quatenus ſuperſint filij, in quibus ratio prędicta uerificari poſsit. ſi nerò filij nõ adſint, fideicom. adeſt qnia ratio ceſſat. immo teſtator ita expreſſe diſpoſuit. cũ ſi eius filius ſine filijs deceſſerit

decesserit, expressè fecit fideicom. uocãdo eius fratrem & deinceps alios successiuè. Et si tibi placet addere, quia cessat illa ratio, quòd filij reddantur magis obsequiosi parentibus, cũ nõ adsint, transeat, licèt ueritas sit, quòd testator hanc rationem non habuit in mente, sed istud idem est dicendum cum Honorius filios non habeat. Nam, & hic cessat illa ratio imaginata. Ideo reuertamur ad fideicom. expressè factum per testatorem in personam filij sui. Et hic militat ratio expressa per testatorẽ, ut bona in sua agnatione conseruẽtur, {& cessat etiam illa imaginaria, ut filij sint obsequiosi parentibus, cum non adsint filij, Ideo reuertamur ad fideicom. expresse per testatorem factum.} Et ex hoc etiã
102 cessat aliud. quod † dicebatur testatorem uoluisse grauare lineam suorum descendentium: immo uerò contrarium omnino apparet, quia illam grauauit primo filium ipsum sine filijs decedentem: quia ei substituit fratres, & alios successiuè immo plùs quia ei ademit potestatẽ de his bonis testandi inter extraneos, sed uoluit, ut proximiores suos institnat pro ut in testamẽto apparet. Si igitur in hoc proprio filio sine filijs decedenti non pepercit Quomodo aut qua ratione, dicere possumus nepoti sine filijs decedẽti esse permissum in pernitiem totalis dispositionis testatoris tanto studio ordinatæ. Cũ præsertim casus isti similes omnino sint ęquipollẽtes, & eadem omnino ratio militat in uno sicut in alio: immo maior militat ratio, quia si filio iam nato, & sibi noto sine filijs decedẽte ita seruari uoluit. Multò magis in nepote nondũ nato, & nihil sibi adhuc noto hoc dicendum erit.
103 † Maiori enim affectione prosequimur iam natos, quã nasci turos, ut tradit Bal. in l. Lutius. ff. de hæred. instit quem refert, & sequitur Dñs Alex. in consi. 5 a. col. j. uol. 4. Oldr. in cõsi. 141. col. 2. in princ. uersic. item etiam ex alio. Corn. consi. 124 col. antepen. & consi. 146. col. 2. uol. 2. Roma. consi. 231. Curt. inter consi. Rub. 39. Grat. in terminis. Rñso 5. col. 4. uersic. decimò comprobatur uol. 2. facit quod tradit Ruin. in consi. 140. col. 5. uersi. confirmantur prædicta uol. 3. Optimè facit quod tradit Crau consilio 113. col. j. uersi. Itaque iu casu nostro cum alijs multis, quæ adduci possent. Concluditur ergo manifestissimam apparere uoluntatem testatoris, quod uoluerit illos suos agnatos substituere, nedum in casu quo eius filius sine filijs decesserit, sed etiam si Honorius filius filij. Nõ autẽ quod isto casu uoluerit fęminam sibi omnino extraneam succedere existentibus omnibus illis, quos expressè ipse uocauerat, cum tamen fęminas omnes expressè excluserit, etiã suę agnationis, immo & proprias filias, & confirmatur prædicta conclusio pter supradicta ex his quæ dicit Crau. in consil. 113. col j uersic. Itaque in casu nostro, & Soc. Iun. consilio 1. numero 70. uolum. 1.
104 Non etiam obstat, quod † dicebatur hic agi de extensione facienda de persona ad personã. Non autem de casu ad casum. Nam substitutio fuit facta suo filio si sine filijs decederet. Et nũc si uolumus quòd habeat locum, & si Honorius filius filij sine filijs decesserit, prout euenit, certè erit extẽdere de persona ad personam, quod non licet, quicquid sit de casu ad casum, ut per Aret. in l. Gallus. ff. de liber. & posthum. cũ alijs supra iu quinto argumento allegatis. Nam re-
105 spondeo primò, quòd † hic non egemus aliqua extensione, quoniam testator in suo testamento, simplicem & absolutam fecit dispositionem, in qua uoluit hæreditatem suam semp in sua agnatione conseruari. Ideoque & si ue. um esset extensionem hanc fieri minimè posse, tñ sufficit nobis illa dispositio, per quam simplex
106 & absolutum inducitur fideicõmissum. † Et si non alio casu, saltẽ absque dubio in casu alienationis subsecutæ, ut hoc casu subsequnta fuit cum sint bæc bona in extraneam omnino personam translata. Nempe in fęminam alienæ familiæ, ut supra dixi, allegando Soci. consil. 43. col. j col. 4. uol. 3. & in consi. 40. inter cõs. Cur. Sen. col. pen. in fi & quod dicit Ias. in cõsi. 108. col. 4. uersi. confirmatur & seq. uol. 4. Dec. cõsi. 182. col. peu. Ruin. consi. 169. col. 2. uol. 2. Parif. consi. 53. uol. 3. Rub. consi. j. cum alijs supra allegatis, & animaduerti Dec. ita tenentem ẽt in consilijs pro contraria parte allegatis, uideli cet quod per huiusmodi uerba simplex & absolutum fideicommissum inducatur; saltem quando bona extra familiam transferun tur. Quia dicitur contrauenirí uoluntati testatoris, ut in consi. 218 expressiùs in consi. 287. in 5. colum. uersi. Nec obstat quod propter illam clausulã.
107 Secundò † respondeo ex alio. etiam non esse necessarium de extensione tractare, quia cum eadẽ ratio militet, immo maior præsertim quæ reperitur expressa. Non est extensio, sed comprehensio, cum omnes casus in quibus illa ratio militat censentur sub illa decisione comprehendi, & decidi, pro ut fusiùs dixi supra respondendo ad præcedens contrarium, ubi allegaui castren. in d. consil. 88. uol. 2. Oldr. Alex Corn. Dec. & alios plures.
108 Tertiò respõdeo quod † illa conclusio Aret. in d. §. quid si tantũ est falsa, & quod immo ubi militat eadem ratio, ita fieri extensio potest de persona ad personam, sicuti de casu ad casum. Primò enim Contrarium tenuit ipse met Aret. sibi ipsi in hoc contrarius in l. Diuortio. §. interdum in ult not. ff. soluto matrimonio, quando non sumus in materia correctoria. Hoc idẽ tenet Ang. expressè in d. §. & quid si tantum in 3. col. ubi uult, quòd immo extensio fieri possit etiam

etiam de persona expressa, ad omissam ex idem titate rationis, item quando sumus in casu, in quo si testator de hoc fuisset interrogatus, ita uerosimiliter fuisset respõsurus, per ea, quæ habentur in l. tale pactum. §. ult. ff. de pact. & idem tenet ibi subtilis Fort. Garzia. num. 86. & Crot. nume. 27. item hanc conclusionem Ang. tenuit expresse Ias. contra Aret. in l. Titius. §. Lutius. nu. 3. & 7. ff. de liber. & posthum. & quod ipse dicit in l. filius familias. §. Diui in secũda lect. nume. 146. ff. de leg. j ubi limitat conclusionem quæ uult, quod prohibitio alienationis facta filijs non trahatur ad nepotes, ut non procedat, quando ratio prohibitionis ita nepotes quemadmodum, & filios comprehenderet. Item quod idem ibi dicit nu. 152. ut prohibitio etiã restricta ad certas personas generaliter tamẽ ad oẽs trahatur, ex identitate rationis per testatorem expressę, quod uelit talem rem in familia remanere seu non exire de nomine aut agnatione sua, uel de suo genere, ut ibi per eum, quæ eius dicta ualde cõferunt ad casum nostrum. Idem Ias. hoc tenet in consi. 148. col. 3. uersi. Quartò facit uol. 2. & in consi. 154. col. 4. uersi. confirmatur optimè. uol. 4. castren. consil. 67. nu. 46. Ruin. in terminis nostris in consi. 119. col. antepen. nu. 14. uol. 2. Paris. in consi. j. col. pen. nu. 55. & consi. 66. col. 7. uersicu. Nec obstabit illa uol. 3. Soc. Iun. consi. 129. col. antep. in fi. uersi. sed ex abundãti. uol. 3. Crau. consi. 155. col. 3. uersi. 6. considero. ubi etiam in materia correctoria id procedere uult, etiam, quòd ratio nõ sit expressa, & unica tantum assignari possit, ergo multo magis in terminis nostris. Et quod tradit Riminal. in consi. 18. col. 3. & seq. uersic. intelligo uerũ post Bald. in l. de quibus. col. 1 r. uersic. & not quod similitudo. ff. de legib. & in consi. 235. col. pen. uersi. Præterea. ubi indiscriminatim dicit ex identitate rationis extẽsionẽ fieri, tam de persona, ad psonam, q̃ de casu ad casum, & loquitur in statuto quod est stricti iuris, sed præterea est expressa decisio Pauli Castren. in consi. 83. col. 2. in princip. uol. 2. ubi in fortioribus loquitur terminis, uidelicet in statuto iuris communis correctiuo, & sic in materia stricti iuris, & tamen concludit extensiones fieri de persona ad personam, & in spetie de filio ad nepotem, ubi eadem ratio militat, uidelicet agnationis conseruandæ, & non solũ hoc procedere uult, ubi ratio est expressa, sed etiam ubi nõ est expressa, sed unica assignari potest. Quanto ergo magis hoc in casu nostro procedit, cum simus in testamẽto, in quo plenior, & latior fit interpretatio. l. i testamẽtis. ff. de reg. iuris, & ratio quidem est sępius expressa, ut bona in familia conseruentur, quod fauorabile est, & publicam quidem respicit utilitatem, ut supra dictum fuit.

109 Quartò † respondetur ex dictis eiusdẽ met. Aretini in d. §. & quid si tãtum. Nam primò ponit illam suam regulam, quod extensio de persona ad personam non fiat, postea eam limitat non procedere, quando ille esset talis persona quæ posset comprehendi aliquo modo sub uerbis, uel mente testatoris, tunc enim ad eam fieret extensio, licèt indiuidualiter, ut eius uerbo utar, non fuerit de ea cogitatum, per not. in l. tale pactum. §. ult. ff. de pact. & ita refert, & declarat Paris. in d. consi. 1. col pen. uersi. postremò non obstar, ubi dicit, quòd illa glo. in l. Titius. in princ. ff. de liber. & posthum. per quam mouetur Aret. cõmuniter reprobatur, & quòd opinio Ang. & sequacium contra Aret. est humanior ęquior, & magis communis. Immo uerior, & in consi. 66. col. 7. uer. Nec obstabit illa obiectio uol. 3. Soc. Iun. in consi. 129. col. pen. uersi. 3. etiam uol. 5. sed in casu nostro sine dubio, & in mẽte testatoris fuit de Honorio eius nepote cogitatum saltem in genere, & etiam in uerbis fuit de quo in genere facta mẽtio. Nam

110 cùm † testator mentem hanc habuerit, ut bona sua semper in sua familia cõseruentur, quod expresit sępius in testamento. Non potest negari in genere saltem, si non in indiuiduo quod de isto cogitauerit, quia aliàs bona non perpetuò in sua familia cõseruabantur, ut tradit Soc. in consi. 43. col. j. uol. 3. & hoc Aretino sufficit, ut extensio ad illam personam fieri possit, quo etiam ad uerba non dicitur omissus, immo de

111 eo fuit † facta mentio in genere, & eo modo quo mentio de eo fieri potuit, qui nondum natus, nec in rerũ natura erat, quia testator dixit si filius sine filijs decesserit. Vnde saltem est positus in conditione, si nolumus, quòd dicatur uocatus iuxta glo. in l. Lutius. ff. de hæred. insti. Cõtra quam multi tenent ut infra uidebimus. sed doctores, qui illam glo. sequuntur, fatentur illam non procedere, quando plures concurrunt cõiecturæ, ut quia suas filias, & omnes alias fęminas ab uniuersali successione exclusit. Item quia ad plures substitutionum gradus digressus est, pro ut est ĩ casu nostro, & de hoc uidebimus, sed quicquid in hoc sit, etiam quòd dicantur tantummodo in conditione positi, tamen de eis in uerbis est facta mentio, si non dispositiuè saltem cõditionaliter, ut est expressa decisio Corn. in consil. 146. col. 3. uersi. quia licet liberi uol. 2. num. 13. Ergo ẽt ex sententia. Aretin extensio hoc casu fieri poterit de persona filij ad personã nepotis, & sic apparet multifariam multisque modis argu nihil obstare, & ideo illud, quod dicit Ias. in consil. 220. uol. 2. & consi. 66 uol. 3. non debet esse in aliqua cõsideratione, quia alij communiter contrarium tenent, & ipse met sępius, & legendo & consulendo contrariom tenuit, & ipse met Aret. etiam con-

contrarium uoluit, ut supra dixi. Neque mirũ quia illa conclusio caret prorsus ratione. Non
112 †enim uideo probabilem aut iuridicam rationem diuersitatis, cur extẽsionem de casu ad casum fieri ex uerosimili, & coniecturata mente testatoris admittant. Non tamen de persona ad personam. Nullam enim reperio legem facientem talem differentiam, sed immo potius contrarium, ut patet ex traditis per Petr. de Ancha. in consi. 1 t. col 2. uersi. ex quinto arguitur sic. præsertim in casu, in quo militat eadem ratio, prout in terminis nostris, uidelicet quando cõcurrit uerosimilis & coniecturata mens testatoris, quæ potissimùm attenditur, & totum facit. l. in conditionibus primum locum. ff. de cõdit. & demonstrat. cum alijs simil. supra ad hoc allegatis si ergo, ut seruetur uoluntas etiã coniecturata testatoris, admittitur extẽsio de casu ad casum, quid prohibet, quin per eundem effectum conseruandæ uoluntatis testatoris fiat de persona ad personam. ad quæ facit, quod tradit Riminal. in consi. 109. in fi. cum enim eadẽ sit
113 †ratio, diuersum ius statui non potest, ut dicit tex. in l. 3. §. posthumus in fi. ff. de iniust. Rupto & præsertim quia tex. in quo fundant doctores
114 hanc conclusionem, quòd extensio non † fiat de persona ad personam, in l. si quis ita. §. si q̃s, cùm ignoraret. ff. de testam. tut. nihil penitus ꝓbat. Nam ibi pater dederat tutores filijs suis in testamento, dicitur, quòd si aderat unus filius, quem testator habere ignorabat, uel quẽ mortuum nesciebat, illi non censetur datus tutor certè non illa ratione illud procedit, q̃a Extensio non fiat de persona ad personam, sed aliam rationem assignat text. immo uerò nec illa dispositio testatoris fuerat restricta ad unam personam, quia testator dederat tutores filijs suis absolutè, & sic nõ exprimendo magis istum q̃ illum, adeo, quòd omnes filij poterant sub uerbis comprehendi absque extensione aliqua de persona ad personam, ut tex. ille expressè dicit, ibi licet nomẽ filiorum, & ipsum admittat. Ratio ergo illius decisionis est illa, quam tex. exprimit; uidelicet defectus uolũtatis testatoris, q̃a cũ ignoraret se illum filium habere, sua dispoſi
115 tio ad ignorata trahi non † poterat. l. mater decedens. ff. de inof. test. l. cum Aquiliana. ff. de transact. cum simil. Est ergo abusio manifesta allegare illum tex. ad istud propositũ, & si quis diceret cur illa datio tutoris non comprehẽdit etiam illum filium saltem ex coniecturata mente testatoris, & quia si de hoc interrogatus fuisset, ita uerosimiliter disposuisset l. tale pactum. §. ult. ff. de pact. Respondeo, quia ibi deficiunt coniecturæ ex alijs expressis per testatorẽ, quibus elici hoc posset, ibi enim erat simplex datio tutoris, unde diximus supra necesse esse, quod coniecturata mens testatoris sumatur ex alijs expressè dispositis per testatorem. Alioquin si ex capite suo quis uellet sibi ipsi cõiecturas cõfingere, tunc nõ procederet coniecturata mẽs testatoris, ut supra latè dictum est. Nam, & in materia nostra, si substitutio fuisset uni personæ simpliciter, & absolutè facta, nec aliud esset in testõ expressum, unde elici coniecturata uoluntas testatoris posset, facilè dicerem extensionem fieri minimè posse, nõ quia de persona ad personam extẽsio fieri non possit sed quia uoluntas testatoris expressa deficit. & coniecturæ probabiles nõ adessent, & ita procedit ille tex. Pro ut etiam sic uerò loquitur, & procedit tex. in l filiusfamilias. §. cum quis ff. de leg. j. & in l. ex facto. §. pen. ff. ad trebell. cum alijs, quæ allegantur per Oldr. in d. suo consi. 21. & per sequaces. At nos non uersamur in istis terminis meritò &c.
116 Nõ etiam obstat; quod † dicebatur si testator iste etiam expressè uoluisset onere fideicõmissi grauare Honoriũ filium filij. Non tamen potuisset, quia non fuit ab eo uocatus, sed tantum in conditione positus glo. in l. Lutius. ff. de hæredib. instit. unde quem non honoro, grauare non possum. l. ab eo. C. de fideicom. l. sed & si sic. ff. de leg. 3. Nam ad istud respondeo, primò
117 quòd † illa opinio glosę in d. l. Lutius nõ sine difficultate procedit, & multos habet contradicentes, quòd immo liberi positi in conditione censeantur uocati, ut plures refert. Corne. in consi. 146. col. 5. uol. 2. & certè uidetur nõ posse negari, istos in conditione positos censeri tacitè saltem ex iudicio, & mẽte testatoris admitti debere. ut probat tex. in d. l. Lutius. Quod copiosè disputat, & tandẽ firmat ponderando illum text. in d. l. Lutius, & alios etiam Cassan. in consi. 14. & consi. 67. uersi. Item hæc cum multis seq. & idem ante eum tenuit Anch. in consi. 74. uersi. secundo hoc optime. Curt. Sen. latissimè in consi. 51. col. mihi 7. & seq. sed quicquid in hoc sit. Quia non intendo nunc istũ passum latiùs discernere, cum non sit principalis dubitatio nostra, & loquendo nunc secũdum opinionem illius glo. citra tamen præiudicium ueritatis.
118 tis. Certum est, quòd † doctores omnes, etiã illi, qui gl. illam sequuntur, fatentur eam nõ procedere, quando concurrunt aliquæ, uel leues cõiecturæ, ut tradit Corn. in consi. 20. colum. 6 & seq. & consi. 226. col. 3. uol. 4. consi. 96. col. 1. uol. j. & d. consi. 146. uolum. 2. Petr. de Anch. in d. consi. 74. ubi si quo casu opinio illius glo. tenenda est, erit quando nullum alium gradum substitutionis fecit testator, sed quando ulteriùs ad alios gradus progressus est, sine dubio non procedit, & maximè uocando masculos suæ agnationis, ut per Dec. consi. 578. col. ult. uer. & hoc etiam. & consi. 270. col. 2. uersi. secũda conclusio, & consi. 318. col. 1. & alibi sępe. Soc. in l.

in l.cum auns.col.ult.ff.de condit. & demonst.
Hoc idem dixit Curt.Iun.consi.43. col.3.uers.
quòd autem nepotes,& in consilio 113. col.3.
uersi.secundò, facio conclusionem.Ripa in l.cẽ
turio. nu.162.ubi plures ponit coniecturas, p
quas ab opinione illius glo. receditur, ut quia
feminas in re particulari Honorauit, & ab uni-
uersali successione exclusit.Item quãdo ad plu
res substitutionum gradus digressus est testa-
tor.Item quãdo post omnes extraneum substi-
tuit, iubendo ut nomen familiæ,& insignia in-
beat,quæ omnes in casu nostro & longe plures
etiam simul concurrunt Crau. consi.62.col.2.
uersi.sed uideamus,& in uersi. & ista coniectu
ra,& col.ult.uersi.Quinta coniectura & in con
sil.113.col.j.circa prin.faciunt etiam ad confir
mationem prædictorum , quæ tradit Ruin. in
consi.140.uol.3.
119 Præterea respondeo, dato etiam quòd † illa
glo.sit uera. Item quòd essemus in suo casu, &
sic quòd nullæ subessent coniecturæ, ita quòd
uerè in conditione tantummodo potiùs ille di
ceretur, & ab intestato succederet, ut uult illa
glo.in d.l.Lucius,& alijs sequaces.Tamen nihil
obstat regula.l.ab eo. C. de fideicom. Quoniã
illa locum habet, ut nõ possim grauare illum,
qui nec ex expressa mea ordinatione, neque ẽt
ex tacita,ut ab intestato potest quicquã ex bo-
nis meis cõsequi. Sed ille, qui mihi successurus
est ab intestato.est habiturus mea bona saltem
ex tacito meo iuditio. Ideo illum debeo posse
grauare, ut est tex.formalis,& expressus in l.cõ
ficiuntur in prin ff.de iure codicill.& ita in spe-
cie declarat glo.in d.l.Ab eo.C.de fideicom.ui
delicet quòd sufficit etiam si tacitè ab intesta-
to quid consequatur.Quid igitur repugnat, &
si uerum esset,quòd Honorius sit tãtummodo
in conditione positus, & ab intestato succedat
quin possit ei onus hoc iniungi (si tamen onus
dici hoc potest,) ut bona ista non alienet, sed
pro se ipso retineat, & familiæ seu agnationi
suæ conseruet. Quod potiùs fauorabile est, &
publicæ quidem utilitatis nomine l.j.§.sed & si
seruus.ff.de uentre inspic. §. cæterum in ll it. de
legit.agnat. success. cum alijs supra allegatis.
120 Non † omitto etiam pro maiori confirma-
tione predictorũ illud, quòd egregie dixit Bal.
in consi.57.uersi. secundò considerandum est.
uol. 2. quòd licèt positi in conditione per illa
uerba si sine liberis decesserit.Non dicãtur ho-
norati tanquàm legatarij. Tamen dicuntur Ho
norati,tanquàm mortis causa capientes, & oc-
casionem capiendi à testatore habẽtes, & ideo
in specie infert quòd istis sic in conditione po-
sitis poterit à testatore substitui, non obstan-
te Reg.d.l.ab eo.C. de fideicom. cum suis sim.
121 Tertiò † principaliter respondetur, ex alio
regulam illam legis ab eo.C.de fideicom. nihil
omnino obstare casui nostro.Quoniam illa lo
cum habet,& procedit, quando onus seu gra-
uamen imponeretur personæ propriæ, seu rei
propriæ ipsius grauati,aut eius hæredi. Tunc
uerum est, quòd non ualet, nisi sit honoratus
d.l.ab eo.C.de fideicom.& l.si fuerit cum l.seq.
ff. de leg.3. & quatenus illum honorauit, & nõ
ultra.l.cohæredi §. cum filiæ.in fi. ff. de uulga.
& pupill. Sed nos non sumus in istis terminis,
quia iste testator non imposuit onus aliquod
in persona Honorij positi in conditione, aut in
eius bonis uel Hæredis sui. Sed istud onus, si
onus dici potest,ut bona sua in familia conser-
122 uẽtur,imposuit proprijs suis bonis,quòd † ei
facere licuit, cum lex dicat, disponat testator,
& erit lex sua uoluntas. §. disponat in auth. de
nupt. & uult lex ut testatoris arbitrium, quod am-
plius non redit, seruetur.l j.C. de sacro. sanct.
Eccles.& latissima cuique data potestas fuit de
rebus suis disponẽdi.l.j.§ j.ff.ad l.Falcid. quòd
publicam etiam in se dicitur continere utilita-
tem.l.uel negare.ff.quemad.testam.aper. Con-
tra quam uoluntatem testatoris, & consequen
ter contra quæ omnia iura sine dubio fieret, si
bona ista ad feminam penitus extraneam per-
uenirent, reiectis omnibus agnatis testatoris,
quos ipse gradatim expressè uocarat,& conse-
quenter spreta sua expressa dispositione.
123 Nec † ideo (ad propositũ redeundo) dice-
retur grauari ille in conditione positus, quo-
niam (ut dixi) non grauat eum, nec sua bona,
nec sui hæredis,sed sua propria testatoris. Nec
potest ille dici grauatus, quia est in eius libera
facultate, repudiando istam hæreditatem sibi
delatam, se liberare ab illo grauamine, si graua
men illud uult appellare: põt obtinere opulen-
tam hæreditatem. cum hac qualitate ne aliene-
tur, sed ut inter suos agnatos conseruetur, &
ita in terminis declarat Bal. materiam istam in
d.l.ab eo in secunda opp C.de fideicom ubi di
cit, quod est in facultate Honorari sub condi-
tione aliqua, quæ sibi onus affert, non implere
conditionem, & consequenter commodo care
bit non impleta conditione, nec etiam onus
subibit.Istud igitur est onus reale seu rectiùs lo
124 quendo, est † qualitas realis, seu in rem scri-
pta, hoc est istis bonis, quæ ad quemcunq; per
ueniant, peruenient cum illa qualitate, doctri-
na est in terminis Bal.in l.precibus.col.ult.uer.
extra quæritur.C.de Impub & alij substit. Et se
quitur.Salycet.ibi col.pen.uersi.quæro 6.Corn.
in d.l.ab eo.C.de fideicom.in ult.col.uer.quin-
ta quęstio principalis.Facit quòd dicit Pau.Ca
stren.in consi.302. col.3. uersic. super eo uerò
uol.j.Petr.de Anch.in consi.217.uers.est enim
Soc.in præalleg.consi.250.col.4 uersi. Præte-
rea post filios, & etiam in fin. illius consil.in 2.
uol.Curt.Sen.cõsi.51.col.antepen. uer.accedat
ad

ad præmissa. Optimè declarat Parif. cõsi. 5. col. 4. in prin. nu 42. uol. 3. facit etiam quod tradit Ripa in l. filiusfamilias. §. diui nu. 108. ff. de leg. j. Et quod etiam ibi tradit Iaf. in secunda lect. col. pen. uerfi. Istam limitationem, & maximè cum in casu nostro prohibitio non fuerit facta personis, sed immo realissima (ut ita dicã) fiat. cùm testator dixerit, quòd ad quoscunq; deuenerit dicta eius hæreditas semper sit unita. Nec aliquo modo uel casu possit diuidi, aut diminui. Item Paulò inferius, & sic uoluit dictus testator, dictam eius hęreditatem semper stare in lineam masculinam, &c. Ideoque nihil obstat quod dicit Dec. in consi 95. in fi. quia loquitur in casu à nostro longè diuerso, quia ibi erat personalis prohibitio, & sic ad unam tantum personam restricta. Et ex supradictis etiam cessat

125 illud, quod † dicebatur, s. quod Honorius nõ possit dici Honoratus. Nam (ut dixi) integrum ei erat aut repudiare hanc hæreditatem, aut illam nolle agnoscere. l. quia poterat, & l. recusare. ff. ad trebell. si repudiasset non esset de fidei com. in eius persona tractandum, si uerò eam adiuit, prout fecit, non potest negari, quin adè plus fuerit hanc hæreditatem, quàm priùs non habebat, ergo uerum est, quòd fuit honoratus, & si diceres, at non ex dispositione expressa testatoris, sed ex legis dispositione, quia ab intestato. Respondeo nihil refert, cùm & talis grauari possit. l. conficiuntur in princ. ff de iur. codicill. cum alijs supra allegatis. Et cum uoluit

126 illam hæreditatem, oportet quòd † eam habeat, cum qualitate adiecta, seu cum suo onere, si quod est, ut dicit tex. in l j §. Pro secundo. C de caduc. tollen.

127 Denique non obstat, quòd dicebatur, substitutiones illas plures per testatorem factas pendere ab illa conditione, si sine filijs eius filius decesserit, qui casus non extitit, & testator restrinxit se ad illum casum tantùm, quia pluribus uerbis restrictiuis usus fuit, quia dixit tũc, & eo casu. Item casu prædicto. Item modo, & forma quibus supra. Item, & sic, quæ oĩa uerba excludunt alios casus præter expressum. Ita qđ necesse sit illum omnino uerificari, ut p Anch. Roman. Soc. Dec. Ruin. Gozad. & alios in arg. allegatos in contrarium. Namque primò ex su

128 pradictis sic respunderi potest, quod lex dicit, nunquam uerborum interpretatio tantum potest. ut potior esse possit uoluntate, & mẽte testatoris. l. 3. C. de liber. præter. l. quisquis. ff. de uerborum signific. l. Publius. §. ult. & l. Pater se uerinam. §. conditionum uerba. ff. de condi. & demon. cum alijs multis iuribus, & authoritatibus superiùs ad hoc allegatis. Modò dico, qđ

129 uerum est, testatorem fecisse illas substitutiones de fratribus suis, & successiuè de agnatis in casu tantum, in quo eius filius sine filijs moreretur, Adeo quòd superexistentibus filijs dicti sui filij, cessent prædictæ substitutiones, & sic uerificatur, quòd substitutiones istæ omnes ab illo dependeãt, & uerificatur natura harum dictionum restrictiuarum, ut non habeant locum hę substitutiones, existentibus filijs dicti sui filij, sed eo casu tantum locum habeant, quo dicti filij deficiant. Qui casus extitit, quoniam non supersunt amplius filij dicti sui filij, nunc cùm casus successionis extitit, ideoque in casu isto, in quo testator hunc effectum considerauit, ut bona sua perpetuò in sua familia conseruentur, & ita per diligenter ordinauit & disposuit. Idem est quòd eius filius sine filijs moriatur, uel cum filio qui post modum sine filijs decedat, ut supra latè fuit comprobatum. Et utro que casu eadem ratio militat, quia semper uerũ est, deficere filios dicti sui filij. quo casu testator uoluit bona sua ad fratres, & alios uocatos deuenire. Non autem ad fęminam alienæ familiæ, quas fęminas omnes etiam suæ agnationis immo, & proprias filias exclusit. Ideoq; nõ est nunc inhærendum quibusdam uerbulis cauillose potiùs consideratis, & ad euertendam uoluntatem testatoris clarã, & perspicuẽ, nec utẽdũ quibusdã subtilitatibus captiosis. l. si seruum. §.

130 sequitur. ff. de uerb. obligat. Et † dicit text. in l. si quis hæredẽ in fin. C de instit. & substit. sub condit. fact. & pulchrè Paul. Castren. in consi. 83. in prin. uol. 2. Dec. consi. 227. col. pen. post medium. Corn. consi. 224. col. 2. uersi. pro cuius rei euidentia uol. 2. Lud. Bologn. in consil. 9. col. 3. uersi. 5. quia conseruamus. Concluditur ergo ista uerba restrictiua in hoc testamento apposita fuisse ad hunc finem, & hunc operari effectum. s. ut excludant has substitutiones super existentibus filijs dicti testatoris, & factam tantummodo intelligi in casu, quo deficiant dicti filij, qui casus euenit, & ita est uoluntas testatoris uera, & perspicua uoluit. n. testator constituere differentiam inter hos casus. s. existentium filiorum sui filij, & nõ existentiũ: ut priori casu non censeantur factæ, & locum non habeãt illę substitutiones, posteriori uerò sic. Non autem uoluit testator facere differentiam, an eius filius sine filijs moriatur, uel moriatur cũ filio, q postea sine filijs decedat, quoniã isti duo casus in terminis istis similes oĩno sunt, & pro uno, & eodem habentur, & ita interpretatur, & declaratur in istis terminis uoluntas testatoris per Guidon. Papæ immo p illud collegium, quod ita rem iudicauit, p Castren. Soc. Curt. Sen. Curt. Iun. Dec. Parif. Soc. Iun. Crau. & alios supra per me allegatos.

Et cum isti duo casus in istis terminis similes omnino inter se sint, & eandem penitus rationem habeant, uidelicet quòd filius testatoris sine filijs decedat, uel cum filio, & ipse sine filijs

Filijs moriatur, sequitur secunda Responsio, si etiam uerbalis ipsis,& eorum rigori inhæren dū foret, uidelicet quod huiusmodi dictiones texatiuæ non excludunt casus similes, & eandem rationem habentes, vt probatur in l.obses, & ibi not C.de Præd.Minor,& in terminis declarat Curt.Sen.in consi.75. col. antepen.in fi. & seq Dec.consi.227.in pen. col. Paris.consi. 20.col.5.uer.Non obstat illa dictio,& consi.5. col pen.nume.12.& consi 66.col.7.uersi.Non obstat quarto loco uol.3.In quibus locis concluditur huiusmodi dictiones taxatiuas excludere casus dissimiles.Non autē similes,& eandem rationem habentes & est Decisio Oldr. in consi.185.in fi. & ubi apparet de uoluntate testatoris istæ dictiones nihil impediunt, quominùs illa seruetur ut tradit Soc.Iun. cōs.154. col.pen.uersi.& existis tollitur & in consi.106. col.antepen. uersic.præterea,& secundo uol.5. prout in casu nostro hæc omnia concurrunt, optimè facit, quòd tradit Crot. in l. Gallus.§. & quid si tātum nu.49.ff. de liber.& posthum. ubi etiam in materia pœnali fit extensio ad casum similem,hoc est eadem rationem habentē non obstante dictione taxatiua,& hoc nedum quando ratio est expressa, sed etiam si non sit expressa, unica tamen assignari potest.

132 Quòd† autem casus isti similes inter se sint, uidelicet quòd filius testatoris sine filijs decedat, Aut filius filij.Iam supra dixi,& ex se apparet.nec posset esse maior similitudo. Immo ue
133 rò certo modo posset dici idem casus,q†pater, & filius una, & eadem persona reputantur. §. ei uerò qui inut. de inut. stipulatio. & l. ult. C.de impub.& alijs substit. ut in terminis tradit Curt.Sen.in d.consil.75.col.antepen. in fi. & eadem omnino ratio militat, Immo maior, uidelicet, ut bona in familia inter masculos cōseruentur: quam rationem expressit testator. Nam si in hoc, (ut etiam supra dixi) proprio filio non pepercit,qui iam erat natus,& quē prę cæteris dilexit testator,& ei sine filijs decedenti abstulit facultatem instituendi quem uellet, sed uoluit illum instituere unum ex filijs fratrū ipsius testatoris,quomodo ergo possumus dicere,quòd hoc permiserit eius nepoti sine filijs decedenti,qui nondū natus erat,& consequenter minùs dilectus,ut sup. possit instituere matrem fœminam extraneæ familiæ in præiudiciū omniū agnatorum ipsius testatoris super existentium, certè hij qui intellectū omnino carent, hoc non dicerent, tanquam alienum, ac omnino repugnans nedum rationi, sed etiam communi sensui,& non sum ego solus. q hoc
134 dico,sed † est lex, quæ expressè hoc dicit, q non censetur testator plus tribuere posteriori minùs dilecto, quàm priori magis dilecto. l.si una matre.C.de bon. matern. & l.Publius.§.j. ff.de cōdi.& demonstrat.Alex.in consi j.col.4. uersi.secundò probatur uol j. Soc.consil.259. col.pen.uer. circa secūdam conclusionē uol.2. gratus in terminis Responso.5.col.4. in fin.& seq. uol. 2. cum alijs supra allegatis. Riminal. multum ad propositum casus nostri in consil. 185 col.3.& seq.

Sed ulteriùs dico, quòd in hoc testamento fuit factum simplex,& absolutum fideicommissum inter omnes descendētes masculos fratrū testatoris semper seu in ppetuum, & usus fuit
135 uerbis dispositiuis,quia † dixit, & sic uoluit, & uult. Quòd uerbum fideicommissum inducit nedum in casu secutę alienationis ut est in casu nostro, sed etiā simpliciter, ut in terminis tradit Soc.in consi.43.col.4.uersi.Item fortiùs uol.3.cum alijs supra ad hoc allegatis. Neque hic adest illa conditio,si filius sine filijs decesserit,neq; illa uerba tunc,& eo casu &c.Cur ergo uolumus hæc sub intelligere ad euertēdam totam dispositionem testatoris,quæ semper totū
136 contrarium fouat.Et† illa uerba modo & forma quibus supra aliud denotant, & ad alium finem apposita per testatorem fuerūt. ut supra dictum fuit, uidelicet respectu ordinis succedendi inter eos. Item ut sint usufructuarij tantum,ut non alienent,non diuidant, non detrahant trebellianicam nisi ex fructibus. Non succedant fœminæ,sed congruè dotentur, & ex fructibus tantum, &c.
137 Sed & si uellemus illam condōnē repetere, & illas dictiones restrictiuas subaudire.Adhuc nihil obstat.Quia (ut dixi) casus similis,& eandem rationem habens qualis iste est,non intelligitur exclusus,sed ille tantum.s.quando super sunt filij, aut descendentes masculi filij ipsius testatoris,quo casu fateor, quòd istæ aliæ substitutiones cessant,sed in casu deficientium filiorum dicti sui filij,tunc succedunt aliæ substitutiones fratrum testatoris, & successiuè aliorum agnatorum uocatorum in testamento.
138 Vnde ex omnibus supradictis remanet conclusionem istam in his terminis esse uerissimā uidelicet,quòd substitutio uerificetur, & locū habeat, nedum si filius testatoris absque filijs decederet, sed etiam si eius filius sine filijs moriatur,prout in casu nostro euenit,& istā ostendo apertissimè esse communem opinionē. Nā eam in indiuiduo tenuit Paul. Castren.in cōsi. 343.uol.2. & ita iudicauit senatus Regius, ut dicit Guido Papę Decis 43 t.& consi.350.uol. 2.Curt.Sen.consi.51.Dec.in consi.477.& consil.427.& consi.227.& in consi.15.Paris.consil.1.& consi.66.uol.3.Curt. Iunio. consi 121. Socin.Iun.consi 42. & consi 114.uol.1.Crau. consi.ult Et idem in effectu uult in consi.306. col.3.uersi.sed in contrarium. & hoc ultra infinitos alios quos supra allegaui tenentes generaliter

ta'iter mentē uerosimilem, & coniecturatam attendendam esse, etiam quòd uerba deessent, dummodo coniecturæ probabiles sint, & ex expressis sumantur, ut supra fuit declaratum. Doctores uerò in contrarium allegati pro maiori parte loquuntur in alijs terminis, nēpe ubi non apparet de coniecturatamente testatoris in contrarium & sic ubi non cōcurrunt ea, quę in casu nostro concurrunt. Tunc enim procedit Doctrina Oldr. in consi. 21. & sequacium, quam fateor esse ueram, & posse procedere in terminis, ubi aliud non apparet in cōtrarium de mente testatoris, soli sunt tres, qui uidentur conclusisse contrarium & concurrentibus coniecturis, puta quia semper masculos uocauit, & plures fecit gradus substitutionum Alex. in cōsil. 139. uol 6. Ias. consi. 28. uol. 2. & Dec. consil. 238. sed tamen Dec. in specie ista contrariū dixit in alijs consilijs supra allegatis. superest ergò solum Alex. & Ias. quorum tamen uterq; generaliter admittit ex coniecturis induci fideicom & quòd uerba non illud significent, ut supra retuli præsertim Alex. in consi 52. in prin. & consil. 54. & consil. 100 uol. 4. Præterquam quod in casibus illis suis fortasse nec tot cōcurrebant, quot in casu nostro ad eliciendam mētem cōtrariā testatoris. Sed quicquid sit, authoritas horum duorum non ęquipollet authoritati decem in specie ista dicentium cōtrarium, & præsertim illius senatus, qui ita iudicauit, q̄ est magni faciendū, sed denique in casu nostro omnis omnino cessat difficultas, cum adsit fideicom. simpliciter. & absolutè factū, nec magis ad unum, q̄ ad alium casum restrictum in illis uerbis, & sic uoluit & uult dictus testator. Laus Deo. Ac eius Virgini matri.

Pau. Leonius Patauinus Ducalis Cōsiliarij.

CONSILIVM. V.I.D. PAVLI Leonij Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ Substitutio facta si sine filijs decesserit an intelligatur de masculis tantum. An uerò etiam in fœminis uerificetur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis uerba illa, si sine filijs decesserit rō an restringatur ad filios masculos tantùm, casus iste frequenter contingit.*

2 *Veritas per concursum, & rationum comparationem magis elucescit.*

3 *Filij dictio secundùm sui primam & originalem significationem ad masculos refertur, & nu. 27. 26. 34 39. & 41.*

4 *Propria a uerbi significatione receditur ex mente testatoris, quæ primum semper locum obtinet, & uide nu. 44.*

4 *Filij dictio & masculos tantùm, item fœminas & masculos, prout sentit testator, comprehendit.*

6 *Agnatio per fœminas non conseruatur.*

7 *Testator si proprias filias ab uniuersali successione exclusit, censetur in agnatione uoluisse conseruare bona.*

8 *Testamenti pars una per aliam declaratur, nisi sit diuersa ratio. & nu. 33.*

9 *Testator censetur in sua dispositione se conformare solùm cum iure municipali, & numero sequen.*

12 *Primus gradus in successione est filij.*

13 *Nepos non debet esse melioris conditionis quàm filius. & nu 47. 49. & 51.*

14 *Maiori affectione prosequimur iam uotos, quàm ignotos.*

15 *Positi in conditione non censentur uocati, & numero 52.*

16 *Successuri ab intestato non possunt uenire ex eo capite, stante successione ex testamento.*

17 *Masculinum genus concipit fœmininum, præsertim quando sumus in materia indifferenti, & quando militat eadem ratio. & numero seq.*

19 *Continetur hoc uerbum denotat proprietatem.*

21 *Filius dictio est ita terminus communis, sicut homo.*

22 *Ratio eadem ubi militat, non est cur diuersum ius statui debeat.*

23 *Proprium an quid dicatur ex proprietate uerbi, an ex legis dispositione, seu interpretatione, nihil interest.*

24 *Testator censetur uti uerbis in ea significatione, quæ eis à iure est attributa.*

25 *Intellectus ad l. iusta interpretatione. ff. de uerb. significa.*

26 *Filij appellatione quòd etiam filia contineatur, uide tamen. nu. 29.*

27 *Communis usus loquendi attenditur.*

28 *Fœminæ sicut masculi de iure communi succedunt, & etiam de iure municipali deficientibus masculis.*

31 *Dilucidatur ueritas quæstionis propositæ.*

35 *Testator prout dilexit institutum, ita etiam uidetur dilexisse & uocasse illius posteritatē masculinam, item fœmininam.*

36 *Declaratur mens Pauli Castren. in consilio 409. uol. 2.*

37 *Extraneus quandoque accipitur ille, per quē non conseruatur agnatio, quandoque ille qui non est suus.*

38 *Omnes casus in quibus eadem ratio militat, censentur in dispositione contineri.*

40 *L. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutissimi. C. de fideicom.*

42 *Verba*

42 *Verba testatoris intelliguntur in ea significatione in qua lex disponit.*
43 *Propria significatio sumitur ex dispositione legis.*
45 *Voluntas testatoris præsumitur illa, quam uerba significant, ubi aliud non apparet.*
46 *Fœminæ admittuntur cum masculis regulariter ordine successiuo.*
48 *A uerbis testatoris non est recedendum, quando coniecturæ in contrarium cessant.*
49 *Intellectus l. si uiua matre. C. de bon. mat. & nume. 51.*
50 *Attendi & seruari debet illud, quòd disposuit testator.*
53 *Bona fideicōmisso subiecta alienari non possunt.*
54 *In fideicommisso ueniunt nedum bona quæ immediatè obuenerunt ex primo testamento, sed etiā quæ mediatè.*
55 *Grauatus per fideicommissum potest de legitima, & trebellianica liberè disponere.*
56 *Si fideicommissarius instituatur à grauato illi restituere, nō dicitur capere ex testamento illius, sed ex testamento primi fideicommittentis.*

CONSILIVM XXVIII.



TESTATOR duas habēs filias fœminas Helionoram scilicet, & camillam & duos filios masculos Iulium. s. & Ioānē ipsis filiabus certam quantitatem dotis nomine iure institutionis reliquit tempore quo nubent soluendā, dedit tñ ipse testator facultatem uxori suæ augēdi dictam dotē prout ei uisum fuerit, iubensq; eas fore tacitas, & contentas de omni eo quod petere possent in bonis, & hæreditate ipsius testatoris, &c. filios autem masculos hæredes sibi uniuersales instituit, & si unus ex ipsis decederet in pupillari ętate uel postea quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus, substituit alterum superstitē, uel alterius fortasse tunc premortui filios legitimos, & naturales. si uerò uterque ipsorum sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, tunc eisdem substituit prædictas Dominam Helionoram, & Camillam ęqs portionibus & eorum filios in stirpes, & non in capita &c.

Mortuus est testator cum hoc testamento, relictis sibi superstitibus omnibus supra dictis suis filijs postea Helionora monasterium ingressa decesit. Camilla antem nupsit, Iulius ducta uxore, eaque prægnante relicta decesit facto tamen prius testamento, in quo Ioānem fratrem superstitem sibi hæredem instituit, casu quo ex sua uxore filius masculus non nasceretur, & si filia fœmina nasceretur, eidem iure institutionis &c. noīe dotis reliquit ducat. 3500. pro omni eo quod posset consequi ex bonis tā paternis quàm maternis. Et ita decessit. Post cuius mortem posthuma ex sua uxore nata est, quæ Iulia ex patris noīe fuit appellāta { & quæ nunc agit. } Demum Ioannes Alius filius masculus primi testatoris, & ipse decessit, qui etiā Iulio fratri suo prædefuncto ex eius testamento successerat nullis omnino relictis filijs. condito tamen prius testamento, in quo Camillam sororem superstitem sibi uniuersalem instituit hæredem. Modò orta est cōtrouersia inter Camillam filiam primi testatoris, & hæredem ultimo loco relictam in testamento fratris & Iuliam neptem ex Iulio fratre prædefuncto, quæ prętendit successionē ex testamēto aui. Ideoq; Ioannem patruum non potuisse in sui præiudicium de dictis bonis testari instituendo Camillam eius sororem, & dictæ Iuliæ amitam, quoniam in testamento aui fuerat facta mentio de filijs scilicet Iulio. & Ioanne & etiam de eorum filijs qualis est ipsa Iulia filia, scilicet Iulij, ideo Ioannes non potuit testari. ex eodem autem testamento aui fuit uocata Camilla demum defunctis utrisque filijs, scilicet Iulio & Ioanne sine filijs qui casus non extitit, ipsa superstite. Contra autem Camilla asserit fideicom. illud extinctum fuisse quia uterque illorum sine filija masculis decessit, de quibus masculis tantū intelligenda sunt uerba testatoris. Ideoq; Ioānem rectè potuisse de illis bonis testari, uel factum fuisse locum ultimæ substitutioni in qua ipsa Camilla uocata fuit, utroque ex masculis decedente sine filijs, quia intelligitur de masculis tantum & uerum est utrunque filium sine filijs masculis decessisse.

Difficultas igitur præsentis casus in hoc cōsistit an scilicet uerba illa substitutionum de quibus in dicto testamento aui, uidelicet sine filijs &c. restringantur ad masculos tm̄, prout prætendit D. Camilla, An uerò etiam in filiabus fœminis uerificentur & eas comprehendat ut intendit D. Iulia Dominus illuminet mihi mentem & intellectum.

1 Iste † casus {ut uerbis utar Paul. de Castr. in consi. 409. in 2. uol. } frequenter contingit, Et isto met. tempore ista materia ad me super duobus casibus est delata pertractanda, in isto scilicet ex ciuitate Mantuæ, in quo de consultatione sum requisitus. Et in alio aliunde, qui mihi est per sententiam terminandus uerum tamen est, qd̄ inter hos duos casus uersatur aliqua facti diuersitas. Quia in alio concurrit masculus cum nepte, & ēt aliqua alia diuersitas adest, est tamen eadem quæstio & materia.

2 Sed nunc illū casum dimittēdo, & ad nr̄i hic expositi dilucidationem accedendo, ut ueritas dilucidior appareat, quæ† per concursum & cōparationem rationum magis elucescit, ut habetur in c. graue 30. quæst. 9. uideretur prima

consideratione dicēdum, quòd masculi tantū-
modo comprehenderentur sub illis uerbis si si-
3 ne filijs &c. Nam † si consideramus primam,&
originalem significationem huius uerbi filij,
masculos tantum comprehendit. Nam hæ duę
uoces, scilicet filij & filię inuentæ, & introdu-
ctæ fuere, ut per illud masculi, per istud antem
fęminæ significarentur, & distinctè quidem, &
quòd hoc sit uerum apparet, quia filiarum ap-
pellatio fęminas tantùm non etiam masculos si
gnificat, ut in l. si ita scriptum in prin. ff. de le-
gat. secundo. Ex quo apparet de distincta signi
ficatione istorum uocabulorum. Et licèt uerū
sit, quòd post per interpretationem iuriscon-
sultorum statutum fuerit, ut filij appellatio ēt
fęminas comprehendat, nt in ead. l. si ita scri-
ptum, & in l. quisquis, & in l. iusta interpreta-
tione ff. de uerb. sign. tamen apparet illam fuis-
se primordialem & propriam significationem
huius uerbi, quam dixi, ad quòd facit pulchrū
dictum Bal. in consi. 2. nume. 4. uol. 1.

4 Secundò facit quia † quicquid sit de signifi-
catione uerbi, & sic posito etiam ꝓ uero quòd
uerbum filij etiam fęminas ęquè propriè signi
ficarer, tamen non est dubium; quòd ex mente
testatoris à proprietate uerbi recederetur, quia
semper primum locum uolūtas testatoris obti-
net l. in conditionibus primum locum. ff. de cō
dit. & demonstr. l. 3. C. de hęred. instit. l. quo-
niam indignum. C. de testamen. l. unum ex fa-
milia. §. pen & fi. de legat. 2. in l. pen. de legat. 1.
in l. tertia, §. hæc conditio de adim. legat. in ca.
intelligentia de uerbo. significa in cap. secun-
dò requiris de appellat. cum multis alijs simil.
5 quæ adduci possent, sed † in specie circa uerbū
istud filij optimè probatur, quòd attendi tan-
tùm debeat quid senserit testator in l. si ita. ff.
de testamen. tut. ubi in princ. continentur sub
nomine filiorum etiam fęminæ, post modum
in eadem lege non comprehendnntur, etiam
oēs masculi: Quia de eis non sensit, aut cogita-
uit testator. Et sic apparet quòd uerba ista mo
dò latiùs, modo strictiùs intelliguntur, prout
fuit mens disponentis. Item probatur in l. j C.
de condi. insert. ubi illa uerba uerificantur in fi
lia uel in nepote ex filia, nisi alia sit uoluntas de
functi. Modò in casu proposito colligitur uo-
luntas defuncti, quòd noluit fęminas compre-
hendi, sub illis uerbis si sine filijs, ut statim de-
monstrabitur ergo &c. Et ꝙ hoc si uerum, ap-
paret. Nā quando testator habet rationē agna-
tionis conseruandæ, tūc apparet ipsum nō sen-
6 sisse de fęminis. Quia † per eas non conseruatur
agnatio, sed per masculos tantum, ut in §. cęte-
rum instit. de legit. agn. succes. facit l. familię.
§. fęminarum de uerbo. sign. & l. pronunciatio
in fi. eo. titu. tradit Soc. Iunior in consi. 10. col.
7 3. in primo uol. Sed † testator iste filios mascu
los tantum hæredes instituit, proprias autem fi
lias exclusit ab uniuersali successione, ergo ap-
paret ipsum noluisse bona in familia seu agna-
tione cōseruare, pro ut in terminis tradit Dec.
in consi. 525. Corn. consi. 220. col. fi. post nu-
me. 9. in 2. uol. Ergo sumus in casu, quo filij ap
pellatio ad masculos tantū refertur, prout hoc
casu cōiter uolunt doct. ut ita distinguit, & fi-
naliter residet Pau. de Cast. in consi. 409. uol. 2.
quicquid sit qñ non militat ista ratio conseruā-
dæ agnationis, putà quia sit substitutus is, quí
non erat agnatus, prout aliàs consuluerat qñ
erat substitutus locus pius, licet postea etiā eo
casu ipse substitit, & noluit amplius consulere
pro ipso substituto, qñ in eo militabat rō agna-
tionis conseruandæ, ut ibi per eum. Qui ita in
effectu residet, ut ad masculos restringatur, qñ
habet locum dicta ratio. Et idem uult. Soc. in
l. cum auus. nume. 85. uersi. quartus casus de cō
dit. & demonstrā. Ias. consi. 40. & 41. in 2. uol.
Ruin. consi. 148. nume 5. uol. 2. Gozad. consil.
89. col. 3. uersi. sexta conclusio Soc. Iun. in con
silio 168. uol. 2. cum multis alijs per eos ibi ad-
ductis. Nam aliàs sequeretur, cum sint institu-
ti duo filij masculi, & si unus ex ipsis sine filijs
decesserit alter est substitutus, si uolumus inter
pretari, ut etiam fęminæ comprehendanrur, se-
queretur inquam quod alter filius masculus su
perstes, qui est substitutus, excluderetur per fi-
lias fęminas alterius filij, quę est satis absona &
absurda intelligentia. Ideo opportet inuitos fa
teri, quòd testator intellexit de masculis tantū,
non autem de fęminis. Quia sic fęminæ ueni-
rent ad exclusionem alterius masculi superstí-
tis. Quod nullo modo est dicendum. Et illud,
quòd in una substitutione sensit, est in oībus
alijs dicendum ipsum sensisse, quia una pars te-
8 stamenti per alteram † declararur. l. si seruus plu
rium. §. fin. & l. qui filiabus de legat. j. Et in qua
significatione sumpsit unum uerbum testator
in una parte testamenti, censetur etiam in alia
quoque sumpsisse, Bart. in l. Centurio col. 2. ff.
de uulg. & pupill. & ibi ripa nu. 124. Dec. consi.
339. & 442. 445. & in terminis nostris idem
Dec. consi. 545. col. 2. nume. 7. idem cōsi. 480.
495. Soc. consi. 63. uolum. 3. Paris. consilio 73.
uolum. 2. Cranet. consilio 62. & consi. 55. cum
infinitis alijs qui adduci possent.

9 Præterea quia † in facto ꝑsupponitur in ci-
uitate Mantuę extare statutum prohibēs fęmi-
nas succedere masculis extantibus, ergo qñ te
stator ꝓtulit illa uerba. s. si sine filijs &c. ex quo
masculi extabant, est dicendum qđ intellexerit
10 de masculis tm̄, non autē ēt de fęminis. † Quia
testōr cēsetur se cōformare in suis dispōibus
non solum cum dispōne iuris cōis iuxta not. in
l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad trebell. sed etiam
iuris municipalis, ut per Ias. in d. consi. 140. in

9. fun-

9.fundamento uol.2.in terminis nostris tradit
dec.in præalleg.cõsi.545.post Petr.de Ancha.
in l.tres fratres.ff. de pact. & plures aliot. quos
ibi allegat in j.col uersi. quod autem. & Corn.
sequitur.d.consi.120.col. fi.uol. 2. Paulus pic.
in repetit.l. Titia cum testamento.§. Titia. cum
nuberet.col.69. uersi. secunda consideratione.
ff de leg.2.Alex.consil. 79. ad fi.& in consi.15.
uol.4.post Bar. in l.iurisiurãdi.§. si liberi. ff. de
oper.libert.Idem Corn. consi.41.col.3.uers.&
in dubijs uol.4.Rimin.consi.268.col.pen.uer.
Nec prædictis obstat.Pulchrè Andr. Sic.consi.
43.col.13.nu.12.& seq. uol.j.
11 Præterea † hic nulla ꝓbabilis ratio uideatur
subesse; cum ad ista bona concurrant in simul
D.Camilla,quæ erat filia testatoris, & D.Iulia
quæ est eius neptis, et sic cũ ad sexum fęmini-
nũ perueniant ista bona, cur non potiùs dica-
mus D.Camillam & non D.Iuliam fore admit
tendã: immo alienum vr̃ ab omni rõne,nam il-
la est filia, hæc autem neptis, & sic illa gradu
12 proximior ergo † priùs admittenda, ut instit.
de grad.§.primo gradu & in l.iuriscõsultus.§.j.
ff.eo.tit.& instit. de legit.agnat success.in prin.
13 uersi.non tamen. Item † quia lex hoc expresse
dicit,qđ nõ dẽt esse melioris condõnis neptis,
quàm filia l.si uiua matre.C.de bon.matern.&
in l.publius §.ult.ff.de condi.& demonst.Alex.
in consi.j.col.4.uol.j. Soc. consil.259. col.pen.
14 uol.2.cum alijs sim.quę adduci possent.Et † eo
præsertim hoc confirmatur. Quia D. Camilla
ultra qđ erat in priori gradu, illa uerò in scđo,
erat etiam nata, & testatori cognita, & conse-
quenter uerosimiliter magis dilecta,q̃ D.Iulia,
quæ nõdum erat in rerum natura nec unquàm
fuit testatori cognita. Nam affectio magis tra-
hitur ad nota,quàm ad ignota ut p Bal. in l.Lu
cius.ff.de hæred. instit. Roman. in consil.231.
uersi.tertiò ad idem. Curt.consi.39. inter cõsi.
Rubei Alex.cum multis alijs, qui adduci pos-
sent. Quod etiam manifestum fuit, quia testõr
D.Camillam expresse nominauit, eam dotan-
do filijs masculis existentibus uiuis,post uerò
eorum morte sine filijs eam substituendo, hãc
autem D. Iuliam nullo unquàm casu nomina-
uit, ergo satis uidetur sequi, quòd de ea non
cogitauit,nedum dici nõ posse,quòd eam Do-
minæ camillæ prædilexerit.
15 Vltimò † uidetur, quòd nullo modo ista Do-
mina Iulia possit hanc successionem obtinere,
& sic dato qđ supradicta aut non fuissent alle-
gata, aut non militarent,tamẽ adhuc remaneat
exclusa, & sic posito etiã, quòd teneremus sub
illis uerbis. comprehendi etiam fęminas. Nam
illa uerba, si uterque ex filijs masculis sine filijs
legitimis, & naturalibus decesserit, sunt uerba
conditionaliter prolata, & consequenter filiæ
fęminæ,posito quòd sub illis cõtineantur,sunt
tantummodo in conditione positæ, quo casu
succedit communis opinio doctorum,quòd si
hj in conditione positi nõ censentur uocati ex
testamento,sed tm̃modo quod possint ab inte-
stato succedere,iuxta glo.uulga.in l.Lucius.ff.
de hæred.instit.quam (ut dixi) sequuntur doc.
communiter,ut ibi Bar.Pau.de Cast.& cæteri,
& pręsertim qñ aliud non concurrit,puta quia
non sint grauati, uel alia coniectura militat ut
per Bar.& alios in l.Centurio. ff.de uulg.& pu
pil.ubi aliquando dixi,& per doc. in l.hæredes
mei.§.cum ita.ff.ad treb. Alex.consi.92.col.2.
uersi & si qua uol.3.ubi dicit hanc esse commu
nem,& ab ea in iudicando non esse recedendũ.
idem dicit in consi.32.col.j.uersi.quòd autem
eod. uol. ubi q̃ plurales allegat, & dicit se plu-
ries consuluisse. Et latissimè ad utranque par-
tem disputat idem Alex.consi.185.uol.2.com
plures allegans consil. 89. dicens hanc esse cõ-
munem uol.4.Idem uoluit Dec. consi.348.ap
probando glo.in d.l Lucius, præsertim quãdo
non fuit expressum de filijs masculis. Et cõmu
nem dicit idem dec.consi.291.in fi & in consi.
422.in prin. ubi plures allegando dicit eã esse
pro communi canonizata & in consilio 545.in
prin.Curt.Iun.consi.43,col.3. ubi fatetur eam
esse communem,quando præsertim coniectu-
ræ non sint in contrarium, quæ in casu nostro
proculdubio cessant. immo potiùs sunt ꝓ ista
opinione,& ibi Curt.uult & etiam Dec.in cõsi.
præalleg. quòd tunc recedatur à communi. Et
sic tunc censeantur uocati,qñ de masculis fuis-
set expresse facta mentio, uel qñ tacitè sub in-
telligeretur, ut puta (dicunt ipsi) si extaret sta-
tutum in loco quòd extantibus masculis fęmi-
næ non succedant. Tunc enim tacitè de mascu-
lis tantum intelligeretur facta substitutio,& cẽ
serentur uocati, ut per eos.unde in ꝓposito no
stro aut uolumus qđ in ista substitutione intel
ligantur illa uerba de filijs masculis tantũ,quia
extat dictum statutum, iuxta sñiam dictorum
doctorum, & tunc cessat omnis disputatio, &
habemus intentum. Aut uerò nolumus qđ ta-
citè subintelligatur de masculis tantum,& tũc
sumus in casu cõmunis opinionis qđ non cen-
seantur uocati ex testõ, sed tm̃ ut ab intestato
succedant, quã ultra supra alleg tenuit ẽt Alex.
consi.38.col.fin.uol.6. Petr.de Anch.in consi.
120.uer.secunda substitutio. Soc. Iun.consil.
111.col.pen.uersi est enim regula uol.1.ubi q̃
plures alleg & dicit illam esse cõem, & non es-
se ab ea recedendum in cõsulendo, aut iudican
do,& fortius uult,qđ habeat locum dicta opi-
nio, ẽt qđ fuissent positi in cõditione non sim-
pliciter, sed sub qualitate masculinitatis, ut ibi
p eũ,q̃bus stãtibus dico qđ ista D Iulia nullo
modo potest ab intestato succedere, dato etiã
qđ censeretur cõphẽsa in illis uerbis.qm Dñs

Iulius eius pater primo loco fecit testamentũ
fratrem instituendo. Item & D. Ioannes eius
patruus pariter fecit testm̃ instituendo D.Ca-
millam eius sororem, unde cum causa testati
16 impediat causam seu successionem ab intesta-
to l.quamdiu.ff.de acquir. hæredit. non uideo
quomodo ista D.Iulia possit ex illis verbis uel
le succedere, cum eo tantum casu possint eam
uocare, quo nullum fuisset factum testamen-
tum, & res ad successionem ab intestato fuis-
set deuoluta, etiam ita reperij post in terminis
considerasse Fulg.in consi.38.& dec.cõsi.270.
in prima col.& etiam in secunda conclusione.

Quibus tñ non obstantibus contrarium in
proposito casu de iure & pro ueritate censeo
esse concludendũ inhærendo sñiæ doctissimo-
rum & clarissimorũ consulentium, præsertim
D.Francisci Galuanci & D. Hippolyti recorda
ti mihi uti fratrum Honorandorũ, & mecum
olim sub eadem disciplina patauij militãtium,
17 & pro solido fundamento huius † opinionis
dico perspicuam conclusionem in iure esse, &
omni prorsus difficultate carentem, qđ mascu
linũ genus cõcipit fęmininum, ut est text.in l.j.
in l.hominis appellatione in l.iusta interpreta-
tione.ff.de uer. sig. in l.qui duos in fi.ff.de leg.
3.& in materia successionis tradit Corn. cõsi.
191.col.pen.uersi. nec ob uol.4. præsertim cũ
18 in casu isto fęmina nõ est † incapax successio-
nis, tam de iure cõi, ut in l. maximum uitium
C.de l.b.quàm etiam ex forma statutorũ,ut ex
infra dicendis apparebit, & sic sumus in mate-
ria indifferẽti. Et quia hoc casu militat eadem
ratio in fęminis,quæ in masculis, ut dicã, quo
casu masculinum continet & ęque propriè, fę-
mininum,ut notabiliter tradit Alex. consi.52.
col.2.num.8.uol.4. allegando tex.quem appel
lat præclarum ad hoc in d.l.j.ff.de uerb.sign.&
ibi glo. ultra quem facit, quia illa iura sunt sub
tit.illo de uerbo.sign. in quo agitur de signifi-
19 catione propria uerborum.Item † quia est ver
bum continetur, quod denotat proprietatem,
ut per Barto. in l.cui eorum.§. affinitatis.ff.de
postul.& licet Alex. in d.consil. 52.concludat
contrarium,uidelicet quòd fęminæ non com-
prehendantur, tamẽ non est ad casum nostrũ,
quoniam loquitur ibi Alex quãdo extabãt ma-
sculi superstites,propter quos cõseruatur agna
tio, & bona in familia remanent ut per eũ ibi.
Qui non est casus noster, ut infra apparebit.
Idem etiam tenet dec.consi.299. in octaua cõ
clusione ubi uult,etiã quòd sint masculi, id de
iure communi procedere, licèt secus quando
extat statutum excludens fęminas propter ma-
sculos causa agnationis conseruandæ.Sed cùm
casu nostro nõ adsint masculi, meritò cessat li-
mitatio decij, & sumus in casu regulæ.
20 Et † si quis fortè diceret id procedere,quan-
do est terminus communis puta si quis, uel ho
mo,aut simile,quæ communia sunt, ideo nimi
rum,si utrunque scilicet masculum, & fęminã
significare potest, secus uerò ubi est terminus
specificus prout erat in casu nostro, scilicet fi-
lij &c prout hoc uidetur considerasse dec. in
consi.339.Item si quis fortè diceret, quod im-
mo tex.in d l.iusta interpretatione probat qđ
non propriè,cũ dicat ex interpretatione, quia
si esset ex propria ui uerbi, non esset necessaria
21 interpretatio.Nam † dico primò quòd iste ter
minus filius ita est communis, sicut homo, q̃a
sicut datur homo,& fœmina, tamen homo,ut
commune,utrunque significat Ita etiam datur
iste terminus filius, qui masculum significat,&
terminus filia, qui fęminam. Tñ filius,ut com-
munis,utrunque potest significare:& ꝙ dici de
beat nomen commune,est tex. in l.seruis lega-
tis.ff.de leg.3. ubi dicitur, quod legatis seruis,
etiam seruæ continentur,quia id nomen com-
mune est.Idem etiam in pueris legatis, ut parì
ratione puellæ continentur, ergo idem in filijs
22 dicamus,quia † non est ratio,cur secus in isto,
quàm in illis dici debeat. à Titio. ff. de uerbor.
obli.l.illud.ff.ad l.Aquil.optimus tex. in l.3.in
prin.uers.nam dinus Marcus.ff. de iniust. rup.
23 † Et ad illud quòd dr̃ circa. l.iusta Primò dico
quòd nihil interest, an dicamus ex proprietate
uerbi fęminã uenire, an ex interpretatione seu
ex dispositione legis, quæ vult filium & filiam
24 uenire sub illo nomine filij, † vñ testõr cense-
tur uti uerbis in ea significatione,quæ eis à iu-
re tribuitur,arg.eorum.quæ habentur in l.hæ-
25 redes mei.§.cũ ita ff.ad trebel.Scđò † subtiliter
& pro ueritate dico ad illum tex. esse aduerten
dum, q̃a nõ dicit id ex interpretatione esse,qđ
filia filij appellatione contineatur. Sed intelle-
ctus,& sensus illius text.est, ut sicut sępe rñsum
fuit filij appellatione filiam familias contineri,
{& hæc uerba significant proprietatem } ut di-
ctum est,ita ẽt similitudine inde sumpta inter-
pretamur, ut filij appellatione etiam nepos ui-
deatur comprehendi &c. Interpretatio ergo,
quæ ibi fit per illam legem, est super uerbo ne-
potis,ut comprehends uideatur sub uerbo filij.
Non autem super eo, qđ filia contineatur sub
uerbo filius.Stat ergo firma conclusio, qđ ma-
sculinũ genus fęmininũ concipit,licet non ecõ
tra ad quæ facit qđ tradit Dñs meus Soc.Iun.
26 in cõsi.158.nu.31.cũ seq.uol.2.Sed † ulterius
in specie circa uerbũ istud filius sunt iura in in-
diuiduo, & ad litterã id dicentia,quòd filij ap-
pellatione etiam filiæ continentur, ita quòd di
spositio testatoris de filijs loquens etiam filias
comprehẽdat tex. est in l. si quis ita in princip.
ff. de testamen. tut. & in l qui duos.ff.de legat.
tertio, & in l. si ita scriptum in principio ff. de
legat. 2.& l.quisquis.ff.de uerb.sign.Nec enim

line

ſine filijs abſolutè illũ deceſsiſſe dicemus, cui
filia ſuperſtes eſt, argu.l.non eſt ſine liberis eo.
tit. Quod etiam ſcd̃m cõem uſum loquendi ꝓ
cedit, ut quis nõ rectè ſine filijs ſimpliciter eſſe
dicatur, qui filiam habet, ergo non eſt uerifica
ta conditio ſubſtitutionis Dn̄ę Camillæ l.uam
quem illo tit.de uerb.ſig. & conſequenter non
potuit Dn̄s Ioannes teſtari de his bonis in præ
iudicium filiæ ſuæ exiſtentis, ſeu neptis ſuæ.
27 Et † cõis uſus loquendi ſine dubio attenditur
l.anniculus de uerb. ſig. traditur in l.librorũ §.
ꝙ tñ caſsius de leg.3.Bar.in l. Labeo de ſuppel.
leg.cùm multis alijs. Adeo ꝙ hic ſimul concur
rit & propria ſignificatio uerbi, prout in iure
ſumitur, ut in ſupra alleg. ll.apparet, & ẽt cõis
uſus loquendi, & ſic fęminę ueniunt appellatio
ne filiorum, & ſcd̃m intelligentiam iuris & in-
telligentiam uulgarem ergo perſpicuum omni
no eſt, quod Domina Iulia eſt cõprehenſa ſub
illis uerbis, quibus uſus eſt teſtator ſubſtituen-
do, uel alterius præmortui filios, etiã præſertim
28 hoc caſu, quia † ſumus in materia indifferenti.
Qm̃ filiæ fęminæ non ſunt in capaces nec de iu
re cõi nec ẽt de iure municipali, qñ maſculi nõ
ſuperſunt. Prout hoc caſu uerba illa ꝓlata fue-
rũt per teſtõrem, uidelicet mortuo iam utroq;
ex filijs maſculis, quia tũc uocauit filios p̃mor-
tui, qui ſuccedant alteri, q novißimo loco mo
ritur prout infra declarabit̃. Et eis poſt modũ
non exiſtentibus, ſubſtituit filias fęminas. Ex
quo deprehendit̃ manifeſto, ꝙ teſtator in hac
ſubſtitutione nõ hẽt rõnem maſculorum tm̃,
ſed ẽt fęminarum caſu, quo ſcilicet maſculi nõ
extent, cum fęminas expreſſe uocauerit poſt fi-
lios filiorum, & ſic ordine ſucceſsiuo, & iſtà te-
net pulchrè Soccin.in conſi 5.uol.2.ubi dicit
fęminam comprehendi ſub noĩe filiorum ex ꝓ
prietate ſermonis eſt, immo in caſu ſuo conclu
dit bñe locũ ẽt in ſtatuto qd̃ in dubitant̃ tũ di-
cit, qñ eſt materia indifferẽs allegans Gem.ĩ c.
gñali de elect.in 6.Hoſtien.in c. Rayn.de teſta.
archid.in c.ſi quis ſuadente 17.q.4.Alex.conſi.
125.col.pen.in 7.uol.dec.ĩ l. fęminę nu.9.uer.
4.requirit̃.ff.de reg.iur.in caſu autẽ noſtro ſine
dubio ſumus in materia indifferẽti, quia ceſſan
tibus maſculis fęminæ ſuccedunt, ſi conſidera-
mus ius municipale, ſi uerò conſideramus ius
cõe unà cum eis admittuntur ut in l.maximum
uitium.C.de liber.præter. Item ꝙ ueniant fęmi
næ ex proprietate uerbi dixit Soccin.Iun.conſi.
10.num.8. & nume.12.eo.uol.
29 Verum † tñ: licet hæc oĩa de iure uera ſint.ſ.
qd̃ genus maſculinum cõcipit fęmininũ. Item
ꝙ filiorũ appellatione ẽt filię cõtinentur. Itẽ ꝙ
ſine filijs ille deceſsiſſe non dicatur, cui una fi-
lia ſupereſt. Attamen non procedunt, ubi eui-
dens diuerſa uoluntas teſtõris appareat, ut eſt
tex.ad literam hoc dicens in l.j.C. de condi.in-
ſert. Hic autẽ euidens diuerſa uoluntas vr̃ appa
rere. quia teſtator iſte habuit rationem agna-
tionis conſeruandæ, quod tantummodo ꝑ ma-
ſculos fit, non autẽ per fęminas ad extraneã fa-
30 miliam tranſeuntes, † ut in d.§.cęterum inſtit.
de legit.agnat.ſucceſſ.& probatur in l.j.§.pen.
ff.de uẽtre inſp cum ſimil.facit ꝙ tradit dec. in
c.nonit.nu.4.de iud. Namq; iſte teſtator habẽs
duos filios maſculos, & duas fœminas utrunq;
maſculum inſtituit, & alterutri eorũ decedenti
ſine filijs alium ſubſtituit &c. Et ſic apparet, ꝙ
proprias filias iam natas, & notas excluſit ab in
ſtitutione, & etiã à prima ſubſtitutione. Ergo
apparet, ꝙ teſtator habuit rõnem agnationis,
& conſequenter qd̃ idem quoq; dici debeat &
in ultima ſubſtitutione, qd̃.ſ.de filijs maſculis
tantum ſenſerit, & quia una pars teſtamenti ꝑ
aliam declaratur. l.ſi ſeruus plurium, & l.q. filia
bus de leg.j.cum alijs.ſup.per me alleg. & quia
multò magis hoc eſt dicendum, ꝙ excluſerit
neptes nondum natas, nec ſibi adhuc notas, &
quòd de eis non ſenſerit.
31 Sed † reſpondeo { & hic aduertatur } quia
ſatis { ut arbitror } dilucida redditur ueritas
huius caſus, Dico enim quòd immo ſumus in
terminis concluſionis ſupra firmatę, & de iu-
re uerißimę, ꝙ filiorũ appellatione ẽt fęminæ
cõprehendantur. Nec hoc caſu militat quouis
modo ratio agnationis conſeruandæ. Nam te-
ſtator iſte plures fecit gradus in ipſa ſua ſuc-
ceſsione. primus eſt ipſa inſtitutio, in qua filios
maſculos tantum nominauit. Et in hac fateor
quòd habet rationem ſexus maſculini. Quin
expreſsè filias hic excluſit inſtituendo nomina
tim ipſos maſculos. Secundò loco fecit primã
ſubſtitutionem, ſcilicet uni ex filijs morienti
ſine filijs legitimis & naturalibus, ſuperſtite
alio fratre, & ſic alio filio teſtatoris, quem ſu-
perſtitem tunc ſubſtituit, & in iſta etiam ſub-
ſtitutione procedunt, quæ in contrarium di-
cuntur, uidelicet quòd teſtator habuit rationẽ
maſculini ſexus, & conſequenter quòd in illis
uerbis, ſi ſine filijs non ueniant filiæ fęminæ,
quia ſupereſt unus maſculus, { ẽt procedunt ea,
quæ in primo dubio dicebantur per unum ex
Clarißimis Senatoribus. } Sed alium inſuper ca
ſum conſiderauit teſtator, qui eſt ille, qui exti-
tit, uidelicet ſi decederet unus ex iſtis fratri-
bus filijs autem ſuis ſine filijs legitimis & natu
ralibus, alio fratre iam prædefuncto, relictis fi-
lijs legitimis & naturalibus ſuperſtitibus. Hoc
tm̃ caſu ſubſtituit ſuo filio ultimo loco morẽ-
ti ſine filijs &c. filios legitimos & naturales alte
rius filij p̃defuncti, & ſic qd̃ contingeret unum
ex ſuis filijs inſtitutis mori, conſiderauit teſta-
tor duos caſus diuerſos q.dẽ, & ẽt diuerſas ſub-
32 ſtituit pſonas ſ.d̃m † quarũ qualitatẽ uerba in
telligi debeãt. l.plenũ.§.equitij.ff de uſu & hab

& primus quidem casus est, si decederet unus ipsorũ sine filijs altero fratre superstite, & tunc illum superstitẽ substituit, unde tunc uerũ est, illa uerba sine filijs de masculis tantũ intelligi. Alius autem casus est, qñ filius decederet sine filijs &c. alio etiã fratre pręmortuo, & hoc casu substituit filios legitimos & naturales ipsius sui filij præmortui, quibus postea substituit suas filias fęminas. Tũc quæritur, An sub illis uerbis filios legitimos & naturales prædefuncti substituit, contineantẽ masculi tñ, an uerò & fęminę, hic militat ratio illa, & conclusio uerissima, ꝙ masculinum genus concipit fœmininum, & qđ appellatione filiorũ fęminę cõtinentur in ultimis uoluntatibus maximè in materia indifferẽti, ut sup. probatũ est per tex. in l. quisquis. ff de uerb. sig. in l. si ita scriptũ de leg. 2. in l seruis legatis de leg. 3. in l. si quis ita de testam. tut. cum alijs supra alleg. Illinc uerò allegatur, nisi appareat euidens, diuersa uoluntas, quæ hoc casu dr̃ apparere, quia habuit testator iste rationẽ masculorum, ergo illi tantummodo continentur. ntiq; dico istud omnino falsum esse, ꝙ in hac substitutione habuerit rationem masculorum tantùm, ita qđ ipsi tantummodo cõtineantur. Nam isto secundo casu, quando fit substitutio, casu quo uterque ex filijs iam sit defunctus, nulla subest ratio, cur recedendum sit à uera significatione istius uerbi filios, qđ quidem fęminas etiam comprehendit, nedũ masculos, cùm nulli amplius supersunt masculi, & fęminę eis deficientibus sunt expresè substitutæ, unde sensus erit iste, ut si ex præmortuo filio supersint filij masculi ipsi tantũmodo admittantur, non aũt etiam fęminę, & sic non continentur fęminæ, ut coniunctim admittãtur unà cum masculis, sed ordine successiuo secundum iuris communis, & statutorum dispositionem. Et ex hoc cessant quędam obiecta super quibus maxima uis fiebat per partem aduersam, & mirum satis mihi ur̃ quomodo uelimus dicere in casu isto masculos tantum contineri, cum sit qđ ista substitutio est facta in casu, quo filij masculi iam decessissẽt, nec natus est alius filius masculus, sed tantũmodo Domina Iulia filia fęmina, & illis filijs suis ipse testator, casu quo moreretur sine filijs legitimis, & naturalibus substituit filias suas fęminas. Quomodo ergo possumus dicere in hac substitutione habitam fuisse rationẽ masculorum tãtùm, cum sit facta eo casu, quo masculi non extabant, & filiæ fęminæ sunt expressè uocatę, & sic nullo pacto dicere possumus hic testatorem sensisse de masculis tantùm, & sic ꝙ restringatur significatio illius uerbi filios, cum nõ possit dici ipsum habuisse rõnem agnationis cõseruandę ex quo in hac substõne fęminas ipsas expsè uocauit ergo ꝑ illa uerba siue alterius fortasse ꝑdefuncti filios legitimos & naturales & fęminę cõtinentur scđm ueram eorũ significationẽ, & cùm nulla rõ in cõtrariũ subsit. Ex quibus etiã cessant ea, quæ in primo dubio dicebantur per Clarissimos Senatores. Et si dicatur, in præcedenti substitutione, & ẽt in institutione habuit rõnem masculorum, ergo & in ista, quia una pars testamenti declarat aliam. Dico ex prædictis apparere responsum, quia fateor quòd in præcedenti habuit rõnem masculorum, quia supererant. Nec de hoc põt esse aliqua dubitatio, quia in illis præcedentibus dispositionibus expsè & nominatim ipsos masculos uoçauit, sed in ista substõne, de qua nunc agitur, simpliciter de filijs fecit mẽtionẽ testator, non exprimendo de masculis, & cessat illa ratio, ꝙ habuerit rõnem masculorum tñ, cum nulli masculi tunc superessent, & succedit contraria ratio, quæ militat, ꝙ uerbum filios ẽt fęminas cõprehẽdit ut cõtra fuit probatum & ultra qꝫ testator in hac substitutione fęminas expresè uocauit. ergo apparet nõ esse uerũ. ꝙ de masculis tñ senseit in hac. Et si quidẽ testator in hac ultima substõne de masculis tñ sensisset, facile ei erat, uerbum masculos adijcere, prout in ꝑcedẽti fecerat, ut dicit text. in l. j. §. fin autẽ ad deficientis. C. de cad. tol. cum alijs adductis ꝑ Dños Cõsulentes. Nam qñ testõr uoluit masculos tñ uocare, de eis specificam fecit mentionẽ, ꝙ tamdiu fecit, quãdiu ipsi su pfuerint, cũ autem amplius nõ sint in rerum natura, tunc alio modo loquendi usus est testõr, & alijs uerbis concepit suam dispositionẽ his nčpe, ex quibus omnes omnino filij cõtineantur tam masculi, si nascantur, quàm etiã fęminæ, si cõtingat eas tñmodo nasci, prout in effectu contigit? Quia nullam uidit prudens testõr eo casu rõnem, cur non sint admittendæ, cũ nulli superfint masculi, quorũ in hoc casu nulla possumus dicere habitam fuisse rõnem, cum nulli sint. Ideoq; remanet significatio uera istorum uerborũ. cui quidem etiã ẽt cõformis uoluntas testõris, ut s. filię fęminę hoc casu nõ sint exclusę, si cõtingit eas nasci, & non nascantẽ masculi prout contigit, quia significatio uerbi id exigit, nec ulla rõ cõtraria militat, qꝫ nullus supe rest masculus, & fęminę exclusę specificè fuerunt uocatæ, ergo non possunt dici fęminę exclusę in illo uerbo prolato à testatore, ꝙ quidẽ eas significare põt sicut masculos. Ad quæ oĩa ꝑoptimè facit quod tradit Soccin. Iun. præceptor meus in consilio 158. incipiendo à numero 32. per plures seq. 2. uol præsertum num. 42. & 43. ubi uideri potest, & sic argumentum qđ una pars testamenti declarat aliam, non procedit propter diuersitatem rationis. Ad quæ etiã optimè facit quod tradit Curt. Sen. consil. 63. numero 10. uersicu. præmissis non obstantẽ & in uerbis his sic conclusia &c. Quinimo dico qđ data

data ideñtitate rõnis argumentum retorquetur, & per illud argumentum, quòd una pars testamenti declarat aliam demõstratur, quòd in hac substitutione contineantur filiæ. Nam in ultima substitutione in qua testator ipse suis filiabus substituit successiuè earum filios in stirpem, & non in capita, certum est, ꝙ nõ intelligitur de masculis tantum sed etiam de fœminis, ꝙ non puto etiam aduersarios negaturos fore, & ratio est, quia hęc est significatio uerborũ. Nec est aliqua ratio in contrarium, cur secus dici debeat. Quia. s. nulli masculi ibi sunt. ēt hanc rationem reppeti post spē cõsideratã per Corn. consi. 2 t 3 col. ante p nu. 7. & consi. 230. col. 4. post nu. 6. in 3. uol. ergo idem in alia substitutione in qua militat eadem rõ, quia est facta nõ existentibus masculis. Quia una pars testamenti per aliã declaratur, qđ argm̃ rectè procedit, ubi est ead. ratio. Nõ autem si diuersa sit, prout ita loquuntur iura & doct. supra ad hoc alleg. ex quibus luce clariùs mihi uĩ ostensum, hanc substitutionem nullo modo posse restringi ad masculos, sed uerborum ueram & à lege approbatam significationem intelligendam esse cum nihil appareat incontrarium de mente testõris, immo apparet, ꝙ hæc fuit eius intentio. l. non aliter de leg. 3. & sic sumus in casu regulæ, quã ponit tex. in d. l. j. C. de condi. insert. non autem sumus in casu limitationis ibi in fine positæ ex quibus ni fallor, Excel. D. Iudices mani tangunt ueritatem huius casus, & ex his etiam oẽs ferè doctores in materia ista loquentes conueniunt. Namq; in terminis istis ubi nõ supsunt masculi in medio, omnes dicunt, filias fœminas contineri iuxta uerbi significationem Illi autẽ, qui id negant, loquũtur qñ masculi supersunt, quorum respectu, & ratione possumus dicere, ꝙ restringatur significatio uerbi ad masculos tãtùm, prout sigillatim statim demõstrabitur, uerùm cum non sint masculi aliqui, non possunt in hoc casu esse in aliqua consideratione.

34 Primò † igitur, ꝙ uerbum filij etiam ad fœminas in istis terminis referatur, adduco Petr. de Anch. in consi. 120. ante num. 3. uersi. ulteriùs aduertendum, ubi hoc in fortioribus terminis uult, uidelicet etiam ꝙ supersint aliqui masculi, tùm ex eo quia in casu suo testator in alijs substitutionibus fecerat specificè mentionem de filijs masculis, uult qđ in alia substitutione, in qua simpliciter de filijs fit mentio, intelligatur tã de fœminis, q̃ de masculis, iuxta eius uerbi significationem ex iuris determinatione, ꝙ itidẽ in casu nostro factum fuisse animaduertimus Quia testator, ubi uult inter masculos tm̃ disponere, nominatim de eis fuit locutus, ut apparet in institutione, & in prima substitutione, Dum uerò noluit de omnibus indistinctè & indiscriminatim intelligere, simpliciter de filijs dixit, ut appatet in illa substitutione, quam filiabus suis. s. Helionotæ, & Camillę fecit. In qua sine dubio ẽt filię fœminæ ueniunt & cõprehenduntur. Ita ergo & in ista substitutione, de qua nũc agimus, opportet dicere, q̃a sentit pariter testator de omnibus filijs indistinctè tã de masculis (si quidem nascerentur) quàm etiam de fœminis illis. s. masculis non existentibus, ideo usus fuit hoc simplici uerbo filios legitimos, & naturales quòd omnes significat, & non specificanit de masculis prout in superioribus fecerat, dũ illos tm̃ admitti noluit. Item hanc opinionẽ tenuerunt doctores Perusini, Bononienses, & auenionẽses, quos refert Pau. de Castr. in uulgato illo consi. 409. in 2. uol. ubi se ipsum corrigendo, & expressè mutando sñiam dicit concludendo, ꝙ licet aliàs in casu sibi ꝓposito, ubi erat substitutus pius locus, (& sic persona admodum fauorabilis & priuilegiata) tñ talis, per quam non cõseruabatur agnatio testatoris erat inquã substitutus filio testatoris, si sine filijs decessisset, illo autem superstite fi ia decessit tunc consuluit pro p:o loco contra nepti ibi in illo consi. Adeo autẽ post ea sibi maturius considerãti uerior uisa fuit contraria opinio. l. ꝓ nepte eo casu, quo substitutus non est talis, per quem conseruetur agnatio testatoris, ut nõ dubitauerit se ipsũm corrigere, & decidere cõtrarium, prout ibi facit ante nu. 3. Et † hoc ea ratione potissimùm. quæ in ista materia est ualde considerabilis & ad eam Clarissimi Dñi Iudices multùm aduertere debeat, uidelicet, quia testator eo casu, quando non est substituta persona, per quam conseruetur agnatio sua, tunc censetur nõ solùm filium substituto, sed etiam omnem illius posteritatem tam masculinam, quàm & fœmininam pręt ulisse idem dixit Pau. cons. 114. procedit ut breuiter col. j in fi. uol j. Nec est solus Paul de Cast. qui hanc rationem consideret, sed eam etiam considerat Bald. qui oĩa sciuit, & eam dicit no. in l. cum acutissimi. col. 2. uersi. quęro quid si pater unũ ex filijs &c. ubi etiam Salicet. C. de fideicom. eandem rationem considerat Corn. in d. l. cùm acutissimi. col. j. uersi. nota rationem, & Soccin. in d. l. cùm anus nu. 86. qui allegat Bar. ibi & glo. in d. l. cũ acutissimi, quam etiam posuit idem Soc. ibi nu me. 39. uer. primũ contrarium ubi candẽ caritatẽ dicit testõrẽ habuisse ad nepotem ex filio, q̃ habuit ad ipsum filiũ. Et si dicatur, cũ loqui de nepotibus masculis, non autẽ de neptibus dico ꝙ hãc extensionẽ facit expressè seu interpretatione Imperator in d. l. cũ acutissimi, & in d. l. gñaliter §. cũ aũt. ultra qđ dici põt ꝙ qua rõne nepos excludit filium alium testatoris, eadem neptis excludit filiam. Nec ratio diuersitatis dari potest etiam si non haberemus declarationẽ tex. in d. l. cù m acutissimi, & in d. §. cùm

35

auth. Idē dicit Corn. consi. 202. col. mihi 3. in prin. sub nume. 5. uolum. 3. quod dicit esse ualde ponderādum, & loquitur ibi etiam ad exclusionē masculi in illa portione filia relicta quā opinionē etiam reperit in nu. 7. & ante nu. 11. eandem quoque rationē considerat Dñs Alex. consi. 38. in fi. uol. 6. Cart. Sen. in cōsi. 113. col. mihi 13. uersi. nec obstat secunda obiectio ubi eam pulchram, & auream appellat, & dicit ꝙ omnes in hoc cum Bald. pertranseunt qui uideatur, & Gozadin. consi. 89. in 3. conclusione Soc. consi. 73. col. 4. in princ. uolum. 4. & consil. 51. uol. 3. pro qua ratione adducitur ꝑ Imo. in l. si cui ff. de donat. caus. mort. ratio text. in §. sed cum filius instit. hæredit. quæ ab intestato deferuntur. ubi in bonis patris ad portionem, quæ filio debet contingere, ita admittitur nepos aut neptis quemadmodum admitteretur filius, & sic pater eorum si uiueret, nec ab illa excluduntur ipsi nepotes aut neptis ab eorum patruo, licèt gradu eos præcedat: cùm igitur in proposito ratio ista per omnes istos patres pōderetur, & consideretur nec eam {ut reor} clarissimi D. Iudices aspernabuntur.

36 Redeundo † igitur ad sententiam Paul. de Castr. in d. consi. 409. Non obstat si quis fortè ad corticē potiùs uerborum, quàm ad mētem & sensum doctorum respiciens diceret, ꝙ Pau. de Castr. ibi loquitur, qñ est substitutus extraneus non autem qñ filia testatoris est substituta, prout erat in casu nostro. Namque dico, ꝙ

37 † ipse ibi accipit extraneum, omnem illum per quem non conseruatur agnatio. Et ad illorum differentiam ibi loquitur, prout ex distinctione, quàm ibi in conclusione ponit, apparet in uer. nunc deuictus &c. ubi aperte uult, quòd neptis tunc possit remanere exclusa, quando est substitutus masculus, per quem conseruetur agnatio aliàs autē secus, ꝑut & aliàs extraneus hæres in iure accipitur secundum subiectā materiam pro omni eo, qui non est suus aut necessarius. ut instit. de hæred. qualit. & differentia in prin. & in §. j. ideoque etiam filij ibi dicūtur extranei hæredes, ut qui sunt emancipati, uel respectu matris: unde nimirum aut nouum si filia ibi appellatur extraneus substitutus. Quia utique est, quo. ad effectū de quo ibi agitur, uidelicet quia per eam non magis conseruatur agnatio quàm per eum, qui omnino est extraneus, & hæc est uera mens pauli ibi, & ita reperij illam intelligere Alex. consi. 38. uol. 6. Soc. pulchrè in consi. 6. col. fi. uol. 3. & in consi. 14. col fi. uersi. postremò. eod. uol. Ruin. cōsi. 142. & 143. nu. 8. uol. 2. & etiam consil. seq. 144. & 154. col. 5. uersi. unde sicut primo casu dec. pulchrè in cōsi. 370. & Brun. ita intelligit in tract. suo super statuto ꝙ stantibus masculis fœminę non succedant &c. in 5. art. c. 12. nu. 19. ultra ꝙ Bal. ubi sup. tenet illam rationem, & ꝙ adsit masculus filius testatoris. Sed nolo nunc sup hoc instare, quia in casu nostro non est masculus substitutus, nec aliquis masculus superest, unde sufficiat nunc mihi istam rationem ueram esse in terminis quæstionis nostræ, uidelicet qñ nō concurrit masculus ad exclusionem neptis. Et propterea cessat ēt ratio, quam ibi considerat Paul. qñ extat statutum excludens fœminas ꝑꝑ masculos, prout asseritur in casu nostro mātuæ extare, {licet ego illud non uiderim} tñ cū nō concurrat masculus, nō est ad propositū casus nostri Item cessat aliud, ꝙ dicebat ibi Paul. eo casu, quo extaret masculus, ꝑꝑ quem conseruetur agnatio, ideoque excludat neptem, ꝑ quam non cōseruetur agnatio, quia fœmina: qñ dicebat ipse si filias proprias ꝑꝑ masculum illa ratione agnationis conseruandæ exclusit, multò magis dicamus ipsum uoluisse excludere neptē ꝑꝑ masculum. Namq; ista non inficiabor, & ꝑ nunc admittā, quia nihil lędunt casum nostrū, qui non est iste: fatebor namq; quòd si extaret nunc masculus, ꝙ neptis ab eo esset exclusa per illam rationem agnationis, ꝑꝑ quam rationē si exclusit filias, dicamus ꝑꝑ eandem rationem etiā neptem excludi, uerum cùm masculus cesset, cessat etiam ratio exclusionis quò ad ipsam neptē, & succedit alia, quę militat, quia. s. est uocata sub illis uerbis si sine filijs &c. quæ uerba ēt filiā comprehendunt, qñ non adest masculus, ut sup. abundè fuit probatum. nec hoc casu quicquam facit illa ratio, ꝙ filia est exclusa, ergo etiam neptis dicatur exclusa. Nā hoc non potest dici, quia inter has fœminas est ista ratio diuersitatis. Quia filia reperit exclusa, ꝑut est, nec est uocata nisi post filios filiorū. Nec licèt dicere aut arguere, ergo etiā neptis sit exclusa. Qñ immo neptis reperit hoc casu uocata sub illo uerbo filios &c. Et ipsas filias exclusit fauore agnationis, immo uerò fauore filiorum masculorum tūc existentium. Quæ ratio cessat in ista alia substitutione in defectum unius ex filijs masculis, & ideo qñ cessat rō masculinitatis succedit tūc significatio uerbi filios, ꝙ eam continet ut sup. dictū fuit, quæ oīa quęso, ut cōsiderentur ꝑ clarissimos Senatores, {ut moris eorū est} Præterea hanc materiā ita apertè declarat Soc. in l. cū auus. ubi latissimè qōnē hāc prosequitur. ff de condi. & demon. Nā ibi nu. 85. in quarto eius casu loquitur, qñ est substitutus alius descendens uel agnatus, qui cōseruet nomen agnationis omissa filia, tunc concludit ꝙ neptis non excludat substitutum, sed excludatur ab eo, & ita intelligit in casu isto Paul. de Castro in d. consilio potissimùm ista ratione, quia cum substituerit descendentem uel agnatum masculum, apparet eū uoluisse conseruare bona in agnatione, & ita uoluit testator

substi-

substituendo uni ex suis filijs morienti alium filium superstitem. In sequenti uerò casu quinto Socc. loquitur, qñ est substitutus is, per quẽ non conseruatũ agnatio, ut puta extraneus. Et idẽ est dicẽdum in oĩbus in quibus militat eadẽ
38 ratio; quia omnes casus habentes eandem rationem censentur contineri, ac si expressi fuissent, ut in l. cum pater § dulcissimis ff. de leg. 2. tradunt doct. in l. si constante sol. mat. in auth. quas actiones C. de sacr. san. eccl. Corn. consil. 176 col. 2. uer. & à paritate rationis. uol. 4. Alexã. cõs. 16 col. 3 nu. 15. uolu. 4. & in cons. 29. in fi. uol. 5. pulchrè Paul. de Cast. in cons. 83. uol. 2. & infinita possem adducere, si expediret. Ad propositum ergo redeundo dico, quòd Socci. ibi in illo quinto casu concludit, quod quando in substituto dato ipsi filio, si sine filijs decesse rit &c. cessat ratio agnationis cõseruandę, tũc neptis illum excludit: Et ita in casu isto dicit tenere Paulum de Castr. in d. suo cons. non obstãte illa ratione, quod neptis uideatur esse melioris conditionis quàm filia per l. si uiua mre. C. de bon. mater. Quoniam dicit ibi Socci. qua ratione filium prædilexit filiæ, eadem & omnẽ eius posteritatem censetur dilexisse, ut ibi uideri potest per eum. Et iste est ad unguem casus noster: Quia substitutio facta de filiis filii prædefuncti est facta mortuis iam ambobus masculis, & ipsis filiis legitimis & naturalibus nunc substitutis substituit nouissimo loco filiã aut filias suas per quas constat non conseruari agnationem, ut supra fuit demonstratum: Ergo nihil subest, cur illa uerba uel eorum filios &c. non comprehendant etiam filias fœminas per supra alleg. & per doctr. Soc. in d. quinto casu post alios supra allegatos.
39 Eãdem opinionẽ firmat Decius cõs. 570. & cons. 370. uidelicet quod substitutio facta de filiis uerificetur tam in fœminis, quàm in masculis, & dicit hanc esse communem, nisi sint coniecturæ in contrariũ, de quibus per Paul. de Castr in sæpe alleg. suo cons. quæ coniecturæ, ut ex supra dictis apparet, sunt istæ uidelicet, quia substitutus sit talis, per quem cõseruetur agnatio: aut adsit talis persona, quæ conseruare possit agnationem: cui uoluit testator ibi fauere, ut ibi per eum: Quod in casu nostro cessat omnino, idẽ in terminis decidit istum casum Dec. cõs. 568. Item cùm hac distinctione declarat istam materiam, & ita intelligit cons. Pau de Castr. Rui. cons. 148 nume. 6. & expressè declarat multũ egregiè in cons. 154. uol. 2. item hanc quęstionem nostram in terminis decidit Gozad. cons. 79. in uer. tertia conclusio ubi formaliter dicit quòd si testator filios masculos instituat, & casu, quo omnes sine filijs decederent, substituit filias suas fœminas, prout & in casu nostro factum fuerat, dicit quòd si contingat unum ex filijs cum filia fœmina decedere, prout euenit in casu nostro, quòd tunc filiæ testatoris substitutæ fratribus, si sine filiis decesserint, excludũtur propter illam neptem ex fratre; Et sic illa facit, ut illi non dicãtur sine filiis mortui. Et allegat rationem illam Baldi & aliorũ, de qua supra memini, ut quòd qua caritate dilexit filium eadem censetur, & nepotem aut neptem ex ipso diligere. Hanc eandem doctrinam tradit in Spe Dominus meus Socci. iun. in consil. 168. uol. 2. ubi uult, quòd si substitutus sit aliquis ex descendentibus testatoris, uel alius agnatus, per quem conseruentur bona in agnatione prout erat in casu suo, tunc concludit, quod filiæ fœminæ in illis uerbis filios, aut sine filiis &c. non ueniant aut comprehendantur: sed qñ datur casus, in quo sint substitutæ fœminę per quas non cõseruatur agnatio, prout erat in casu nostro. Tunc uult qđ filiæ fœminæ contineantur sub illis uerbis, & substitutos excludãt approbans doctrinam Decij in d. cõs. 370. supra allega. Ita ipse dicit in d. cons. 168. colu. mihi 15. in prin. eandem doctrinam & distinctionem ponit notabiliter Alex. in elegãti suo cons. 38. uol. 6. ubi refert totum illud cons. Pau li de Castr. & postea ita illud intelligit cũ prædicta declaratione, scilicet, qñ masculus agnatus talis erat substitutus, per quem conseruaretur agnatio, tunc neptis excluditur, aliàs autẽ secus, ut ibi pulchrè per eum col. 2. unde dico sic usque in finem: Quem in proposito refert, & idem cum eo decidit Ruin cõs. 142. uolu 2. Idem omnino decidit Curt sen. cons. 44. col. 9. num. 23. ubi fortiùs uult, quod nedum neptis contineatur sub illis uerbis, si sine filiis &c. ad exclusionem amitæ & sic filiæ testatoris, ut est casus noster, sed etiam ad exclusionem patrui, & sic alterius filij ipsius testatoris per illam rationem, quia in illa portione non solùm in ea institutum magis dilexit, quàm aliam filiam, aut etiam filium, sed etiam omnem eius posteritatem tam masculini, quàm fęminini sexus: & ibi dicit hãc esse communem opinionem & ueriorem. Quæ sine dubio & absque aliqua difficultate procedit in terminis casus nostri, in quo concurrit alia filia testatoris, in qua non cadit ratio sexus masculini siue conseruationis agnationis. Ideoq; limitatio Barb. ĩ c. Raynaldus de testam. ut procedat ubi non est statutum, seu consuetudo, quòd agnati masculi excludant filias, & ibi refert Curt. non est ad propositum casus nostri. Hanc sententiam etiã amplexus fuit Corn. in d. cons. 202. uol. 3. licèt ibi dicat se sæpe uariasse in ista materia propter uarias & diuersas coniecturas, quæ arguebãt uoluntatem testatoris modò in hanc modò in illam partem: tamen ibi consuluit pro nepte in terminis longè fortioribus, uidelicet, quando cum

cum nepte concurrebant masculi : Adeo ꝙ in
terminis nostris res uidetur omni prorsus dif-
ficultate carere ex supra dictis iuribus rationi-
bus & authoritatibus.

40 Prædicta omnia confirmatur ex duobus iu
ribus apud me multùm stringentibus, & quæ
mihi uidentur casum hunc decidere, quæ etiã
fuerunt considerata per doct. supra alleg. uide
licet in l. cùm auus. ff. de condi. & demon. iun-
cta l. cùm acutissimi: C. de fideicom. & l. gene-
raliter. §. cum autem in fi. C. de insti. & substit.
sub condi. fac. Nam in l. cùm auus Papinianus
prudentissimus interpretatur mentem testato
ris, quando duos filios instituit, seu filium &
ex præmortuo filio nepotem, cui filium substi
tuit, uidelicet uult ꝙ in illa substitutione sub-
intelligatur, si modò sine filiis decesserit, qui
filij ipsius nepotis excludant substitutum, qui
erat filius testatoris. Hoc autem extenditur per
Iustinianum, ut procedat non solùm si ille cui
est facta substitutio filios reliquerit, sed etiam
si filias aut neptes, uidelicet, ut in l. generaliter.
§. cùm autem C. de insti. & substi. sub cõdi. fac.
& in d. l. cùm acutissimi. Vnde si hoc procedit,
quando testator nullam fecit mentionem de
filiis eius. cui substituit, quantò magis hæc in-
terpretatio procedet, quando expressit, quod
ita demum ei substituit, si sine filiis decesserit,
sic simpliciter, & generaliter. Quæ uerba ex eo
rum significatione, & ex dispositione iuris cõ-
tinet ita fęminas sicut masculos, ut supra latè
deductum fuit, & omnes Doct. supra alleg. at-
testantur.

Nec obstant in terminis casus nostri duo,
quæ ad hoc dicebantur per Paul. de Cast. in d.
cons. 409. primùm, ꝙ in casu illorum iuriũ nõ
fuerunt exclusæ propriæ filiæ ipsius testatoris
propter quam exclusionem apparet manifestè,
ꝙ uoluerit conseruare bona in agnatione. Qđ
nõ fieret per filiam aut neptem grauati. Nam
dico, ꝙ Paul. ibi expressè loquitur eo casu, quo
substitutus erat talis per quem conseruari pote
rat agnatio: Tunc dicit ipse quòd fœmina nõ
excluderet eum, & sic non haberet locũ dispo-
sitio illorum iurium, sed iste non est casus no-
ster, quia substitutio de filiis filiorum fuit fa-
cta in casu, quo ipsi sui filij non existerent in re
rum natura, sed iam defuncti sint: Item perso-
na quæ est substituta filiis filiorum non existen
tibus non est talis, per quam conseruetur agna
tio, quia fęmina ut supra dictum est: Quo ca-
su fatetur ibi Paul. etiam filiam fœminam ex-
cludere personam substitutam, secundum de-
terminationem illorum iurium, si rectè inspi-
ciatur mens Pauli ibi. Et ideo etiam non obst.
secundum, quia licet extat statutum Mantuæ
excludens fœminas propter masculos: tamen
ex quo in casu nostro nulli extant masculi, ap-
paret non esse ad propositum considerare sta
tutum. Nam fœminæ sunt exclusæ propter ma
sculos per statutum, & sic eis extantibus, aliàs
illis nõ extãtibus secus, ut pulchrè tradit Rui.
in terminis decidẽs casum hunc in d. cons. 154.
uol. 2. & Dec. cons. 568.

Ex quibus omnibus remanet clara & per-
spicua intentio Dominæ Iuliæ fundata in uer-
bis & mente ipsius testatoris: Item in iuribus,
& auctoritatibus compluribus Adeo ꝙ ex nul
lo alio negocio eius uictoria in tuto uidetur.

41 Et † ex his, etiam remanent in effectu resolu
ta, & sublata omnia quæ in contrarium allega
ta fuere: Specificè tamen & nominatim sin-
gula considerando. Primò non ob. ꝙ primor-
dialis significatio huius uerbi filius, masculos
tantùm cõcipiat, & qđ distincta hæc uocabula
sint, scilicet filius & filia, ut per illud masculus
per istud fœmina intelligatur, uidelicet. Nam
quicquid sit de eius primordiali, seu originali
significatione satis, quò ad propositum nr̃m,
sit, quod iura dicunt filii appellatione etiã fœ-
minas contineri iuribus supra allegatis: Et ꝙ
genus masculinum etiam fœmininum cõtinet,
licèt non econuerso, quod fateor, d. l. si ita scri-
ptum de leg. 2. vnde iura illa, quæ hoc dixere,
ꝙ filii appellatio etiam fœminas contineat, ad
hunc effectum id dixere, ut dispositio aut testa
toris aut alterius, in qua de filijs simpliciter fit
mentio, sic intelligatur, ut utrunq; sexum com
prehendat, prout dicitur expressè in d. l. si qs
42 ita. ff. de testam. tut Immo † uerba testatoris su
mi debent, ut in ea significatione prolata cen-
seantur, prout lex disponit, ut traditur per om
nes in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.
vnde cum testator de filiis locutus simpliciter
fuerit, intelligitur in ea significatione illo uer-
bo usus, prout à iure disponitur. Vltra ꝙ ex di
43 spositione iurium † ita declarantium dat huic
uerbo propria significatio maximè cum utan-
tur illo uerbo contineri, iuxta doctr. Bar. in d. l.
cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul.
44 Ad † secũdum rñdetur uerum esse, quod uo
luntas testatoris præcęteris sit attendenda: Et
quòd illa, cuicunq; proprietati aut significatio
ni uerborum sit ꝑponẽda, ut in illis iuribus de
quibus in argumento, & præsertim in d. l. 1. C.
de condit. insert. quę in hoc ipso uerbo, de quo
nunc agimus, loquitur: Nego tamen, quòd in
casu nostro concurrat uoluntas testatoris con
traria significationi huius uerbi. Quinimmo
45 uoluntas † testatoris præsumitur esse illa, quã
uerba significant, ubi aliud non apparet, in con
trarium. l. labeo. ff. de sup lega. Verba eñ sunt
notæ opinionum & uoluntatum, quæ in ani-
mo sunt Bald. in l. j. §. sin autem ad deficientis.
C. de cad. toll. in fine. Barba. in consi. 82. in fin.
uol. 4. Imola cons. 102. col. pe. cum multis alijs,
quæ

quæ possent adduci, & omitto breuitatis causa, uideri possunt ea, quæ pulchrè & copiosè ad hoc accumulat Crauet. consi.204.col.9.uersic. secundò considero.

Nec in casu isto militat aliquid propter qd dicamus testatorem noluisse ab illa significatione uerbi recedere. Puta quod in casu istorū filiorum non existentium, seu deficientium sit uocatus agnatus testatoris talis, per quem conseruetur agnatio: Iste enim est casus, in quo licet recedere ab ista significatione uerbi ex mēte coniectnrata testatoris, ut in d.l.j in fi. C.de condi.insert. ita loquuntur Paul.de Cast.in sæpe alleg.consi.409. Alex.consi.38.in 6.Rui.consil.148.uol.2.Dec.consi.370.& consi.570.cū aliis supra alleg. qui non est casus noster, quia hic est substituta fœmina in casu, quo non sint filii legitimi & naturales ex filiis testatoris, per quam nullo modo conseruatur agnatio, ut supra dictum fuit. Ergo statur significationi uerbi, quod filias etiam comprehendit: cùm cesset coniectura contraria, per quam licet recedere. l.non aliter.ff.de lega 3.d.l.j.C.de condi.insert.

Nec ob illud q ex quo proprias filias exclusit, filios autem masculos tantummodo instituit, apparet ipsum habuisse rationem agnationis conseruandæ. Nam uerum est, hoc in illa prima sua dispositione, scilicet in institutione, & etiam in prima substitutione: In qua cùm unus ex filijs moreretur sine filijs alterum superstitem substituit: Et denique in omnibus suis dispositionibus factis superexistētibus masculis, uerum est ipsum eos uocasse exclusis fœminis: quia habuit rationem agnationis conseruandæ, absque quo superstint personæ, per quas potest conseruari agnatio. Et consequēter masculi: uerum quando testator uenit faciendo substitutiones in casu, quo masculi amplius non superfint: quo casu incipit uocare fœminas, prout est, quando mortuo utroque ex filiis suis masculis substituit eorum filios, & eis postea substituit suas filias (prout in substitutione, de qua agitur) tunc non possumus dicere, quòd noluerit agnationem amplius conseruare: cùm incipiat uocare fœminas, ideoque apparet, quod si non nascantur filij masculi, per quos possit conseruari agnatio, sic tātummodo filiæ, prout euenit, quòd non ideo repellit hoc casu sexum ipsum fœmininum: cùm iā expresse nocet ipsum sexum filijs non natis: ergo secundùm propriam uerbi significationem ēt filiæ fœminæ continentur. casu, quo masculi non nascantur: cùm appareat testatorem isto casu sexum illum non abhorruisse, immo expresse illum uocasse, quādo, scilicet nulli omnino nascerentur, scilicet nec masculi, nec etiā fœminæ, prout egregiè casum nostrum, ita declarat Rui. in specie in d.consi.154.uol.2.uersi. præmissis non obstantibus num.3. Quod etiā euidentissimè confirmatur ex illa substitutione, quam nouissimo loco fecit filiabus suis; Quibus earum filios in stirpes, & non in capita substituit: in qua substitutione nulla ratio subesse potest, cur dicamus de masculis tantūmodo illam esse intelligendam: Idem ergo & in præcedenti est necessariò dicendum: quia est facta in eisdem terminis. quando nō supersunt masculi; meritò cum sit eadem ratio, eandem recipiet interpretationem: Et quia una pars testamenti per alteram declaratur, quando est eadem ratio, ut supra latè deduxi. Et sic cessant omnia, quæ in argumento dicebantur. & super quo maxima fit uis per partē aduersā, & illud ēt est sublatū, qd dicebatur maximum absurdum sequi ex hoc posse, quia si intelligimus fœminas contineri, & contingat unum ex fratribus mori relictis filiabus fœminis, & superstite alio fratre, iste, qui est masculus, excludetur per fœminas: Quod est absurdum: Dico eīn primò quod tex. in l.cum auus, loquitur in his terminis, iuncta d l.cum acutissimi & Bald. ibi ita intelligit & plerique id asserunt, scilicet qd neptis excludat etiam patruum, ne dum amitas: prout supra retuli. Verū in hoc non insisto, quia istud nolo nunc firmare; Rñdeo, solùm uerum esse quòd eo casu, quando extat, & superest masculus, quòd filia fœmina non continetur, seu non admittitur, & sic non est in consideratione: sed iste non est casus noster, ut supra dictum fuit: ideoq; cessant omnia quæ p aduersarios adducuntur. quia militarēt, qn cū Dña Iulia nepte cōcurreret patruus, uel alius per quos conseruari posset agnatio; Item tolli tur ex prædictis aliud, quod obijciebatur. uide licet, q si contigerit ut mortuo utroq; ex filiis institutis, ex uno superessent filii masculi & ēt fœminæ, quod simul deberēt admitti: si uterq; sexus continetur. Nam dico non esse uerū, sed
46 admitterentur eo casu ordine successiuo, uidelicet primo loco masculi exclusis fœminis, illis autem cessantibus continentur fœminæ & admittuntur, ita singulariter declarat Ruin. in d.consi.154.uol.2.& consi.120.col 3.uer. præmissis non obstantibus. uol.1.& ita oportet recto sensu intelligere & declarare mentē & uoluntatem testatoris, non autē iudicare, ut aliàs dixit Corn. in consil.124.col. secunda. in princip. uolum.2.

Similiter apparet esse sublatum aliud fundamentum de statuto excludente fœminas extantibus masculis, secundùm cuius statuti dispositionem censetur testator suam ordinare uoluntatem. Nam cum nulli hoc casu supersint masculi: Et substitutio per quam succedit domina Iulia, sit facta casu, quo nulli extant masculi, meritò apparet quod nos sumus extra

casum

casum illius statuti ut supra, dictum est.

47 Non ob etiam ꝙ† dicebatur dominam Camillam esse filiam, & sic in priori gradu, & notam ipsi testatori. Dominam autem Iuliam neptē esse, & sic in secundo gradu coniunctā, nec ipsi cognitam. ideo ꝑferēdā, Insti. de legi. agn. success. §. nos uerò uer. Non tamen: & quia sic filia esset deterioris conditionis, quàm neptis contra id, quod dicit text in l. si uina matre in § in nepotibus autem C. de bon matern. Nāq; ista procedere possent, ubi testator nullam penitus fecisset ordinationē, & sic essemus in successione intestati, prout loquitur tex. ille. Inst. de legit. agnat. success. quòd qui gradu proximior est, admittitur. Verùm cùm in casu nr̄o testator declarauerit mentem suam, quādo scilicet uelit suas filias admitti, & quando non.

48 Non est, † cur conitcturis uti uelimus: Quæ hoc casu cessant. l. continuus. § cū ita. ff. de uer. oblig l. ille aut ille. § cum in uerbis. ff. de leg. 3. declarauit nempe testator quid uelit istas suas filias habere, quantitatem scilicet illam dotiū nomine, prout disposuit casu, quo filij sui masculi superfint, aut eorum filij: eas autem eo casu nocauit, & substituit, quando s. non superessent filij sui nec filii filiorum (qui casus nō extitit) quos omnes scilicet filios & eorum filios legitimos, & naturales prætulit dictis filiabus Ideo omnia illa cessant: cùm testator expressè secus disposuerit.

49 Ideo etiam † non obst. tex. in d. l. si uiua matre: Ex quo text. nimiùm generaliter sumitur illud argumentum: Nam licèt uerum sit id, qđ ibi dicitur, uidelicet quòd id, quod est dispositum in filijs ad fauorem patris, ut ipse scilicet lucretur usumfructum bonorum maternorū, prout ibi disponitur, habeat etiam locū in nepotibus à matre relictis: quia non conuenit, ut ad damnum & ꝑiudiciū patris diuersum statuat lex in nepotibus, quàm in filiis: Et sic, ut in eo melioris ueniant conditionis nepotes, q̄ filij: cùm nulla sit ratio inter unum & alium: tamen non ita absolutè & generaliter accipiendum est, ut nepotes non possint esse melioris conditionis, quàm filij, quando pater testator secus disponeret: Ita quod per hoc adimatur facultas patri in suo testamēto aliter disponendi: Procedit ergo ratio illa in casu illius tex. & in terminis, in quibus loquitur: non autem qñ ex dispositione testatoris aliud caueretur expressè, prout in casu nostro disposuit, cauendo quod sui filij, & etiam eorum filij admittantur exclusis filiabus: Et sub illis uerbis satis, superq; supra fuit demonstratum etiam filias cōtineri. Et quòd hoc sit uerum, quòd ex dispositione testatoris nepos aut neptis possint esse melioris conditionis, quàm sit filius aut filia, non obstante ratione illa, quam ponit ille tex. in d. l. si uina matre, quæ uerè nihil obstat, apparet: Quoniam doctores cōmuniter uolunt, immo iura hoc expressè dicunt, quòd filij, aut filiæ filij instituti, & simpliciter grauati excludant in illa portione alium filium testatoris; & hoc ex præsumpta uoluntate ipsius testatoris, ut est casus in d. l. cū auus. iuncta d. l. cum acutissimi C. de fideicom & l. generaliter §. cū autem C. de insti & substi sub condi. fac. per quæ iura ita uolunt doct supra per me ad id allegati, ut Bal. Saly. & Corn ibi. idem Cor. cōs. 202. uol. 3. Curt. sen. cons. 67. Soc. in d. l. cùm auus num. 39 & 86. Alex. consil. 38. in fi uol. 6. Dec. in supra alleg. cons 370. & 570. Gozad. cōs. 89. in tertia conclusione, & sic hoc casu non attenditur illa ratio, quod nepotes sint deterioris

50 conditionis quàm filij. Sed debet attendi, † & cōsiderari quid disposuerit testator, præsertum quando filiis, seu filiabus reliquit debitam portionem, prout in casu nostro fecerat. §. disponat in auth. de nup. l. j C. de sacr. san. eccl. l. uerbis legis 12. tab ff. de uer. sig. l. j. in prin. ff. ad l. Falci. l. in cōditionibus. l. pr̄ seuerinā. ff de condi. & demō. cum infinitis aliis, quæ possent allegari. Si igitur istud admittitur ex tacita, & à lege coniecturata uoluntate testatoris, nō attenta, neque considerata ratione illius tex. in d. l. si uiua matre, quæ certè aliò tendit, & alio casu loquitur: quantò magis id procedet in terminis casus nostri, ubi non tacitè, & ex coniecturis nepotes, aut neptes sunt prælati filiis aut filiabus: sed immo expressè, quia quamdiu supersunt filij aut eorum filii, & sic nepotes legitimi & naturales seu neptes, quę ueniút & sunt comprehēsæ sub illo uerbo filios, sicut masculi, noluit testator ipse filias suas uocare, sed demum supra dictis minimè existentibus: Quod quidem illam habet rationem pulchram, & ab omnibus approbatam doct. uidelicet, quia testator in portionem illam, quàm filio reliquit, censetur omnem eius posteritatem dilexisse: Adeo ꝙ hoc casu non sunt considerandæ coniecturæ aliquæ, uel quòd esset nata & nota: uel quòd esset magis, aut minùs dilecta: cum illud appareat & expresserit testator ipse. Item nec aliquid officit isto casu ratio illa dictæ l. si uiua matre. Si quidē ut etiam euidentiùs appareat ultra supradicta non omitto, quòd si attendimus illam rationem, sequitur, quòd etiā si superesset hic filius masculus: puta frater Dominæ Iuliæ, & sic nepos testatoris, dicendum foret ipsum uti nepotem excludi per dominā Camillam, quia filia testatoris: ut nepos sit melioris conditionis quàm filius: Quod tamē est apertè falsum, & neminem puto hoc esse dicturum: Prætèrea quod illa ratio non sit considerabilis in proposito nostro, apparet ex alio, Nā pone quod ex duobus filiis masculis hęredibus

primo

primo loco per testatorem institutis alter decedat relicto filio masculo, & etiam superstite fratre, & sic alio filio testatoris, certè si attendimus rationem illam in contrarium allegatam, sequitur, quod alter filius testatoris, & sic frater defuncti deberet admitti, quia filius, excluso nepote ex fratre: Ne aliàs sequatur inconueniens illud, quòd nepos sit melioris conditionis, quàm filius. Quod tamen est apertè falsum, & contra omnia iura mundi: Quia succedet filius patri suo, qui est nepos testatoris: nō autem frater, & sic alter filius testatoris in illa portione, in qua fuit pater eius institutus, ut est tex. in auth. de hæred. ab intesta. ueni. § j. Quod quia & lippis & tonsoribus notum est, icciréò ultra non insisto: Ergo apparet illam rōnem considerari, s. quòd in ea portione, prout dilexit testator filium, censetur etiam omnem eius posteritatem dilexisse, Non obstante illa ratione quòd nepos seu neptis non possit in hoc esse melioris conditionis, quàm filia: Quæ ratio uerè à lege in ista materia non consideratur: Nam sic auferreretur homini libera testandi facultas inter suos liberos, quod esset aliud absurdissimum ultra superiùs deducta.

52 Non etiam obst. † quod ultimo loco dicebatur, Dominam Iuliam nullo modo his posse succedere: quoniam posito etiam quòd esset uerum illam contineri sub illis uerbis si sine filijs v3. Tamen cùm illa uerba non disponant, seu illam non nocent, sed tantummodo faciāt, ut ab intestato posit succedere, iuxta Gloss. & communem opinionē in l. lucius ff. de hæred. instit. & non simus in causa intestati, immo illa omnino cessat, propter testamenta cōdita per Iulium primò, & post per Ioannem v3. per l. quādiu. ff. de acqui. hæred. ideo uidetur, quod ista domina remaneat omnino exclusa. Nam respondetur nunc non instando, quę opinio sit uerior, an positi in conditione sint uocati necne: Et scio complures tenuisse contrarium, s. ꝗ censeantur uocati, ut per Corn. consil. 146. num. 19. uol. 2. tamen in casu nostro sumus extra omnem difficultatem: quia non solùm fuit facta mentio de filiis filiorum ante filias conditionaliter, sed etiam dispositiuè: Quia dixit testator, quod si cōtingat unum ex suis filiis institutis decedere sine filijs legitimis & naturalibus, substituebat alterum filium superstitem, siue, si fortè etiā alter reperiretur premortuus, & sic utrique filij essent mortui; prout euenit isto in casu, Tūc alios uocauit, uidelicet ipsius præmortui filios legitimos & naturales: & demum, si uterque sine filiis decessisset, tūc filias uocauit, & earum filios legitimos & naturales: Et sic apparet ipsos filios filiarum non solùm in cōditione positos, sed etiam dispositiuè fuisse uocatos: vnde omnino cessat difficultas. Et in spetie non obstat quod dicit Curt. iun. consil. 35. quia in casu suo neptis fuerat tantummodo in conditione posita, ut ipse considerat in col. 2. ver. considerandum enim est: & ideo dico, ꝗ cum Domina Iulia sit dispositiuè uocata sub illis uerbis, uel alterius fortasse præ defuncti filios ante ipsam Dominam Camillam, quæ demum filiis filiorum nō extantibus fuit uocata, non potest ipsa Domina Camilla succedere nec ut uocata ex testamento patris domini Gratij: quia casus, in quo fuit substituta, non extitit: Nec etiam ut ex testamento Dñi Ioannis sui fratris: quia non potuit de his bonis testari in præiudicium uocatorum ex primo testamento, & sic dominæ Iuliæ.

Ex quibus omnibus, si rectè aduertatur, apparet omnes difficultates cessare: & etiam apparent sublata ea, quæ in subtilissimis dubiis excitata: & omnia, quæ in contrarium adduci possent: & ita esse iudicandū, prout arbitror sic iudicatum iri per clariss. Dños Senatores. Et hoc ideo præsertim, quia ego collatione facta cum argumētis & rationibus, quibus pars aduersa innititur, liquidò cuilibet, uel mediocriter erudito apparere potest, quantò ea, quæ per clariss. Cōsulentes pro hac parte adducuntur, præstent his, quæ pro alia parte in mediū deducta fuere. Nam ego priùs requisitus fui, ut pro alia parte nellem consulere, & allegationes ac consilia pro illa parte mihi exhibita fuere: & contra ea conclusi: ideo pro ista parte nunc requisitus ut consulerem, libenter prouinciam assumpsi, sciēs me ueritatem, & iustitiam tueri. Laus Deo & virgini Matri.

Paulus Leonius Patauinus Ducalis Consil.

ADDITIONALE CONSILIVM ad præcedentem materiam eiusdem V. I. D. Pauli Patauini.

¶ Licèt ex rationibus, quas posui in consilio pro hac causa edito satis colligatur: ac etiam ex his, quæ ibi scripsi expressè appareat, quid ego in hoc puncto decenο ad me transmisso de iure senserim. Attamen ut postulanti satisfaciam, Pauca hæc adhuc subijciam.

¶ Dico igitur indubitanter omnia ista bona, quæ fuerunt olim Dñi Gratij primi testatoris pertinere ad Dominam Iuliam. uti ex illo testamento uocatam in casu isto, qui extitit, sub illis uerbis dū testator ille uni ex filiis suis morienti sine fil iis substituit alium: nel si fortè, & alius mortuus reperiatur, & sic uterq; tūc substituit filios ipsius prædefuncti. Nam illud uerbum filios ex sui significatione comprehēdit nedum masculos, sed etiam fœminas: & hoc ea sit cessat ratio agnationis conseruādę: quia est prolatum istud uerbum eo casu, quo iam filij masculi

masculi decesserunt: Ideo standum est propriæ uerbi significationi: quæ etiam fœminas comprehendit l. j. C. de condi. insert. cum aliis latè ibi deductis. Immo hoc casu, nedum non militant coniecturæ contrariæ significationi huius uerbi: sed adsunt hæ, quæ sunt ipsi consonæ: Quoniam testator illo casu. s. quando masculi non supersunt, nec eorum filij expresse uocat fœminas: Ergo manifestissimè hic apparet de eius uoluntate, dum protulit uerbum filios eo casu, quo masculi non reperiuntur extare, nempe ut fœminæ non excludantur, sed immo ueniant, ut uerbum denotat, & significat: & ipse statim fœminas uocauerit, prout ibi deduxi: non est opus repetere. ¶ Solùm igitur dicam nunc non esse in aliqua consideratione distinguere bona, quæ obuenerũt Domino Iulio ab illis quæ obuenerant Domino Ioanni: aut quod portio Domini Iulij peruenerit ad dñm Ioannem ex testamento d. dñi Iulij, & propterea quod in fideicommisso, quod diximus extitisse ad fauorem dominæ Iuliæ non comprehendantur: Quoniam dico, quod omnia ista bona considerãda sunt, uti bona dicti olim dñi Gratij primi testatoris, & uti eius fideicommisso subie-

53 cta & consequenter † quę non potuissent alienari, iuxta textum in l peto §. fratre. ff. de leg. 2. in l fi §. sed quia & in auth. C. commu. de legat.

54 cũ infinitis, quæ nota sunt. Quoniam quãdo † extitit postea casus dicti fideicommissi per primum testatorem facti, prout dictum, & cõclusum in prioribus scriptis fuit, extitisse, ueniunt in eius restitutione non solùm ea, quæ ad ultimum grauatum obueniunt immediatè ex ipso primo testamento, sed etiam ea, quę mediatè putà uirtute compendiosę substitutionis, in illo testamento factæ per notatã per doctores in d. l. A marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebell. cum alijs similibus adductis per unum ex dominis Aduocatis. Vnde dico quod quando Dñs Iulius fecit testamentum si alium extraneum sibi instituisset hæredem in his bonis, & sic alrũ quã illum, qui fuerat uocatus ad fideicommissum post ipsius mortem sine filiis, non habuisset effectũ illa dispositio & potuisset Dominus Ioannes uendicare illa bona, ut sibi in testamento patris relicta in tribus supra allegatis. Intelligen-

55 do semper de bonis † ultra legitimam Trebellicam de qua potest ad libitum disponere, ut per Dec. qui alios allegat in consilio 243. col. 1. & cons. 218. Verum cùm ipse Dominus Ioannes fuerat expresse substitutus per dictũ dominum Gratium primum testatorem ipsi Domino Iulio sine filijs decedenti: ideo cum dominus Iulius eũdem quem primus testator sibi substituerat instituerit hæredem potissimum quod ideo ualuerit talis substitutio, dico tamen quod non cõsiderantur illa bona uti bona ipsius D.

Iulij seu quæ ex eius testamento ad eum peruenerint, sed uti bona sibi per primum testatorẽ

56 relicta Nam † quando hæres grauatus alij restituere instituit eum cui faciẽda est restitutio, tunc ille institutus non dicitur capere iure hæreditario, neque ut ex testamento illius, sed iure fideicommissi primi testatoris, ut probatur in l. unum ex familia in princi. & §. j. & § ij. ubi glo in uer hæreditariæ. ff. de leg. 2. per quæ iura, & alia quæ allegat ita ad litteram dicit Pau. Castren. in consil. 441. pro declaratione col. 2. uersic. item probatur uol. 1. quem refert sequitur, & ex pluribus cõfirmat Crau. in cons. 144. col. 1. Ex quibus apparet nullam faciendam esse differentiam inter portionem Iulij, & illam Ioannis, uel quod dictus Iulius portionem suam iure institutionis Ioanni reliquerit. Sed omnia ista bona sunt consideranda uti bona illius primi testatoris. Et in eis discutiendum est an casus fideicommissi extiterit in personam dominæ Iuliæ necne. Quod ego latè in consilio meo tractaui, & ostendi satis iuridicè (ni fallor) extitisse, declarando tamen, ut dixi respectu bonorum ultra legitimam, & Trebellianicam ipsorum filiorum, quæ nullius fideicommissi oneri subijci potest, ut in lege scimus in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. Dec. in d. cõs. 218. hæc de materia in cap. Raynu. de test. Placet etiam ratio illa, quam inter cæteras cõsiderat unus ex Dominis Aduocatis, quia uidelicet si auus uocauit neptem ad portionẽ Ioannis fratris sui (prout sic eam hoc ipso casu, qui extitit, uocasse firmauimus) multò equidem magis dicendum uidetur, & ad patris sui por-

57 tionẽ eandem admitti uoluisse. Ad † quod optimè faciunt ea, quæ latè deduxi ex mente compluriũ doctorũ, quod qua dilectione testator prosequitur filium, eadem censetur, & oẽs illius posteritatem prosecutus, ut Paul. de Cast. in d. suo cons. 409. Bal. in d. l. cùm acutissimi, ubi et Salyc. & Corn. idẽ Corn. cons. 202. uol. 3. Alex. cons. 38. uol. 6. Soc. in l. cùm auus in duobus locis, ut dixi in cons. ff. de cond. & demon. Curt. sen. cons. 63. Goza. cons. 87. in 3. concl. cũ alis, quos latiùs deduxi. Quæ ratio procul dubio procedit, cessante causa masculotũ, & sic rõne agnationis, quæ in casu nostro omnino, cessat.

Idem Paulus.

CONSILIVM I. V. D. PAVLI Leonij Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ Hæreditas patruelis, an ueniat inter superstites patrueles diuidenda in capita, uel in stirpes.

SVM-

SVMMARIVM.

CONSILIVM XXIX.

CASVS, super quo dubitari contingit talis est: Tres fuerunt fratres carnales seu consanguinei. Titius, Seius, & Sempronius, qui oẽs decesserunt relictis filiis. Titius reliquit unicũ filium Gaium nomine, Seius duos Martinum, & Antoniũ, Sempronius unũ, scilicet Corneliũ: Modò decessit Gaius ab intestato relictis patruelibus, uidelicet Martino, & Antonio fratribus inuicem consanguineis & Cornelio patrueli.

1 Dubitatur quõ †hr̃ditas Gaij sit inter istos
diuidenda utrum in stirpes, an uerò in capita.
Ita quod tres partes æquales inter eos fiãt, an
uerò duæ. Ita quòd dimidia ad Martinum,
& Antonium pertineat, Alia uerò dimidia ad
Cornelium: Casus non caret dubitatione,
& Doctores uarij in hoc fuerunt: Sed omissa
multitudine uerborũ, paucis id quod ex mente
iuris esse arbitror concludo.

Videretur prima cõsideratione dicendum,
2 †q͂ in capita fieri debeat diuisio, quoniã cùm
isti omnes sint in pari gradu non est opus, q͂d
aliquis eorum subintret locũ patris, & ex eius
persona succedat, sed quilibet eorum ex ꝓpria
persona, & ex iure proprio admittitur, cũ sint
in eodem gradu ut est tex.in §.& quamuis.Insti.de legit.agna.successi & in §.si uerò neq; fratres in auth.de hæred.ab intest.uenien. coll.9.
& in § si uerò cum ascendentibus, eo.tit & hęc
fuit opin. Azo in Summa.C.de legit.hæred. &
sequitur Iac.Butrig in Auth post fratres.eo.ti.
ubi licèt qñ filij fratrum succederent unà cum
patruo, fiat diuisio in stirpes, & non in capita,
quia si isti filij fratrum uellent ex eorum personis proprijs succedere excluderentur ab eorũ
patruo, qui illos in gradu præcedit, sed q͂a subintrant locum patris eorum, & ex eius persona admittuntur, ideo eandem tantùm cõsequi
debent portionem, quam ipse habiturus foret:
3 quia nemo plus iuris in alium transferre† põt,
quàm ipse habeat. l. nemo plus iuris. ff de regu.iur. secus tñ est, qñ non concurrit patruus,
sed omnes sunt patrueles, & inter eos solos agitur de hæreditate diuidenda, quia tunc cessat
ratio supra dicta, & oẽs sunt in eodem gradu:
ideo quilibet ex eius propria persona, & ex ꝓ-
4 prio iure consideratur, ut supra dictũ est. †Præterea de eo uidetur casus in l.ij.§.hæreditas.ff.
de suis, & legit.ubi si defunctus duos fratres relinquat, aut duos patruos, quorum unus unũ
filium reliquerit, alter uerò duos: hęreditas illius defuncti in tres diuiditur partes, & sic in
capita, non autem in stirpes.

5 Ad idem †est tex.expressus in §.hoc etiã addendum in fi.insti.de legit.agna.success & in l.
lege duodecim tabularum.C.de legi.hære. ubi
postquã declararunt iura illa, quòd filius sororis admittatur ad successionem auunculi unà
cum filio fratris ipsius defuncti, qui illi est patruus dicit, demum quòd hæreditas in capita
non autem in stirpes est inter eos diuidenda,
& istam opinionem Azonis plerique sequuti
fuerunt.

6 Contrariam †tamen sententiam nõ obstantibus prędictis magis probabilẽ, & de iure ueriorem esse puto, uidelicet, quòd immo inter
istos ueniat hęreditas in stirpes, non autem in
capita diuidenda, quam opin.tenuit Gloss. in
auth.cessante.C.de legit.hæred.& Gloss in §. si
autem defuncto in uer. fratres fuerint in auth.
de hæred.ab inte.uenien.& in l.j.§.ult. ff si pars
hæred.pet.in uers.ut puta, & in uers. uendicat
7 Glo.autem †authoritas in iudicando oẽs.aliàs.
antecellit, & in dubiis causis, secundùm opinio
nem

nem glossæ est iudicandum tradit Iacob. Bu-
trig.in l.j.C.qui pro sua iurisd Bal.in l.cum hę
reditas in ultimis uerbis C.deposit. idem Bald.
consil.169.uolu.5 Soccin consil 116. in prin.
uolum.3. Dec.consil.412.Afflict. decis.383.
eandem quoque opinionem tenuit Cyn. post
Dyn.& alios Antiquos in d.auth. cessante Bar.
idem uult in l.ij. ff.de suis & legit.& ita etiam
tenuit consulendo idem Bart.in consil.173.su
per hæreditate dominæ Nolæ de Asisio, ubi
diuidit in stirpes non solùm quando filii fra-
trum succedunt unà cum patruo, sed etiam qñ
patrui non adsunt ut ibi per eum, idem tenet
Bald.in addit.ad Specul.in tit.de success ab in-
test.in uersic. fratrum filij ubi idem concludit
secutus opinionem Accur quicquid contrariũ
tenuerit Azo.quia filij fratrum, etiam quando
inter se succedunt.parentum suorum loco fun
guntur, ut ibi per eum, & sic non fit differen-
tia, an succedant unà cum patruo, uel inter se
soli,quia utroque casu in parentum locum sub-
intrant, ideo in stirpes fit diuisio: Differentia
autem fit inter filios fratrum, & alios poste-
riores, quia inter hos uerum est diuisionem fie
ri in stirpes: Quod probat expressè tex. in au-
then.post fratres la secunda. C.de legit. hæred.
ubi hanc diuisionem in capita fieri dicit text.
quando agitur inter eos, qui sunt in gradibus
remotioribus post fratres,& fratrum filios. Et
idem dicitur in corpore unde ille tex.sumitur.
Idem indistinctè concludit Bal. ut siue cum pa
truo, siue inter se diuidant, fiat diuisio in stir
pes, tam in feudalibus, quàm in allodialibus
in cap.primo,in princi.de success feu. idem ip-
se concludit in tit.de nat. success. feu.in fin. Et
hoc præsertim procedit in casu, quando ex u-
no fratre fortè extabant tres filij, ex alijs duo-
bus fratribus singuli filij, & unus ex illis dece-
dat, prout est casus noster, licèt maior uidere
tur dubitatio, si unus ex illis tribus filiis unius
ex fratribus decederet, ut tunc sui fratres car-
nales tantum admittendi uideantur, non autẽ
etiam alij fratres patrueles. licèt Bald. ibidem
etiam in casu isto idem concludere uideatur,
ut ibi per eum. Idem tenet in cap. primo.§.et
quia uidimus in prima colum.de his qui feud.
dare poss.idem concludit Bart. & pleniùs Bal.
Insti.de legit.agnat.success. in §. hoc etiam ad-
dendum,& Bald idem firmauit in consil. 199.
uolum.3.ubi loquitur non solùm quando agi-
tur de hæreditate patrui inter patrueles diui-
denda, sed etiam quando agitur de hæreditate
unius ex patruelibus defuncti cum cæteris pa-
truelibus diuidenda, ut per eum in tertia quæ-
stione,qui est casus noster, quicquid distinxe-
rit Io.de Ligna ut infra dicam. Hoc idem no-
tabiliter concludit post longam disputationẽ
subtilis Fulgos.in dicta authen. cessante. C. de
legit.hæred. ubi dicit quod hanc opinionem
iudicando sequeretur, idem etiam tenet An-
gel.in §. reliquũ.in authen. de hæred. ab intest.
uenient.& hanc opinionem approbat, & dicit
esse communem Matthesil in tracta de succes.
ab intesta.in tertio artic.principali, in uersic 2.
dubitatur & in uersicul quando autem, & ibi
Ludouic' Bolog.idem firmat. Item communẽ
hanc esse dicit Ioannes Fab. in § cæterùm In-
stit.de legit.agnat.success. Denique hanc opi-
nionem egregiè confirmat, & communẽ ap-
pellat allegans plerosque ex supradictis & a-
lios etiam dominus Alexan. in consil. 55. col.
secunda uersic.confirmantur præfata uol. 4. &
etiam Andr.Sicul. in eodem casu consuluit cũ
Alexandro & eius consilium ibidem annectitẽ
ut in nona colum. num.22. quibus addo Cas-
sam idem tenentem,& communem appellantẽ
in consil.47.colum. 6. uersic. sed quicquid sit.
Ratio autem fundamentalis & pręcipua huius
opinionis, & per quam tollitur fundamentum
8 opinionis contrariæ est, † quia isti filij pluriũ
fratrum prædefunctorum à lege considerãtur
tanquàm plures lineæ prouenientes ab eorum
patribus uti stipitibus, & capitibus earũ, ideo
non considerantur capita,sed considerantur ut
tot lineæ quot erant patres eorum, & sic ipsi
fratres à quibus isti descendunt, & hoc dicunt
omnes doctores hanc partem tenẽtes, & in spe
tie Bart.in d.consil.173. Bal. in addit.ad Spec.
de succes.ab inte.& alij.quos supra retuli.
9 Unde non est † uerum id quod Azo. & sequa
ces dicebant, v3 quòd cum isti sint in pari
gradu,nec cum aliquo patruo concurrant, nõ
est opus eos subintrare,seu repręsentare perso-
nam patrum suorum:immo uerè Doc, omnes
dicunt,quòd ẽt isto casu quando non concur-
runt cum patruo considerantur ut quęlibet li-
nea,non autem ut corpora, seu ut capita, Et
ista est ratio decisionis tex.in authen. post fra-
10 tres.la secunda.C.de legi.hæred † ubi hęc opi
nio euidentissimè probatur, dum uult, qđ di-
uisio fiat in capita,& nõ in stirpes,quando suc-
cessio peruenit in eos, qui sunt in gradu post
fratres, & eorum filios, inter quos uult diui-
sionem fieri in stirpes. ratio inquam est, quia
filij fratrum considerantur,ut ipsi fratres, si ui-
uerent,cum illis in hoc ęquiparentur,ita quòd
diuisio ita in stirpes inter filios fratrum fit,quẽ
admodum & inter ipsos fratres: ideo oportet
fateri quòd illorũ personas referũt prout doc.
pro hac parte allegati dicunt, sed in cęteris de-
scendentibus ab ipsis stipitibus, remotioribus
non sic ut in illo tex.dicitur:quod etiam apertè
dicitur in §.si uerò neque fratres. in Auth de hę
red.ab inte ueni. ubi si neq; fratres neque filij
fratrum adsint,tunc cęteri deinceps, prout in
gradu proximiores sunt,admittãtur, quasi di-

cat,

cat, non repræsentabunt personam seu gradum
præcedentem, prout de superioribus dictū est.
Sed quisq; repræsentabit gradum illum, in quo
reperitur: Item si plures sint in eodē gradu, nō
pro uno reputabuntur repræsentando eorū ca-
put, prout in præcedentibus, hoc est in filiis fra
trum erat, sed secundùm numerum personarū
succedent & sic in capita, quæ diuisio in capita
incipit fieri tantummodo, qñ successio est de-
uoluta ad illos, qui sunt post fratres, & post fi-
lios fratrum.

11 Et est animaduertendum, quia † lex in qua-
cunq; successione mādat diuisionē fieri in stir
pes usq; ad lineā trāsuersalē sed nō post filios
fratrum. nam in linea descendentium fit in stir
pes diuisio, ut dicitur in §. cùm filius. Instit. de
hære. quæ ab intes. defer & in §. j. in auth. eo tit.
pariter in linea ascendentiū, ut ibidē in §. si igit
defunctus: Item in linea transuersali hoc idem
est ut in §. si autem defuncto. Diuisio autem in
capita incipit fieri in d § si uerò neq; fratres ui
delicet post filios fratrum, adeo q incipiendo
à linea descendentium usq; ad filios fratrū in-
clusiuè diuisio indistinctè fit in stirpes, & sic
siue filij fratrum concurrant cum patruis, siue
non: Item siue agatur, de hæreditate patrui, si-
ue de hæreditate unius ex patruelibus, ut Doc.
hanc partē tenentes dicunt, & apparet hoc esse
ex mente iuris, nec lex aliqua distinxit hos ca-
sus, sed simpliciter, & absolutè omnes absque
ulla distinctione dixerunt, ut ex præmissis
apparet.

12 Præterea † istud apertissimè probatur p tex.
in c. 1. in fi. de nat. succ. feu. ubi si moritur ille in
cuius persona erat feudū, sine filiis, admittunt
primò illi, qui ex sua ipsius linea erāt, & isti pro
ximiores dñr: Deficientibus aūt oībus ex sua li
nea, tunc ceteræ lineæ æqualiter admittunt, &
sic considerant lineæ ut inter eas æqualiter fiat
diuisio, non aūt consideratur personarum nu-
merus, quæ in lineis reperiuntur. Sic igit in ca-
su proposito in diuisione bonorum Gaij sine
descendētibus ab intestato defuncti, & sic om-
nibus ex sua linea deficientibus, admittent duæ
aliæ lineæ æqualiter, ut dicit ille tex. uidelicet,
linea Seij, & linea Sempronij, quia deficit alia
linea, uidelicet Titij ob mortē Gaij absque de-
scendentibus, ut ad unguē dr in illo tex. & Bal.
ibi ita in specie concludit loquendo, qñ tracta
tur de bonis unius ex patruelibus defuncti, &
tam in bonis allodialibus q̃ in feudalibus, & li
cèt Bal. in discursu disputationis dicat ad illū
tex. posse de facili tēderi tenendo opinionem
Azo. quod loquat de nascente ex linea recta de-
scendente non aūt de nepote, & ex fratre: Ta-
men illud nihil est quia licèt habito respectu
ad primum acquisitorē possit ille dici de linea
recta descendentium, prout semper hoc erit, tā
considerando personam, in qua deficit linea &
de cuius successione, nunc agitur, & habito re-
spectu ad illos, qui succedere illi dicentur, non
est dubium, quod sunt agnati transuersales nō
autem descendentes, prout ex serie illius lite-
ræ manifestè colligitur.

13 Non omitto † etiam aliam rñsionem, quam
ad illum tex. tradebant aliqui non ualentes illū
euadere, Dicebant enim qđ intelligi dēt ut li-
neæ admittantur æqualiter, ut text. dicit, & sic
in stirpes uerū diuisio postmodū fiet in capi-
ta. Certè pace ipsorum dictum sit ista vr̄ satis
absona, & inepta intelligentia, nam in eo tex. ni
hil aliud quæritur, nisi ad quos, & qūo feudum
& bona illa perueniant, ut ex uerbis tex. apertè
colligitur. Nec ullo modo conuenit, ut il-
le text. dicat æqualiter succedere, & sic in stir-
pes, & nos postea ex nostro capite dicamus, di
uisionem in capita fieri, istud enim esset dicere
14 contrarium eius, † quod tex. dicit, uel saltē, qđ
illa esset decisio uerbalis oīno, & sine aliquo
effectu contra l. ij. in fin. C. commu. de leg. l. j §.
vlt. ff. quod quisq; iur l. pen. § docere. ff. ne quis
eum. l. hæc stipulatio § diuus. ff. ut legat. nomi
ne caueat. Bal. in Rub C. de empt & uend. in 9.
quæst. cum multis similib. ad quid enim dixis-
set tex. quod aliæ lineæ æqualiter admittantur.
& sic in stirpes, si mens eius fuisset, quòd diui-
sio postmodum fieret in capita: Ista enim re-
pugnāt recto sensui cuiuslibet, & absurda sūt,
ideo reijcienda. l. nam absurdum. ff. de ope. lib.
15 l. Pompo. † ff. de neg. gest. Bal. cons. 29. col. 2.
in fi. uolum. 1. immo ut cesset absurditas, licet
interdum aliquid cōtra rationem fateri, ut tra
dit Castren. cons. 100. uersi. illud autem uol. 1.
& à uerbis recedere. Alex. cons. 93. col 3. uersi.
& si aliter diceremus uol. 3 Ancha. consi. 190.
in fi. multa allegat Socin. I un. consil. 1. numero
122. uolum. 1.

16 Quibus sic † stantibus apparet responsum
ad primum argumentum in quo potiss. funda-
tur opinio Azonis & sequacium, uidelicet, qđ
cùm isti patrueles sint omnes in pari gradu,
non est opus ut subintrent, aut repræsentēt per
sonam aut locum parētum suorum, sed quisq;
in gradu, in quo reperitur, admittetur, ut in §.
et quamuis Institu. de legit. agnat. success. cum
alijs ibi allegatis: Nāq; dico quòd immo isti
considerantur tanquam tot lineæ, quot erāt eo
rum patres, et ut singulæ lineæ admittantur, vt
17 supra probatum est. Et illud † quod dicitur in
d. §. et quamuis Insti. de legit. agna. succ. proce-
dit qñ plures sunt in eodē gradu eiusdē lineæ,
tunc diuisio æqualiter inter eos fit, prout qsq;
in illo gradu reperitur, sed secus qñ in pari gra
du, sed diuersarum linearum, ut in casu nostro.
Itē illud ēt procedit, ut fiat diuisio sc̄dm nu-
merum personarum, licèt sint etiam in diuersis

lineis, q̃ñ scilicet sunt post fratrum filios, ut in d. §. si uerò neq; fratres in auth. de hæred. ab intest. ueniunt. uerùm inter filios fratrum non sic fit diuisio, sed in stirpes ut in prin. illius tex. & in authen. post fratres. C. de legit. hæred. & dictum est superiùs.

18 Non obstat tex. in l. ij §. hæreditas. ff. de suis, & legit & tex. in §. hoc etiam addendum Insti. de legit. agnat. succes. & in l. lege duodecim tabularum. C. de legit hæred. in quibus expressè dicitur, quod fit diuisio in capita. Quoniam ista iura procedunt prout loquuntur, secùdùm ius Digestorũ & Codicis. at secus postmodum dispositum fuit de iure authenticorum, & ista fuit responsio Gl. in l. j. § ult. in uers. equisimũ, in uerbo uendicationum. ff. si pars hæred. pet. sequitur Cyn. in d. auth cessante Bar. in d. l. ij. §. hæreditas. ff. de suis & legit. Alex. in d. cons. 55. col 3. circa med. uol. 4.

19 Et licèt Ioan. de Lignano in cons. 76. inter consil Bruni. restrinxerit hanc conclusionẽ q̃ñ inter patrueles agebatur de hæreditate unius ex patruis defuncti, secus autem uult quando ageretur de hæreditate unius ex patruelibus defuncti inter cæteros patrueles diuidenda, quia tunc concludit, quòd in capita fiat diuisio: Tamen ista eius restrictio est parum probabilis, & Docto. quos supra retuli, tenentes diuisionẽ inter patrueles, & sic inter filios fratrum fieri in stirpes indistinctè loquuntur, nec considerãt de cuius hæreditate agatur, scilicet an adsit pattuus necne: quia quando adest, minor est dubitatio, diuisionem in stirpes fieri, licet & quando non adest patruus, sed soli sunt patrueles, idem concludunt, ut Gloss. Bart. Bald. Angel. Fulgos. Matthesil Bolog. Alex, & alij de quibus supra. Sed nec Azo. & sequaces hoc considerant, aut distingunt, an agatur de hæreditate patrui, uel patruelis, sed an patrueles concurrant cum patruo, an ipsi soli sint: quia priori casu repræsentant necessariò personam patris eorum, posteriori uero secus: sed in hoc contrarium dicunt alij Doctores communiter: cum immo utroque casu locum habeat illa repræsentatio, & iura hoc probant, ut supra deduxi. & tex. in dicta auth. post fratres, & in corpore dum uolunt quòd inter fratres & filios eorum diuidatur in stirpes non faciũt uerbum aliquod, an tractetur de hæreditate patrui uel patruelis, sed simpliciter, & absolutè loquuntur similiter tex. in d. c. t. de nat. success. feud in fi. dum dicit quòd aliæ lineæ æqualiter succedunt, pariter nullam uim facit super hoc cuius nam sit hæreditas illa, quæ est diuidenda. Vnde cùm nec iura loquentia in materia, nec-

20 que etiam Doctores distinguant in † hoc, nec nos distinguamus cum facile eis erat, si id uoluissent l. j. §. si autem ad deficientes. C. de cad. tollen. l. iij. §. & generaliter. ff. de leg. præstan l. de precio. ff. de public. in rem actio. cum simil. immo uero Bal. in d. consil. 199. uol. 3. expressè, & in indiuiduo in terminis istis, quando agitur de hæreditate unius ex pattuelibus defuncti, tenet diuisionem in stirpes fieri, & ita etiã intelligit Gloss. à qua in iudicando dicit difficile esse recedere.

Et licèt Bal. uideatur in hoc articulo mutasse sententiam, quia in Auth. cessante dicit, quòd aliàs non audens recedere a Glos. in consulendo tenuit, quòd in stirpes fieret diuisio, tamen sibi uidetur, quòd opinio Azo. & sequaciũ sit magis consona literæ. Sed uerè contrariũ est, quia immo magis consonum literæ est, ut, inter fratres & filios fratrum fiat diuisio in stirpes, & non in capita ut in d. authẽ. post fratres, & etiam in d. cap. t. de nat. succes. feud. ubi deficiente linea morientis aliæ lineæ æqualiter uocantur.

Et propterea Bal. ibi per hanc rationẽ & per illam literam in d. auth. post fratres cogit hoc fateri, & ita concludit, & residet in uers. & not. per istam Auth. num 3. quòd diuisio fiat in stirpes, quia tex. ibi dicit quod post fratres, & filios fratrum fit diuisio in capita, ergo inter fratres & filios fratrum fit in stirpes, quia in eis cõsiderãtur stirpes à q̃bus procedũt, hoc est eorũ prẽs, & ita ipse ibi residet, inferens ex ista conclusione, Ad q̃onem, ut per eum, & sic etiam ibi cogitur fateri ueritatẽ, quę est q̃ in stirpes

21 fiat diuisio. Et ista † est communis, ut dixi eam enim tenet Glo. in Auth. cessante. C. de legit. hæred. & in auth. de hæred. ab inte. uenien. in §. si autem defuncto. in uer. fratres fuerint, & in l. j. §. ultimo ff. si pars hæred. pet. à qua in iudicando non receditur, quando est à Doctoribus approbata eam sequitur Dyn. Iac. de Beluis. & Cyn. in d. authen. cessante Bartol. & legendo, & consulendo, ut in l. ij. §. hæreditas. ff. de suis, & legit. in consil. 173. & Instit. de legi. agnat. success. in §. hoc etiam addendum ubi Bal. pleniùs & Ioan. Fabri. ibidem dicit hanc esse communem idem Bal. hanc opinionẽ semper tenuit, & legendo, & consulendo ut in dicto c. t. de succes. feu & in c. t. de nat. succ. feu. & in c. 1. § quia uidimus t. col. de his qui feud. dare poss. & in addit. ad Spec. de success. ab intest. & in consil. 199. uolum. 3. & ita etiam tandem cogit fateri in d. auth. cessante Ang. in § reliquũ in auth. de hær. ab inte. uenien. Fulg. in d. auth. cessante Matthesil. in suo tract. de succes. ab intest. ubi attestatur hanc esse communem, & ibidem Ludo. Bolog. Alex. cons. 55. uol. 4 & ibi etiam And. Sicu. Cassan. cons. 47. col. 6. uers. quicquid sit ubi hanc dicit esse communem. Laus Deo, et Virgini Matri.

Paulus Leonius Patauinus Duc. Consil.

CON-

CONSILIVM V. I. D. PAVLI Leonij Patauini.

ARGVMENTVM.

¶Patre transeunte ad secundas nuptias, bona pertinent ad filios, seu filias prioris matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Filia succedit in bonis matris & auia æqualiter cum patre. & num. 3.*
2 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*
4 *Intellectus ad statutum Patauinum de successione mulierum.*
5 *Quilibet potest de suis bonis ad libitum disponere, præsertim relicta legitima illis quibus de iure est relinquenda.*
6 *In successione ex testamento pater non necessariò habet usumfructum bonorum filij, quia potest aliter filius disponere.*
7 *Conceptus et natus post mortem alicuius non efficitur illi agnatus.*
8 *Pater tenetur bona ex prima uxore prouenientia filijs priori matrimonij reseruare, nec de illis testari potest.*
9 *Hæreditas adita, an et quando dicatur propriè et uerè hæreditas, remissiuè.*
10 *Statuta ita intelligenda sunt, ne quis indebitè damnum patiatur. Item ut minùs lædatur ius commune.*
11 *Soror defuncti fratris admittitur ad bona materna exclusis fratribus consanguineis.*
12 *Mater transiens ad secundas nuptias priuatur nedum alijs bonis; sed etiam legitima quò ad proprietatem. Quod locum habet etiam secundò nubente, & nu. 14.*
14 *Pœna priuationis apposita, mulieri secundò nubenti habet locum etiam in uiro ad secundas nuptias transeunti.*
15 *Renunciatio filiæ in bonis patris potest rescindi ratione immodicæ læsionis etiam iurata.*
16 *Certioratio & alia requiruntur ad hoc ut renuncians excludatur à petenda restitutione in integrum.*
17 *Metus reuerentialis infringit renunciationem.*
18 *Promissio de ratificando actum intelligitur de actu qui non sit improbatus.*
19 *Actus nullus non inducit pœnæ commissionem.*
20 *Contrahentes ac alij disponentes censentur uelle id quod ius disponit.*
21 *Non dicitur contrauenire qui illud facit lege permittente.*
22 *Promittens quòd talis ratum habebit excusatur si facit posse suum.*

CONSILIVM XXX.

PERSTRINGENDO rem ad casum qui nunc extitit, puto Claudiam posse ueridicè quidem prætendere nunc mortuo eius patre successionem in bonis matris & auiæ maternæ à fratribus natis ex secundò matrimonio, hæredibus institutis à patre, quia præsuppono pro uero, quòd quando Fabius filius masculus frater dictæ Claudiæ utrinque coniunctus decessit, mortua iam matre & auia ma-
1 terna eidem successit Lælius eius pater pro dimidia & Claudia pro alia dimidia in effectu præsupponendo quòd Lucia fuerit iam de medio sublata per mortem uel aliter, & præsupposito etiam quod Ioannes frater uterinus fuerit uti forensis horum bonorum incapax, ex dispositione statutorum loci. Nec dictæ dominæ Claudiæ quicquam obesse potuit transactio inita inter præfatum eius patrem & dominum Ioannem. Quoniam ipsa non interuenit in illa transactione nec ullus alius eius
2 nomine, Ideo res inter alios acta † nihil ei nocere potest. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. & toto titulo res inter alios acta &c.
3 Dico igitur † Dominam Claudiam omnino consequi posse in primis suam portionem bonorum maternorum, & auiæ maternæ. Et sua detur hoc esse uerum tam ex dispositione iuris communis, ut est casus in authen. defuncto. C. ad Tertullian. & in corpore, quàm etiã ex dispositione statuti sub Rubr de success. mu-
4 lierum circa princip. versic. Et † si quis habuerit filium & filiam, ubi casus noster decidi uidetur, uidelicet quòd si pater habeat filium & filiam uel filias ex eius uxore, & moriatur filius, eius soror aut sorores succedunt unà cum patre pro uirili, saluo tamen usufructu ipsi patri; Et iste est casus noster ad unguem, Nec dicat aliquis illum uersic. loqui ex testamento, & sic quando frater expressè unà cum patre sororem aut sorores uocauit. Quoniam istud minimè uerum est, Nam uersicul. præcedens, possit tamen ille, bene loquitur ex testamento. Sed posita illa decisione uidelicet, quòd quilibet potest ad sui libitum disponere prout uoluerit in sua ultima uoluntate, postea reuertitur ad suam materiam uidelicet, quomodo mulieres ab intestato succedunt, quod satis apertè ex modo loquendi colligitur, si rectè illud intueamur.

Sed præterea istud necessariò deprehendit, quia subijcitur in eodem cõtextu, q̃d soror fratri unà cum patre pro uirili succedit, dũmodo pater, quoad uiuat, habeat usũfructũ, ergo nõ

loquitur niſi de ſucceſsione ab inteſtato. Quia
in ſucceſsione ex teſtamento ſoror poteſt fra-
tri ſuccedere etiam non unà cum patre pro ui-
rili, quia quilibet poteſt de ſuis bonis ad libi-
5 tum diſponere,† præſertim relicta legitima il-
lis, quibus de iure eſt relinquenda, l. prima C.
de ſacroſanct. eccleſ. l. j. in princ. ff. ad l. Falcid.
§. diſponat, Authen. de nup. & in terminis eſt
text. in §. ſi igitur legitima eo. auth. l. non uſ-
queadeo. ff. ſi à parente quis fuerit manumiſ.
quod & ipſummet ſtatutum ſupra proximè di
xerat in verſic. præcedenti, & ad præfata facit,
quod tradit Salyce. in Auth. ex teſtamento in
ſecũda ſucceſsione. C. de ſecundis nup. ubi ple
niùs ſuccedituꝛ ex teſtamento, quàm ab inte-
ſtato. Quoniam ex teſtamento ex libera diſpo
6 nentis uoluntate,† non ſic autem ab inteſtato,
ut ibi per eum, ad quod facit ꝙ interpretando
aliud ſtatutum in ſimili propoſito tradit Curt.
ſen. in conſi. 37. col. 4. in fi. uer. Quartò hoc pro
batur. Item in ſucceſsione ex teſtamento non
eſt neceſſarium, quod pater habeat uſumfru-
ctum bonorum filij ſui per fratrẽ eius relicto-
rum, quia poteſt ſecùs prouideri auth. excipi-
tur. C. de bon. quæ lib. ergo impoſsibile eſt, qđ
ille uer. in ſucceſsione ex teſtamento intelliga-
tur, præterquam ꝙ cùm ille tex. loquatur de ſuc
ceſsione patris filio ſuo, & filiusfamilias teſta-
ri regulariter non poſsit. l. nam is. ff. de donat.
cau. mort. & Inſtit. qui non eſt permiſſum fa-
cere teſtamentum. non eſt conueniens, quòd
intelligatur de ſucceſsione ex teſtamento, quo
niam oportebit reſtringere ad filium, qui eſſet
emancipatus, uel miles, &c. Quod non eſt di-
cendum, quia ſi ſtatutum de his ſenſiſſet, ueri-
ſimiliter dixiſſet. l. labeo ad fi. ff. de ſupelle. leg.
l. j. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollẽ.
igitur congruentiùs, & magis ad mentem ſtá-
tuti eſt, ut intelligatur de ſucceſs. ab inteſt. non
autem ex teſtamento &c.

Et iſta intelligentia uidelicet, ꝙ ſoror ſucce
dat fratri ſuo defuncto etiam ab inteſtato unà
cum patre, quando alius frater maſculus non
ſupereſt, eſt iuri & rationi, ac omni æquitati
ſummopere cõſentanea: quia cùm iſte Fabius
frater defunctus nullos alios hẽat fratres, nec
poſsit habere, quia etſi pater illo iam mortuo,
aliam duceret uxorem, & filios ſuſciperet, non
efficerentur propterea illi iam defuncto fra-
7 tres aut agnati, quia poſt eius mortem conce-
pti, & ex alia matre iuxta tex. in l. j. §. ſi quis pro-
ximior. ff. unde cognati. l. prima. § ſciendum in
fine, & l. Titius ff. de ſuis & legiti. & in l. ſi quis
filio exhæredato in princip. uerſicu. non fuiſſe
autem filio. ff. de iniuſto, rup. irritoq; teſtamen
to, ſed tantummodo ſuperſit pater & ſoror nõ
eſt conueniens, ut ſoror excludatur in totum,
prout rectè excluditur, quando alij fratres ma-
ſculi ſuperſunt, ut dicit ſtat. in princip & in
uerſic. idem intelligendum eſt. Et multò ma-
gis hoc in terminis iſtis procedit, quia ſic om-
nia bona matris & auiæ Claudię tranſirent, &
pertinerent ad filios ex ſecunda uxore ſui pa-
tris ſuſceptos: qui nihil penitus attinebãt ma-
tri nec auiæ ipſius Claudiæ, ipſa uero in totũ
excluſa remaneret, quod ſatis iniquum & irra
8 tionabile foret. Sed iſtud † præterea deciſum
reperio in longè fortioribus terminis per Sa-
lycet. in l. fœminæ §. illud in fine. C. de ſecund.
nupt. ubi format quæſtionem talem, ſtante ſta
tuto quod excludebat filiam fœminam pro-
pter fratrem maſculum, ac etiam propter pa-
trem, quod eſt fortius, ſi contingat matrem
decedere, ſuccedit filius maſculus excluſa filia
ſorore ſua, ſi poſtea filius maſculus decedat,
ſuccedit ſolus pater excluſa filia, quia ſtatu-
tum illud eam non admittebat unà cum patre
ad ſucceſsionem fratris, prout ſtatutum no-
ſtrum facit, uult tamen quod poſtea pater a-
liam ducat uxorem, & ex ea filios ſuſcipiat,
quòd nihilominus filius prioris matrimonij
obtineat bona illa excluſis filiis ſecundi ma-
trimonij. Et ratio eſt, quia pater illa bona ex
priori uxore prouenientia, & quæ ad eum ex
perſona filij maſculi prioris matrimonij per-
uenerunt, ita tenetur reſeruare etiam filiis
prioris matrimonij, licèt per eum priùs ex-
cluſis ſicut & mater tranſeundo ad ſecunda uo
ta tenetur. Et ſic ſequitur quòd cum pater te-
neatur huiuſmodi bona filiis prioris matri-
monij reſeruare, non potuit de his bonis te-
ſtari in filios ſecundi matrimonij: qui nihil iu-
ris habent in illis bonis, in præiudicium domi
næ Claudiæ reſpectu horum bonorum, quæ
prouenerunt ab eius matre & auia materna.
Vnde ſequitur quòd Domina Claudia nedum
ad dimidiam horum bonorum admittatur,
quæ ex diſpoſitione ſtatuti in dicto uerſic. Et
ſi quis habuerit filium & filiam, ad eam per-
tineant. Verùm etiam ad omnia illa bona,
quæ patri ſuo ob mortem Fabij obuenerunt,
per illam deciſionem Salycet. in dicto §. illud,
ubi dicit ſe ita in facto obtinuiſſe. Et illam
deciſionem approbat Albert. Brun. in tracta-
tu quòd ſtantibus maſculis in octauo articu-
lo, quæſtione decimaquinta, & Ruin. idem di-
cit in conſilio 58. uolum. quinto. Et facit ad
prædictam concluſionem quod tradit Dec. in
conſilio octuageſimoſeptimo, colum. 3. uerſi.
Et hoc etiam procedit, ubi ex quo pater trãſit
ad ſecundas nuptias, ei uſusfructus iã acquiri
tur, & ex tunc proprietas acquiritur filiabus
primi matrimonij; itaꝙ & ſi interim decederẽt
nihilominus ad filios tranſmitteretur, Ergo pa
ter de his diſponere non poteſt ad illarum præ
iudicium, ut in ſpecie declarat Roman. in l. ſi
cum

ςum dotem colum.10. uerſ. tu tamen aduerte,
num.33.ff.ſolut.matrim. Cùm enim pater ho
rum bonorum uſufructuarius tantummodo
eſſet non poteſt talia bona alienare. & ſi quidē
obierit,poteſt filia uendicare, præſertim cum
non ſit eius hæres,ut tradit Natta in conſ.214.
in princip.Nec dicatur quòd ex quo iſta bona
priùs delata fuere ad Fabium filium maſculū,
non dicuntur amplius bona materna, ſed ex il-
lius aditione deſierunt dici bona materna, per
not in l.prima.§.ueteres.ff.de acquiren poſſeſſ.
ſed ſi plures §. filios ff. de uulgaris.& pupilla.
Ideoque in eis nullum ius habere poſsit Domi
na Claudia: quoniam dico, quòd immo non
ppterea minùs dicūtur bona materna, quò ad
hoc ut filiæ poſsint ea conſequi, ut eſt deciſio
Cor.in terminis in conſil.311.colum.ſecunda
uer.Et licet bona matris tranſeunt in filium uo
9 lum.4.Nam poſita pro uera illa opinione,† qđ
hæreditas adita non dicatur amplius propria,
& uera hęreditas.Quam concluſionem ego co
pioſè tractaui in l.qui Romæ. §. duo fratres in
primo not.ff.de uerbo.obligat. & contrarium
uerius de iure demonſtraui, tamen etiam illa
opinio non obſtat in caſu noſtro. Quoniam
illa, ſic limitatur non procedere, quando per
ſtatutum excluderentur cognati propter agna
tos, & uerſaremur in hæreditate, ſeu bonis ma
ternis. Quia licet agnatus bona illa prius acqui
ſiuiſſet, tamen adhuc bona materna dicuntur,
præſertim cum ſic ſeruetur diſpoſitio iuris cō-
munis, quod corrigitur per iſta ſtatuta, quod
fauorabile eſt, l. præcipimus in fi.C.de appell.
10 cap.cùm expediat de elect.in 6. & † ita ſemper
ſunt interpretanda ſtatuta, & ne quis indebi-
tè damnum patiatur, ut in ſimili caſu declarat
Riminal.in conſil.172.colum.3. ubi ſtatutum
uocans proximiores intelligitur de proximio-
ribus ex utroque latere, prout de iure commu-
ni intelligitur,& ne quis debita ſucceſsione pri
uetur,Ita ergo in propoſito bona materna ad-
huc iſta dicentur,licèt per filium agnita,prout
de iure communi intelligitur. Et ne Domina
Claudia indebitè priuetur ſucceſsione matris
& auiæ. Et ad alios deueniat, qui illis mulie-
ribus nihil attinebant Alciat.in conſi.22.lib.2.
Natta conſil.172.colum.1. Diſpoſitio autem
11 iuris cōmunis eſt,ut † ſoror admittatur ad bo-
na materna excluſis fratribus conſanguineis
tantùm.l.de emancipatis. C. de legit.hæredib.
Corneus in conſil.311.in princ.uolum.4.Et in
terminis iſtis illam concluſionem, quod hære-
ditas deſinat dici hæreditas per aditionem, ita
limitat Brun. in dicto ſuo tractatu in octauo
membro in 18. qōne in fine: Sed præterea ca-
ſus iſte uidetur decidi per Bal.in authen. ex te-
ſtamento in ult.quæſtione. C.de ſecund.nupt.
immo per Iuſtinianum in §. . . . . . . in au-

then.de non elig.ſecundò nub.ut Bald. ibi di-
cit; Concludo igitur Dominam Claudiā con-
ſequi indubitanter debere portionem ſuam bo
norum iſtorum ob mortem Fabij fratris ſui,
cui ipſa unà cum patre ſucceſsit ſaluo uſufru-
ctu ipſius patris, & hoc ex diſpoſitione iuris
communis, ac etiam ſtatuti ſupra ſcripti; Item
& portionem ipſi patri obuentam, quoniam
illam reſeruare tenetur filijs primi matrimo-
nij per doctrinam Salyceti & Brun.ſupra alle-
gatam ſicut mater tenetur,ut Bald etiam dicit
in d.auth.ex teſtamento in princ. & in ult.col.
uerſ.ſed ſtatim ubi promiſcuè loquitur tam de
12 uiro,quàm† de uxore,ſequitur Ioā. de Garon.
ibi num.55.& ſequenti, ubi uerisſimam dicit
opinionem Bal.& communem. Et illud quod
in matre ibi dicitur, dicit & in patre procede-
re, ut per eum ante num.28.in uerſic. ſed quia
iſte tex.per not.in d. l.fœminæ. §. illud eod.tit.
immo hoc procedere dicit,etiam in alijs aſcen
dentibus,ut ibi per eum poſt Matheſil. quem
allegat.Et de hoc eſt tex.in l.mater. C.ad Tert.
ubi matre tranſeunte ad ſecundas nuptias pro
prietas bonorum paternorum tranſit ad filios,
uel ad filias prioris matrimonij; Ergo idem in
patre ſecundo nubente ſeruandum eſt per ſu-
pradicta,idem dixit Bald.in conſi.314. in pri-
mis uerbis uolu.4.Et quod idem dicit in conſ.
13 49. . . . . . ubi nedum alijs bonis† ſed etiam le-
gitima priuatur mater tranſiens ad ſecūda uo-
ta.Et licèt ibi adeſſet ſtatutum,idem tamē eſſe
dicit de iure communi, & in conſ.131.eo. uo-
lum.& quod idem Bal.dixit in conſ.43. uol.2.
& facit etiam quod tradit Pet.de Anch in con-
ſil.101.in princ.& in conſ.278. ubi fauore fi-
liorum primi matrimonij introductum eſt, ut
mater trāſiens ad ſecundas nuptias habeat tan
tummodo uſumfructum talium bonorum,un
de ſi omnes deficerent, tunc ēt proprietatem
haberet,& idem dixit in c ult.col.2.nu.8. de ſe-
cun.nup.& quod dicit Dec.in conſil.296.ubi
etſi filia per ſtatutū excluditur à ſucceſsione,
tñ nō excluditur ab iſto lucro, qđ illi ex diſpo
ſitione legis obuenit,pp tranſitum ad ſecūdas
nuptias.Et iſtud qđ dicunt Doct.de hac pęna,
quæ imponitur mulieri tranſeunti ad ſecundas
nuptias,hēt locum etiam in patre, ut ſupra di-
xi,ex Salyc.& alijs ſupra allegatis,quibus nunc
addo Dec. multum ad propoſitum noſtrū in
conſ.87.col.2.uerſi. Reſtat ergo tertius caſus,
Vbi multos ad hoc allegat præter notata in d.
l.fœminæ.§.illud C.de ſecund. nup. ubi etiam
dicit illud,quod ego ſupra dixi, quòd licet adi
ta fuerit hæreditas per unum filium, non deſi-
nunt propterea illa bona dici materna, & in
14 conſil.230.colum.prima,dicit hanc eſſe cōem
uidelicet; quod pęnę appoſitę mulieri trāſeun
ti ad ſecunda uota habeant ēt locum in patre.

Et hoc idem dixit Anch. in d.cap.ult.de secundis nupt. latè Ruin. disputat, & ita concludit etiam in fortioribus terminis in consi. 58. uol.quinto &c.

Ex præfatis igitur remanet concludendum Claudiam in effectu nunc obtinere posse uniuersam successionem bonorũ matris, & auiæ: Quia tempore mortis Fabij ipsa in dict s bonis unà cum patre pro uirili succesit saluo usufructu etiam portionis suæ ipsi patri ratione patriæ potestatis, iuxta l.j.C.de bon.mater. Qui usufructus ad ipsam reuertitur, & cum proprietate consolidatur, quando transit ad secundas nuptias. Et nunc quando ipse mortuus est, illa etiam portio dictorum bonorum, quæ illi contingit, pariter ad filiam prioris matrimonij pertineat; Quinimo hoc dici posset & à tempore, quo ipse transiuit ad secundas nuptias. Quemadmodum hoc in matre transeunte ad secundas nuptias dicitur, respectu bonorum paternorum, quod ad filios prioris matrimonij statim pertinent per supradicta Et istud etiam ita in effectu procedit dato, quòd alia soror nomine Lucia superuixerit Fabio fratri: quoniam ipsa & pariter Claudia unà cum patre pro suo uirili portione successit d. Auth. defuncto. C. ad Tertul.& in corpore. Et etiam in statuto loci ut supra deducto, cui Lucię postea defunctæ similiter pater, & soror uiriliter succedunt iuribus præfatis, & denique Claudia cum sola superstes sit, succedit in istis bonis etiam proportione, quæ ad patrem peruenerat: quoniam ipse cum ad secundas nuptias transit reseruare tenetur filiis prioris matrimonij, ut supra susiùs probaui &c.

Verum unus tantum superest scrupulus, qui aliquam difficultatem potest in materia ista, uidelicet, quia Claudia renuntiauit patri suo, cùm dotaretur, successioni matris & auiæ, &c. ut in instrumento dotali continetur.

15 Sed tamen † puto posse ex pluribus difficultatem hanc tolli. Et primò quia ipsa Claudia ex illa renuntiatione non modicè læditur. Primò enim si illius pater amisit usumfructũ portionis, quæ ad ipsam iure proprietatis pertinuit ob mortem Fabij sui fratris à tempore quo ipse eius pater transiuit ad secundas nuptias, quod fuit ultra annos uiginti: Item & ab illomet tempore amisit pater etiam portionem propriam ad fauorem & commodum filiæ prioris matrimonij, sequitur ex hoc immodica læsio respectu fructuum tot annorum, Item aderant etiam alia bona, ut ex ęstimo mihi exhibito apparet. Item auia materna dictę Claudiæ eidem reliquit ducatos cẽtum in eius testamento pro suo matrimonio.

Et si diceretur quòd ipse eius pater eidem dedit ultra bona illa materna etiam ducatos mille centum de suis bonis. Dico quòd & in hoc læsa remansit: quia isti nec sufficere sibi possunt pro legitima sua portione sibi debita in bonis & patrimonio patris, quod satis amplum & opulentum est, Ideoq́; ratione immodicæ læsionis rescindi renuntiatio illa potest, & debet saltem ope restitutionis in integrum, præsertim cum ipsa minor tunc erat, tempore renuntiationis prout multùm ad propositum tradit Dec.in consil.180. in primo & secundo dubio, ubi uult quòd filia consequi debeat nõ minorem dotem ex bonis patris. quàm sit eius legitima, etiam quando adest statutum excludens fœminas à successione propter masculos, & loquitur ibi in fortioribus terminis, uidelicet quando aderat iuramentum, ut ibi copiosè per eum, idem Dec.in consi.379.colum. ultima, & quod tradit Alciat. responso primo, lib.8.secundùm secundam impressionem. Et
16 ad hoc † ut istæ renuntiationes ualidæ fiant tradit formam Bald in consil.12.uolu.quinto, ubi inter cætera requirit iuramentum, Item adhiberi præsentiã consanguineorum, quorũ utrunque hic prætermissum apparet, item ad hoc ut adulta remaneat exclusa à beneficio restitutionis in integrum, requiritur quòd specialiter de huius beneficij effectu sit certiorata, ut tradit Baldus in consil.47. in ultimis uerbis, ubi istam dicit esse communem, & si aliqui cõtrarium dixerint, & in consil.148. col prima, uer.in contrarium uolum. primo tradit Signorolus de Homod.in consil 216.in princip. ubi loquitur de renuntiatione Velleiani, quòd si mulier non sit certiorata, non censeatur illi renuntiasse, ideo infert ibi quòd nec tutrix dicitur legitimè facta, idem Bal.loquens de beneficio restitutionis in integrum in consil.148. colum.prima uersic.sed dubitatur hic uolum.primo, immo dixit Craue.in consil.282. col.5. & seq. in uer. capio secundum dubium, qđ quando non fuit plenè certiorata de iuribus suis, dolus præsumitur.

17. Præterea ex † alio capite ista renuntistio nihil obstat. Quoniam fuit facta cum persona, in qua cadere potest nimia reuerentia q́ appellatur metus reuerentialis, quia cum patre, cuius uoluntati non censetur audere contradicere filia, ut per Glos.in l.j.§. quæ onecandi.ff.quarum rerum actio non datur. Not.Bald.in margar.ad Innocen.in uersic preces important, & in uersicu.metus facit etiam quod ipse Baldus dicit in consil.316.uolum. quarto, ubi renuntiatio filij patri facta præsumitur metu reuerentiali si iusta causa renuntiandi nõ subest, q́ causa hic nulla adest, cuc. si ista dña renunciauerit iuribus sibi uerè & resliter competentibus pro ducatis mille centum, quos in effectu ex tota patris hæreditate habuit. Et qui nec ad legi

timam

timam portionẽ ascendunt. idem dixit Rimin. in cõs. 39. col. 2. uer. sed posito ꝙ noluisset ubi in effectu concludit qđ renunciatio facta patri per filiam, qñ filiæ est damnosa, & patri utilis, censetur metu reuerentiali facta, & meritò quidem, quia filiæ non audent patri illis sic iubenti contradicere qđ etiam experientia, quæ est efficax rerũ magistra. C. quàm sit de elect. in 6. docet, tradit ẽt Crau. in cons. 11. col. 3. ver. hic tñ admittendum est. Vbi ẽt si iurm̃ in renunciatione intercessisset Qđ minimè in casu nostro fuit, rescindi tñ renunciatio potest data enormi lęsione, ut in casu nostro, & idẽ ipse dixit in cons. nuper edito, quod pro genero inscribitur nu. 254. ubi metus reuerentialis præsumit̃ ob interesse patris. Et ita est commu. opin. prout attestatur Alba in cons. 100. ubi complures allegat, ut uideri potest.

Nouissimè ꝓ decisione huius casus adduco: optimã doctr. Bal. . . ferè in terminis nr̃is immo fortioribus, quia puella acceptis quibusdã prædijs ex bonis maternis causa suæ dotis cæteris iuribus suis renuntiauerat cum iur̃o cõcludit ibi notabiliter Bal. ipsam obtẽta absolutione à iur̃o, posse iura sua & cętera bona cõsequi. Et hoc pluribus rationibus, ut ibi per eum, &c. inter cęteras hanc allegat, quia mulier illa pro rebus suis, quas in dotem accepit, renuntiat alijs suis bonis, & iuribus. Quod itidem in casu nr̃o euenit. Nam Claudia in dotem habuit prędium, quod erat ex bonis maternis suum, ut supra demonstraui: & pro illo renuntiauit cæteris bonis, & alijs iuribus suis sibi competentibus in bonis sui patris, à quo modicum recepit, habitò respectu ad amplitudinẽ patrimonij, quod nec ad legitimam quidẽ & fortè nec ad illius dimidium ascendit meritò &c. Ad hęc faciunt plura, ex his quæ tradit Paul. Castr. in cons. 174. uol. 1. ubi in simil. {¶ Addo qđ in renuntiatione loquit̃: Et licèt non oĩa hic cõcurrant, q̃ in casu illo concurrebant insup, & hic nõ adest iurm̃, qđ ibi aderat.} ex hoc ẽt inferri põt quod licèt Socer Claudiæ promiserit ꝓ se & hæredibus suis, quòd ipsa ratam hẽbit dictã renuntiationẽ ꝑ ipsum factã, asserendo se ab ea hr̃e mandatũ, qđ non uidi, tñ non tenentur ipsius hęredes, hoc noĩe, qm̃ promissio illa quod

18 D. Claudia † ratam hẽbit illam renuntiationẽ, intelligitur quatenus aliàs de iure ipsa ualida sit: non aũt est intelligenda, qñ à iure esset improbata q̃a ista non dẽt dici renuntiatio, quã lex improbat aut rõne læsionis aut alia l. iiij. §. condemnatũ. ff. de re iud. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon poss. contra tab. clem. pastoralis de re iud. Bart. in l. j. §. & parui. ff qđ ui aut clã, Corn. cõs. 140. in prin. uol 4. tradit Bal. loquens in ratihabitione in cons. 101. in fi. & cõs. seq. nu. 3. uol. 3. Et est pulchra decis. Pet. de Ancha. in cõs. 331. col. 5. ver. descẽdo ad obligationẽ Laurẽtij, ubi loquit̃ in fortioribus terminis uidelicet, qñ appositũ erat iurm̃, & promiserat ille de suo in casu nõ sequutę ratificationis, & nihilominus concludit, ꝙ non teneatur promittens ẽt ꝙ non sit sequuta ratificatio, præsupposita iniquitate actus principalis, quia & ipse expromissor potest opponere doli exceptionẽ, quia sublato contractu principali, remanet sua promissio sine causa, ideo nõ põt effectualiter conueniri. l. ij §. circa. ff de excep. doli, & eũ sequitur Soc in cons. 151. col pe. uers. & ex p̃fatis oĩbus & col. seq. uers. 4 q̃ro ex quo uol. 2. ubi in effectu & ipse uult ꝙ promissio ꝙ talis ratificabit intelligit̃ circa ea quæ sunt licita & honesta, non aũt quæ iniquitatẽ continent Et ita dicit fuisse cõsultũ per Alex. & ꝑ alios solẽnes

19 Doct. Et ad prædicta ẽt facit, ꝙ † tradit Anto. Crem. in singul. 112. in fin. ubi ex contractu, q̃ nullus est, non resultat aliqua pęnę commissio per l. iiij. §. condemnatũ. ff. de rei ud Nã q̃libet promissio aut dispõ, licèt ẽt uerbis præcisis facta recipit tñ interpretationẽ à iure, & statutũ reijciens oẽs exceptionẽ contra actũ nõ excludit propterea exceptionẽ, qđ ille non est actus ualidus, ut tradit Dec. in cons. 356. col. 1. uersi. primò ergo non ob. & col. 2. uer similiter non obstat. Et ista talis interpretatio fit & in sñia, q̃ est stricti iuris. l. j C. si plures una sñia. No. Bar. in l. Iulianus col. 3. ff. de cond. inde. cũ sim. ꝓut declarat Paul. Castr. in cons. 270. col. 1. uolu. 2. ita ergo in proposito, licèt simpliciter promiserit socer qđ Claudia ratũ hẽbit illum actum, ĩtelligit̃ tñ quatenus aliàs de iure ualidus sit. & non ĩprobatus, & scđm iuris dispõnem, ut trad. Pet. de Anch. in cõs. 32. nu. 3 & in cõs. 44. circa

20 prin. & cõtrahẽtes † ac alij disponẽtes censent̃ uelle id, qđ ius disponit Alex. in cõs. 122. col. 2. ver. Quinimo uol. 4. Idem Anc. in cõs. 400 col. ult. uer. sed hac rõne non obstante, & in consi. 421. in prin & qđ tradit Bar in l. si qs sub condi. in fi. ff. de condi. insti. Afflı. deci. 361. nu. 27. Itẽ uerba sic intelligenda sunt ꝓut boni & prudẽtes uiri intelligerẽt, ut in alio casu dixit Bal. in cons. 414. in prin. uol 4. unde qđ promissio de ratificando intelligat̃ ẽt qñ illa dña fuit lęsa non esset bona nec prudens intelligentia Item uerba contrahentiu scđm iuris dispõnẽ intelligunt̃ Bar. in l uxorẽ. §. testõ. 2. ff. de leg. 3. Rimi. cons. 259. col. pe & qđ ipse dicit in consil. 314. colum. pen. ubi licèt maritus promittat restituere dotem, tamẽ intelligit, nisi eueniat casus, in quo lucretur partem eius ex dispositione iuris aut statutorum loci, item nisi efficeretur, non soluendo, quia istis casibus, in quibus à lege aliter reperit dispositum. non censetur facta promissio, ita ergo non censetur facta promissio de ratificando eo casu, quo propter lęsionẽ

lex ei ſuccurrit,& permittit cõtrauenire, & improbat actum ipſum,ut in caſu noſtro; Ad qđ
facit quod tradit Bal.in l.cùm quis verſ ſed q.d
21 ſi dixi.ff.de condi.cau.data,ubi† non dr̃ cõtrauenire is,qui contrauenerat lege permittẽte,&
Corn conſ.11.num.10.& ſeq.vol.3. Ratihabitio ergo præmiſſa operari poteſt effectũ reſpectu conſenſus ipſius mulieris, qui ab initio nõ interuenit,& hac ratione .ſ. defectus conſenſus dici poſſet non poſſe conueniri,ſed reſpectu aliorum defectuum, quos patitur ipſa renunciatio, minimè intelligit promiſsũ p ſupeadictũ. ſed alia ẽt uia poterunt ſeipſos tueri ipſi hr̃des
22 ſoceri uidelicet.Quia† cũ interpellabuntur, ut faciant Claudiam ratã habere renunciationẽ, tunc faciant oẽ eorũ poſſe, ut ipſa ratum hẽat: quòd ſi ipſa noluerit,tunc erunt excuſati , nec in aliquo tenebuntur? De hoc eſt pulchra deciſio Thomę Grãmat.poſt ſuas deciſ. in 2.q.ubi poſt Aret.& alios,quos ibi allegat, dicit hãc eſſe cõem opin.& ueridicam ac uiri conſonã, ultra eum hoc tenet Dec.in conſ.313. ubi hmõi promiſsiones intelligit , ꝙ & tunc hñt effectũ, ſi quidem promittẽs interpellatus fuerit in mora non faciendi quicquid poteſt, & idẽ in effectu ipſe uult in conſ.323.in 2. col.ubi niſi expreſsè talia uerba apponantur in promiſsione uidelicet.Qđ ad pęnam ſeu intereſſe promittẽs teneatur, ſi non fuerit effectualiter ſecuta ratificatio , ita quod non excuſetur etiam faciendo quicquid poteſt:Certè faciendo quicquid põt, excuſabitur,ut ibi per eũ.In caſu aũt nr̃o nedũ talia uerba appoſita non fuerunt,ſed nec uideo pęnã aliquã promiſſam fuiſſe aut intereſſe, ſed ſimpliciter dr̃ qui promiſit de rato,Nec eſt appoſita dies , neq; etiam de ſuo ſatisfacere promiſit, ut declarat idem Dec. poſt multos quos allegat in conſ.439.num.5.& ſequentibus.Neque etiam appoſitum fuit iuramentum, ideo dici poteſt quòd fortè ad aliud non teneantur hæredes ipſius promiſſoris,iuxta trad. p Abb. in c.ex litteris 2.in 1.notabili & .. in Gl.1.de ſponſalibus. Laus Deo & virgini Matri.

Paulus Leonius Patauinus Duc. Conſil.

SVMMARIVM.

1 *Mens teſtatoris quibus medijs eliciatur ex uerbis ab eo prolatis in teſtamento.*

2 *Subſtituo, & ſuccedant , ſunt uerba communia, & quando cum mortis commemoratione ſunt prolata,ſubſtitutionem faciunt compendioſam.*

3 *Deſcendentes qui tempore obitus M.in rerum natura exiſterent , ubi per fideicommiſſum eſſent uocati,quibus medijs ex præſumpta teſtatoris mente nati etiam poſt eius obitum admitti poſſint,& debeant .*

4 *Qualitas in una teſtamenti parte poſita,cenſetur in alia parte repetita,ubi omnia ab uno ſolo uerbo determinantur .*

5 *Mens ſeu intentio teſtatoris , quando ex antecedentibus & ſubſequentibus apparet , tunc uerba quæ etiam aliàs reſtringibilia forent, non reſtringuntur , ſed tanquam ex abundanti poſita nullum producunt effectum .*

6 *Eluſorios actus ,et modici momenti teſtatorem feciſſe, non eſſe præſumendum , ualidum eſt argumentum .*

7 *Verba in dubio intelliguntur ſtare demonſtratiuè .*

8 *Verba operari tantum expreſsionem eius , quod tacitè ineſt,quando ſatis ſit ,& quando non .*

9 *Nepotes non nati tempore mortis teſtatoris, modò ſint nati tempore quo conditio fideicommiſſi purificatur, admitti debet,quia cenſentur uocati ex præſumpta mente teſtatoris uocantis deſcendentes .*

10 *Subſtitutio ubi fit de deſcendentibus,et ſic per nomen collectiuum, poſteriores non ſolùm dici poſſunt uocati per modum uulgaris, ſed etiam per modum fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ,& propterea uno admiſſo,et poſtea extincto,cæteri admitti poſſunt et debent .*

11 *Deſcendentes poſiti in conditione & grauati,quibus coniecturis cenſeantur uocati ad ſucceſſionem , & ibi habes longam relationem doctorũ pro,& contra tenentium.*

12 *Fideicommiſſum quibus medijs dignoſcatur fuiſſe factum conſeruandæ agnationis gratia.*

12 *Filij in conditione poſiti cenſentur ad ſucceſſionẽ uocati,quando ſunt poſiti cum illa qualitate ꝙ ſint de legitimo matrimonio nati.*

14 *Deſcendentes in conditione ubi à teſtatore reperiuntur poſiti,dicitur eis reſeruatum ius legitimę ſucceſſionis .*

15 *Prohibitio alienationis omnium bonorum à teſtatore facta,dicitur facta contemplatione poſitorũ in conditione,non contemplatione hæredis.*

16 *Poſiti in conditione debent admitti ad ſucceſſionem,quando aliàs minùs dilecti cẽſerentur melioris conditionis,quàm magis dilecti.*

17 *In conditione à teſtatore poſiti,cenſentur uocati, et debent admitti,quando ſunt in alia teſtamenti parte uocati .*

18 *Poſiti in cõditione à teſtatore ,debent tũc ad eius ſucceſſionem admitti , quando aliàs ſequeretur aliquod abſurdum ,& contra expreſſam teſtatoris mentem .*

19 *Deſcendentes in conditione poſiti tunc cenſentur uocati ad ſucceſſionem,quando teſtator ad plures gradus ſubſtitutionis diuertit .*

20 *Filij cæteriq; deſcendentes in conditione à teſtatore poſiti,tunc dicuntur uocati , quando ſunt in conditione poſiti cum qualitate maſculinitatis,ſæpe à teſtatore repetitæ,& quid in tranſuerſali.num.21.*

22 *Fidei-*

22 *Fideicommissum sub duplici conditione in testamento relictum si non potest sustineri in persona masculorum in conditione positorum, sustinetur ex persona hæredis honorati in filijs filiorum, & ibi quomodo intelligatur, & practicetur.*

23 *Hæreditas quando dicatur grauata, & quando fideicommissum dicatur in rem scriptum. Nam quando hæreditas grauata est, omnes, ad quas transit dicta hæreditas in quocunque gradu sint, fideicommisso grauati dici possunt.*

24 *Relatio non fit ad ea quæ sunt in conditione, sed ad ea tantùm quæ sunt in dispositione.*

25 *Testatorum dubiæ dispositiones per hæredes declarari possunt, & eorum interpretationi ad eorum præiudicium, statur.*

26 *Intentionem suam super aliqua sua assertione si quis fundauerit, nec ipse nec eius hæres possunt amplius eam impugnare.*

27 *Alienatio bonorum hæreditariorum à testatore prohibita, ut remaneant in eius hæredes, & eorum descendentes, ac descendentium descendentes in infinitum facit ut dicatur concessa facultas permutandi inter ipsos prohibitos, & quòd ipsi descendentes dicantur uocati.*

28 *Prohibitio alienationis à testatore in testamento facta quando inducat nouum fideicommissum in prohibitos alienare, & quòd ideo dicantur uocati, & debeant ad successionem testatoris admitti.*

29 *Relatio in dubio semper fit ad proximiora.*

30 *Relatio nunquàm fit ad eam partem dispositiobis, ad quam si fiat, resultat superfluitas, vel contrarietas.*

31 *Testator ubi potest de nouo disponere, & apponere uerba dispositiua, tunc etiam si referat se ad aliam dispositionem quæ non reperitur, nihilominus noua dispositio inducitur, & ea attenditur.*

CONSILIVM XXXI.



QVIA præsens causa clarissima est, & coram doctissimis & integerrimis D. Iudicibus agitatur, qui ex solo labiorum motu quæ proponi possunt, intelligunt, hæc paucula subijciuntur. Quòd D. Annibal fuerit uocatus ex testamento Comitis Vitaliani Borromei secundi, & quòd per consequens grauamen illi adiun-
1 ctum effectum sortiri debeat, non solùm † ex uerbis, sed etiam ex mente, ex pluribus testamenti partibus elici posse uidetur.

Et primò ex uerbis in ea parte in qua ita scriptum legitur, |Quos descendentes D. Ludouici, ut supra, eidem Ludouico substituo, ut eidẽ Ludouico in bonis meis succedant, tempore
2 obitus ipsius Ludouici} Nam per ea † uerba (substituo, & succedant) quæ sunt communia, & sunt prolata cum commemoratione mortis, D. Annibal compendiosè substitutus dici potest Co. Ludouico, Doct. in l. in testamento, C. de testamen. milit. & in l. Centurio ff. de uul. & latè Paris. in consil. 11. nume. 34. uol. 3. Nec præsenti dispositioni obstat quod in contrarium adducitur, quòd dictũ fideicommissum restrictum est ad descendentes, qui tempore obitus Co. Ludouici in rerum natura existerẽt.
3 Nam ad hoc respondetur sic, † testator in præcedenti casu substitutionis uulgaris uocauit filios & descendentes masculos ex linea masculina Co. Ludouici, pondero dictam dictionem filios, per quam dici potest uocatus Co. Vitalianus. Pondero secundò illas duas dictiones, & descendentes masculos, per quas, nisi uelimus dicere eas fuisse appositas sine effectu operandi, quod dicendum non est: ut per Bal. in rubr. in 9. quęst. C. de contrah. empt. & per tex. in l. si quando ff. de leg. primo, de necessitate dici debet prouisum nepotibus Co. Ludouici. & sic D. Annibali. Pondero tertiò illas alias dictiones masculos ex linea masculina. Nam ea uerba non possunt referri ad filios Co. Ludouici, quia de indubitabili est quòd illi non sint ex linea masculina, & sic impertinẽter forent apposita, sed debent referri ad filios filiorum ipsius Co. Ludouici, inter quos potuerunt esse descendentes ex linea fęminina, quos testator per ea uerba uoluit excludere. Immo uocando masculos ex linea masculina perinde est ac si dixisset masculos ex masculo, Ruin. consi. 18. nu. 7. uol. 3. Ergo filij masculi filiorum Co. Ludouici fuerunt uocati, & sic D. Annibal. Atqui si in ea parte testamenti dici potest uocatus D. Annibal sub uerbo descendentia cum in sequenti parte testamenti, de qua agitur, substituti & uocati fuerint descendentes quos supra nominauerat, ut ex illa dictione quos, & ex illis dictionibus ut supra inferri potest, & dubio, pcul dici debet in hac etiã parte uocatus D. Annibal. modò sic, si uocatus expressè dici potest D. Annibal nullo iure dici debet propter illa uerba, ut eidem Ludouico succedant tempore obitus ipsius Ludouici restrictum fideicommissum, ut ex eo admitti non possint qui in dicto tempore nati non sint, siquidem hoc modo Testator dici posset se incontinenti correxisse, & tot & tantas substitutiones ex post factas subuertere uoluisse, quod dicendum non est, Soc. in cõsil. 43. in 2. col. uol. 4. Sed dicta uerba dici debent potiùs stare demonstratiuè, ut designetur tempus in quo per dictos descendentes succedi debeat Co. Ludouico, uel eorum tanquam impertinentium nulla debet haberi ratio. Suadetur præsens interpretatio, primo per tex. in l. ex his uerbis, ibi non conditio fideicommisso

inserta, sed petitio in tēpus legitimæ ętatis delata uidetur. C. quando dies leg. cedit. Et hæc interpretatio uidet de indubitabili in casu nostro, in quo oratio, quæ continet substitutionē factam Co. Ludouico de eius descendentibus, est in se perfecta & completa, & tempus est tātùm adiectum successionis, gl. & Bal. in prima oppo. in d. l. ex his uerbis, Bart. in l. inter stipulantem in §. sacram in 4 col. in uersi. sed ista solutio. ff. de uerb. oblig. & Clarius Castr. in cōsi. 53. incipiente quia exceptiones in 4. col. in uersieu. pro intellectu in antiq. Suadetur secundò præsenti ratione, Testator in antecedenti parte testamenti uoluit quòd nati post mortē suā possent succedere in casu substitutionis uulgaris, ibi quos postea nasci contingeret, in qua magis expediens erat ut succederetur ipsi Co. Ludouico tempore eius obitus, ne hæreditas iaceret, pariter in subsequenti parte testamenti dici potest uoluisse eos etiam qui nati forent post mortem Co. Ludouici succedere siquidē eius descendentes in infinitum grauauit, & qui uult consequens dici potest uelle etiam omne necessarium antecedens. Vlteriùs in initio prohibitionis alienationis concessit descendentibus Co. Ludouici, qui per tempora erunt, potestatem permutandi. quæ uerba cùm habeant tractum temporis, non possunt restringi ad existētes tempore obitus Co. Ludouici. Vlteriùs ex quo uerbum hæredes, positum in prima parte intelligi debet repetitum post ista uerba, uel haberet masculos, ut una pars aliam declaret. Et

4 quia † qualitas in una parte posita censetur in alia repetita, ubi omnia ab uno solo uerbo determinantur, dici potest apparere quòd testator noluit se restringere ad descendentes natos tempore eius obitus, quia uiuentis non datur

5 hæres. modò sic† quando ex antecedentibus & subsequentibus apparet de intentione testatoris, tunc uerba quæ etiā aliàs restringibilia forent, non restringuntur, sed tanquam ex abundanti posita nullum producunt effectum. l. quę situm. §. si quis fundum. ff. de fundo instruc. & instrumen. leg. l. supellectili legata. ff. de supel. leg. Quæ iura ad hoc citat Afflict. in decis. 106. nume 3. ergo &c Suadetur tertiò, quia si diceremus eos tantum uocatos fuisse qui forent in re

6 rum natura tempore obitus Co. Ludouici† dici posset testator multos fecisse actus elusorios, & modici momenti, & sine ratione, siquidem plereq; substitutiones ex post factæ effectum sortiri non possent, quod pręsumendū non est, ita in simili arguit D. Iac de Alba. in consi. 51. nume. 17. Suadetur quartò, quia quatenus ex præmissis non posset dici plenè demonstratū, quòd dicta uerba starent demonstratiuè, saltē negari non potest quin res reddatur dubia, &

7 †in dubio uerba intelliguntur stare demonstratiuè, Bar. in l. centurio in col. 11. uers. sed quid si dixit, & ibidem Rip. num. 140. ubi alios citat ff. de uulg. Nec præsens interpretatio ea ratione excludi potest, quòd attentis supradictis

8 per ea uerba † id tantum prouisum dici posit quod tacitè inerat, ut sentit Soc. in consil. 250. in sexta col. uol. 2. Nam primò dicitur stante dicto pręsupposito quòd dicta uerba operētur tantum expresionem eius quod tacitè inest, & per dicta uerba nō potest dici aliquo modo restricta dicta dispositio, ut per Soc. in d. consil. 250. in d. sex. col. Secundò dicitur quòd etiam expresio eius quod tacitè inest non dicitur superflua. l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. Tertiò, dicitur quòd per dicta uerba excludi dici possunt filij præmortui ipsorum filiorum Co. Ludouici, qui ius fideicommissi conditionalis ad eos transmissum fuisse pretendere potuissent, teste d. Iac. de Alba. in d. consi. 51. nu. 19. & ulteriùs operari possunt ut non statim, sed post mortem tantum Co. Ludouici fideicommissum per eius descendentes peti posit. & sic dicta uerba superflua dici non possunt. Minus obstat præcedenti interpretationi quod in cōtrarium adducitur, quia testator censetur se conformare eum dispositione iuris cōmunis, quo nati tempore mortis ipsius testatoris tantum admittuntur, Soc. in l. si cognatis num. 30. ff. de

9 reb. dub. Nam ad hoc respondetur, † quòd ex quo agitur de fideicommisso conditionali, & Testator uocauit descēdentes, & in alijs etiam partibus testamenti demonstrauit intentionis suæ fuisse & esse quòd eius bona transirent in eius descendentes in infinitum; quòd etiam ex dispositione iuris communis, non nati tempore mortis Testatoris, modò sint nati tempore quo conditio fideicommissi purificatur qd in casu nostro cōtingit, admitti possunt & debēt, & sic dictum fundamentum retorquetur. Ita declarat Rom. in consi. 408. In proposito Ias. in consi. 206. col. prima, uersi. quantum, uol. 2. Soc. in consi. 51. in col. fin. uol. 4. & Dec. in cōs. 468. nu. 28. & Ruin. in consi. 164. uol. 3. Quartò suadetur contra præsentem conclusionem,

10 & sic arguitur, † fideicommissaria substitutio quæ elicitur ex uersi. Quos descēdentes, ex qua illi qui tempore obitus Co. Ludouici erant in rerum natura admissi fuerūt, expirasse dici debet, siquidem in præsenti substitutione fideicōmissaria descendētes ordine successiuo & uulgariter tantum uocati dici possunt, quo casu primo admisso cæteri exclusi remanent Soc. in consi. 73. nume. 27. uol. 3. Respondeo, Quòd ex quo in casu nostro facta fuit substitutio de descendentibus, & sic per nomen collectiuum; posteriores non solum dici possunt uocati per modum uulgaris, sed etiam per modum fideicommissarię substitutionis, & quòd propterea

uno

uno admiſſo & poſtea extincto cęteri admitti poſſunt, & debent, Textus ſunt expreſsi in l.cū ita.§.in fideicommiſſo, & in l. peto in §. fratre. ff.de leg.ſecundo, in quibus iuribus quia facta fuit ſubſtitutio per nomen collectiuum, prioribus admiſsis,& poſt extinctis ſequētes in gradu admittuntur per fideicommiſſariam ſubſtitutionem,quod fieri non poſſet, ſi ſequentes in gradu dici poſſenr tantùm uocati per modum uulgaris. Er ita decidunt Soc. in l.gallus in §. quidam rectè.in uerſi 4.ff.de lib &poſtbn.& in conſi.12.nume.3.dub.uol.3.& etiam in d.cōſi. 73.in uerſi.ſed poſito poſt dictum nu. 17.Caſtren.in d.§.in fideicommiſſo in princ.& Crau. qui multos alios citat in cōſi.22. per totum.Et hæc opinio in caſu noſtro eſt de indubitabili, tum quia in ipſa ſubſtitutione fideicommiſſaria facta eſt mentio mortis, & ſic adſunt uerba habentia tractum temporis, Alex. in conſi.24. in uerſi.& idem uoluit uol.4.& in l. gallus in §. quidam rectè in uerſi.limita tamen. ff. de liber. & poſtbu.Crau.conſi.131.nu.5.& Pariſ.in cōſil.11.nu.32.uol.3.rum quia ex infinitis ſubſtitutionibus & ex perpetuo grauamine diferendi ſui nominis,& ex ꝑpetua prohibitione alienationis apparet quòd teſtator uoluit hæreditatem ſuam perpetuò & in infinitum remanere in dictis deſcendentibus Co. Ludouici,& aliorum fratrum,Raph.cum.in d.§. in fideicōmiſſo,Ruin.in conſi.117.nu. 19. uol.2. Soc.in d.conſil.12.& Alcia. in d.§. in fideicommiſſo. nume.3. Tum quia eiſdem deſcēdentibus Paulò poſt per fideicommiſſum ſubſtituit,Pariſ.in d.conſi.11.nu.32.& Dec. in conſi.95.

Qnintò ſuaderur ex illis uerbis in prima parte teſtamēti appoſitus dum dixit.{ Et caſu quo dictus Ludouicus non eſſet hæres vt ſupra, & non haberet deſcendentes &c.uel tales maſculi non eſſent hæredes,aur Ludouicus eſſet hęres, & ſine deſcendentibus decederet, uel haberet maſculos, & eos ſine maſculis mori contingeret,tunc inſtituo & ſubſtituo uulgariter, & per fideicommiſſum mihi,ac dicto Ludouico, ac eius maſculis deſcēdentibus Hieronymū &c.} Pondero uerba illa { uel haberet maſculos qui ſine maſculis morerentur } quæ ex præciſa neceſsitate inferunt, quòd teſtator intellexerir ſi haberet maſculos qui eſſent hæredes,quia in teſtamento non debet adeſſe uerbum ſine operatione,ſed ſic eſt quòd ſupra dixerat teſtator, & tales maſculi hæredes non eſſent, & ſic prouiderat in caſu quo hæres haberet deſcendentes maſculos qui hæredes non eſſent, & deinde ſequitur & dicit { uel haberet maſculos qui ſine deſcendentibus decederent.} Neceſſe eſt quòd dicamus quòd intelligere uoluerit de deſcendentibus qui eſſent hæredes ut ſubſequentia uerba conueniant, & ut ꝓcedentia non ſint incaſſum repetita, ſupra enim prouidit caſu quo non eſſent hæredes nunc autem prouidit amplius, & caſu quo eſſenr hæredes & etiam ſine deſcendentibus decederent, & quòd hæc fuerit teſtatoris intentio,ecce quòd clariùs demonſtrarur per illa uerba, tunc dicto Ludouico & eius deſcendētibus inſtituo & ſubſtituo uulgariter & per fideicōmiſſum,quomodo poſſunt illa uerba, & per fideicommiſſum uerificari in perſonam deſcrnden.niſi dicamus illos fuiſſe honoratos, & ſic illa uerba quæ aliàs potuiſſent eſſe dubia declarantur ex præcedentibus & ex ſubſequentibus præſertim in eadem oratione poſitis,& quę ab eodem uerbo reguntur,probatur enim quòd uerba illa {tunc & eo caſu inſtituo, & ſubſtituo uulgariter & per fideicōmiſſum } referuntur ad omnia præcedentia, & ſic quòd teſtator ſubſtituit deſcendētibus Ludonici ubi ſine deſcendentibus decederenr, qui uel eſſent uel non eſſent hęredes,qui ſi hæredes nō eſſent uulgaris operatur, ſi hæredes eſſent & ſine deſcendenribus decederenr, ſubſtituit per fideicommiſſum,& ſic clarè conſtat quòd ſunt honorati,non ſolum filij Ludouici, nerum etiam omnes deſcendentes tum quia in hoc ſecnndo capite Teſtator nunquam loquutus eſt per dictionē filios, ſed per dictiones deſcēdentes maſculos,dicēdo & non haberet deſcendenres maſculos,uel tales maſculi, ſcilicet, deſcendentes, & decederet ſine deſcendentibus, uel baberet maſculos,ſcilicet deſcendentes, & eos ſine maſculis,ſcilicet,deſcendentibus, quia qualitas ꝓximè præcedens ſemper intelligatur repetira, & dum dicit dicto Ludouico ac eius maſculis deſcendētibus ſubſtituo &c. Ecce igitur quòd Teſtator ſemper loquutus eſt de deſcendentibus, & ſic per nerbum aprum comprehendere perſonam quæ ultimo loco deceſsit,& ſi replicetur quòd ſunt poſiti in conditione & nō uocati, Dico ego illos eſſe uocatos ex ui illorum uerborum,uel maſculos haberet, ſcilicet,hęredes, declarando utſupra per me iniunctis præcedentibus & ſubſequentibus.

Sextò demonſtrarur ex illa uulgari in boc ſecundo capite appoſita dum dixit, tunc & eo caſu dicto Ludouico & eius maſculis deſcendentibus ſubſtituo Hieronymum &c. Vulgaris enī iſta non eſt præſumenda difformis à prima,qa non præſumitur mutatio uoluntatis,nec datur diuerſitas aut contrarietas in eodem actu quādo eſt incluſa illa eadem perſona quæ Paulò ante erat comprehenſa, ſed ſic eſt quòd in bac ſecunda uulgari comprehenſa eſt perſona D.Ludouici cui ſupra deſcēdentes ſubſtituti fuerāt. Ergo etiam in hac ſecūda debet cenſeri eos uocaſſe, & hoc inuitis dentibus neceſſe eſt fateri. Si igitur in hac ſecunda ſunt honorati quę uulgaris eſt,utique etiam, idem in fideicōmiſſaria

dicen-

dicendum est, quæ ab eodem uerbo regitur ut in eadem oratione continetur, ne difformiter una oratio determinetur cõtra iuris regulam.

Septimò demonstratur clariùs ex substitutione Hieronymi, ibi dũ dicit, & casu quo Hieronymus & eius descendentes masculi decederet uel decederent sine filijs aut descẽdentibus masculis, aut non essent hæredes, eo casu substituo uulgariter & per fideicommissum mihi, dicto Hieronymo, & eius descendẽtibus, & Ludouico & eius descendẽtibus &c. Gasparẽ &c. Etiam quod hæredes Hieronymi prædecessissent, ecce uerba illa, aut hæredes non essent, scilicet, Gaspar & eius descendentes, quæ inferũt quòd supra eos uoluerat esse hæredes, quia hæc alternatiua ponitur ĩter casus diuersos, & ideo dicẽdum est quòd si Hieronymus habuisset descendentes qui hæredes non essent quia noluissent obtemperare uoluntati testatoris, uel quia non potuissent, non propter defectum à testatore peruenientem, sed ab eisdem descendentibus: quàm fatua enim fuissent illa uerba, nel hæredes non essent, nisi diceremus testatorem illis aliàs dedisse facultatem ut essent hæredes, sed ubi nollent, aut non possent quòd tunc succederet Gaspar, Hoc sic admisso quis dicet testatorem magis dilexisse secũdum gradum substitutionis quàm primum, aut, quis dicet præcedentia ex subsequentibus non declarari, quis etiam dicet quòd Gaspar non sit substitutus descendentibus Ludouici si uerba hoc expressẽ dicunt.

Octauò hoc comprobatur ex eisdem uerbis appositis in substitutione facta Gaspari & alijs gradibus substitutionum, ex quibus geminationibus apparet de enixa & clara mente Testatoris.

Nonò & clariùs, iudicio meo, hoc colligitur ex illis uerbis post omnes substitutiones appositis, Et uolo & ordino quòd in casibus præmissis singula singulis &c. hereditas & oĩa bona mea perueniant in dictos hæredes meos, & ut supra substitutos, quæ uerba denotant expressam intentionẽ quòd uoluit bona sua peruenire ad suos tam institutos quam substitutos, & sic quòd omnes supranumeratos uoluit esse honoratos: & ideo eos etiam grauare uoluit, & potuit.

Decimò hoc colligitur ex substitutione locorum piorum facta in defectum suorum hæredum & descẽdentium eorundem, quia noluit illos omnes anteponere locis pijs non solum per uiam conditionis, sed dispositionis. Mandando ut insignia defferrent, & dum dicit uolo Ludouicum, & eius descendentes, & descendentium descendentes, in quos dicta hęreditas mea peruenerit cognominari &c. Ecce quòd ex his uerbis demonstrat testator se noluisse honorare uniuersos descendentes Ludouici, dũ dicit, in quos hędítas mea peruenerit loquẽdo de descendentibus quod non fieret nisi eos honorasset quia si eos in cõdõne tm̃ posuisset nõ diceretur honorasse, nec hęreditas ad eos ex ordine testatoris peruenisse, unde frustra desiderasset ut cognominarẽtur de familia sua, si eis non honorasset. unde capienda est omnis interpretatio ut actus sustineatur, & uerba sunt amplianda & impropriãda ut menti deseruiant. Prærerea si in casum contrauentionis quòd in signia sua & nomen familiæ non deferrent, priuauit sua hæreditate utique dicendum est eos honorasse, quia priuatio præsupponit habitum & ideo necesse est dicere quòd eos omnes uocauerit & honorauerit, & ideo illis etiam omnibus potuit substituere, & quòd omnes uocauerit colligit ex illo uerbo Vsque in infinitũ.

Secundò descendentes Co. Ludouici uocati possunt ex ea parte Testamenti † in qua positi sunt in conditione accedentibus coniecturis infra allegandis, quarum prima illa est quia dicti descendentes non solum sunt positi in cõditione sed etiam sunt grauati, super qua coniectura quia dubitatur an per Doctores sit magis communiter approbata uel reprobata libet plerosque doctores qui nobis seruiunt referre Bart. in l. Centurio num. 37. de uulg. Et ibidem Fran. Aret. & ibidem Rip. nume. 166. & ibidem Alcia. numero 99. qui ait hanc opinionem esse ueriorem equiorem & magis menti testatoris consonam, & ibidem Galian. nume. 458. uersi. ultima fit conclusio, & ibidem Ferdi. Loazz in apostill. ad d. repet. Galiau. Ang. Aret. in § fin. col. 6. uersi. quòd si non tantùm de pupill. substit. Anchar. in c. si pater in 12. not. de testam. in 6. Soc. in l. cùm auus nu. 114. ff. de condi. & demonst. & in l. cùm filio familias nume. 5. de leg. primò, & ibi Ruin. col. 10. & 11. & Alciat. nu. 13. & Crau. nu. 68. Gozad. in l. 1. C. de pact. & ibi Rip. nu. 41. Couar. in c. Ray §. 3. nu. 3. de Testam. Castren. consi. 5. nume. 7. li b. 1. & cõsi. 263. nume. 2. lib. 2. Bertran. consi. 123. num. 4. lib. 3. Curt. Iun. consi. 48. num. 6. & consi. 139. nume. 20. Math. consi. 22. num. 64. & consi. 92. nume. 10. lib. 1. & Soc. consi. 77. col. 4. uersic. 4. loco uol. 1. & in consi. 250. num. 5. ad fi. lib. 2. & in consi. 12. nu. 10. & in consi. 249. nume. 5. col. 3. Alexander in consi. 64. uolum. 5. Lancellot. polit. in tractat. substitut. in materia compendiosè nu. 37. & 43. Guid. Pap. in consi. 39. & in consi. 135. Butr. in consi. 173. numer. 22. uol. 3. Corn. in l. ab eo. C. de fideicom. & in cõsil. 97. nu. 4. & 6. lib. 1. & in consi. 22. & in consil. 59. nu. 17 & in consi. 74. nume. 2. & in consil. 146. uol. 2. & in consi. 229. nu. 5. lib. 3. ac in consi. 273. num. 2. lib. 4. Curt. Sen. in consi 51. col. 9. uersi. si ita est, Ias. in l. cùm filio familias nu. 36.

nu.36.ff.de leg. primo, Imo.in l.filius familias in §.cùm quis ff.de leg.primo, Crot.in repetit. c. Rayuutius ad fin. de testa. . . . . iu tract. substit.in rub.compen.nu.34.Gozad.cōsi.26. nu.23.Dec.in l.1.nu.15 C.de pactis,& in cōsi. 182.Ang.de Gambil. iu tract. de testam.in gl. 95.nu.4.Crau.in cons.130.& 155.& in l.cùm filio familias nu.65.ff.de leg.primo, Curt.Iun. consi.87.col.fin.Ioh.Ferr.in for. libel.quo agitur ex substit.in uerbo compendiosa,Ruiu.cōsil.22.uol.2.& consi.111.eo.uol. & cousi.142. uersi.sed præmisis uol.5.Paris. consi.50.num. 36.uol.3.Bartho. de Huc. in trac.substit.in materia compen.Cassa.consi.67. nu.43.Mantua. in cons.92.in primo uol. Alcia.iu l.Lucius.la secunda iu col.fin.ff.de hæred.instit.Catell.Cot. in suis memor.inverbo filij in cōditioue, Soc. Iun.cousi.68.num.75.lib.2.& in cousi.110.& 114.ac 145.uol.3.& Riminal. in consilio 189. nu.6.& consi.243.nu.90.& iu consi.225.nu. 20.uol.2.& Ceph. in consil.93. per totum, qui hanc opiuionem æquiorem communiorem, & ueriorē defendit,& Torniell. in l. hæredes mei iu §.cum ita,nu.27 ff.ad Trebell.& hæc opinio est rationi consona, tum quia uerisimile nō est testatorem noluisse consequēs, uidelicet quòd filij in conditione positi restituant hæreditatē, & noluisse necessarium antecedens,uidelicet q̄ per prius eam haberent. Tum etiam quia non est credendum testatorem uoluisse facere actū elusorium, & hanc opinionem & iura pro ea facientia ab oppositionibus moderniorū optimè defendit Ruin.in d. consi.111.nu.8. & seq. & uerisimam etiam dicit quando ultra quòd sunt positi in conditione & grauati eorum etiā contemplatione facta fuit prohibitio in cōsil. 122.nu.4.uol.3.

12 Secunda illa est † cùm apparet testatorē motum fuisse ad faciendum fideicommissum fauore agnationis suæ,Ruin.in d.consi.111.nu.15. & D.Iaco.de Alba.in consi.87.nu.14.ubi alios citat,& Ripa iu l.Centurio nu.164.in casu nostro Luce clariùs apparet id fideicōmissum cōseruandæ agnationis gratia factum fuisse:Tum quia masculi uocati & fœminæ exclusæ sunt, Dec.cons.371.uersi.6.& consi.516.col.4 tum quia uno ex ipsis fratribus hærede instituto, & eius linea deficiente alij eius fratres & eorum lineæ iu infinitum gradatim uocati sunt, Iac.de Alba.in d.consi.87.uume.14.tum quia grauati suut omnes eius hæredes, & eorum descendentes,& descendentium descendentes ad deferendum eius nomen. Alciat.cousi.781.circa finē. Tum quia dictæ eius hæreditatis, & bonorum prohibita est alienatio, quia Testator uolebat dicta bona remanere in dicto hærede suo, & eius descendentibus, & descendentium descendentibus. Paris.consi.6. nume.16. uolum.3.& D.Clar.in §. testamentum in quæstio.77.uersi. quinta est coniectura.

13 Tertia illa est† quando filij sunt in conditione positi cum illa qualitate quòd sint de legitimo matrimouio nati. Nam ex quo uigore dictæ dispositionis testamentariæ,in qua ad sunt illa uerba de legitimo matrimonio,legitimi & naturales, cum quibus cessantibus dictis uerbis legitimati in successione ab intestato concurrerent,eos excludunt, dici debent omnino uocati. Ita in terminis decidit Soc.Iun.in consil.110.nume.25.& in cons.145. nu.39.uol 3. & ibi dicit quòd huic couiecturę nihil opponi potest, eò maximè quia in ciuitate nostra non adest aliquod statutum quòd legitimi & naturales excludāt legitimatos, qua igit̄ rōne statutaria nituntur qui defendunt filios in conditione positos cum qualitate masculinitatis nō censeri uocatos.

Quarta coniectura est quando ultra fideicō missum adest prohibitio alienationis, & coniectura hac euidentia probatur ratione: Testa-

14 tor † pouendo aliquos descendenies in conditioue dicitur eis reseruasse ius legitimæ successionis iuxta gloss. communiter approbatam in

15 l.Lutius,Atqui si † prohibet alienationē oīum bonorum dici debet etiam prohibuisse alienationem bonorum quæ obuenire babent iure legitimæ successionis ipsis positis in cōditioue, hoc dici non potest factum contēplatione hæredis, sed tantum contemplatione positorum in conditione quandoquidem eis, mediante dicta prohibitione, conseruantur bona debita iure legitimæ successionis: Ergo ipsi uocati dici debent per hanc rationem, ita in terminis nostris decidit Alciat.in l. Lutius in col. fina.ff de hæred.instit.& per hanc, & per alias idem determinant Corn.iu consi.22.nu 6.& 18.uol.2. Soc. consil.250. ad fi.Gozad. in consilio 64.& D.Alba.iu consi.87.nu.3.

16 Quinta coniectura est, † quando aliàs minùs dilecti censerentur melioris conditionis q̄ magis dilecti, Crau in consi.155.nu.6.Grat.in respon.32.uol.2.& Gozad. in d.consilio 64.in uers.5.Atqui nisi diceremus descendentes Co. Ludonici fuisse uocatos qui fuerunt magis dilecti ut ex delata eis primo loco successioue & ex ordine scripturæ inferri potest, dubio procul, descendenies Comitis Hieronymi,& aliorum fratrum qui fuerunt minùs dilecti censerentur melioris conditionis, quia sunt uocati: Ergo &c.

17 Sexta coniectura est, † quando positi in conditione sunt in alia parte testamenti uocati,ita declarat Soc. in consil.73. uume.31. uol 4.ubi hanc admittis coniecturam etiam quòd cōtrarium consulat & Gozad. iu cous.64. in casu nostro descendentes in cōditione positi sunt uocati

cati in prima parte testamenti in casu uulgaris substitutionis, immo etiam sunt nocati in casu fideicommissariæ substitutionis, ut supra demonstratum fuit. Ergo &c.

18 Septima coniectura est † quando aliàs sequeretur aliquod absurdum, & contra expressam testatoris mentem, Crau consi. 130. num. 8. in casu nostro vbi D. Annibal positus in conditiõne non diceretur uocatus. sed potuisset ab intestato succedere, multa sequi potuissent absurda, & contra uoluntatem fideicommittentis. Nã primò is potuisset de eius bonis in D. Borromeos disponere contra enixam fideicommittentis intentionem. Item si filiam suscepisset eam & etiam alios extraneos instituere potuisset. Item si filiam suscepisset eam & etiam alios extraneos instituere potuisset. Item abstinere potuisset à delatione nominis ipsius testatoris. Item fieri potuisset, Comite Petrofrancisco filiam relinquente quòd in parte successionis ei delatę prelati fuissent Comes Hieronymus uel Comes Gaspar, uel eorum descendentes ipsi Domini Annibali quia in tali casu si ipse uocatus dici non posset, alij ex dispositione testatoris uocati dici possent quod contra expressam Testatoris mentem fuisset, qui totam lineam masculinam Com Ludonici in eius hæreditate cæteris lineis omni in casu præferri uoluit, Vnde tot & tantæ substitutiones subuerterentur, quod intẽtionis ipsius Testatoris fuisse credendum non est.

19 Octaua Coniectura est, † quando testator ad plures gradus substitutionum diuertit, Paris. in cons. 37. nu. 37. uol. 2. Gozad. in cõsi. 64. nu. 7. Hæc coniectura licèt per aliquos reprobetur, uera tamen est in duobus casibus, primus est quando testator alios in conditione positos in ultimo loco honorauit, & ratio est quia si positos in conditione in ultimo loco honorauit prout in casu nostro fecit fortiùs dici debet positos in cõditione in primo loco uoluisse honorare Rip. in l. Centurio nu. 165. de uulg. Secundus est quando ultimo loco nocatus fuit extraneus & ratio est quia nisi diceremus positos in conditione fuisse nocatos fieri posset ut extraneus præferri posset aliquibus prouenientibus ex linea uocata, quod absurdũ foret Iaco. de Alba. consilio 87. numero 12. ubi optimè declarat.

Nona coniectura sumitur, quia testator in substitutione quã fecit de comite Hieronymo uocauit etiam filios & descendentes eius, Ideo uerisimile est quòd idem uoluerit de filijs & descendentibus Comitis Ludouici, Nam si Comitem Ludouicum, & eius descendentes magis dilexit, quàm Comitem Hieronymũ, & eius descendentes, sicut uocauit ad substitutionem descendẽtes Co. Hieronymi, ita uerisimile est eum idem uoluisse in descendentibus Comitis Ludonici argumento sumpto à ratione maioris affectionis, & quia una pars testamenti secundum aliam declaratur Crau. in consil. 62. nu. 10 ubi latè & Ruin. consi. 142. uol. 3.

20 Decima coniectura est, † quando aliqui sunt in conditione positi cum qualitate masculinitatis. Dec. in l. prima. C. de pactis. & in consilio 170. hæc coniectura licèt reprobetur per aliquos stante statuto exclusiuo fœminarum, quia tunc cessat ratio quòd masculi censeantur uocati ad exclusionem feminarum, ut per Soc. in consi. 116. uol. 3. Defendi tamen potest quando testator ulteriùs processit grauando ipsos masculos in conditione positos ad deferẽdum eius nomen, Ripa in d. l. Centurio nu. 163. uersicu. qua ratione, & Zanch. in repetit. hæredes mei. in §. cum ita. no. 769. ff. ad trebell. Et quando testator bis & ter repetijt dictam dictionẽ masculos & digressus fuit ad plures gradus substitutionum Purpura. inter consil. Syluani in consi. 53. post nu. 4 & Zanch. ubi supra.

Cæterùm si dici posset ob singulas coiecturas superiùs expressas filios in conditione positos non posse dici uocatos, illud tamen dici nõ poterit, si dictæ omnes coniecturæ simul iungantur, ut quæ nõ ꝓsunt singula multa iuuẽt, Ita in terminis decidunt Alciat. in l. Lutius in fin. Soccin. Iun. in d consilio 110. nu. 19. uol. 3. Grat in respons. 32. in fi. uol. 2. & Paris. in cõsi. 66. nume. 79. uol. 3.

21 Si dicatur † positos in conditione non dici uocatos, ubi in conditione positi sunt à transuersali, Salic in l. prima C. de cond. Inser. Soc. in consi. 140. uol. 2. Respondeo primò quia etiam in conditione positi ab ascendente nisi accedentibus aliquibus coniecturis, in quibus terminis nec Salyc. nec Soc. loquuntur, non dicuntur uocati, ut per Alciat. in d. l. Lutius num. 41. & per Soc. in consi. 116. in secundo dubio uol. 3. & p D. Clar. in §. testam. in quæst. 79. uersic. Tertia coniectura est, & quòd propterea per Salyc. qui tamen in hoc relinquit cogitandum & per Soc. qui etiam in hoc non se firmat impertinenter hæc differentia constituitur. Secundò respondeo quòd non minùs pro positis in conditione à transuersali quàm pro positis in conditione ab ascendente accedentibus aliquibus coniecturis Doctores consuluerunt; quo stante dici potest hanc distinctionem ab eis probatam non fuisse Alex. in consil. 64. difficultas uol. 5. Paris. consi. 78. uol. 2. Gozad. consi. 64. & Soc. Iun. consil. 114. uol. 2. Respondeo tertiò quòd ex quo in terminis l. Lutius ff. de hæred. instit. omnes doctores disputant an filij in conditione positi dicantur uocati & in illo textu agitur de posito in conditione à transuersali, & tandem omnes determinant dictos filios à transuersali

uersali illo in conditione positos accedentibus aliquibus coniecturis censeri uocatos quòd su per hoc amplius disceptandum non est.

Procedo ulteriùs & dico quòd & si isti descendentes in conditione positi nō possent dici uocati, quòd nihilominus fideicommissum effectum suum sortiri debet, siquidem Co. Ludouicus dici potest grauatus sub duplici conditione, uidelicet si ipse moriatur sine descendentibus masculis uel eius masculi sine masculis ex linea masculina, & quando fideicommissum sub duplici conditione in testamento relictum reperitur si non potest sustineri in persona masculorum qui tantùm fuerunt in conditione positi, & sic non fuerunt honorati susti netur ex persona ipsius instituti qui fuit honoratus. Bar. in d. l. Centurio. nu. 37. ff. de uulga. & in l. sed si sic. ff. de leg tertio, Corn. in cōsi. 226. quanquam uol. 4. & Alex. in consi. 130. in fin. uol. 2. Nec in casu nostro difficultatem facere potest quòd non solum Co. Ludouico, sed etiā ipsis descendentibus substitutum fuit, quia in fideicommissis sub copulatiuis duabus conditionibus relictis, altera deficiente per impossibilitatem iuris uel facti, actus ex altera sustinetur l. prima. ff. de condi. instit. & ita in terminis nostris determinat Alciat. in consil. 781. circa finem, & eius opinio rationi consona est siquidem etiam quando ipsi hæredi in his terminis iniunctum grauamen non est, sed tamen dubitatur an ipsi ex præsumpta uoluntate testatoris uel potius in conditione iniūctum dici debeat de tali fideicommisso ut iniuncto hæredi semper iudicatur ut actus sustineatur. Bal. & Salyc. in l. precibus C. de impub. & alij per D. Alcia. relati in d. consi. 781. uersi. tertius. Si dicatur quod etsi dici posset, & quòd positi in conditione dicerentur uocati, quòd grauamen iniunctum Co. Ludouico posset effectum sortiri in persona dictorum positorum in conditione, ex quo tamē dictum fideicommissum restrictum fuit ad eū casum in quo masculos Comitis Ludouici sine masculis mori contingeret, quia ca sus nō euenit, siquidem comes Vittalianus masculus Co. Ludouici reliquit masculum D. Annibalem, quòd super dicto fideicommisso fundamentum fieri non potest per doctr. Io. And. in addit. ad specul. in tit. de testa. in §. in primis in ultima quæstione, & Oldr. in consi. 21. tantò magis accedentibus illis dictionibus, Tunc & eo casu, de quarū natura est ut restringant substitutionem ad personā & tempus, & casum præcisum, Anchar. in consi. 357. ubi latè. Respondeo primò quòd prædicta opinio limitatur ut non procedat quādo filij in conditione positi dici possunt uocati, quod in casu nostro supra abundè demonstratum fuit. Nam in tali casu ad eos etiam fideicommissum extendi declarāt Dec. in consi. 270. circa finem, & Guido Pap. in decis. 531. Respōdeo secundò quòd ex quo testator uoluit hæreditatē & omnia bona sua peruenire in suos hęredes institutos & substitutos descendentes Co. Ludouici, & in infinitum deferre eius nomen, & dicta pariter bona & hæreditatem suam prohibuit in infinitū alienari, quòd omnes personæ etiam in conditione positæ, & in quocunque gradu inueniantur, affectæ fideicommisso dici possunt, & ratio est in promptu, quia quando uerba fideicommissi uel prohibitæ alienationis sunt concepta in rem grauamen efficitur reale, & rem semper comitatur, Castren. in consil. 234. uisis col. 3. in antiquis, & plures alij quos refert & sequitur D. Iaco. de Alba. in consi. 93. in prin Tertio respondeo sic illa uerba sine masculis de necessitate exponi debent, hoc est, sine descendentibus, uel saltem illa dictio, descendentibus, debet cēseri repetita post illud uerbum masculis. Suadetur præsens interpretatio primo propter illas dictiones, ex linea masculina. Nam si dicimus testatorem substituisse filio Co. Ludouici si sine masculis ex linea masculina hoc est sine filijs primi gradus decesserit, illa uerba ex linea masculina erunt penitus superflua, & impertinenter posita quandoquidem impossibile est quòd filius Co. Ludouici relinquens filios non eos relinquat de linea masculina, si uerò dicimus eum substituisse filio Co. Ludouici si decesserit sine masculis, hoc est sine descendentibus masculis, illa uerba non erunt superflua, quia inter ipsos descēdentes potuissent esse aliqui masculi qui non fuissent ex linea masculina. Ergo &c. Suadetur secundò, quia in antecedentibus partibus semper fuit loquutus de masculis descendentibus & in subsequenti parte in qua dictis masculis in cōditione positis substituit, fuit etiam loquutus de masculis descendentibus, & de iure clarum est quòd una pars testamenti clara aliam ambiguam declarat, & qualitas in una parte posita censetur in alia repetita ut per omnes in l. talis scriptura in §. fin. ff. de leg. primo & latiùs per Soc. in consil. 250. in 5. col. in princ. uol. 2. Suadetur tertiò ex tota testamēti machina in qua tot & tantæ substitutiones factæ fuerunt, quæ, nisi ultra filios primi gradus extenderetur substitutio, effectum non sortirentur, quod cōtra mentem testatoris fuisset, & si de hoc interrogatus fuisset testator uerisimiliter secundū prædicta respondisset, modò sic quando substitutio facta fuit aliquibus sub nomine collectiuo utputà per uerbum liberis uel descendentibus, cum aliquibus alijs uerbis habentibus tractum temporis, quæ plura sunt in casu nostro, & apparet ex lectura testamenti, quòd testator uoluit bona ad ipsos descendentes peruenire, quod in casu nostro manifestè

nifestè apparet, tunc uerificata conditione in primo non excluditur sequens, immo primo admisso, & illo postea sublato de medio, remotior succedit. Ita decidunt Ruin. in consi. 117. nume. 19. uol. 2. & Soc. in consil. 250. in 3. col. in uersicu. 2. uenit uol. 2 & Bello. in consi. 81. in princ. ubi alijs etiam mouetur rationibus quas non adduco. Nec me mouent dictiones illæ tunc & eo casu, duabus de causis, & primò quia iure cautum non reperitur quòd propter illas dictiones non admittatur extensio, immo contrarium probatur per text. in l. Gallus cum' tribus §§. sequen. ff. de lib. & posth. Nam ibi sic dicitur si filius meus me uiuo morietur, tūc nepos qui infra decē menses nascetur hæres esto, & tamen ibi substitutio cōcepta in casum mortis filij, extenditur ad casum in quo filius fuerit deportatus, uel aliter ciuiliter mortuus fuerit, ita respondent Gozad. in cons. 64. in fine, item contrarium probatur per text. in l. prima ff de uulga. & pupill. Nam ibi dicitur Lucius hæres esto & si Lucius hęres non erit tunc Seius hæres esto, & tamen Bart. ibi in 3. oppos. & Rip. num. 169. & omnes doct. decidunt in illa uulgari cōprehendi pupillarem & hic infinita alia cumulari possent quæ per Cassiod. in titu. de testa. in decis. prima adducuntur ubi per infinitas iuris decisiones demonstrat dicta uerba non importare aliquod iuris ministerium per quas rationes curiam Romanam motā fuisse, dicit & propterea declarasse ꝙ dictæ dictiones stant tantum demōstratiuè, quæ rationes quia possunt in fonte uideri eas non transplanto. Respōdeo secundò quòd ex quo supra demonstraui fuit quòd testator non solùm Co. Ludouicum sed etiam omnes eius descendētes uocasse dici potest, & non solùm C. Ludouico sed etiā omnibus eius descendentibus substituisse dici potest & sic sumus in casu claro quòd testator uoluit dispositionem suam effectum sortiri non solùm in persona Co. Ludouici, sed etiā in filijs filiorum eius: quòd non est à clara ipsius testatoris dispositione propter illas dictiones recedēdum, Ita in terminis declarant Paris. in consilio 29. numero 36. uolum. 3. Soc. Inn. in consil. 114. uol. primo & in cōsi. 145. nu. 29. uol. 3. & D. Iacob. de Alba. in consi. 54. circa finē. Respondeo tertiò stātibus supra per me deductis nullam hic cadere extensionem & ideo super hoc non esse disceptandum.

Tertiò Descendentes Co. Ludouici uocati dici possunt in ea parte in qua ita legitur scriptum { & uolo & ordino quòd in casibus præmissis, singula singulis congruè referendo, hęreditas, & omnia bona mea quę die obitus mei relinquam, perueniant in dictos hæredes meos

23 & utsupra substitutos. } Nam per † dicta uerba, hæreditas potest dici grauata, & fideicommissum potest dici in rem scriptum, & quādo hęreditas grauata est, omnes ad quos transit dicta hæreditas in quocunque gradu sint fideicōmisso grauati dici possunt, Dec in consil. 182. col. 3. uersi. Item aduertendum Curt. Iun. in cōsil. 139. & latè D. Alba. in d. consi. 93. & Bello. in d. consi. 81. nume. 7. Nec me mouet si dicatur dictum grauamen reale posse dici restrictū per illas dictiones in præmissis casibus &c. ad casum in quo filij Co. Ludouici decederent sine masculis, qui casus non euenit. Nam primò respōdeo quòd ex quo illa eadem uerba in subsequenti capite, in quo grauantur successores testatoris ad deferendum eius nomen, & in prohibitione alienationis, eam tantum partem qualificant, in qua deficiente linea Co. Ludouici, grauatur nomen deferre & prohibetur alienare linea comitis Hieronymi, & in qua deficiente linea Comitis Hieronymi grauatur, & prohibetur linea Comitis Gasparis, & sic de reliquis, quod suo loco clariùs demōstrabitur, ꝙ pari modo in præsenti casu dici debent qualificare eam tantum partem, in qua deficiē te linea Co. Ludouici, uocatur linea Co. Hieronymi & ea deficiente uocatur linea Co. Gasparis, & sic de reliquis, ut una pars testamenti aliam declaret, Respondeo Secundò sic, aut per dicta uerba in præmissis casibus uult dici, quòd qualificatum sit hoc grauamen reale per substitutionem factam in uersi. quos descendentes, & habemus intentum, quia ibi uocati sunt descendentes inter quos de necessitate comprehenditur D. Annibal: quo stante, eius substitutionis uigore non potest dici ita restrictum dictum grauamen reale, ut nobis dicta restrictio obsit, aut uult dici quòd sit qualificatum p eam partem primæ partis in qua substituitur Co. Ludouico, si decesserit sine masculis, & eos sine masculis mori contingeret. Et hoc casu dicitur ꝙ ex quo in ea parte descendentes sunt tantū positi in conditione, & in antecedenti parte Comites Hieronymus & Gaspar, & eorum descēdentes sunt positi in dispositione, quòd per dicta uerba repetiti intelligi debent tātum casus & personæ quæ sunt in dispositione, quia in du

24 bio † relatio non fit ad ea quæ sunt in conditione, sed ad ea tantùm quæ sunt in dispositione per tex. in l. fin. in §. Titia ff. de liber. leg. quē tex. ad hoc induxit Ruin. in consi. 136. num. 9. uol. 3. & quòd propterea per dicta uerba non potest dici restrictum dictum grauamen reale quominus suum operetur effectum.

Quartò D. Annibal uocatus dici debet in ea parte in qua testator grauauit dictum suum hæredem & eius descendentes, & descendentium descendentes, in quos peruenerint sua hæreditas, & bona ad deferendum eius nomen. Nam testator grauando hæredem suum & eius descendentes

scendentes,& descendentium descendentes,de
necessitate dici debet,etiam grauasse D.Anni-
balem, tum quia hoc modo dici potest grauas-
se saltem tres gradus hæredum suorum, in quo
tertio gradu reperitur D.Annibal,tum quia di
cta uerba sunt habilia ad includendum omnes
descendētes in infinitum ut tradunt omnes in
capit. nouit ex.de iudit.quos refert & sequitur
Natta.in cōsilio 437.in princip.& postea sub-
dendo in quos peruenerint dicta hæreditas &
bona, dici potest,disposuisse quòd dicta hære-
ditas, & bona sua in dictos tres gradus ordine
successiuo peruenirent ad hoc tex.in l.fideicō-
missum in §. hæc uerba de legat. tertio, ubi per
hæc uerba ut possint ad filios tuos peruenire
dicitur hæres grauatus de restituendo eius fi-
lijs, & ibi Barto. not. quòd uerbum peruenire
importat fideicommissum, facit etiam subse-
quens priuatio dictæ hæreditatis & bonorum.
Nam eos priuando dici debet priùs disposuis-
se quòd dicta hæreditas ad eos perueniret, Pa-
ris.in consilio 52. numero secundo, uolum.3.
Et quatenus ex hoc capite D. Annibal uoca-
tus dici non posset,saltem fatendum est ex hoc
capite argui posse,quòd in alijs partibus,in qui
bus dubitatur an sit uocatus,quòd uocatus fue
rit, ulteriùs ex eo quòd grauati fuerunt descen
dentes & descendentium descendentes ad defe
rendum nomen testatoris, argui potest etiam,
quòd dicti descendentes & descendentium de
scendentes fuerint uocati, siquidē qui uult con
sequēs,uidetur etiam uelle omne necessarium
antecedens, facit ad hoc quod consuluit Soc.
Iunio.in consilio.111.numero sexto, uolumi-
ne primo, ubi ex hoc quòd testator,qui hæredi
suo substituerat tres eius sorores,eas grauat ad
diuidendum inter se bona sua, & si una foret
prædefuncta,ad diuidendum bona sua cum fi-
lijs prædefunctę sororis,consulit quòd dicti fi-
lij sororis prædefunctę intelligantur uocati, si
ex allegato grauamine filij sororis prædefun-
ctæ censentur uocati,qui in alia parte testamen
ti nec uocati,nec nominati fuerunt, quātò for-
tiùs descendentes descendentium Com.Ludo-
uici qui in hac parte grauati sunt, in alia parte
uocati dici debent, in qua descendentes uocati
sunt, quod uerbum habile est ad includendum
dictos descendentes descendentium ut supra
dictum fuit, facit etiam quod tradit Bartol.
in l.Centurio.numero 37. ff.de uulga.ubi posi
tos in conditione ex grauamine, interpretatur
fuisse uocatos. Nec iuuat dicere quòd Bart lo-
quatur in grauatis, & positis in conditione co
pulatiuè,quia etiam in casu nostro hæc duo cō
currunt,ut ex lectura testamenti apparet, & in
omnem casum non arguitur ex grauamine ad
uocationem, sed ad hoc tantum an ex grauami
ne facto descendentibus descendentium assu-
mi possit interpretatio quòd uocatio facta de
descendentibus extendi debeat ex præsumpta
mente testatoris etiam ad descendentes de-
scendentium, quòd multò minùs, est atten-
ta significatione dicti uocabuli descendentes,
ulteriùs ex eo quòd testator in initio prohibi-
tionis alienationis uoluit dicta bona & hæredi
tatem suam remanere in dictos descendentes,
& descendentium descendentes in infinitum,
argui potest quòd eos in infinitum uocauerit.
Nam quòd remaneant,dari non potest,nisi di-
camus eos priùs uocatos, & non solum uoca-
tos sed etiam bona in eos peruenisse. Vltimò
dictæ partes quatenus ambiguæ dici possent,
satis declaratæ dici possunt ex confessionibus
iuditialiter factis per D. Annibalem in quibus
25 se ex dicto fideicōmisso uocatū asserit, † nam
dubiæ testatorū dispositiones per hæredes de-
clarari possunt, & eorum interpretationi ad eo
rum præiuditium statur ut declarant Bartol in
l.gerit in sexta, & septima colum. ff. de acquir.
hæred.& Crau.in consilio.197.numero tertio,
ubi dicit stari declarationi nō solum primi sed
etiam secundi hæredis plùs uoluit Ruin.in cō-
silio 128.numero tertio,uolum.secūdo,quòd
in terminis nostris confessio fideicommissarij
tantū sibi & hæredi suo præiudicat,ut amplius
dicere non possit non adesse fideicommissum
non se ex eo uocatum esse & eius decisio con-
firmatur authoritate Bald.in consilio 89.Tho
26 mas uolum.2. ubi decidit, † quòd si quis fun-
dat intentionem suam super aliqua sua assertio
ne, ꝙ nec ipse nec hæres eius possunt amplius
eam impugnare, & faciunt ad hoc infinita adu
cta per Rolan. Aual.in consilio 82. quòd con-
fessio asserentis aliqua bona esse feudalia & si-
bi, & hæredi suo nocet.

Quintò dicti descendentes uocati dici pos-
27 sunt in ea parte † in qua facta fuit prohibitio
alienationis hæreditatis & bonorum ipsius te-
statoris cum ea ratione,qui uult quòd dicta hę
reditas & eius bona remaneant in dictum hæ-
redem & eius descendentes & descendentium
descendentes usque in infinitum: nam per di-
cta uerba ex quo prohibitio alienationis uesti
ta dici potest, tum quia concessa fuit facultas
permutandi inter ipsos prohibitos ut in termi
nis decidit Dominus Iaco.de Alba.in consilio
54 numero secundo, in fine, pro cuius decisio
nis confirmatione facit quod tradit Soccin.in
l.Marcellus in §. res quæ ad Trebellianum ubi
concludit, quòd si testator permittit hæredi ut
possit in unum ex descendentibus alienare
quòd ille descendens potest dici uocatus, tum
quia dicta prohibitio facta fuit pluribus quo
casu omnes prohibiti uidentur ad inuicem
grauati, & dicta prohibitio mutua contem-
platione facta dici potest gl.in l.codicillis in §.

instituto de leg. secũdo, & Alex. in l. qui Romæ in §. cohæredes in quarta col. uersic. adde ff. de uerbo. obligat. & deinde subsequitur illa clausula, & hoc quoniam nolo & c. dubio procul dici debet inductum simplex & absolutum fideicommissum, Soc. inter consil. Curt. Sen. cõsil. 40. col. penult. & fina. Curt. Iun. consi. 43. & D. Alba qui alios refert in d. consi. 54. in princ. quinimo etiam quòd dicta prohibitio uestita dici non posset, attamen simplex & absolutum fideicommissum inductum dici debet, tum quia adest illa clausula dispositiua quia uolo, ita in terminis declarant Soc. in l. qui Romæ in §. cohæredes in uersi. quartus casus ff. de uerb. obli. Decius consil. 23. & Gozad. in consil. 102. ubi infinitas congerit quotas, & ponderat multa uerba, quæ etiam in casu nostro leguntur, nec huic opinioni obstat Text. in §. codicillum in authen. de restit. fideicom. Nã in illo textu uocatus non admittitur, quia non erat intra quartum gradum, ultra quem gradum non extendebatur fideicommissum, præsupponitur ergò ibi quòd si ille uocatus fuisset intra quartũ gradum quòd admissus fuisset, quo in casu dictus §. codicillum nobis seruiret, ita declarãt Dec. in consilio 482. nume. 2. & Soc. in consil. 251. nume. 3. uol. 2. tum quia in casu nostro, in casu alienationis uocatę sunt certę personę & gradatim, quo casu Gozad. in d. consi. 102. dicit neminem esse qui in hoc casu dicat non resultare simplex & absolutum fideicommissum.

28 Et in omnem casum † ubi simplex fideicommissum inductum dici non posset, negari non posset, quin sit saltem inductum in casum contrauẽtionis, quę dubio procul facta dici debet, cùm institutus sit hæres qui ab intestato successurus non erat. l. peto §. fratre ubi Bar. in secundo casu. ff. de leg. 2. latè Paris. in consil. 63. nu. 22. uol. 2. Nõ obstat quod primò dicitur quòd dicta prohibitio alienationis uenit accessoriè ad exequutionem dispositionis iam factæ, & quòd ideo eam ampliare nõ potest Dec. consi. 377. & 636. Nam primo respondeo, quòd quicquid sit in alijs casibus, quòd in casu nostro non potest dicta prohibitio dici, quòd ueniat ad exequutionem præcedentis dispositionis fideicõmissariæ, tum quia multæ intermediæ dispositiones congestæ sunt, tum quia dicta prohibitio concepta fuit per uerba dispositiua, itẽ uolo & c. Soc. in consi. 73. num. 32. uol. 4. Respondeo secũdò quòd passim per doct. ubi substitutiones sustineri nõ possunt recurritur ad prohibitionem alienationis, & ex eo capite fideicõmissa sustinentur, quod fieri non posset, si prohibitio alienationis ueniret tantum ad exequutionem & non posset nouum fideicommissum inducere, sic Soc. cõsi. 227. uol. 3. Rum. cõsi. 117. uol. 2. & cõsi. 143. uol. 3. & Soc. Iun. consi. 163. uol. 2. & D. Alba. in d. consi. 93. nu. 2. ergo & c. Non obstat quod secũdo loco dicitur quòd dicta prohibitio restricta est uigore earum dictionum, ut supra, & earum aliarum in præmissis casibus ad eos casus, de quibus supra dictum fuit. Nam primò respondeo quòd super illis dictionibus ut supra nullum potest fieri fundamentum, quia ex plerisque partibus ipsius testamenti & etiam ex eadem parte apparet, quòd sunt apposita potiùs ex quodã stylo notarij quàm ad aliquem effectum sic in simili arguit Socc. Iun. in consi. 71. num. 18. uol. 3. immo apparet quòd per eas uoluit tantùm induci repetitionem earundem qualitatum nõ autem restringi ipsã dispositionem generalẽ ad casus multũ remotos & extrauagantes, pariter dr̃ quòd illę dictiones in præmissis casibus non seruiunt, quia & in præsenti casu & in illo in quo testator grauauit omnes eius hęredes ad deferendum eius nomen, linea Co. Ludouici semper distincta fuit ab alijs, & dictæ dictiones sunt tantùm appositæ in illo capite post grauamen adiectum cęteris lineis, & in præsenti capite post prohibitionem alienationis factam dictis lineis Co. Hieronymi & Gasparis, & propterea quantùm attinet ad successionem Co. Ludouici & eius descendentium nullo iure dici potest, quòd prohibitionem eis factam restringant. Suadetur præsens interpretatio quia prohibitio seu rõ prohibitionis factæ Co. Hieronymo & fratribus, &

29 eorum descendentibus est proximior, † & relatio in dubio semper fit ad proximiora. l. si idem cum eodem. §. fina. ff. de iurisdit. omnium Iud. Suadetur secundò quia si dicta uerba in pręmissis casibus possent qualificare prohibitionẽ factam Co. Ludouico & eius descendentibus, & descendentium descendentibus in infinitum, & sic uellemus restringere dictam prohibitionem ad descendentes, qui nati forent tempore obitus Comitis Ludouici, primò illa uerba descendentium descendentes in infinitum forent nati tempore obitus Co. Ludouici, & sic ad eos extendi non posiit dicta prohibitio. Item implicaretur contrarietas, quia impossibile est quòd grauentur descendentes descendentium in infinitum, & quòd sint tantùm uocati qui adessent tempore obitus Comitis Ludouici, & certi tu-

30 ris est † quòd relatio nunquam fit ad eam partẽ dispositionis, ad quã si fiat, resultat superfluitas uel contrarietas Ruin. in consi. 185. uol. j. & latiùs natta. in consi. 270. numero 5. Tertiò respondeo sic aut testator in antecedẽti parte testamenti ordinauit, quòd fideicommissum trãsiret ad omnes descendentes, & hoc casu non obstant illæ dictiones, si quidem effectum suũ operantur, aut testator non ordinauit hoc, & hoc casu dici debet facta noua dispõ & nouum

31 fideicõmissum. Nec obstãt illæ dictiones, † quia quando

quando quis potest de nouo disponere, & apponit uerba dispositiua, tunc etiam quòd se re ferat ad aliam dispositionem, quæ non reperitur, nihilominus noua dispositio inducitur, & ea attenditur, ita in terminis declarant Cur. Iun. in consi. 43. in col. fi. Castren. in cōsi. 234. uisis in antiq. Roma. in consi. 457. circa propositum, & post alios Alba. in d. consilio 54. numero quarto.

Vltimò dicitur, quòd & si D. Annibal fuit continuatus authore iudice in possessione bonorum relictorum per patrem, quòd nihilominus hæres ipsius D. Annibalis in hoc iuditio, in quo de iuribus partium coram excelso Senatu plenè disceptatur, probare debuit ipsum D. Annibalem fuisse de legitimo matrimonio natū, & hac qualitate non probata succumbere debet, Ita punctualiter decidit per infinitas rationes & decisiones quę in fonte uideri possunt Natta. in cōsi. 473. in primis 6. uel 7. col. uol. 2. & ex his clarè patet fideicommissum subesse in fauorē Ill. D. Co. Fabij Vicecomitis Borromęi.

Suppleant Doctissimi, & integerrimi Ill. D. causæ Delegati.

Ita de iure respondit Camillus Porrus Iureconsultus Venerandi Collegij Mediolanensis.

Et ita iuris esse censuit R. D. Antonius Carpanus Com. S. Antonij & Iureconsul. Mediolan.

Et secundū supradicta etiam consuluerunt Magn. D. Iureconsulti Venerandi Collegij Mediolanensis, Gotardus Reyna, Marcellus Rintius, Hieronymus Moresinus, Melchion Besutius, & Philippus Maria Vicecomes.

Ita iuris esse etiam censuerunt R. Iureconsul. D. Gulielmus Pusterla Ordin. Ecclesiæ maioris Mediolani, Magn. D. Comes Petrus Martyr Ponzonus Iureconsultus Cremonen. Magnif. D. Antonius, & Sauinus Marliani Iureconsulti Mediolanen.

Ita etiam consuluerunt Insignes & Excell. Aduocati Sacri Cōcistorij Magn. D. D. P. Paulus Iustinus, Antonius Vellius, Antonius Marchesanus, Carolus Baldatinus, Petrus Aldobrā dinus, Honofrius Camaianus, etiā Fisci Apostolici Patronus, & Marius Gabriellius, etiam populi Romani Aduocatus.

Ita etiam iuris esse censuerunt doctissimi & celeberrimi Magn. Pyrrhus Tarrus aduocatus Romanus, & Antonius Massa Romanus Iureconsultus.

Ita etiam iuris esse affirmauerunt Magnifici Domini Agabitus de Magistris, Bernardinus Biscia, & Horatius Arrigonus insignes aduocati Romani, & Magnificus Dominus Virginius Bocacius Iureconsul. in Rom. Cur. & non nulli alij.

PRO ILL. COMITE GEORGIO, aliàs Theod. de Triuultijs, hl. quond. Ill. Co. lo. Firmi. Cons. D. Pyrrhi Tarri in Romana curia causarum Aduoc.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas per testatorem requisita uendicat sibi locum in illis, in quibus qualitas concurrebat uel tempore testamenti, uel tempore mortis.*

2 *Proximior, qui erit testatori, si ab ipso testatore sit institutus, requiritur, quòd saltem sit cōceptus, antequàm testator obiret.*

3 *Agnati quando à testatore sub conditione uocantur, intelligitur de extantibus tempore euenientis conditionis, præsertim quando non sumus in hæreditate ascendentium, uel patrui, extra quos casus non habet locum repręsentatio.*

4 *Proximiorem, ac eius descendentes ubi testator uocauit ad successionem, isti descendentes non solùm per fideicommissum patri, sed etiam per uulgarem illi dicuntur esse substituti.*

5 *Fideicommissum cōditionale quibus casibus non transmittitur, eisdem tamen casibus ueniunt descendentes, siue iure transmissionis, siue ex iure propria uocationis, quando simul cum eorū patre fuerunt uocati.*

6 *Transmissio quare fiat in contractibus pendente etiam conditione, & quare idem non fiat in ultimis uoluntatibus.*

7 *Magis dilectus in uno casu, censetur etiam magis dilectus in omnibus alijs casibus, qui tacitè etiam considerari possunt.*

8 *Substitutione in una habente relationem ad aliā, censentur repetita dicta in alia substitutione, cùm relatum cēseatur esse in referente cū omnibus suis qualitatibus.*

CONSILIVM XXXII.

VIDETVR de iure respondendum fore, q dum in testamento quon. Ill. D. Theodori Triuultij deficiente linea masculina ex Iulia ipsius filia uocatur Primogenitus, siue maior natus proximior ipsius Testatoris ex agnatione, & familia de Triuultijs, fuerit intellectū de Ill. Co. Io. Firmo, patre Ill. Com. Georgij, qui erat, & tpe cōditi testamenti, & tpe mortis primogenitus, & maior natu ex familia de Triuultijs, &
1 proximior ipsius testatoris, cū qualitas † requisita per testatorem uendicet sibi locum in illis, in quibus qualitas concurrebat, uel tempore testamenti, uel tempore mortis, ut est tex. in l. cū ita §. in fideicommisso, & in l. peto. §. frater. ff. de leg. secūdo, & in l. si cognatis. ff. de reb. dub.

Bar.in l.interuenit.ff.de leg. præstan. Rom.in
cousil.438. nu.10. cum seq. qui licèt postea in
casu,in quo consuluit,discedat ab bac opinio-
ne, pp quædam, quæ in illius facti specie con-
currebant, tñ in testamento,de quo agitur,ni-
hil considerari potest, pp qđ debemus discede
re ab hmõi regula,immo,ut infra demõstrabi-
tur,ex ipso testamẽto clarè hoc idẽ probatur.

Maximè, quia testator nõ simpliciter uocat
Primogenitũ ex familia de Triunltijs, sed pro-
ximiorẽ ipsius testatoris, Vnde ad cognoscen-
2 dum, quis esset proximior testatoris, † inspici
dẽt tẽpus mortis testõris, qnia illi dicunẽ pxi-
miores,qui adsunt tpe mortis, cũ aliàs nõ pos-
sit dici proximior testõri,si non erat saltẽ cõce
ptus,auteq̃ testator obiret, nt probat tex.in l.j.
§.si quis proximior ff.un.cognat.& facit tex.in
l.si quis filio exhæredato,in prin.in uer.nõ fuis
se autem.ff.de in iusto rup.& irri. test.& in l.j.
§.sciendum, & in l.Titius, & in l. itẽ prætor, in
prin.ff.de suis & legi.hęr.& in §.cum antẽ uers.
planè insti. de hæredi. quæ ab intest. deferun.

3 Nõ ob.ꝙ † primogenitus proximior ipsius
testatoris fuerit uocatns sub conditione, & ꝙ
propterea intelligi debeat de eo, qui superfuit
tpe purificatę cõdõnis, nt per Bal.in l.2.nu.5.
C.de iur.emphit.& Alexan.in l.ex facto.§.pen.
nu.3.ff.ad trebell.qno ẽt fit,ut qñ snb conditio
ue uocantur aguati, intelligitur de extantibus
tpe euenientis conditionis, l.cũ qui post.ff.de
condi. & demon. Soc.in l.si coguatis.nu.30.ff.
de reb.dnb.Dec.in cõsi.217.in fi.Et cũ Co.Io.
Firmus decesserit ante euẽtum conditionis,nõ
potuit ipse aliqnid capere, nec transmittere ad
ipsius descendentes primogenitos. l.si ex pluri
bus ubi glo.ff.de suis & legit.l.uni. nbi omues,
C.de his q ante aper.tab.& l.uni.§. finantẽ sub
cõdõne,ubi ẽt omnes.C.de cadn.tollen.& not.
in l.cũ ita §.in fideicõmissoff.de leg.2.& in l.hę
redes mei,§ cũ ita.ff.ad trebell.& p̃sertim, quia
nõ sumus in hæreditate ascendentium, nec etiã
patrui, extra quos casus non habet locum re-
pręsentatio,ut per Dec.in l.2. nn.6.circa fin.C.
de succes.edic.& in consi.j.col.j.& 2.

Qm̃ omuis difficnltas tollitur ex uerbis te-
stamenti,in qno nõ solùm nocatur proximior
testatoris sed etiã unico coutextn uocãtur eins
descendentes primogeniti. Vñ,licèt tpe existẽ
tis conditiouis, nõ superuixerit Co.Io.Firmus
tamen superuixit Com.Georgins illius descen
dens primogenitus,qui nõ venit,nec iure trans
missionis, nec etiam iure repręsentatiouis, sed
iure pprię nocationis. Ita iu terminis nostris
latè declarat Paul. de Cast. in consil.164.col.j.
ad fi.cum col.seq.in 2.part. quem refert, & se-
quitur Soc.in d.l.si coguatis, col.2.uer.2.infer
tur.ff.de reb.dub.Abb cousi.85.uol.j.Cagnol.
in proęmio.ff.nu.77.uel 87.

4 Nam uocando† proximiorẽ,ac eius descen
dentes primogenitos, isti descendentes nou so
lùm per fideicommissum eorum patri,sed etiã
per vulgarem illi dicũtur esse substituti,ut post
Pau.de Cast.hr̃ per Soc. in l.Gallus.§.quidam
rectè nu.6.& 9.ff.de lib.& posth.Quæ quidrm
uulgaris habet locum etiam in fideicõmissis,
& legatis.l.ut hæredibus.ff.de legat.2.Corn.in
consi.44.sub num.4.uol.3.Dec.in consi.416.
nu.5. & hæc quidem uulgaris continet casum,
in qno pximior non potuit capere,quia prędecessit ante euentum cõditionis, cùm uulgaris
contenta in cõpendiosa omnes casus cõtineat,
ut not.omnes in l.Centurio.ff.de uulg. & pup.
& in l.precibus.C.de impuber. & alijs substitu
tio.Ang.in consi.104.ad fi. Curt.Sen.in consi.
75.& circa fi Dec.in cõsi.416.sub nu.10.circa
med.ex quibus omnibus sequitur qđ & si Co.
Io.Firmus nou potuerit capere, quia decessit
ante euentum cõditionis, tñ Comes Georgius
eius descendens primogenitus per uulgarem
succedit in bonis fideicommisso subiectis.

Quod etiam ostenditur. Nam in casibus,in
5 quibus † fideicõmissum condõnale nõ trãsmit
titur.ueniunt tñ descendentes,siue iure trãsmis
sionis, siue ex iure pprię uocationis, qñ simul
cùm eorũ patre fueruut nocati, ut uoluit Soc.
in d.l.hæredes mei.§.cùm ita, nu.10. ff. ad tre-
bell.Dec.in consi.397.num.6.& in consi.515.
col.j.Ruin.in consil.28. nu.4.cum seq.uol.2.&
in consi.179.col.2.uersic. sed tamen præmissis
non obstantibus, eod.uol.2.

6 Suadentur præmissa. Quia uidemus,ꝙ † in
contractibus pendente cõditione fit transmis-
sio.§.ex conditionali.insti.de uerb. oblig. & rõ
est secundum glo. ibi quia in cõtractibus quis
censetur non solùm sibi uelle prouidere, sed ẽt
suis hęredibus,in ultimis autem uoluntatibus,
ideo non fit transmissio,quia testator censetur
uelle prouidere tantùm illi fideicõmissario uel
legatario. Vnde cùm in casu nostro testator
uoluerit prouidere, & ipsius testatoris proxi-
miori primogenito, & etiam illius descenden-
tibus primogenitis, militat ratio, quare trans-
missio fiat,& cessat ratio,quare aliàs transmis-
sio non fit in ultimis uoluntatibus.

Rursus suadetur.Nam si Comes Io.Firmns
superuixisset usq; ad tempus euenientis condi
tionis, nulli dubium est, ꝙ post mortem ipsius
Comitis Io. Firmi, Comes Georgius exclude-
ret oẽs istos alios,qui hodie petunt se admitti,
ex quo datur intelligi, ꝙ cùm hæc substitutio
non solùm contineat fideicommissariam, sed
etiam nulgarem inter ipsos fideicõmissarios,
7 ideo† Comes Georgins,tanq̃ in uno casu ma-
gis dilectus censeri debet quoque, & magis di-
lectus in omnibns alijs casibus, qui etiam tacitè
possunt considerari.Bart. in l.2.in princip.sub
nu.36.

nu.36.ff.de uulg. & pupil. Corn.in consi.276. nu.10.uol.3. Rui.in consi.93. ante nu.6.uol.3.

Quę omnia supradicta in casu nostro transeunt absq; difficultate, postq̃ testator fecit expressam relationē ad praecedentia, ut patet in illis uerbis, & ita eos ordine, modis, & formis, quibus supra, substituit uulgariter & pupillariter,
8 & per fideicōmissum. Qua de re, † cū supra praecedente 2. uel 3. genito Iuliæ ante conditionis euentum, uocauerit illius descendentes primo genitos, etiam si secundo & tertio genitus non extiterint, ita quoque per relationem ad illud, dr̃ fuisse expressum in hoc alio casu. l. ait prętor §.j. ibi, accipiendum sic est, quasi quantitatē non minuerint, ubi Bart. Ias. & Rip. ff. de re ind. l. si ita scripsero, ubi Bar. & alij. ff. de cond. & dem. l. si defensor. §. q interrogatus, ubi Bal. ff. de interroga. actio. & hinc est, qđ relatum cēsēt esse in referente, cum oībus suis qualitatibus. l. asse toto. ff. de hęred. instit. Dec. in consi. 532. nu. 4. & in ꝓposito nostro ꝙ in una substōne habēte relationē ad aliam, censeantur repetita dicta in alia substitutione, idē Dec. in consi. 291. col. 4.

Pyrrhus Farrus in Roma curia Aduocatus.

IN EADEM CAVSA REVER. PATRIS Finetti Iureconsl. Senensis, & in Romana curia Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoris designati Cons.

SVMMARIVM.

1 *In hæreditatibus uel fideicommissis relictis familiæ uel agnationi semper præferuntur hi qui fuerunt nominati ab ipso testatore.*

2 *Substitutionis gradus ubi plures testator facit, eosque omnes substituit non solùm uulgariter & pupillariter, sed etiam per fideicommissum, succedit communis conclusio, quòd præmoriente primo uel secundo, seu alio substituto, hæreditas remanet pęnes grauatum cum onere eam restituendi alijs sequentibus in gradu.*

3 *Spes succedendi ex fideicōmisso licèt regulariter non transmittatur in descendentes, id tamen fallit quando constat de contraria mente testatoris, & per præsumpta, & maximè in materia primogenituræ.*

4 *Primogenitura licèt per lineam transuersalē non porrigatur ultra filium fratris, secus tamē quando filius uult succedere non iure proprio, sed tāquam repræsentans personam ipsius patris.*

5 *Primogeniti lineā ad cognoscendā an dēat attēdi tēpus testamenti, an tēpus impleta conditionis.*

CONSILIVM XXXIII.



IN casu de quo agitur, existimo concludendum esse hæreditatem bo. me. Ill. D. Theodori Triultij esse delatam Ill. D. Georgio. Idq; po-
1 tissimùm ea ratione † ꝙ in hæreditatibus uel fideicommissis relictis familiæ, uel agnationi, semper præferuntur hi, qui fuerunt nominati ab ipso testatore, prout est text. & ibi doct. oēs in l. cùm ita. §. in fideicōmisso. ff. de leg. ij glo. in l. fi. in uerb. nulla C. de uerb sign. Bar in l si cognatis num. 3. in uersi. quæro quo ordine ff de reb. dub. Dec. in consi. 79. nu. 1. Sed testator in casu nostro non solùm nominauit primogenitos, sed etiam quia uidebat illam conditionem positam in illis uerbis. Qua linea recta & c. ueri similiter posse adimpleri post mortē eius, qui tempore testamenti tenebat locum primogeniti, processit ulteriùs nominando non solùm ipsum primogenitum, sed etiam descendentes ipsius primogeniti, ac etiam primogenitorum primogenitos, secundo, tertio, & usq; in infinitum, & deinde in sequenti parte testamenti declarauerit. Quòd eius mens & intentio erat, ꝙ bona, & hæreditas prędicta remanerent in primogenitos masculos agnationis suæ. Sequitur igitur ut Ill D. Georgius, qui descendit per lineam Io. Firmi primogeniti testatoris ex linea trāsuersali tanquàm primò nominatus debeat præferri omnibus alijs descendentibus ex alia linea quamuis nunc sint in gradu proximiori ipsius testatoris.

Quod etiam euidentiùs demōstratur ex eo, quòd testator declarauit successionem primogenituræ per lineam transuersalem regulandā esse secundum dispositionem, quam supra fecerat in primogenitura eius descendentium. Vt patet ex illis uerbis. Vt supra secundo tertio, & in infinitum ac modis formis, & cōditionibus quibus supra, Et ideo sicut in primogenitura descendentium semper præferendus esset qui descenderet ex primogenitis quamuis tempore adimpletę conditionis reperirentur alij maiores natu, ac etiam proximiores ipsius testatoris, ut latè per Tiraq. in tract. de iur. primogen. q. 40. ita et in isto casu debēt præferri descēdentes ex primogenitis per lineam transuersalem.

2 Comprobatur, quia † cùm testator fecerit plures gradus substitutionis, eosq; oēs substituerit, non solùm uulgariter, & pupillariter, sed etiam per fideicommissum, succedit cōis conclusio, ꝙ præmoriēte primo, uel scđo, seu alio substituto, hęreditas remanet penès grauatū, cū onere eam restituēdi alijs sequētibus in gradu iuxta tex. in l. uni. §. . . . C. de cad. toll & declarat Bar. in l. quādin in fi. ff. de acq hęre. Soc. in consi. 52. in fi. lib. j. Dec. in cōs. 427. nu. 7. Soc. Iun. in consi. 90. nu. 2 t. lib. 1. & consequenter. deficiente Ioanne firmo primo loco, & gradu per testatorem substituto, hæreditas remansit penès Io. Iacobum, cum onere eam restituēdi Ill. D. Georgio, qui nūc reperitur in primo gradu lineę ipsius primogeniti, per quam, ut diximus,

mus, testator fecit plures gradus substitutionis de primogenito in primogenitum usq; in infinitum, quarum substitutionum alij gradus sunt perempti per mortem substitutorum ante euentum conditionis.

3 Accedit, quòd licet regulariter † spes succedendi ex fideicommisso, non transmittatur in descendentes, id tñ fallit, qñ constat de cõtraria mente testatoris & præsumpta. Bald. in l. unica nu. 10 in uer. tu dic, C. de his qui ante sper. tab. & in l. j. nu. 1. C. ut actio ab hered. & contra hered. incip. Soc. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 6. ff. ad trebel. Dec. in consi. 174 nu. 2. Curt. Iun. in consi. 16. sub nu. 6. Paris. in consil. 78. nu. 2. lib. 2. capy. deci. 115. sub nu. 6. & seq. At in casu nostro, non solùm concurrit præsumpta mens defuncti, ꝙ præsumitur magis dilexisse primogenitum, q̃ alios descendentes. l. 3. §. si duo. ff. de legi. tuto. l. hæredes mei §. fi. ff. ad trebell. §. si plures insti. de legi. agna. success. & maximè in materia primogenituræ, pnt declarat Couaru. practicarum quæstionũ c. 38. sub nu. 5. in uers. etenim qui primogeniũ cõstituit. & sub nu. 11. in uersi. etenim quemadmodũ testator prædilexit primo nominatum. Sed ẽt habemus uerba expressa ipsius testatoris, qui ut diximus, uocauit primogenitos, ac eius descendentes, ac primogenitorum primogenitos secũdo & tertio, & in infinitum, ac ẽt declarauit, ꝙ nunquã successio deferatur ad sequẽtem lineam, donec ex prima aliquis masculus legitimus & naturalis superesset. Quod etiam uoluit obseruari in linea transuersalium, ut patet ex dictis uerbis: Vt supra, ac modis formis & cõditionibus quibus supra. Sequitur igitur, ut non posßit dubitari, quin successio, uel spes succedẽdi ex dicto fidei cõmisso sit transmissa in dictũ Ill. D. Georgiũ.

4 Nec prędictis obstat, ꝙ † primogenitura per lineam transuersalem. non porrigatur ultra filium fratris, vt per Tiraq. in tractatu de iure primogeniorum q. 41. Nã obiectio procedit, qñ filius uult succedere non iure proprio, sed tanquàm repręsentans personam ipsius patris, & ratio est, quia repręsentatio solũ admittitur, qñ agitur de successione ascendẽtium, vel patrui, ut ibi per Tiraquel post alios, quos allegat, sed in casu nostro Ill. D. Georgius succedit ex persona propria, & tanquàm nominatus, & uocatus tam ex uerbis, quàm ex mente testatoris.

5 Nec etiam obstat, si dicatur, ꝙ † ad cognoscendam lineam primogeniti, non debeat attẽdi tempus testamenti, sed tempus impletæ conditionis, prout uidẽtur innuere illa uerba. Tũc & eo casu, quia immo dẽt attendi tempus testamenti, ut. s. censeantur nominati illi, qui tunc erant primogeniti, iuxta tex. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. & maximè, cum testator, ut supra fuit dictum, non solũ uocauerit ipsum primogenitum, sed etiam eius descẽdentes, & sic eos qui tpe implete conditionis erunt descendẽtes ex illo primogenito. Nec illa dictio. Tũc & eo casu, plùs operatur, q̃ si esset dictum in euẽtũ, vel casu, quo deficiat prima linea, succedat primogenitus, ac eius descendẽtes, prout declarat Cassiod. decis. 1. sub nu. 6. & seq. de testa.

Minùs obstant illa uerba. Maior natu, tum qa testator nõ simpliciter uocat maiores natu, sed primogenitos, seu maiores natu. Quę uerba ostendunt, ꝙ pro eodem accipit maiorẽ natu, & primogenitum, ita ut semper debeat uerificari illa qualitas. Quòd sit primogenitus. iuxta gl. in c. bone el primo in uerbo nominatio nem in fi. quam ad hoc notat ibi Imol. nu. 10. de postu. pręla. tum etiam quia Ioan. Firmus, à quo descendit Ill. D. Georgius, erat etiã maior natu. Et ideo nihil interest, an testator nominauerit primogenitũ, & eius descendentes in infinitum, uel maiorem natu, & eius descendẽtes.

Bonsignorus Finetus Senensis sacri palatij Apostolici causarum auditor.

CONSLIVM D. BAPTISTAE à S. Blasio V. I. D. Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ De clausulis, & uerbis saluantibus testamentũ à uitio præteritionis, & qualiter fratres, & Pater succedant defuncto in dote materna.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an præteritione filij iam professi religionem sit nullum.*

1 *Præteritio liberorum reddit testamentum ipso iure nullum.*

3 *Clausula, quod testamentũ uoluit ualere eo modo quo ualidiùs ualere potest, facit ut filius, cui aliquid relictum est, censeatur in eo institutus.*

4 *Filius, cui aliquid relictum est in testamento paterno uidetur implicitè institutus, & ideo ad supplementum legitimæ tantum agere potest.*

5 *Supplementum legitimæ non potest peti ab eo, qui per quinquennium tacuit.*

6 *Clausula, omni meliori modo & c. in libellis, & in testamentis posita, habet uim, ut ubi id, qđ ago, non ualet, ut ago, ualet, ut ualere potest.*

7 *Voluntas testatoris coniecturata dicitur expressa.*

8 *Comparens in iudicio pro executione testamenti, illud querela amplius improbare non potest quamuis in eo esset præteritus.*

9 *Verbum, accipiat, & uerbum habeat, in testamento positum, inducit institutionem in eo, quod accipitur uel haberi iubetur.*

10 *Relictum in testamento intelligitur in dubio, ut inducat*

inducat institutionem, ut sic testamentum potius ualeat, quàm pereat.

11 *Monachus & seruus possunt in acquirendis præiudicare monasterio, & domino.*

12 *Testamentum per clausulam codicillarem sustinetur adeo, ut præteritus uideatur grauatus restituere totam hæreditatem instituto hæredi.*

13 *Statutum quòd filius masculus succedat exclusa fœmina, ualet contra l.maximum uitium.C.de lib.præt.*

14 *Pater transiens ad secunda uota tenetur de iure cõmuni partes filiorum primi matrimonij mortuorum sibi acquisitas reseruare superstitibus filijs eiusdem matrimonij.*

15 *Statutum dictans, quòd patri deferatur successio filiorum decedentium, intelligitur ut deferatur patri liberè absque aliquo onere reseruãdi cuiq;; & hoc ut tale statutum aliquid operetur contra ius commune.*

CONSILIVM XXXIIII.

1 IN Christi nomine amẽ. Viso † testamento quon. ser Bartholomęi Milleoui notarij, quęritur de duobus primò utrũ dictum testm̃ sit nullum ratione præteritionis dñi don Esaiæ eius filij professi religionem. Secũdò qualiter reguletũ successio dotis maternæ dicti quond. Domini don Esaiæ, cum mater eius decesserit relictis tribus filijs masculis, & una filia fœmina, & pater postea transierit ad secunda uo-

2 ta &c. Circa primum † quæsitum licèt prima facie dictum testamentum uideatur esse nullũ ratione præteritionis, quæ reddit testamentum ipso iure nullum, ut in lege intercetera, & l.in suis ff.de libe.& posthu.& institu.de exhæredatione libero.in principio, tamen in casu nostro contrarium est uerius & sic, quòd dictus Dñs don Esaias censeatur in illis libris quos dixit

3 ex testamento pater institutus. † & hoc quia ipse testator in fine testamenti apposuit clausulam scilicet, quòd uoluit illud testamentum suum ualere eo modo, quo ualidius ualere potest. Ita dicitur in dicto testamento, quo casu dicta clausula facit, quòd filius cui aliquid relictum est censetur in eo institutus ut sic ualeat, & testamentum, ita dicit Baldus in l. quoties. C. de hære.institu. Idem ibi dicit, & tenet Paulus de Castro. Idem tenet Alex.de Imol.in suo consi.110.in lib.3.consiliorum suorum, & ista est una potissima ratio per quã mouear ad di-

4 cendum, † quòd pater uidetur implicitè instituisse dictum eius filium in dictis libris, & sic, quòd si libri non sufficiunt ad eius legitimam in bonis paternis, quòd possit, & debeat agere ad supplementum legitimæ, ut in l. omni-

5 modo. C. de inoffic. testamen. † si tamen tempora petendi supplementum legitimæ nõ fuit

a lapsa, ut habetur in l.si quis filium. a C.de inoff.testamen.

6 Ad prædicta † de illa clausula omni meliori modo &c.facit, quòd in materia libellorum notauit Io.de Imo. in l.si cum nulla.ff.de re. iudi. & Ang.de Are.in §.omnium institu. de actio. & sic illa clausula habet hanc uim, & uirtutem, scilicet, φ si non ualet, quod ago, ut ago, ualeat ut ualere potest. de quo per Bart.in l.j.§.si quis ita.ff. de uerb.oblig. & per aliquos in lege non credendum. C.de testa.& sic ita uř fuisse mens testatoris, quæ colligitur ex dicta clausula. † Se

7 cundò est amplectenda uoluntas testatoris l. in cõditio.primum locum.ff.de condi & demon. l.licèt Imperator.ff.de lega.1. ubi dicitur quòd uoluntas, testatoris cõiectura ta dicitur expressa, & quod dixit Baldus in l.eum quidam.C. de necessa. seruis hæredita. instituen. qui dixit, quòd sicut canis uel uenator sequitur leporem Ita etiam Iudex debet subsequi, & perquirere mentem testatoris.

8 Secundò principaliter probo, † quia dictus D.don Esaias executor etiam factus in dicto testõ, cõparuit in iudicio & extra pro Frãcisco eius fratre uniuersaliter hærede instituto in dicto testõ pro substinendo dictam ultimam uoluntatẽ patris, ut mihi præsupponitur unde uř approbasse ipsum testm̃ patris fuit etiam si in eo præteritus fuisset. probo per l. fin.in prin.ff.de inoffic.testamen. iuncta l. filio præterito. ff. de iniust.rup. & irri.testa.

Tertiò principaliter probo, φ dictus Dñs don Esaias censeatur in institutus in dictis libris, quia testator dixit, quòd accipiat & habeat dictos libros, ut patet in illo testamẽto. Constat

9 autem, quòd uerbum accipiat, est uerbum commune tam ad institutionem, quam ad legatum, ut uidetur casus in l. ab eo C. de fideicommiss. prout illud uerbum accipiat refertur ad institutionem, & ad legatum. Et idem est in uerbo habeat l.prima, C.de sacr. san.eccle.ibi habeat unusquisque licentiam, &c. Et patet ex narratis per Bart. in l. precibus. C. de impuber. & al.subst. & per Baldum in repeti.capit. si pater

10 de testamen. libro sexto. † Item in dubio debet intelligi, quod inducat in illis libris institutionem ut sic potiùs ualeat testamẽtum, quàm pereat l.quoties. ff. de reb. dub. & in l.in testamen.ff. de reg.ulis iuris.pro quo, adducit qđ hř per canonistas.in capit.Rayn.de testa. . . . .

11 & φ pdicta patet, qđ malè agitur, ut ab intellato succedat maximè † qa dictus D.don Esaias approbauit dictum testm̃, & in hoc potuit suo monasterio præiudicare.s.in acquireudis, sicut põt seruius in acquirẽdis piudicare dño suo, ut hř in l.cõtra iuris.§.fi.ff.de pact.& p Abbatẽ in c. . . . de in inte.restit.& per Pau.de Cast in suo

12 primo consilio.† Quinimo etiam si testamentum illud fuisset,& esset nullum ex causa prçteritionis,nihilominus in effectu sustentaret pp uim clausulç codicillaris appositæ ī dicto testamento per testatorem quæ facit quòd præteritus uideatur grauatus de restituēdo totam hçreditatem ipsi Francisco hçredi instituto uniuersaliter in eo testamento ut dicunt Doct. in auth.ex causa.C.de lib. præteri. uel exhæreda. & Bar.& alij in l.2.ff.de iure codicil.& hoc nullam habet dubitationem & sic patet, quòd dictum monasterium malè agit contra dictum D.Franciscum, & hæc de primo quæsito.

Circa secundùm quæsitum aduertendū est, ꝙ Mater prædictorum prima uxor dicti testatoris decessit ab intestato relictis tribus filijs masculis scilicet. Mattheo nunc professo, qui nominatur Esaias & Io.Petro,& Francisco masculis, ac etiam relicta Catherina filia fçmina, unde licèt de iure communi successio materna ita spectare fœminæ sicut masculis per l.maximum uitium.C. de libe. præteri. uel exhçreda.

13 † tamen ex forma statuti Paduæ, filij masculi soli succedunt, exclusa filia fœmina,& sic standum est illis statutis ut notat. Bald. in dicta l. maximum uitium probatur ex generalitate l. omnes populi.ff.de iust. & iur. Deinde primo loco decessit dictus Io.Petrus ī pupillari çtate ideo sua tertia pars pertinuit dicto eius Patri, & dictis alijs duobus fratribus suis pro portionibus uirilibus, ut in auth.defuncto C. ad Tertullianū. Deinde secundo loco decessit dictus Franciscus in pupillari çtate, ideo in sua tertia parte,& in illa portione uirili successit pr̄ eius & dictus Mattheus eius frater pro portionibus çqualibus,seu uirilibus per dictam auth. defun

14 cto,& si diceretur,† qđ dictus testator ex quo transiuit ad secūda uota tenetur illas partes successionis Maternæ prædictorum eius filiorum reseruare liberis primi matrimonij,& sic dicto Esaiæ per ea,quæ habentur in l.fçminç, & l.generaliter,ubi per Bar.& alios C.de secun.nupt. ubi dicunt,per gl.quæ est in dicta l.generaliter quod illa iura habent locum etiam in uiro transeunte ad secundas nuptias,sicut in fœmina trā

15 seunte ad secundas nuptias.Respōdeo, † quòd ex forma statutorum Paduæ aliud tenetur cōmuniter,& sic quòd successio quæ defertur patri in bonis filiorum prædictorum defertur patri liberè, ut sic statutum aliquid operetur contra ius commune.l.si quando in princ. ff.de legat j.& sic,quòd Pater etiā transiens ad secunda uota nō tenetur reseruare liberis primi matrimonij, & ita consultum fuit hic Paduæ, per me, & per multos alios Doctores quorum rationes nunc non refero breuitatis causa, & sic concluditur,qđ per dictos agētes malè agitur.

Ego Bapt.de S.Blasio ita dico & cōsulo &c.

a l.Si quis filium. In extremis uerbis illius legis dicitur, ꝙ qui uel quinquennio tacuit,uel repudiauit, querelam amplius contra testamentum instituere non potest. Limitatur ille text. non habere locum quando esset renunciatum præparationi querelç,ratio est, quia cùm hodie nō sit necessaria præparatio querelæ ut transmittatur ad liberos,ut in ead.l.dicitur,ideo licèt renuncietur præparationi,nihil nocet. Ita singulariter limitatur ille tex.ab Alex in l.cum mota. in 2.col. super glo. in uersi. per uos. C.de transact.Leon. à Lege.

C A S V S.

IN Christi noīe amen.Quidam Ant.q.Marculini instituit sibi hæredes suos uniuersales eius filios legitimos, & naturales,uidelicet Dominicum,Petrum, & Michaelem, & prohibuit eis alienationem bonorum ita ꝙ bona sua uadant de hærede in hæredem dictorum filiorū suorum:& hoc tantum potest probari per duos testes, Accidit quòd dictus Michael post mortem patris sui testatus est, & instituit sibi hæredes sex filias eius iam dotatas, stante consuetudine uel statuto, ꝙ ab intestato extātibus masculis agnatis non succedunt filiæ fçminæ, dicti uero Dominicus,& Petrus fratres uolunt releuari facere dictum testamentū Patris iuxta l.publicati. C. de testa. & dicunt dictum testamētum ualere inter liberos,& omnia bona hçreditaria subiacere fideicommisso, & sic Dictū q.Michaelem nō potuisse partem bonorū suorum hçreditariorum per testamentum suum transferre in dictas eius filias, tanquam subiaceant fideicommisso. Quæritur quid iuris.

CONSILIVM D. BAPTISTAE à S. Blasio Patauini.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum tam respectu piæ causæ,quàm etiā filiorum, & descendentium ex eis ualet,& probari potest per duos testes.*

2 *Testamentum inter liberos potest probari per duos testes tantùm,nedum per scripturam publicam coram duobus testibus factam.*

3 *Fideicōmissum factum inter liberos non instituta persona extranea, ualet inter liberos usque in infinitum.*

4 *Liberorum appellatione ueniunt oēs descendētes.*

5 *Testator in loco, ubi statuto prohibentur fçminæ succedere extantibus masculis, si inter liberos disposuerit, descendentes eius uidentur uocati secundùm ordinem illius loci.*

6 *De hærede in hæredem, uerba in fideicommisso posita,*

posita, restringuntur ad descendentes tantùm, & non ad hæredes extraneos.

7 *Grauatus restituere per uerba, de hærede in hæredem, non potest filias proprias instituere, si in loco fideicommissi uiget statutum, quòd fœminæ non succedant extantibus masculis.*

8 *Liberi grauati per fideicommissum paternum intelliguntur de iure communi substituti sub tacita conditione, si decedant sine filijs.*

9 *Filiæ fœminæ pro extraneis habentur in locis, in quibus statuto prohibentur succedere extantibus masculis.*

10 *Filij onere fideicommissi paterni grauati restituere hæreditatem de hæredibus in hæredes, filias proprias instituere non possunt, si statutum in loco uigeat, fœminas non succedere extantibus masculis, sed legitimam tantùm ipsi grauati detrahere possunt.*

11 *Legitima filij grauati est tertia pars eius, quod habiturus erat ab intestato.*

12 *Trebellianica detrahi non potest, ubi alienatio bonorum suorum prohibita est ab homine & sic à testatore.*

CONSILIVM XXXV.

1 IN hoc articulo dico, ꝙ testamentum † prędictum tam respectu pię causæ, quàm etiam respectu filiorum & descēdentium ex eis ualet ex quo potest probari per duos testes, de pia causa habetur per Bart. in l j. C. de sacrosanct. eccles. & ibi per alios, & est communis opinio Doct. à qua non est recedendum in iudicando, & consulendo ut per doctores in ca. ne initatis. de constit. & probatur in l. minimè. ff. de legi. & l. athletas. in princip. ibi, & generaliter Ita omnes opinantur. ff. de his qui nota. infam. & habetur etiam de hoc per Doct. in cap. cùm

2 esses. & c. relatum. de testa. † Quòd autem testamentum inter liberos posit probari per duos testes tantum, nedum per scripturum publicā factam coram duobus testibus probatur in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & ista est communis opinio, ut dicit D. Alex.

3 de Imo. in auth. quòd sine C. eo. tit. † Et attēto ꝙ dictum fideicommissum est inter liberos tātùm, & non est immixta persona extranea ua-

4 let inter ipsos liberos usque in infinitum: † quia appellatione liberorum ueniunt omnes descendentes l. liberorum. ff. de uerbor. signif. & constat, ꝙ dictus §. ex imperfecto. loquitur de testamento inter liberos, loquendo per uerbum liberorum, & ideo cùm sit ꝙ de consuetudine loci filiæ dicti quon. Michaelis non successissent ei ab intestato, sed ipsi fratres superstites ipsi defuncto fuissent admissi exclusis filiabus ipsius quon. Michaelis licèt aliud sit de iure cōi ut in l maximum uitium. C. de liber. præter. uel

5 exhęr. † certè dictus quō. Antonius prima testator, uidetur uocasse ipsos descendentes suos ad dictum fideicommissum, secundùm illum ordinem secundum quem ab intestato successissent, ut notabiliter declarat Bar. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. & illud uerbum

6 adiectum in testamento prædicto. scilicèt † de hærede in hæredem restringitur ad descendentes tantùm, & nō ad hæredes extraneos, ut probatur in l. ex facto § fin & ibi notat. per Glo. & Doct. ff. ad Trebell. & per Ang. in suo cōs. 265.

7 & in consil. 110. in 2. colum. † & ideo infertur, ꝙ dictus Michael non potest instituere dictas eius filias nō successibiles ab intestato, ex quo bona illa subiacent fideicommisso, ut habetur in l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de uulgari & pup. sicut si ipse Michael prohibitus alienare instituisset extraneas personas, ut in l. pater §. fratre. ff. de legat. 2. quasi istæ eius filię habeantur pro personis omnino extraneis, quantùm attinet ad propositum nostrum per prædicta iuncta l.

8 j. §. extraneum. C. de rei uxo. actio. † Vnum solum facit dubium in proposito nr͡o, s. quia dictus Michael uidetur grauatus ad dictū fideicommissum sub conditione tacita. scilicet si ipse Michael decederet sine liberis, ut in l. generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. sub conditio. fact. & l. cùm acutissimi. C. de fideicōmiss. & l. cùm anni. ff. de condi. & demonstra. Sed respondeo, ꝙ illa iura loquuntur ubi de iure communi filiæ fęminæ succederent ab intestato, sicut masculi ut in d. l. maximum ui-

9 tium iūctis dictis iuribus, † sed in casu nostro nos loquimur in filiabus fęminis, quæ ab intestato non succederent extantibus fratribus defuncti, ut mihi præsupponitur. Quo casu aliud est, pro quo facit, quod not. Bar. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. Ad idem facit ratio, quæ est ꝙ si testator expresse grauasset dictum quon. Michaelem sub conditione expressa, uidelicet si ipse Michael decederet sine filijs uel filiabus, certè ipsę filię, uel filii eius non censerentur uocati, & inuitatæ ad fideicōmissum dictorū bonorum: sed solùm uiderentur eis reseruatū ius succedendi ab intestato in illis bonis, ut tenet communis opinio in l. Lucius. ff. de hęre. instituen. et habetur in l. uel singulis. ff. de uulga. et pupill. sed istę filiæ quon. Michaelis non poterant ab intestato succedere, ut dictū est, stante statuto, uel cōsuetudine patriæ. Sequit ergo ꝙ idem est, quando nulla est facta mentio expressa, sed solùm tacita de ipsis filiabus, ut in proposito nostro, quo casu tacitè leges illæ uidentur reseruasse eis illud ius ab intestato succedendi, ut in dicta l. cùm acutissimi. cum simili. ut scilicet l. non uideatur sensisse de illis filiabus non succelsibilibus ab intestato. argum. in

l. cum

l.cum quid ff si cer.peta.nbi tacitum,& expressum æquiparantur, & ita aliàs consultum uidi per Excell. Doctores huius studij Patauini. Ex
10 prædictis omnibus concludo, † quòd dictus quon Michael non potuit testari in filias suas de dictis bonis hæreditariis dicti quon. Antonij tãquam subiectis restitutioni fideicõmissi, quod pertinet dictis Dominico, & Petro ex
11 cepta tantùm legitima sua, † quæ est tertia pars suæ tertiæ partis, ut habetur in auth. nouissima. C de inoffic. testam. cum de legitima detrahatur fideicõmissum,& grauamen, ut in l.ex tribus, & l.quoniam in prioribus C. eod. titu & hoc si ipse quon. Michael eius legitimã in totum, uel in partem non alienauit uel distribuit in uita sua: quia tunc de illa sua legitima bene posuit ipse quon. Michael testari, ut
12 hr in d.l.coheredi §.cùm filię, † & in casu nostro non potest detrahi Trebellianica, ex quo in testamento dicti quon. Antonij est prohibita alienatio: Certè ubi est prohibita alienatio per hominem, & sic per testatorem ibi non potest fieri detractio Trebellianicæ, ut notabiliter dicit Bal. in auth. sed nec in ea. C. ad l. Falcidiam, & Angel. in auth. de hæredi. & Falci. §. si uerò expressim,& Ludouic. de Roma in quodam suo consil. dixit contrarium,& malè.

Ego Bapt. de S. Blasio ita dico,& consulo.

CONSILIVM D. BAPTISTAE à S. Blasio Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ Dispositio.§ repletionem in l.scimus.C.de inoffi.testam. uolens ꝙ legitima descendentium habeatur non in fructibus, sed in substantia defunctorum an hẽat locum in legitima ascendentium, & concluditur, ꝙ non & est singularis, & noua limitatio ad illum §. per totum consilium.

SVMMARIVM.

2 *Matrem nõ computare sibi fructus in legitimam suam, tenuit Capol & num. 1.*
3 *Legitima filiorum, & cæterorum descendentium non ex fructibus, sed ex substantia deducitur, et ex corporibus hæreditariys defuncti.*
4 *Prouisio facta de iure nouo extenditur ad casus de iure antiquo æquiparatis.*
5 *Matrem computare fructus in legitimam sibi debitam, quibus medijs probetur.*
6 *Legitima magis debetur liberis, quàm parentibus, & maior ratio & fauor in liberis versatur.*
7 *Liberi primi gradus non imputant fructus in Trebellianicam, & tamen secus est in parentibus etiam primi gradus.*
8 *Quæ dissimilitudines faciant diuersum ius in legitima debita liberis, & illa quę debetur parentibus.*

CONSILIVM XXXVI.

1 IN Christi nomine amen. † Quæritur utrum fructus percepti p matrem ex iuditio eius filij testatoris grauatam onere fideicommissi post eius mortem in bonis immobilibus tantum, computentur, & computari debeant in le gitimam debitam matri in bonis filii sui testatoris. Hoc dubium per Doctores in paucis 1
2 locis declaratur: tamen, † ꝙ mater non cõputet sibi fructus in legitimam suam, Ita consuluit famosus Doctor D Bar. Cæpolla per iura quæ loquuntur in legitima debita liberis, seu descendentibus in bonis ascendentium, uideli cet per l.scimus.§.repletionem. C de inoff.test.

Contrarium tamen consuluit famosus Doctor dominus Angel. de Castro,& hoc per authen. Glo. in c. Raynutius de testam. in Gl. pen. quæ tamen loquitur in legitima liberorum si extaret consuetudo, ꝙ liberi deberent imputare in eorum legitimam fructus bonorum immobilium testatoris,& sic non facit ad propositum, propter duo; primò quia illa Gloss. loquitur in legitima liberorum. Nos autem loquimur in legitimã matris,& sic ascendẽtium.

Secundò, quia loquitur stante tali consuetudine, non autem loquitur de iure communi, Nos autem quærimus, quid iuris de iure communi, cùm de nulla consuetudine appareat. Item mouetur idem dominus Angelus per auctor. Ioan. And. in c.si pater. de testam. libro 6. sed ego in libro meo non reperio Ioan. Andr. hoc dixisse, quid ergo dicemus. In hoc quæsito ita procedo. Et primò uidetur dicendum, ꝙ
3 mater nõ computet fructus in legitimam † quia sic est etiam in legitima filiorum uel descẽdentium, quæ deducitur de substantia, & corporibus hęreditariis defuncti, non autem ex fructibus, ut in l.scimus.§.repletionẽ. C. de inoff. testam. qui.§.corrigit. l. Papin.§.unde si quis.ff. de inoff. testa. ubi de iure antiquo. ff. aliud, & contrarium erat statutum: ergo idem debet esse in legitima debita matri sic ascendenti: quia non minùs debetur hęreditas, & legitima parentibus,& sic ascendentibus, quàm debeatur descendentibus, ut in l. nam etsi parentibus. ff. de inoffi. testam. Secundò, quia communiter teneri uidetur, ꝙ sicut legitima in persona descendentium est aucta, ut l. cùm quæritur, & auth. nouissima. C. de inoff. testam. ita etiam aucta est in persona ascendentium, ut dicunt Doctores in d. auth. nouissima, ita ergo in proposito

sito cum sit inductum per iura noua, quòd legitima descendentium detur hodie eis, ex substantia defuncti, et non ex fructibus, ut in d. §. repletionem, certè idem uidetur dicendum in legitima matris, uel ascendentium.

Tertiò, quia legitima parentum, & legitima liberorum in hoc erat æquiparata de iure ueteri, & antiquo scilicet, q fructus in utraq; imputarentur, ut in d. § unde si quis, et ibi per Do
4 ctores, tunc sic, † quotiescunq; duo casus sunt æquiparati de iure ueteri prouisio facta p ius nouum, etiam correctorium, in unum ex casibus æquiparatis extenditur ad alium casum illi æquiparatum, ut in l. ut tantùm. ff. de ser. corrup. et l. si quis seruo. C. de fur. et ser. corrup. et notat Rapha. Cumanus in l. si uerò §. de uiro. ff solu. matrimo. ergo ille § repletionē loquens in legitima liberorum, seu descendentium, qđ in ea fructus non imputentur coniungendo dictum §. unde si quis debet extendi etiam ad legitimam matris, seu ascendentium, ut nec in legitima eorum imputentur fructus.

5 Quid ergo dicendum? † ego puto quòd in legitima matris imputētur fructus, & sic quòd §. repletionem non habeat locum in legitima matris, uel ascendentis: sed in ea seruetur ius antiquum, quod uolebat legitimam deberi, & in ea imputari fructus, ut in d. §. unde si quis. Et q hoc sit uerum, probo per auctoritatem Bald. in cap. si pater. de testa. lib. 6. ubi expressè decidit, q in legitima filiorum non imputētur fructus, tamen secus est in legitima matris, uel ascendentium. Ita uult ibi Bald. in sua repetitione, & utitur istis uerbis. Quæro nunquid sicut filij, & alij descendentes debent habere legitimam ex substantia patris nō ex fructibus, ut supra dixi, eodem modo ascendentes debeāt habere legitimam ex substantia descendentiū, non ex fructibus, & respondeo, quòd non, immo ex fructibus eam habere possunt, ut est textus ad l. Falcidia. l. fili. fam. Ista sunt uerba Bal. in repet. dicto capitu. si pater. in ultima charta, quæ decidunt casum istum. Secundò probo per auctoritatem domini Alex. de Imola in l. filiusfamil. ff. ad leg. Falcid. ubi expressè approbat Bald. ubi supra, & in l. fideicommissa. ff. ad Trebell. ubi dicit, q non meminit uidisse hūc casum per alium Doctorem tractatum nisi per Bald. ubi supra affirmans opinionem Baldi esse uerissimam. & dicit hoc esse diligentissimè notandum. dicens, q ille §. repletionem loquitur tantùm in legitima descēdentium, & sic quòd non habet locum in legitima parentum, maximè per illam l. filiusfamil. ff. ad leg. Falcid. licèt illa l. filiusfamil. loquatur in Falcidia & non in legitima.

Ad hoc etiam facit: quia ille §. repletionem corrigit iura uetera, ut ibi patet, meritò, cùm loquatur in legitima liberorum non debet extendi ad legitimam matris. uel parentū, quia quod non mutatur, quare stare prohibetur l. scimus. C. de testamē. & l præcipimus C. de appellat. & ita tenendum est fauore testamenti, ne fideicommissum uniuersale intercidatur, uel diminuatur argum l primæ. C. de sacrosan. eccles. & l. uel negare. ff. quemadmo. testamen. aperiantur.

6 Ad argum. adducta in cōtrarium rñdeo † Et primò ad primum respondeo, q magis debeē legitima liberis, quàm parentibus, & sic maior ratio, & fauor est in liberis. quàm in parentibus l. scripto. ff unde liberi. & l. cum ratio. ff. de bonis dānatorum. Ad hoc facit l. iubemus. C.
7 ad Trebell. † ubi liberi primi gradus non imputant fructus in Trebellianicam, & tamen secus est in parentibus, etiam primi gradus. putà in patre, uel matre, ut dicta l filiusfamil. ff. ad l. Falcidiam, & ibi per Docto. ubi etiam latè per Alex. de Imol. ultra alios Doctores.

Ad secundum rñdeo, q licèt ita sit in argumento legitimę tamen aliud est in aliis, & sic in casu proposito; arg. l. j. C. de dotis promiss. & l. ius singulare. ff. de legibus.

Ad tertium, q prima facie uidetur stringere, licèt Doctores non ponant, respondeo, q
8 illud procedit † ubi est omnimoda paritas, & similitudo; argum. l. illud. ff. de leg. Aquil. & l. Aticio. ff. de uer. ob. & c. intra quatuor de transl. prælat. Sed in casu nostro ratione uera est diuersa ratio in legitima filiorum, & in legitima ascendentium, ut notant Doctores in dicta authen. nouissima. Pro quo facit: quia frequentiùs et naturaliùs accidit casus in legitima debita filiis, quàm ècontra, cùm naturaliter priùs pater uel mater mori soleat ut in l. quod de pariter. ff. de rebus dub. ergo credendum est, q ille §. repletionem non uoluerit corrigere iura uetera, nisi in filiis, uel descendentibus præten deutibus legitimam in bonis ascendentiū suorum, cùm tm̄ de filijs faciat mentionem: arg. l. nā ad ea. ff. de legibus. cùm ergo inter legitimā parentū & legitimā descendentiū nō sit oīmoda par rō, & similitudo non procedit illud arg. pro quo adduco Gl. in l. iusiur. qđ ex conuentione. §. pupillus ff. de ireiu. in Gl. 2. & gl. in c. susceptum de rescr. lib. 6. in gl. pe. unde ex prædictis concludo, q mater uel eius hæredes tenenē sibi imputare fructus in legitimā suam, licèt secus sit in filiis, uel aliis descendētibus. Et maximè, quia secundum Bald. & Angel. in l. si miles. §. fin. ff. de inofficio. testamen. ascendentes non possunt detrahere nisi unam quartam, licèt descendentes duas possint detrahere &c.

Ego Bapt. de S. Blasio, ita dico & consulo.

CON-

CONSILIVM D. BAPTISTAE à S. Blasio Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ De fructibus computandis in Trebellianicam per liberos ultra primum gradum, & an dos materna imputanda sit in legitimam filijs, quę debetur ex bonis aui materni, ac de nonnullis alijs notatu dignis.

SVMMARIVM.

1 *Compromissi forma est diligenter obseruanda, & ab ea non est recedendum.*

2 *In Trebellianica detrahenda per nepotem ex filia, cum non dicatur de liberis testatoris, debent imputari fructus medio tempore percepti ab ipso nepote.*

3 *Dos matris debet imputari in legitima filio debita in bonis aui, à quo profecta est dos. Fallit quando in dotis constitutione fuisset stipulatum, dotem illam restitui debere ipsi matri uel eius hæredibus: quia tunc non imputatur. nume. 4.*

5 *Impensæ in bonis per fideicommissum restituendis factæ, si utiles, uel utiles & necessaria, uel tantùm necessaria fuerint, deducuntur inquantum bona restituenda fuerint meliorata, & non ultra.*

6 *Fructus percepti ante euentum diei in fideicommisso positi, nō computantur cum melioramentis factis in bonis restitutioni obnoxijs.*

7 *Fructus medio tempore percepti, nō imputantur in Trebellianicam à liberis primi gradus detrahendam, secus in liberis secundi gradus.*

8 *Dos auię maternæ potest à nepote ex filia detrahi de bonis mariti ipsius auiæ. Fallit tamen in multis casibus ibidem positis.*

9 *Fructus percepti post mortē grauati per fideicommissum, sunt restituendi substituto, & eò maximè quando hi qui perceperunt, præsumerentur non ignorasse tale fideicommissum.*

10 *Trebellianica, quando debetur, non perditur per non confectionem solennis inuentarij.*

11 *Prohibita alienatione omnium bonorum censetur & prohibita detractio Trebellianicæ.*

12 *Prohibitus alienare, si alienet aliquam rem de prohibitis cadit à tota hæreditate, si extraneus hæres est, sed si est suus, potest semper alienare usque ad eius legitimam.*

13 *Prohibitus alienare quamuis citra legitimam alienet, non tenet alienatio rerum immobilium si sit minor ann. 25.*

14 *Legitima per suum detrahenda, est tertia pars totius hæreditatis in corporibus bonorum hæreditariorum, & non in fructibus.*

15 *Legata facta grauato restituere, & bona per eum acquisita, sunt deducenda per hæredem grauati.*

16 *Dotes illæ non sunt deducendæ à grauato onere fideicommissi, quas testator in instrumento dotali non se obligauit restituere.*

CONSILIVM XXXVII.

IN Christi nomine amen. Viso
1 compromisso, † & eius forma, à
qua non est recedendum. l. non di
stinguemus. §. de offi. ff. de arbi-
tris. cum similibus, ac uisis omnibus scriptu-
ris mihi exhibitis tam sub sigillo, quàm etiam
sine sigillo, & sententiis, & appellationibus se-
quutis inter partes de qnibus in eis, & maximè
inter Iacobum dictum Rosium filium q. Ioan-
nis dicti Rosius de Resio uallis an natæ ex una
parte petentem, & inter Ioannem, & Vrsulam
filios quon. Boumartini uallis Solis, seu eorum
tutores uel curatores, seu interuenientes pro
eis ex alia parte, requisitus, ut de iure scribam
quid sit, & maximè num fuerit bene, uel
malè iudicatum inter dictas partes de consil.
domini Aloysij de Camplis. I. V. D. per dn̄m
Michaelem assessorem Magnifici & potētis ui-
ri domini Aliprandi &c. Et consequenter u-
trum fuerit & sit bene uel malè appellatū pro
parte dictorum Ioannis, & Vrsulę, &c. Breui-
ter loquendo, & conclusiuè dicendum est, ꝙ
fuit et est bene iudicatum per præfatum D. Mi
chaelem de consilio prædicto in omnibus, &
per omnia, eo excepto, ꝙ ubi dicitur de Trebel
2 lianica detrahenda † ex quo Petrus institutus
hæres per testatorē erat nepos ex filia ipsius te
statoris, & sic non erat de liberis primi gradus,
certè in tali Trebellianica detrahenda, si & in-
quantum esset detrahenda, deberent imputari
fructus percepti per ipsum quon. Petrum, post
aditam hæreditatem dicti testatoris, ut est ca-
sus in l. iubemus. C. ad Trebell. Item dum dici
3 tur in sententia & consilio prædicto, † ꝙ dos
matris dicti Petri debet ei, uel eius hæredibus
imputari in legitimam suam, quæ ei debetur
in bonis testatoris eius aui materni, hoc est ue
rum, nisi in instrumento dotis matris ipsius
quon. Petri, dotans eius matrem in euentum ip
sius dotis restituendæ soluto matrimonio, con
tracto inter eius matrem, & dictum quō. Bou-
4 martinum, fuisset stipulatus † illam dotem re-
stitui deberi ipsi quon. eius matri, seu hæredi-
bus eius, seu filijs & hæredibus suis; quia tunc
Doctores in eodem communiter tenent, ꝙ ta-
lis dos non deberet imputari in legitimam de-
bitam dicto Petro, ut dicūt Doctores in l. quo
niam nouella. C. de inoffi. testa. & in l. illam C.
de collationibus, & dominus Alex. de Imo in l.
in quartam. ff. ad l. Falcidiam hoc ita dico, quia
licèt

licèt illud instrumentum sit productum, tamē non potui illud inuenire in scripturis mihi traditis. Item dum dr̄ de melioramentis, quę reseruantur dictis Ioanni & Vrsulæ, dico q̄ hoc debet intelligi de melioramentis utilibus, uel utilibus & necessarijs, uel necessarijs, uidelicet si probauerint tantum fuisse impensum per dictum quon. Petrum, uel eius patrem inquanto bona hæreditaria restituenda per fideicommissum dicto Iacobo, meliorata fuerunt, seu preciosiora facta sunt propter illud, quod impensum fuit, iuxta l. in fundo. ff. de rei uendicat. & quod ibi notat. Verbi gratia si impensa sunt decem, & bona sunt meliorata in quindecim, poterunt deduci & repeti solū decem, & si ecōtra impensa sunt quindecim, & bona hæreditaria subiecta fideicommisso sunt meliorata in decem tantùm, certè decem tantùm deduci poterunt, & non quindecim. Ita communiter tenetur per glo. & Doctores in dicta l. in fundo.

6 ff. de rei uend. † Item circa ista melioramenta consequenda aduertendum est, q̄ fructus percepti per quon. dictum Petrum ante euentum diei dicti fideicōmissi non cōpensantur cū dictis melioramentis, ut est Glos. in l. emptor. §. j.

7 ff. de rei uendicat. † licèt imputentur in Trebellianicam ex quo Petrus prædictus non est de liberis primi gradus, sed secundi gradus, ut in l. iurisconsultus. §. primo gradu. & §. secundo gradu. ff. de gradi. ut clarè probatur in d. l. iubemus, ubi de hoc est casus, & ideo miror, quòd primus consultor nō aduerterit in hoc, sed nō est mirum: quia Bart. in l. quod de bonis. §. qđ auus. ff. ad leg. Falci. dicit q̄ ipse in hoc puncto uidit errare unum magnum Aduocatum; ita ibi dicit Bartol. ad finem: ita etiam ibi dicit Paulus de Castro.

Item circa dotem uxoris dicti testatoris detrahendam per hęredes dicti quon. Petri aduer

8 tendum est, † quòd bene detrahi potest de hæreditate dicti testatoris, nisi ipse testator in cōstitutione dotis eius filiæ matris dicti quon. Petri dixisset, q̄ ipse constituebat dictam dotem computando in eam dotem maternam, & sic dotem uxoris ipsius testatoris: quia tunc quatenus dos constituta filia ipsius testatoris concurrit cum dote uxoris suæ matris dictæ eius filię, ipse Petrus, ut hęres matris suę, non posset consequi dotem auitam, seu uxoris ipsius testatoris, quę fuit mater matris ipsius q. Petri per casum l. fin. C. de dot. promissio. Idem etiā si filia dicti testatoris cum iuramento renunciasset patri suo successioni, uel prosecutionī eius dotis maternę per cap. quamuis. de pactis. lib. 6. cum simili. uerumtamen de his mihi nihil constat ex scripturis mihi exhibitis, & ideo licèt Petrus fuerit hæres matris suæ, & eius mater fuerit hæres similiter matris suæ uxoris illius testatoris; qui hæres hæredis testatoris primus est hæres. l. fin. C. de hæredibus instituendis. Et etiam licèt Petrus fuerit hæres aui sui materni, ut patet ex illo testamento, & sic prima facie uideantur confusæ eius actiones, ex quo ipse ut creditor dotis successit debitori. l. stichum. §. adito. ff. de solutio. ramen, q̄a post mortem ipsius quon. Petri hæreditas aui sui est restituenda iure fideicommissi dicto Iacobo . . . . Ideo actiones suę competentes ipsi q. Petro pro dicta dote auiæ maternę sibi restituantur, ex quo tūc, eo mortuo sine liberis, desinet uigore illius fideicommissi in effectu esse hæres aui sui, ut in l. ex sextante. §. latinus. ff. de re iudica. & per Paulum de Castro, & Doctores in l. debitori tuo. C. de pactis. & ibi etiam per Bal. & alios Doctores, qui dicunt, quòd tale debitū cōfunditur per alienationem hęreditatis debitoris factā p creditorē, quoad actionem, secus quoad retentionē, ut in casu nr̄o, ut est casus in l. si debitor. ff. ad leg. Fal. Et hoc uerum est, nisi fructus post mortem testatoris percepti capiant nedum Trebellianicā in qua fructus imputantur per liberos, qui sunt ultra primum gradum, ut d. l. iubemus & l. quod de bonis. §. quod auus. ff ad leg. Falci. sed etiam capiant tale debitum dotis auię maternę dicti q. Petri, sed quatenus correspondent quantitati illius dotis: quia bene uerum est, q̄ super extantes fructus ultra Trebellianicam, si Trebellianica deberetur, & ultra debitum dotis auiæ maternæ, cedunt lucro dicti quon. Petri, & eius hæredum, ut est casus in d. l. quod de bonis. §. quod auus. & ibi Bart. & Paul. de Castr. dicentes, quòd hoc uidetur mirabile, tamen ita est de iure secundùm ipsos Doctores; Ita etiam tenet D. Alex. de Imol. in d. §. quod auus. Et loquor de fructibus perceptis post mortem testatoris usque ad mortem dicti quon. Petri p cuius mortem extitit casus dicti fideicommissi l. j. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tollen. & l. hæres meus. ff. de condi. & dem.

9 † Reliqui enim fructus percepti post mortem dicti quon. Petri. de ipsis bonis hæreditatis dicti testatoris, sine dubio sunt restituendi dicto Iacobo substituto, ut habetur in l. fideicōmiss. in princ. ff. ad Trebell. & l. j. & ij de usur. & fructi. legat. nec hæredes dicti quon. Petri faciūt eos suos, maximè quia sunt malę fidei possessores cùm uerisimiliter scirent, uel scire deberēt testamentum dicti testatoris, tanquam coniuncti & c. arg. l. uicinis. C. de nuptiis, & l. octaui. ff. unde cognati, & in l. si de tutel. C. de in integrū restitu. mino. & cap. quantò. de pręscrip. & absque dubio post litem contestatam contra partem aduersam per dictum substitutū pars aduersa est effecta in mala fide, & nullos fructus facit suos, ut in l. certum in fine. C. de rei uendic.

dic. de quo etiam habetur in l. ex diuerso. ff. de
10 rei uendic. † Sed posset quispiam dubitare utrū per non confectionem inuentarij, si dictus q. Petrus non confecit inuentarium solenniter iuxta l. fi. C. de iu deliberan. perdiderit detractionem Trebell. si Trebell. debetur, & circa hoc licèt multi multa dixerint tamē communis opinio Doctorum est, quòd non perdatur. Ita dicit D. Alex. de Imol. in authē sed cum testator. C. ad l. Falci. Et ab ista communi opinione, nō est in indicando de iure recedendum, ut in l. minimè. ff. de leg. & in l. athletæ. in princ. ff. de his qui notan. infam. & habetur in c. ne innitaris de constitutionibus.

11 Insuper dubitatur † utrum per prohibitionem alienationis bonorum factam per testatorem dicto quon. Petro uideatur prohibita detractio Trebellianicę. Et prima facie uidetur dicendum quod sic, quia sic etiam est in Falcidia, ut in auth. sed & in causa. C. ad l. Falcid. & in corpore unde sumitur, in Auth. ut sponsalitia largitas §. fin. & licèt ille tex. loquatur in Falcid. quę detrahitur de legat. singularibus, ut in instit. de l. Falci. in princ. & non de fideicōmissis uniuersalibus, ut in proposito nostro in quo cessat detractio Falcidiæ, sed de Trebellianica dubitatur, tamen Bal. in dicta auth. sed & in ea singulariter dicit idem in Trebellianica, & sic q̄ ubi est prohibita alienatio ibi cesset Falcidia, ac etiam Trebellianica, & ibi dixit Bal. q̄d Aduocati ad hoc non aduertunt. Et per consequens concludo, q̄ etiam si fructus medio tpe concepti per dictum quon. Petrum non sufficerent ad Trebel. detrahendā, quòd nihilominus non potest detrahi ipsa Trebel. ex quo testator in testamento expresse prohibuit alienationē bonorum suorum, per quam prohibitionem alienationis insurgit à iure prohibitio Falcidiæ, & Trebellianicæ, ut in dicta auth. sed & in ea & ibi per Bald. singulariter, & in hoc malè fuit iudicatum, & similiter malè fuit consultum per præfatum Doctorem, quicquid dixerit Ludouicus de Roma in suo consi. 206. ubi errando dixit, quòd prohibitio alienationis facta ab homine, seu testatore nihil operatur, ex quo per leg. est prohibita alienatio rei subiectę fideicommisso per leg. fin. C. communia de legat. iuncta l. iij. ff. de legat. j. sed malè loquitur contra Glos. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. 3. & quod not. Pan. de Cast. in d. l. fin. & in l. peto. §. fratre, & ibi per Bal. ff. de leg. 2. & per Pan. de Castro in l filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. Et etiam: quia Doctores in d. auth. sed & in ea. similiter pertranseunt cum Bal. ibi immo etiam Ange. in Auth. de hæredibus, & Falcid. in §. si uerò expresse circa finem 1. colum. dicit, quod credit illam auth. sed et in ea habere locum etiam in Trebellianica.

12 Insuper dubitatur † utrum per alienationē alicuius partis bonorum hæreditariorum, seu alicuius rei hæreditariæ prohibitę alienari per testatorem, ipse quon. Petrus fuerit priuatus tota hæreditate. Ita quòd immediatè fuerit delata substituto in illo testamento. et certè uidetur dicendum, quòd sic ut per Angel. in suo consi. 158. in 2. colu. sed certè illud est uerū in extraneo hærede instituto prohibito alienare etc. Cui nulla legitima debetur, sed in nepote ex filia prædefuncta, cui debetur legitima, ut in §. aliud quoque capitulum. in Auth. ut cùm de appellat. cognoscitur talis prohibitio, et grauamen procedit, & intelligitur, quādo prohibitus alienare aliquid, ultra eius legitimam alienaret, ratio, quia de legitima ipso iure detrahitur omnis conditio, & omne grauamen, ut in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. & constat, quòd si quid reperitur alienatum per dictum quon. Petrum nepotem testatoris. computatur in eius legitimam proportionaliter, ut in l. Marcellus. § res, quæ, & ibi Bart.
13 ff. ad Trebel. † sed si quid esset, uel reperiretur per eum alienatum ultra legitimā, adhuc stante hoc, quòd ipse quon. Petrus erat minor annis uigintiquinque, nō potuit alienare aliquid immobile, ut in ll. quæ tutores. C. de administ. tut. & in toto tit. ff de bonis eorum, & quod habetur in l. ob æs. C. de prædijs minorum, & Institu. quibus alienare licet, uel nō. §. nunc admonendi. in glos. & gloss. in cap. constitutus. de in integrum restit. & per consequens non transtulit dominium in eum, uel eos, cui, uel quibus facta est alienatio, ut in l. non dubium. C. de leg. Adeo quòd accipientes res immobiles ab isto quon. Petro, scientes eum esse minorem annis uigintiquinque, non possent præscribere; etiā si putassent de iure alienare posse omnino res immobiles simpliciter: quia essent in errore iuris, quòd nō excusat, ut in l. ij. §. si à pupil. & ibi notat. ff. de usucap. pro empto. Et maximè, quia talis sic contrahens cum minore uigintiquinque annis præsumitur esse in mala fide, ut in l. quemadmodum. C. de agricol. et censit. lib. 10. et c. qui contra iura de regul. iur. lib. 6. et ideo ratione peccati nullo tempore præscribere posset, etiam in terris Imperij, nedum in terris Ecclesiæ, ut not. in cap. fin. de præscrip. et in cap. possessor malæfidei de regul. iur. libro 6. et per Angel. in repeti. l. j. C. de iudicijs, et per consequens infertur, quòd ipse quon. Petrus minor annis uigintiquinque alienādo aliquid immo-
14 bile; etiam ultra, quàm † capiat eius legitima, quæ est tertia pars totius hæreditatis in corporibus bonorum hæreditariorum, et non in fructibus, ut in l. scimus §. repletionem. C. de inoff. testam. non incurrit pœnam priuationis dictæ hæreditatis: argum. d. l. non dubiū, et cap. non præstat

præſtat impedimentum: de regul.iur. lib.6. & præſertim, quia alienatio eſt de genere permiſſorum, & non eſt delictum, & ſic de genere in ſe prohibitorum, ut in l.in re mandata C.mandati, & quod notat.in dicto cap. non præſtat impedimentum in fine Glo. ſed bene fateor, quod per mortem ipſius quon.Petri, qui deceſsit abſque liberis fuit & eſt locus dictæ ſubſtitutioni, unde in priori caſu malè fuit, & eſt iudicatum ex conſ.præfati d.Conſul.

15 Item aduertendum eſt, † quòd legata facta illi quõ.Bonmartino, ſunt deducenda per dictos Ioan.& Vrſulam, ut patet ex teſtamento ipſius teſtatoris: quia uerba teſtamenti ita ſonant ergo &c.l.non aliter.in prin.ff.de legat.3. & §.diſponat in Auth.de nuptijs & l.prima. C. de ſacroſan.eccleſ. licèt in dicta ſententia non uiderim hoc eſſe exceptum. Item prout etiam iudicatum fuit, ſunt deducenda omnia bona acquiſita per dictum quon.Bonmartinum: quia inſtrumenta cantant in ſuam perſonam, ergo ſunt ſua, ut probatur ex notatis per Bartol.in l. cùm proponas. C. pro ſocio, & ſic non ueniũt in reſtitutione dicti fideicommiſsi l.cohæredi. §.cum filiæ. ff. de uulgar. & pupill. Item ſimi-

16 liter dico, † quòd reliquæ dotes de quibus in proceſſu fit mentio, ſcilicet ſecundæ uxoris dicti quon. Bonmartini, & etiam uxoris dicti quon.Petri, non ſunt accipiendæ ex dicta hæreditate dicti teſtatoris, quia ipſe teſtator non ſe obligauit ad illarum dotium reſtitutionem, ut patet ex lectura ipſorum inſtrumentorum dotalium iuxta l. ad probationem. C. de probationibus ibi, cum horum lectio &c.& in hoc bene iudicatum fuit. Inſuper dico, quòd dictus Iacobus Roſsius vigore dicti fideicommiſsi debet mitti in poſſeſsionem ipſorum bonorum hæreditariorum, ut ſupra, & ſic quòd pronunciet bene iudicatum, & malè appellatum, quatenus ſupra dixi fuiſſe bene iudicatum, & bene conſultum. Sed quatenus dixi malè iudicatum, ut ſuprà, patet quòd pronuntietur malè iudicatum, & bene appellatum pro parte dictorum Ioan.& Vrſulę, & quia ut ex prædictis apparet quilibet eſt victor et uictus, utraque pars eſt ab expenſis abſoluenda, ut dicit Bartol. in authen. nouo iure in fine. C. de iudic. & etiam quia uidetur utraque pars habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, ſtantibus præmiſsis, quo caſu utraque pars eſt abſoluenda ab expenſis, ut habetur in l. qui ſolidum §.etiam.ff.de leg.2.

Ego Bapt. de S.Blaſio, ita dico & conſulo.

CONSILIVM D. MARTINI de Garratis Laudenſis.

ARGVMENTVM.

¶Teſtamenti error ob minùs ſcriptum, quàm ſit dictum, &, maximè ad pias cauſas, an poſsit emendari, & corrigi per notariũ, & quomodo. Et quando error uitiet, & quando non. Et num quid error teſtamenti poſsit probari per teſtes non rogatos. Et per quot teſtes probetur error. Et an qualitas notarij ſit attendenda, & præſumatur ſi bene uel malè ſcripſerit.

SVMMARIVM.

1 *Scriptum in teſtamento plùs uel minùs, quàm partes dixerint, à tabellione ſcriptum præſumitur.*
2 *Error an & quando uitiet.*
3 *Error dicitur, cùm, quod poni debuit, omittitur.*
4 *Error, ſi aliquid diſpoſitum includit, quare non poteſt, niſi per teſtes rogatos probari, & per quot teſtes num. ſeq.*
6 *Inſtrumentum, quòd pater filium in omnibus bonis inſtituerit, fœminæ autem quinque reliquerit, non dicens iure inſtitutionis quare ualet, ſi teſtes dicunt, quòd iure inſtitutionis, & numero ſequen.*
8 *Teſtes duo in teſtamento ſufficiunt in caſu piæ cauſæ.*
9 *Teſtamenti de ſolennitate, ſi dubitetur, per duos teſtes probari poteſt.*
10 *Tabellioni creditur ratione officij.*
11 *Iudex ex antecedentibus, medijs, & ſubſequentibus uerbis circumſpectus eſſe debet.*
12 *Fideicommiſſarij grauati ad diſtribuendum bona hæreditaria poſt mortem hæredum inter paupe res per eos eligendos, nõ poſſunt ante hæredum mortem illos eligere.*

CONSILIVM XXXVIII.



IN Chriſti nomine amen. In cauſa uertente coram ſpectabili, & Clariſs. Doctore D.Iacobo com miſſario & delegato Illuſtris Domini Marchionis Salutiarum inter Petrinam Berardam relictam quon. Franciſchini Berardi, & Antonium de Anſerinis fratrem ſuum. In executione litterarum præfati Illuſtris Marchionis delatarum dicto præclaro doctori domino Iacobo. Quarum literarum effectus eſt. Qualiter præfatus Illuſt. Marchio recepit ſupplicationẽ à præfata Perina vidua, cuius facti tenor eſt. Quòd Franciſchinus eius maritus, ſuum condidit elogium ſolenne, in quo ipſam ſuppli-

ſupplicantem hæredem inſtituit, & ſi eam mo-
ri contingerit abſq; filijs legitimis, bona om-
nia teſtatoris dicta ſupplicās pauperibus Chri
ſti relinquere teneatur, licèt tabellio qui ro-
gauit inſtrumentum dicti teſtamenti, errore
omiſit, minùs ſcribendo, quàm fuit dictum,
quia omiſit uerbum filijs. Et dú deberet ſcri-
bere, pauperibus Chriſti, ſcripſit amore Dei,
& qualiter dicta ſupplicans eſt ſeducta per di-
ctum Antonium eius fratrem ad aliquos con-
tractus ſimulatos, ex quibus contractibus, niſi
retractentur. iudicium teſtatoris peribit: Qui
princeps iuſtiſsimus uocatis uocandis. manda
uit & maximè notario, ueritatem ſupplicatorũ
inquiri: qua reperta, corrigi & emendari di-
ctum inſtrumentum teſtamenti. Item mandat
ut uocato dicto Antonio, & exhibitis contra-
ctibus ſecum geſtis per dictam ſupplicantem,
ſi illi contractus reperiantur dolo malo cōpo-
ſiti, irritentur, annullentur, & in priſtinum ſta
tum reducantur Facto proceſſu hinc inde, &
receptis atteſtationibus hinc inde, quæ omnia
uidi & examinaui. Quęritur à me quid iuris.

Circa conſultationem prædictam plures ar
ticuli, deueniendo ad merita cauſæ ſunt exami
nandi: Primus nunquid error dicti notarij ſit
corrigendus & an ſit probatus error. Secun-
dus articulus, nunquid contractus initus in-
ter dictam ſupplicantem, & dictum Antoniũ
ſupplicatum, ſiue dolo & fraude fuerit. Tertius
articulus an dicti contractus ualuerint, ſuppo-
ſito etiam ꝙ non adſit dolus, uel fraus.

Circa primum articulũ, quo quęritur, num-
quid error dicti notarii ſit corrigendus, & an
ſit probatus error. Eſt præmittendum illud qđ
ſcribit eleganter D Bal. & multùm notabiliter
in l. quoties §. ſed ſi in corpore. ff. de hære. inſti.
1 † ꝙ quando in inſtrumento plùs uel minùs, q̄
partes dixerint reperitur ſcriptum, præſumitur
hoc eſſe ſcriptum à tabellione errore, & non ꝑ
dolum, & hoc d l. quoties, niſi ex aliquibus iu-
dicijs appareat cōtrarium, ſecundùm Bart. qui
idem tenet in d. l. quoties. Nam conſideranda
eſt qualitas tabellionis. Nam ſi aliàs fuit bonus
præſumitur bonus, ſi uerò malus prȩſumitur
ꝙ malè ſcripſerit. not. in l. ſi quis ex argētariis.
§ ij. & pen. ff. de eden. l. non omnes. §. à barbaris.
ff. de re mili. ita D. Bal. in d. l. quoties. limitat, &
declarat dictum Bar. quod dictum eſt notabi-
le, ad excuſandum notarios.

2 Item eſt aduertendum † utrum error uitiet,
& hic eſt diſtinguendum, ſecundùm Bar. in l.
cùm proponebatur. ff. de leg. 2. Aut tūne erro-
ris aliquid omittitur circa ſolennitatem, aut
circa uoluntatem, aut circa declarationem uo
luntatis. Primò caſu, aut omittitur circa ſo-
lennitatem actus, & uitiat actum, & ſcripturæ
non creditur. C. de teſta. l. ſi unus, aut omitti-
tur circa ſolennitatem ſcripturæ, licèt non a-
ctus, & tunc uitiatur ſcriptura, licèt tunc ualet
actus. d. l. cùm proponebatur.

Secundò caſu, quando omittitur circa uo-
luntatem, aut nulla apparet ſcriptura, & uitiat;
aut aliqua coniectura probata legitimè, & nō
uitiat. ut no. in dicta l. cùm proponebatur.

Tertiò caſu, quando circa declarationem
uoluntatis non uitiat omiſsio, ut l. hæredes pa
làm §. ſed ſi notam. ff. de teſta.

Item eſt notandum ꝙ error probatur ꝑ con
iecturas, & ꝙ dicitur errare ille qui omittit po
3 nere † illud quod debuit ponere d. l. cùm pro-
ponebatur, & ibi Bal. in prin.

Item eſt quærendum numquid error teſta-
menti poſsit probari per teſtes non rogatos.
4 ſolut. & dicendum, ꝙ ſi probatio erroris † inclu
dit aliquid diſpoſitum, tunc non poteſt proba
ri, niſi per teſtes rogatos. l. diuus. §. conuoca-
tis. ff. de milit. teſtam & eſt ratio, non enim po
teſt probari error, niſi probetur, ueritatem ſe
aliter habere, ſed ueritas teſtium requirit roga
tionem l. qui teſtamento ff. de teſtam. & §. te-
ſtes. Inſti. de teſta. ergo &c. Aut ꝓbatio erroris
nō inducit aliquid diſpoſitum, & tunc ſecus. ut
per Bal. in d. l. cum proponebatur.

5 Per quot aũt teſtes probetur error. † eſt hic
diſtinguēdum, ſi in ultima uoluntate, & tunc
quando quis uult probare uoluntatem diſpoſi
tionis teſtatoris, requiruntur ſeptem teſtes in
teſtamentis, quinque autem in codicillis. gloſſ.
in d. l. cum proponebatur. Qñq; quis uult prō
bare erratum in qualitate, uel quantitate quan
do diſpō teſtōris eſt certa, & tūc ſufficiūt duo
teſtes l. ubi numerus. ff. de teſti. & Bart. & Bal.
in d. l. cùm proponebatur. Nam idem notarius
requiritur in probando errorem, qui requiri-
tur in directa probatione ueritatis. Et ideo ſi
in teſtamento ſufficiunt duo teſtes, in proba-
tione erroris etiam ſufficiunt duo teſtes.

6 Ex quo † infertur ſecundùm Bal. in l. ij. C. de
bonorum poſſeſſ. ſecundum tab. ſi in quodam
inſtrumento reperitur, quòd pater filium in-
ſtituit in omnibus bonis, filiæ autem fœminæ
reliquit quinque, & non dicit iure inſtitutio-
nis, duo teſtes dicunt quòd iure inſtitutionis
7 tunc ualet tale teſtimoniũ, † qa duo teſtes ſup-
plent inſtrumētum in eo quod coram duobus
fieri poteſt. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfe-
cto. C. de teſtamen. ſecus ſi non poſſet fieri co-
ram duobus teſtibus, & ita loquantur notata
in l. cùm proponebatur. ff. de legatis ij. Et
facit quod not. Gloſſ. in l. finali. C. familiæ er-
ciſcundæ.

Et ideò cum in caſu noſtro, ſimus in caſu
8 cauſæ piæ † in quo ſufficiunt duo teſtes in te-
ſtamento, ut cap. cùm eſſes. & c. cùm tibi. de
teſtam. & per legiſtas maximè Bald. in l. j. C. de
ſacroſ.

sacrosf.eccl.per duos testes poterit probari er-
9 ror.ét in dispositiuis. De †cōsuetudine tñ ét si
dubiteẽ de solennitate testī pōt probari p duos
testes ut dicit Bal.aliàs Spe.in tit.de instr.edi.§.
cōpendiosè.uer q d si unus. qđ est menti tenen
dū. Et est aduertendū, q qñ est error tabellio-
nis,& rōne emēdationis, uel mutationis muta
reẽ substātia facti & effectus,si tabellio scriptu-
rā nō reddidit in mūdū, neq; eā publicauit,pt
10 addere uel mutare,†q a credit eirōne officij.l.si
q s decurio C.de fals. dum tñ nō deuiet ab ori-
ginali,ad qđ originale recurriẽ si tractaẽ de er-
rore,ut in auth.de tabellio. § si & l.Sempronius
Proculo.ff.de leg.2. Aut tabellio compleuit &
publicauit scripturā. & fortè eā restituit parti
& tūc si constat de errore in solēnitate,uel ét in
facto,tūc nō dēt corrigere ꝓpria autho sed ꝑ-
cepto iudicis cā cognita, citatis citandis, ut p
Guli.de Cun.& Bald in l.Imperator. ff.de stat.
hom.& p Bar.in l.librarius.ff.de reg iur. & per
Bal.in d l.cùm proponebatur.ff.de leg.2.

Ex ꝑdictis infero oībus ad articulū cōsulta
tionis ꝓpositę, cū p tres testes sit ꝓbatū de er-
rore,talis error dr̃ esse ꝓbatus,qui testes fuerūt
pñtes & rogati & deposuerūt, q fuit usus uer-
bis formalibus subsequentibus, v3 q ī casu, q
d.Petrina instituta hæres decederet sine filiis
legitimis, q uolebat bona sua distribui inter
pauperes, & sic apparet dcm̃ instrumentū esse
corrigendum, prout est supplicatum, & prout
pijssimè & sanctissimè mandauit Ill.Marchio.

Circa scđm articulū,quo quęriẽ,nūquid cō-
tractus initi inter dictā supplicantem, & dictū
Antoniū supplicatū sine dolo & fraude fuerint
q a dolus & fraus ꝓbaẽ ex coniecturis. l. dolū.
11 C.de dolo,† iō iudex dēt esse circūspectus ex
uerbis gestis añcedentibus medijs & sequenti-
bus p Bal.in l.multū interest C. si q s alteri, uel
sibi,& p gl.ord.pulchrā in l.apud Celsū.ī prin.
q incip. .s. cōmodū de exce.do.& l.Fulcinius.
§.quid sit latitare.ff.quib.ex cau.in possess.ea.in
uer.animus,ubi sunt glo.singulares.& l.j.C.ad
l.Cor.de sica. & maximè in muliere antiqua &
sene,ut no.in auth.sacra pube.C.si aduer.uend.
& facit qđ no.in l.de tutela.C.de īint.rest.min.

Circa tertiū articulū,quo quæriẽ an dicti cō-
tractus ualuerint,ét supposito q non adsit do-
lus uel fraus,& est dicendū d.dñam supplicātẽ
non potuisse ante eius mortē distribuere bona
testōris pauperibus Chři, & sic incertę ꝑsonæ,
quia fortè t pe mortis eligeret aliū,quē non ele
git,seu elegisset,iō interest aliorū, ut non resti-
tuat,uel fortè t pe mortis alij,qui nunc supsunt.
l.cū prī §.hrđitatē.& §.à filia.ff.de leg.2.& Bart.
12 in l.post mortē.C.de fideicom.¶ Et † p hoc di-
cit Bartol se aliàs pluries consuluisse, q si testa
tor instituat heredes et uoluit bona sua distri-
bui post mortē hæredis inter pauperes eligen-
dos p suos fideicōmissarios,certè isti fideicom
missarij,& executores, non pñt ante mortē hæ
redū eligere.l.cū pater.§.à filia. ff. de leg.2.ubi
text.et gl.quod est perpetuò menti tenendū, et
sic apparet dictam alienationē,siue distributio
nem fieri non posse ante tempus, maximè etiā
quia d.D.Perina posset habere filios ut l.si ma
ior.C.de legit. hære. Ex prædictis apparet di-
ctā distributionem ante tp̄s fieri nō potuisse.

Ita ut supra dico et consulo, Ego Martinus de Garratis.

IO. A CAPISTRANO.

ARGVMENTVM.

¶ De quibus legatis relictis ad pias causas, ac de quib.occurrētibus obuentionibus à cęnobiis, locis,et ecclesiis sit soluenda canonica portio sedi episcopali.per totum consilium,ubi addu cuntur q̃ plurima,& uaria ad materiā facientia.

SVMMARIVM.

1 *Clemen.dudum.§.uerùm,de sepult.de prædicatoribus Minoribusq; loqui.*
2 *Quarta portio cur de quibuscunq; obuentionibus ex sepulturis,in locis, uel ecclesijs prædicatorū Minorumq; fratrum electis, & consummatis soluatur.*
3 *Ecclesia parochialis habet onus substinere in sacramentorum administratione.*
4 *Operarius sua dignus mercede.*
5 *Ecclesiæ in qua quis sepeliri debebat, si non sepeliatur, fit restitutio.*
6 *Ecclesiæ parochiali de legatis factis alijs ecclesijs nil debetur, si in sua ecclesia quis sepulturam elegisset.*
7 *Quarta portio,an debeatur de relictis ecclesiæ sepulturæ factis,etiam de immobilibus.*
8 *Quarta portio ecclesiæ parochiali conceditur in recompensationem iniuriæ,quia suus parochianus alibi sepelitur.*
9 *Causa cessante,cessat effectus.*
10 *Sepulturam eligere de iure naturæ, cuiq; liberū.*
11 *Voluntatis ultimæ uis.*
12 *Parochialis sacerdos in aliquibus casibus, quòd corpus non sepeliatur, sed sibi restituatur,repetere potest.*
13 *Mors ciuilis in aliquib.naturali æquiparatur.*
14 *Parochianus cur desinit quis esse per transitum ad monasterium.*
15 *Quarta portio ecclesiæ parochiali debetur de obuētionibus funeralibus,et quibusuis alijs, quando corpus in Minorum loco sepelitur.*
16 *Constit.Bonif.VIII.cle.dudum, an ultra Minores,prædicat.& per extensio.ad alios mēdicantes,ad Eremitas,Carmelitas extendatur.*
17 *Portio canonica quare non debeatur,quando non sepelitur corpus in locis Minorum ac prædica-*

torum de relictis ad diuinum cultum.

18 *Interpretatio benignior est facienda in pœnalibus piusq; sensus magis est attendendus, q̄ seuerus.*

19 *Minores, prædicatoresq;, quia mendicantes sunt, miserabiles personas esse.*

20 *Decedere uerbum naturalem, non autem ciuilem mortem denotat.*

21 *Ecclesiæ parochiali si testator inductus in fraudē per mendicātes, ut cum habitu fratrum sepeliatur, in eaq; ægritudine, de qua decedit, transeat ad religionem, canonica debetur, siue profiteatur, siue non, & plures diuersi casus. nu. seq.*

22 *Consuetudo præscripta in soluenda, uel non soluenda quarta ep̄ali, uel parochiali, quin ualeat.*

23 *Consuetudinis nomine de præscripta intelligitur.*

24 *Canonica episcopalis, cur introducta.*

25 *Quartam parochialem duæ parochiales ecclesiæ diuidunt, si in illis æqualiter defunctus domicilium habebat, in tertia sepultus est.*

26 *Legatarum rerum ecclesię alterius diœcesis, nulla extante super hoc consuetudine, an episcopus quartam habiturus sit.*

27 *Episcopus an à monasterijs exemptis quartā exigat. & num. 33.*

28 *Doctori quantumcunq; magno, non credendum, nisi eius dictum probetur. & nu. seq.*

30 *Officium à quo remouetur, quando pręmium non remoueatur.*

31 *Obedientia obsequialis, & reuerentialis, quæ: & quomodo differant.*

32 *Episcopus quare in locis plenè exemptis curam specialem non habet.*

33 *Petrus Perusinus Io. Capistrani præceptor in iure canonico, illustris Doctor.*

34 *Episcopo canonica portio de legato facto fratri singulari non debetur.*

35 *Glo. in cle. dudum. §. uerùm, de sepult. an de parochiali, uel episcopali quarta loquatur.*

36 *Episcopus de relictis alicui presbyt. promissis dicendis nomine prælaturæ administrationis expresso, quartam detrahit.*

37 *Episcopus an defalcet determinato usui relicta.*

38 *Episcopus quare de relictis fratribus Minoribus simpliciter, quando relictum est nullum ipso iure, à principio canonicam non detrahat.*

39 *Episcopus, quando relictum est simplex & ualidum, ac defunctus non sepelitur apud minores, an possit habere quartam portionem.*

CONSILIVM XXXIX.



REVERENDO in Christo patri, & Dño D. V. Dei & Apostolicæ sedis gr̄a ep̄o Oppidensi dignifs. Frater Io. de Capistrano Ordinis Minorum minimus & indignus, ualde recommendat seipsum totum quantumlibet pusillum ad obsequia salutaria pro æterna gloria capescenda.

Ex quo vestræ complacuit Reuerē. talem de mea pusillitate confidentiā obtinere, ut diceretis audacter meæ conscientiæ, atq; scientiæ remittere uelle declarandum, an de legatis relictis, & obuentionibus factis & occurrentibus locis, siue conuentibus nostri ordinis episcopalis canonica portio debeatur?

Primò & principaliter hmōi æstimationis de me factæ per uestrā Reuer. Dñationē, oīpotenti Deo, à quo bona cuncta procedūt, & uniuersali cęlesti Curię triumphanti, ac uestrę Reuerentię, si non quales debeo, saltem quales ualeo, grārum actiones referens immortales, excusationē pręmitto debitā q̄ loqui præsumere non deberem apud uestrā Reuer. nisi tanq̄ seruulus apud Dn̄m, et humilis discipulus apud Magr̄m pariter & Doctorē: confisus tn̄ de superabundantissima bonitate diuina, uestraque benignitate multimoda, tanq̄ reuerens et timorosus filius, licèt immeritus, apud tm̄ patrē et dn̄m loquar humiliter & deuotè, data uenia, fandiq; gr̄a familiariter impetrata, cunctisque uerbis atq; sermonibus loquela, uel calamo explicatis uestræ paternali correctioni, et emendationi dignè remissis, necnon et cuiuslibet alterius sanius ac rectiùs sentientis.

Diuino igit̄ p̄sidio, supplici prece et deuotione primitus inuocato, omissis impertinentib. nr̄o casui, de quo pridē loquebamur ex cle. dudū, de sepult. aliàs incipit, sup cathedrā, §. uerū
1 † q tex. loquit̄ de Pręudicatoribus et Minoribus ibi, statuimus et ordinamus, ut dictorū ordinū fratres de obuētionibus oībus tā de funeralib. q̄ de quibuscūq; et qūocūq; relictis distinctè, uel indistinctè ad quoscunq; certos et determinatos usus, de quibus ēt quarta, siue cañ portio dari, siue exigi nō cōsueuit, uel nō dēt de iure, necnō de datis, uel qualitercūq; donatis in morte, seu mortis articulo, seu in infirmitate donā tis, uel dātis, de qua decesserit, qūocunq; directè uel indirectè fratribus ipsis, uel alijs p eisdē quartā partē, quā autho. Apost. taxamus, et delimitamus parochialibus sacerdotibus, et ecclesiarū Rectoribus, seu curatis largiri integrè teneantur, etc. Vbi primò et pricipaliter aduertēdum puto, q̄ p̄dicta clementina, q̄ prius fuit cōstitutio Bonif. viii. partim emanauit in fauōrē dictorū ordinū p̄dicatorū uidelicet, et Minorū, partim in p̄latorū odiū, fauorē uerò p̄latorū ac Rectorū parochialiū ecclesiarū. Cum eīm fr̄ibus dictorū ordinū cōcedat, ut libere ualeāt prędicare & confessiones audire sęculariū p̄sonarum seruata forma ibi tradita in §. statuimus etiam. conceditur etiam fratribus antedictis, ut in locis, uel ecclesijs eorundem ubilibet constitutis liberam, ut sequitur, habeant sepulturam, uidelicet quòd omnes ad eam recipere

ualeant,

ualeant, qui sepelliri elegerint in locis, uel Ecclesijs memoratis,& ista tria, scilicet prædicare, confessiones audire, & ad sepulturam recipere, fauorem respiciunt protinus fratrum & ordinum prædictorum. † Sed quia ex his tribus quædam uidebatur contumelia, pariter & iactura curatis presbyteris irrogari in eorundem curatorum fauorem prædictorumq; fratrum odium & dispendium, ut qui in uno grauatur, in alio releuetur, statutum fuit & ordinatum, ut de quibuscunque obuentionibus ex prædictis sepulturis in locis, uel ecclesiis prædictorum ordinum; electis & effectualiter consummatis quarta pars solueret,&c.ut patet expresse in d.Clemen. dudum.§.huiusmodi quoque statuto. cuius §. uersiculus est, uerùm ne parochiales ecclesiæ. Et ideo inuenta originali radice huiusmodi solutionis quartæ portionis, uidelicet propter contumeliam, quæ ui

3 debatur inferri ecclesiæ parochiali, † quæ habet onera sustinere in administratione sacramentorum, ut in cap. t. extra, de sepultur. & in d. Clemen. dudum. uers. uerum ne parochiales

4 ecclesiæ † dignus est enim operarius mercede sua. Matth.x.& Luc.x.& 12.quęst. 2. quicunq; suffragio. & Apost. dicit 1. ad Timoth. 5. qui bene psunt presbyteri, duplici honore habeantur.& infra dignus est enim operarius mercede sua.& 1.ad Corinth. 9. dicit idem Apost. si nos nobis spiritualia seminamus, non magnū est si carnalia uestra metamus. & infra dicit, Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ad prædicta referuntur notata 13.q.1.ca.1. uers. bis ita respondetur. & uers.item Apost. ubi diffusiùs hæc tractantur. unde cum ecclesiæ parochialis fiat iniuria de corpore, quod alibi sepellitur, fit sibi compensatio, ut eidem canonica portio largiatur per ecclesiam, cui testator legat, & in qua eligit sepulturam, & de facto sepellitur ibidem iuxta not. per Archid. in c.cum quis, de sepult.lib.6 in glo super uerbo, canonicam portionem, & ibi etiam per D. Pet. de Anchar. quæ magis adhæret glo in c.1. de sepult. lib. 6. quæ

5 dicit, † φ Ecclesię cui facta est iniuria, uidelicet apud quam sepelliri debebat, fienda est restitutio.& in c.1.extra de sepult dicit tex. tertiā partem sui iudicij illi Ecclesiæ dari censemus, in qua cęlesti pabulo refici consueuit, ut iux. Apostolum ita sint consolationum socij, sicut fuerant passionum, ad Corint. 1. cap. 2. 16. q. 6. de lapsis. dicit glo. in d.c.1 super uerbo, iudicij. s. φ reliquit illi ecclesiæ, in qua elegit sepulturā, & non de alijs relictis locis alijs, infra eo. in nostra. ubi est casus ad lrām, φ ab illa ecclesia debetur quarta, in qua sepultum est corpus, nisi dolo, uel fraude testator inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam facit infra c. cùm super, eo. tit. ubi dicit tex. Si aliquis parochianorum uestrorum alibi contigerit eligere sepulturā, de testō ipsius quarta uobis portio relinquatur. ubi dicit gl. de his, quæ testator relinquit pro anima sua iure legati, & de oblationibus factis illi ecclesię, in qua eligit sepulturā, quarta portio debetur illi ecclesiæ à qua corpora mortuorum assumuntur. similia uerba inse-

6 runtur in c certificari, eo. tit. c. 1. nam † si in sua ecclesia elegisset sepulturā de legatis factis alijs ecclesijs non deberetur aliquid ecclesiæ parochiali secundum Abb. Archid. & Pet. de Anch. in d.c. cùm quis, de sepult. lib. 6. in qō. 2. secundùm Io. And. in d.c. 1. extra de sepult. in nouel.

7 ubi dicit, † φ quarta debeť de relictis factis ecclesiæ sepulturæ etiam de immobilibus. & idē tenet idem Pet. de Anch. in 2. q idem tenet glo, Io. And. in d. clem. dudum super uerbo, quartam. quę incipit, quęro: ubi recitans opiniones illorum, qui dixerūt quartam deberi parochiāli ecclesiæ de omnibus relictis prædicatoribus & Minoribus, ēt si sepulti non sint apud ecclesias eorundem, dicit, Placuit autem hęc opinio Host. Pe. & Aegid. sed tñ Innocē & alij contra: quæ opi. placet mihi & Archid. ut scripsi eo. tit. c. 1. & ibi glo. in uerbo, iudicij. & hic Ioan. Monach. & subdit φ supposita fraude debeť quarta, hoc etiam tenet D. Pet. de Perusio in suo tractatu de canonica portione parochi, 6. c. 3. qō. referens Arch. mutasse sniam, & roborat idem Pet. per rones. Nā ecclesia parochialis non grauat ex legato, qđ fit alteri ecclesiæ, sed grauať ex electione sepulturę. q fit ī ecclesia, cui legat,

8 & iniuriā censeť recipere ex illa sepultura. † Vñ in recōpensatione iniuriæ, quā recipit, q a suus parochianus alibi sepellit, conceditur sibi quarta portio. Et hoc uult exp̄ssè tex ī d. c. certificari, & in c. in nrā, & in c. cùm sup. Idē tenet Pau. de Leaza. in cle. dudū §. hmōi. sup uerbo, sepelliri elegerint. & sic considerat electio sepulturę & sepultura. non aūt solū legatū. Vñ Inno. in d. c. in nrā, de sepul. super uerbo, religt. recitans opiniones alias subdit, Nos dicimus φ de legatis locis exēptis nullā portionē hēbit ecclesia parochialis, nisi ibi eligat sepulturā, arg. ad hoc supra de test. c. officij. & c. requisisti. & de sepultu. c. 1. & c. de his. nā illa, q reliqt tali ecclesię, p sepultura tm̄ uidetur reliquisse, & ideo ecclesia parochialis quartam portionē habebit, quod optimè probatur per tex. d Clem in d. §. hmōi. ibi, sepelliri elegerint. & in proę. dicit Bonif. & refert idem Clemens, quòd fatore zizaniæ procurante grauis et periculosa discordia extitit suscitata inter prælatos & Rectores parochialiū ecclesiarum, & fratres prædicantes & Minores super prædicationibus fidelibus populis faciendis, audiendis eorum confessionibus, pęniten-

tijs iniungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorũ eccleſias, ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. Ecce igitur, quòd ratione ſepulturæ orta eſt diſcordia, & eadem ratione & cauſa facta eſt deciſio de huiuſmodi quarta ſoluenda
9 † ceſſante igitur cauſa, ceſſare debet effectus, ut in cap. cùm infirmitas, de pœn. & remiſſ. & in cap. & ſi Chriſtus, extra de iureiur. & in cap. poſt tranſlationem, de remiſſ. & de appell. cũ ceſſante. & eſt optima gloſ. in dicto capit. poſt tranſlationem. Hanc opinionem ſequuntur hodie communiter omnes Moderni, & bene: nam canonica portio debetur ex eo, quia parochianus eligit alibi ſepelliri, ut in iuribus ſuperius allegatis, ergo ab eccleſia, uel loco, ubi nõ ſepellitur, non debetur. Præterea canonica portio introducta eſt in recompẽſationem iniuriæ factæ eccleſiæ, ubi debebat ſepelliri ab eccleſia, ubi ſepellitur. Ergo ab eccleſia, ubi nõ ſepellitur, non fit iniuria, & per conſequens ab ea non debet fieri aliqua compenſatio, ergo nec canonicæ portionis ſolutio. Præterea ius non ſolùm conſiderat electionem ſepulturæ, quæ poteſt uariare uſque ad mortem, ſicut alia
10 legata. ff. de adim. lega. l. ſi transferam, † liberũ eſt enim cuique de iure naturali ad libitum ſibi eligere ſepulturam, ut in cap. cùm liberum, ex-
11 tra de ſepult. cùm multis ſimilib. † nam ultima defuncti uoluntas pro lege ſeruanda eſt, ut in Authen. de nupt. §. diſponat, collat. 4. 13. queſt. 2. c. ultima uoluntas. Nihil eſt enim quod magis hominibus debeat, quàm ut ſupremę uoluntates poſtquam aliud uelle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium, C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 1. Sed cum uoluntas teſtatoris ſit ambulatoria uſque ad mortem. ff. de adimen. leg. l. 2. nec poteſt quiſquam ſibi legem indicere, quòd non liceat ſibi à priori uoluntate recedere. ff. de lega. 3. l. ſi quis in principio teſtamenti. rectè igitur nõ electionem tantum, ſed actum ſepulturæ & effectum ius conſiderat, ut in dicto cap. de ſepult. cùm aliis ſuperiùs allegatis. Non enim conſideratur iniuria, ubi nulla interuenit iniuria; nec interuenire poteſt iniuria, ubi non interuenit ſe-
12 pultura. ergo &c. Præterea † cum in aliquibus caſib. ſacerdos parochialis poſſit repetere corpus, quod non ſepelliatur, ſed ſibi reſtituatur, ut in c. ex parte, & in c. in noſtra, & in cap. fraternitatem, cum ſimilibus, ext. de ſepul. Accedunt no. in l. cùm ſit iniuſtum. C. de ſepul. uiol. & in Authen. ut defunc. ſeu fun. §. ſancimus. & in c. qua fronte, extra de appellat. de quibus multa not. Io. de Lign. poſt Innoc. in d. ca. ex parte, & c. j. de ſepul. & in e. 1. eo. tit. lib. 6. Certum eſt enim quod ante mortem non poteſt repetere, neq; poſt mortem ante delationem corporis ad alienam eccleſiam, quãquam poſſit authoritate ſuperioris inhibere ne deferatur ad eccleſiam, in qua nõ debet ſepelliri, ergo actus ipſe ſepulturę, &
13 non electio, conſiderandus eſt. Præterea † quãquam mors ciuilis æquiparetur in aliquibus morti naturali, iux. not. ff. de uerb. obl. l. ſi apic 16. q. 1. placuit. & in c. ſuſceptum, de reſc. lib. 6. Attamen in caſu noſtro non attenditur (mors ciuilis, ſed naturalis,) ut in c. de his, de ſepul. & in d. clem. dudum §. uerũ. in uerbo, deceſſerit. ubi dicit glo. hac ratione declarat prædicta cõmiſſio, quod licèt tales. ſ. donantes in infirmitate, de qua deceſſerint, petant cum illorum habitu ſepelliri, quarta debetur. Nam ſi ad ipſorum religionem tranſirent in ægritudine, de qua decederent, deberetur quarta, eod. tit. de his. & ſic patet quod mors naturalis, & non ciuilis attendit. ergo per conſequens ex morte naturali interueniente ſepultura fit iniuria eccleſiæ parochiali, & ideo in recompenſatione iniurię ſoluit quarta pars: ergo præſuppoſitum, uidelicet quod non debeatur talis portio, quãdo corpus in noſtro cœmeterio non ſumatur. Præterea ſi parochianus alicuius eccleſiæ tranſit ad monaſteriũ, & ibi profitetur, quãquam aliqua donet illi mo-
14 naſterio, non tñ de illis debetur quarta † cũ per tranſitum ad monaſteriũ deſinat eſſe parochianus illius eccleſiæ, iux. no. per Archi. in c. cũ qs, de ſepult. lib. 6. & ibi p Pet. de Anch. Gemin. & alios Mod. nã ex trãſitu ad monaſteriũ exit de parochia & mutat domiciliũ, iux. no. in c. dilectus, 2. et ibi p Doc. extra, de reſcri. et p Io. An. de reſcri. lib. 6. in c. ſtatutũ. §. cùm uerò. in gl. ſu per uerbo, unam dietam, ad fin. ubi concludit hñdum eſſe reſpectum ad ultimũ domicilium, et ita ſe aſſerit diſputando terminaſſe. Sic ergo hñdus eſt reſpectus ad tps mortis naturalis, ad domiciliũ tpe mortis, et ad locũ ſepulturę, ut diſcernatur cui eccleſiæ fiat iniuria, et cui p conſequens dcat fieri cõpenſatio, et ſic p conſequẽs idem quod ſupra uidelicet, quod qñ non eſt humatum corpus in eccleſia noſtra, cũ nulla iniuria per nos irrogata ſit in nullo ſumus obnoxij ad ſatisfaciendum de aliqua caſi. portione.
15 Scdò aduertẽdũ puto, et concluſiuè dico, † quod qñ corpus ſepellitur in loco nr̃i ord. de oĩbus obuentionibus tã funeralibus, q̃ alijs qbuſcunq; debetur quarta portio eccleſiæ parochiali, et ſi de iure, uel de conſuetudine, aliàs non deberet,
16 ut i d. §. uerùm, pleniùs exprimit. † Ex quo tex. patet quantùm ad prædictos ordines Prædicatorum et Minorum, et quantùm ad alios mendicantes per extenſionem factam illus conſtitutionis Bonif. VIII. quæ incipit, ſup cathedrã, per Clem. v. ad Eremitas, et p Ioã. XXII. ad Carmelitas, ut not. Ioan. And. in c. conſtitutionẽ, de reg. li. 6. et Franc. de Zab. in c. certificari, de ſepul. in ult. no. et in cle. dudũ, de qua tñ, proga
tione,

tione.seu extensione intromittere me penitus non intendo, nec circa hoc cuiusquam odium captem, ex eo quod Ioan.And.quæ à iure com muni de regu.lib.6.dicit hanc determinationē de huiusmodi quarta soluenda ad Carmelitas & Eremitanos non extendi, de Prædicatoribus tamen & Minoribus non est dubium per illam Clem.derogatoriam, etiam dispositioni iuris communis, ut cap.de his, de test.ubi deciditur quòd de relictis pro ornamentis, uel fabrica, luminaribus seu anniuersariis, sine aliis ad perpetuum cultum diuinum pertinentibus canonica non debetur. Idem etiam deciditur in cap.ex parte nostra, quod est cap.penult. ex-
17 tra, de uerbo. signif. Ex quo sequitur, † quòd quando non sepellitur corpus in locis prædictorum ordinum de relictis ad diuinum cultum, ut in dictis duobus cap.scilicet de his, & ex parte, canonica portio non debetur, cum odia restringi, & fauores conueniat ampliari, ut in c. odia. de reg.iur.lib.6 Et à iure communi exorbitantia nequaquam ad consequentiam sunt trahenda, ut in dicto capit. quæ à iure. Cùm enim ex dicta cle. dudum, fiat iuris correctio quò ad prædictos ordines in casibus ibi expressis, iuris autem correctio est euitanda, ut in capitul.ecclesia uostra, 2. extra de elec.cū simil. ergo in suis casibus strictè intelligatur, & non aliter, ut in l.non aliter, ff.de leg.3. Est enim talis cōstitutio pœnalis dictis ordinibus,
18 & † in pœnis benignior interpretatio est facienda.ff.de regu.iur.in l.factum. §.in pœnalibus.& de pœnit.distinct.1.§.pœnæ. pius enim intellectus amplectendus est potiùs, quàm seuerus. Vnde August.dicit, Sana quippe ratio et exemplis anteponenda est, cui quidem etiam exempla concordant: sed illa, quæ tm̄ sunt digniora imitatione, quantum excellentiora sunt pietate.9.dist.c.si.ubi dicit glo.super uerbo, pietate. arg.pro misericordia à iudice impetranda, 45. dist.licèt plerumq;.50.dist.ponderet.& de pœ.
19 dist.1 §.diuinitatis.Patet enim † ꝙ prædictorū ordinū fratres, miserabiles sunt personæ & pietate dignæ, cùm sint mendicantes, quibus per quæstum publicum tribuere uictum solet incerta mendicitas, ut in c.5.de relig.dom.lib.6.ergo prædicta cle piè intelligatur, ut suis saltem limitibus sit contenta, & ultra suos terminos egredi non intendat.

Tertiò animaduertendum puto in d.§.uerū, uerba illa uidelicet, in morte, seu mortis articulo.seu in infirmitate, de qua decesserint, per iura superiùs allegata: quia hęc uerba nō debēt extendi, sed in suo sensu strictè intelligi pietatis gratia, & iuris fauore concurrente, ꝙ si in illa infirmitate nō decedit, nec in loco prędictorum ordinum per temporis interuallum superuiuens, ad mortem postmodum ueniēs sepelliatur de illis legatis in prędicta infirmitate donatis.uel relictis quarta prædicta portio minimè debeatur, in quibuscūq; casibus de iure uel de cōsuetudine, aliàs minimè deberetur. Ex iuribus superius allegatis: hoc satis etiam probat glo quam supra allegaui, posita in d.§.uerùm, super uerbo, decesserint & satis innuit etiā gl. Ioan.And.in d.§.uerùm.in uerbo, indirectè, dū referunt se ad infirmitatem, de qua decedunt. hoc etiam sentit D.Petrus de Perus.in suo tracta.de canon.port paroch.c 4. ar.2. ubi considerat ius nouissimum clem.dudum.& incidenter, quærendo de candelis oblatis in exequiis inferendo postmodum uerba text. illius §. uerùm.ibi, in infirmitate, de qua decesserit, alleg. Paul.de Lea.ponderantem dictum uerbū, de-
20 cesserit, & asserentem † quòd si mendicantes prædicti in fraudem testatorem inducant, ut cum habitu fratrum sepelliatur, & testator in ægritudine, de qua decedit, transeat ad illā religionem mendicantium, ꝙ debetur canonica parochiali ecclesiæ suę si talis profiteat in illa religione, siue non.& not. diligenter ibi uerbū,
21 decesserit, dicens † ꝙ denotat mortem naturalem, & non ciuilem, in qua supra dixi, & considerat quatuor casus. ¶ Primus est, qñ quis legat in testamento mendicantibus, & ibi eligit sepulturā, & ibi perpetualiter sepellitur, & tūc de tali legato debetur quarta portio, etiā si testator in uita sua legatum soluat. Et hoc uult glo.in uerbo, damnis. Secundus casus est, quādo testator eligit in testamento apud mendicātes sepelliri, & nihil eis legat, sed in infirmitate constitutus dat aliquid fratribus pro aīa, & tūc debetur canonica, esto ꝙ ab illa infirmitate liberetur, ex quo.finaliter in loco prædictorū sepellitur, & hoc, dicit ipse, uult illud uerbum, in morte, seu mortis articulo, & illud uerbū intelligitur siue tunc moriatur siue non, sanè intelligendum si in loco prædictorum sepellitur.

Tertius casus est, quando nihil legauit in testamēto, sed in mortis articulo constitutus aliqua ipsis fratribus, apud quos sepellit legat, & de illa infirmitate decedit, & similiter debetur quarta. ¶ Quartus casus est, qñ quis eligat sepulturam apud mendicantes & nihil eis legat, sed postmodum testam condens, & sanus existens pro anima sua aliquid dat fratribus illius ordinis, & tunc non debetur canonica, quia est ista donatio inter uiuos, de qua nullum ius dictat canonicam persoluendam. Similiter dominus Francis. de Zarellis in cap.certificari, extra de sepult.2 t.quæs.refert Ioan.And. ponentem uarietatem inter canonicam parochialem & episcopalem, & dicit quòd in hoc sunt quatuor species casuum. Quidam enim sunt casus, in quibus nulla canonica soluit. Quidam in quibus soluit sola parochialis, de qua episco

pus,quandoque habet qnartam,quãdoque nõ.
Quidam ſunt caſus , ex quibus ſola epiſcopalia
debetur.Quidam ſunt caſus,ex quibus debetur
utraque interdum uni:eccleſiæ, ſed commu-
niùs duabus,interdum pluribus. De prima ſpe
cie inueniuntur octo caſus. Primus eſt, quan-
do per conſuetudinem legitimè præſcriptum
eſt in totum contra ſolutionem ipſarũ dicit ip-
ſe, ut dixi ſupra quæſt 9. ubi concludit ſecun-
22 dum Hoſtien & Io.And. † quòd ualet conſue-
tudo præſcripta in quocunque termino huius
puncti,in c olim, ext. de cenſi. & in cap. quod
ad conſultationem, in fin. de re tudi. & in cap.
officij, de teſta. & C. de inofficioſo teſtamen-
to. l. parentibus. Et quòd de utraque idem ſit,
allegat cap. Raynut. de teſt. ad fin. & ponit dif-
ferentiam inter quartas ibi ex preſſas,in quibus
dicit non requiri conſuetudinem præſcriptam
allegat cap.ult.de conſuet.in 3.glo. libro 6. &
per Dyn.in reg.indultum,eod.lib.quod non di
cit idem Franciſ.conſuetudo in tertio modo,&
quarto approbat hoc ſupra d.c.certificari. In
23 alijs ergo requiritur,quòd ſit prꝑſcripta,† quia
nomine conſuetudinis intelligitur de præſcri-
pta,de elect.Cumana. Plùs etiam concludit in
10.quꝑſtio.quòd ſi conſuetudo ſit prꝑſcripta,
ꝙ nihil deſ,ualida ſit,cùm talis præſcriptio nõ
ſit inre prohibita, dum tamen præſcribens bo-
nam fidem habeat,& titulum,iuxta not. in ca-
pit.de quarta,extra de præſcrip., Accedunt etiã
not.in c.conquerente,de offi.ord.,& in ca.cùm
olim. extra de cenſ.,Secundus caſus eſt, quan-
do hoc habet priuilegium,de relig. dom. con-
ſtitutus.de teſt.officij.in fi.ibi dum dicit,ſaluis
indulgentijs Roman.Pontificum,quæ quibuſ-
dam regularibus ſunt conceſſa. & inc.. . eo.ti.
& in cap in noſtra,de ſepult & in dicto cap. ex
parte,de nerborum ſignif. Tertius caſus eſt,
quando per donationẽ epiſcopi factam ex cau
ſa, & conſenſu capituli ſunt remiſſæ. de epiſco-
pali eſt caſus 12.quæſtio.3.cap., fin.facit quod
not de reb eccleſ. alien.non poſſeſsiones,in pri
ma glo.& quod not. idem Franciſc. de donat.
cap.paſtoralis,§. de parochiali. dicit idem per
cap.ad audientiam,de eccleſ.ꝑdif. & quod not.
in d.cap conſtitutus,in gloſ. hic patent. Quar-
tus caſus eſt, quãdo ſepeilitur quis in parochia
li eccleſia exempta, & nil legat eccleſijs exem-
ptis.& tunc idem eſt, quod de eccleſijs priuile-
giatis per inra ſuperiùs allegata in ſecundo ca-
ſu. Quintus caſus eſt,quando ſua parochialis
eccleſia eſt cathedralis,& ibi ſepellitur,& nil le
gauit eccleſijs non exemptis,& tunc non fit ſo-
lutio canonicæ,ſed fit diuiſio inter epiſcopum
& ſuum capitulum,ſicut alia diuiduntur,no.in
c.requiſiſti de teſt. Sextus caſus eſt, quando
defunctus legauit debentibus recipere quartã
cum eo onere, quòd de reliquis legatis nulla
quarta debeatur, & legatum acceptauerunt,ut
in cap officij.de teſt. Septimus caſus eſt, quan-
do omnia relicta non in fraudem., ſunt priuile-
giata,de teſt.c.finis.de ſepult.in noſtra. & in ca
pit.fin.eo.tit.& in dicto cap.ex parte, de uerb.
ſignif. Octauus caſus eſt,quando omnia legan
tur clericis eccleſiarum fauore perſonarum,de
teſta. requiſiſti,in fi.& dicto ca.ex parte. ſaluo
tamen in his duobus caſibus. clem.dudum, de
ſepult.intelligendo ſanè cnm omnibus ibi con
tentis,ſcilicet cùm ſepellitnr in loco prꝑdicto-
rum ordinum,& cnm omnibus ſubſequẽtibus.
Nonua caſus eſt,ſecundùm Hoſt. quando nio-
lentia interuenit, qnia ſepultura debet eſſe libe
ra, ut in cap.cum liberum,de ſepult. ſi ergo in-
teruenìat uiolentia ad auferendum corpns con
tra determinationem teſtatoris,priſtino iuri de
rogatum eſt propter uiolentiam. C. unde ui.l.ſi
quis in tãtã ff.ui bon.rapt.l.1.& per totum. ac-
cedunt not.in capitulo eum,qui.de præb.lib.6.

De ſecnnda ſpecie caſuum, quibus ſoluitur
ſola parochialis,de qua epiſcop ua quandoque
detrahit quartam, quandoque non,exemplum
primi,quando parochianus eccleſiæ non exẽ-
ptæ ſepellitnr apud exemptos, tunc habebit pa
rochialis quartam, cuius quartæ epiſcopus ab
illo exigit qnartam. Exemplum ſecundi,quan
do parochianus eccleſiæ exẽptæ ſepellit apnd
alios exemptos, tunc parochialis habet cano-
nicam,& epiſcopus nihil. Et non refert in his
duobus proximis caſibus an parochianus ele-
gerit ſepultnram. ſatis eſt enim quòd ;ibi ſit
de iure ſepelliendus, quia ibi eſt ſepulchrũ ma
iorum ſuorum,iuxta not. in d.cap.in noſtra,&
in ca.de uxore.§.utrum.

De tertia ſpecie,quando ſola epiſcopalis ſol
uitur,patet, quando ſepellitur parochianus a-
pud eccleſiam parochialem non exemptam, &
24 nihil legat aliis eccleſiis non exemptis,† eſt eñ
epiſcopalis canonica introducta propter onus
incumbens epiſcopo in ſolennitate celebrata,
ordines conferendo, chriſma conficiendo, o-
leum ſacrum benedicendo, baſilicas dedican-
do, moniales Chriſto deſponſando, uerbum
Dei prædicando, pœnitentias iniungendo, &
alia exercendo, quæ ad officium epiſcopi no-
ſcuntur ſingulariter pertinere iuxta nota. in
capitnlo conquerente, & in capitulo dilectus,
de offic. ordin.& in cap.tranſmiſſa, de electio.
& plenè per Innocen.in ca.primo de ſtatu mo
nach.& plenè ponit Hoſtien. in Summa, extra
de ſepult.

De quarta ſpecie caſuum,quando,ſcilicet de-
betur utraq; quarta: & tunc qñq; utraq; debe-
tur ſoli cathedrali, nt quia parochianus eccle-
ſiæ cathedralis ſepellitur apud non exemptos,
uel eis legat.,recipit enim cathedralis parochia
lem iure parochiæ, & epiſcopus epiſcopalem,
iuxta

iux.not.in c.cùm super de sepult. & in c requisisti, de test. sed deberetur duobus, & hoc patet, quando parochianus ecclesiæ non exemptæ sepelitur apud non exemptas, legando illis, & forsan aliis non exemptis. Item quando parochianus ecclesiæ exemptæ sepelitur apud non exemptas, sed hæ duæ spēs differūt, q̄a primo casu de canonica parochiali episcopus detrahit quartam, secundo casu non. Ratio patet
25 ex superiùs dictis. Occurrunt etiam casus, † in quib. duæ parochiales ecclesiæ diuidunt parochialem, itaq; cuiq; debetur illius dimidia, si quando defunctus hēbat æqualiter domiciliū in diuersis parochijs, & in tertia sepelitur, ut in c.cùm quis.ij.rñ de sepult.lib.6. & hoc ēt casu posset accidere, q̄ ep̄s non haberet nisi dimidiam suæ quartæ, s.qñ tm̄ una illarum ecclesiarum parochialiū est exempta Item quarta episcopalis plurib. ep̄is competere potest. s.qñ parochialis, & ecclesiasticæ sepulturæ, uel legataria sunt in diuersis diœcesibus, & idē qñ defunctus legauit ecclesijs non exemptis diuersarū diœcesium, sed tunc non fit æqua diuisio, ut in casu supra proximo, sed secundū quantitatem legatorum, & diuersas consuetudines diœcesiū habebunt singuli ep̄i suas canonicas forsan in quātitate diuersas. In hoc autem Host. in sum.
26 e.tit. dicit † q̄ si res legatę sint ecclesię alterius diœcesis, & non apparet alia consuetudo, ep̄s rerum legatarum hēbit quartā, qđ non placet Io. An quia sc̄d̄m hoc de legatis ecclesię exemptæ hēret ep̄s quartam, cuius contrarium tenet idem Francis. in d.c. certificari. q.19. & in d.c. in nostra. de sepult. Ex his igitur clariùs decla-
27 randis. † Tertiò aduertendum puto, & an à monasterijs exemptis ep̄s possit exigere canonicā portionem? & quāquam antiquitus quidam D. Cardinalis de Tuderto, secundū Host. tractauerit & tenuerit q̄ omnia loca exempta teneātur ep̄o ad quartam, tm̄ Fed. de Sen. consulendo dixit, secūdū rei ueritatē fratres Prædicatores, & Minores cęterosq; exēptos minimè teneri ep̄o ad istam canonicam portionem, cum nihil habeant secū agere de prædicta, sc̄d̄m Inno. Pet. Abbat. Io. And. in c. officij, de test. D. Bal. hanc q̄ōnem disputat in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. in 8. col. præmittēs, q̄ ubi de interpretatione uerborum legis agitur, dignitas nihil operat̄, ut ff. de leg. 3. l. itē in legatis. §. patui. Vnde tm̄ est curandū de opinione propriè loquendo magistraliter, quantùm de opinione
28 nimis simplicis uiri, † nam cuicunque, licèt magno Doctori, nō habeo credere, nisi suum dictum probetur, per authenticā scripturā secundùm Arch. 2. q. 3. nolite, ad fin. & facit glo. c. cū Marthæ in uerbo, probabilior, de celeb. miss. & ad qđ 1. q. 1. si quis inquit 15. dist. si quis ppostera, & 9. dist. c. noli. & c. negare. & ca. ego solis
29 † non ergo debet quis loqui ex proprio sensu, sed quæ Spiritussanctus docet 36. distinct. si quis uult. nam quod prædicatur, & docetur, debet authoritate probari, 26 dis. deinde. aliàs extirpandum. 68. distin cor episcopi. Erubescimus enim sine lege loqui, ut in l. illud, & in l. illam. C. de collat. faciunt not. 3. distinc, relatum. de consecrat. dist. 4. iuxta fin & 23. quæst. 5. de Liguribus. vnde Aug. in 8. epistola ad Hieron. dicit, Ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si aliquid in eis inuenero quod uideatur contrarium ueritati, nil aliud quàm uel mendosum esse codicem, & nō esse assecutum interpretem, quod dictum est, uel me minimè intellexisse non ambigam. alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleant, non ideo uerum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios authores, uel per canonicas, uel probabilem rationem, quod à uero non abhorreat, persuadere potuerunt. nam & magnus Philosophus dixit, si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc tamen discere quid uellem. ff. de fideic. lib. l. apud Iulianum. nam omnes homines natura scire desiderant, ut in 1. Metaphy. unde & Clemens Papa testatur dicens. Nullus episcopus propter opprobrium senectutis, uel nobilitatem generis à paruulis & minimis eruditis, si quid fortè est utilitatis, uel salutis inquirere negligat, q enim ptinaciter uiuit, & discere atq; agere bona recusat, magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur, & potiùs infidelis, quàm fidelis esse monstratur. 38. distin nullus episcopus. & Augustin. dicebat, Senex enim à iuuene, & episcopus tot annorum à collega nondum anniculo paratus sum edoceri 24. quæst. 3. si habes. Vnde reprehensibilis est episcopus, qui à perito subdito contemnit edoceri. 38. dist. cap. fin & 22. distinct. de Constantinopolitanæ. Nulla enim ætas sera est ad discendum, saltem usque ad octogesimum annum, ut in dicta l. apud Iulianum. non enim authoritas loquentis magis attendenda est, quàm ratio ueritatis. Amicus enim Plato, amicus Cæsar, sed magis amica ueritas.

Arguendo igitur pro exemptis, quòd non teneantur ad istam canonicam portionem, dominus Bal. ubi supra ponit quatuor conclusiones non loquendo de exemptione generali, quia omnia monasteria sunt a lege diœcesana exempta, sed loquendo in exemptione propria & speciali, per quā aliqua ecclesia eximitur ab episcopo tanquam filius emancipatus à patre, uel seruus manumissus à dño. ¶ Primò ar-
30 guit sic, † à quo remouetur officium, remouetur officij pręmiū. ut ff. de exc. tu. l. Nesennius. nisi

tale prçmium ex iuris dispositione stet per se, et non dependeat ab officio. C. de legib.l.administrationea. eodem modo dicit lex, à quo remouetur tutela, & tutelæ contrarium. ff. de annuis legat l.alumnæ.§.ab hçredibus, & probatur ex coniunctione duarum legum. ff.de legat.2.l.siquis quos.& ff.de condi. & demon.l.si quis eum.

Secunda conclusio est, q epa nullam habet cõionem, nec participationem cum exemptis, nec in rebus, quæ ex acquisitione sunt iuris eorum, cum exempti æquiparentur emancipatis, uel saltem libertis, & certum est q emancipati & liberti acquirunt sibi, non patri, uel domino: nam uinculo ptãtis soluto obuiatur acquisitioni, quæ fit eo uinculo mediante, sicut patet per diffusam in iure ciuili materias, ut in l. j. de bon.lib.& instit.quib.mod. ius pat.po.sol. §.præterea,& per quas perso.nob.acqu. & in l. cùm oportet.de bon.quæ lib.

Tertia conclusio est, q faciliùs tolluntur cõmoda pecuniaria, q obsequialia. C.de bon.lib. l.fi.unde cùm in monasterio exempto epa non habeat obsequialem obedientiam, ergo nec cõ

31 modum pecuniariũ, ubi aduertendum † q differentia est inter obedientiã obsequialem & reuerentialem, obsequialia est ex debito, quç non potest exigi ab exempto p personã minorẽ Papa; reuerentialis ex quadam ciuilitate gratis & sponte exhibetur ẽt ab exemptis per Papã minoribus plãtis, iux.not.in c.nimis.1.& 2. de excess. prçl.ubi patet exemptio prçdicatorũ,& minorum. faciunt ad prçdicta no.per Bal.& Ang. in l.fi.C.de bo.quç lib.& in l.sed si hac l.patronũ. ff.de in ius uoc.& in l.si manifestis. C. de liber.

32 & eorum lib. Quarta conclusio est, † q in monasterijs plenè exemptis eps non hẽt spãlem cu tam.ratio est, quia prçlati locorum exemptorũ hñt uera epãlia exẽpta, & non ipsi epi, ut in ca. cùm & plantare, §.in ecclesijs, de priuil. & satis not.in c.1.de reb.eccl.non alie. in Clé.transla. . . . ergo iure epãli in aliũ necesse est, q fiat cõmoditatis translatio, ut in l.j.§. . . ff.ad Trebel. & in Auth.ut iudic.sine quo.suffra.§.illud, cum sim.ex quibus concludit idem Bald. q uera est opi.D.Fede.de Sen pçcipui Decretorũ Doc. & non est uera opi. D.Cardinalis de Tuderto, quanquã pro ipso uideat facere dictum Inno. in c.1.de statu mon.in gl.magna. uers.sed quçres.Sed rñdeo, dicit Bald.Innocen loquitur de exemptis exemptione generali: non autem loquimur de propria & spãli, per quam locus eximitur à lege dięcesani,& à lege iurisdictionis. & ita tenendũ credo, & ita seruat consuetudo, quæ ẽt secundum Innocẽ.debet seruari in istis. Cùm enim eps cũ exemptis non cõicet suas actiones.ergo nec uice uersa debet ei cõica ri.ar. sumpto à correlatiuis, q a destructo uno extremorum destruitur & reliquum, ut in l.fiu.ff.de

33 acceptila. † de his pleniùs disputat illustris Doctor meus Petrus de Perusio, à quo ptimam lectionem audiui in iure canonico & fideliter secutus sum eum, tanq discipulus suum magrm: disputat igitur satia prolixè materiam supradictam in suo tract.de cañ.port.episc.c.4.§ sextò principaliter quæritur, et referens opin. supradicti dñi Tudertini probat postmodũ contra prædictum Cardinalem ferè per 30. argumenta talem canonicam epo non deberi, et rñdens ad argumenta contraria reprobat opinionem Host. et prædicti D.Cardin. et sequacium. Moderni autem cõiter tenent cum D. Petro et Baldo. Quærit idẽ Bal.post prędicta, an de legato facto singulari fratri, puta pro indumentis, uel libris debeatur episcopo canonica? et respondet dicens de fratribus minoribus pono duas conclusiones indubitabiles.

34 Prima conclusio est, † quòd id quod relinquitur singulari fratri, puta pro indumentis, uel libris, non defalcatur ab episcopo, ut d.l.si quis ad declinandam.§.penul.in qua loquitur de relicto singulari personæ, et in c. requisisti. §.fin.de test.et per hoc apparet dicit ipse, quòd opinio dicentium, q debet detrahi quarta per episcopum de relictis alicui presbytero pmissis dicendis, est falsa. et ad hoc facit de uerbo. signifi.cum inter, et ibi per Hosti. et Ioan. An. Verum est tamen dicit ipse, q glos. in clem. du dnm.§.uerùm, de sepult.dicit, quòd est specialis in fratribus minoribus de eo, q relinquitur ipsis promissis dicendis, ita q teneatur solue-

35 re quartam. † Sed secundum uerum intellectũ illa glo.non loquitur de quarta episcopali, sed de quarta parochiali ecclesiæ, quæ est alterius conditionis et rationis, et ideo illa gloss. non obstat. Prætereà, dicit ipse, cum glo. illa ponat argumentum à speciali, ergo in contrarium est ius commune: priuilegia enim iuri commu ni derogant. unde sunt quasi priuatio legis, iuxta etymologiam uocabuli, ut dicit Goffre. in summ.

36 Ad prædicta aduertendum est, † quia si testator non expresit nomen proprium presbyteri debentis missas celebrare, sed expresit nomen prælaturæ, uel administrationis, tunc eps regulariter debet hinc quartã cõseq, secdm D. Pet. de Perus.in tract. suo de canon. episcop.c. 1.§.q d si testator legat promissis dicendis, etc. ibi satis discutis de materia.

37 Secunda conclusio est, dicit Bald. † q illa, quæ relinquũtur certo et determinato censui, non defalcantur per episcopum: uerbi gratia si relinquitur pro luminaribus, uel pro fabrica ut extra de testa.c.si. Non obst.clem. dudum.§. uerùm, ubi cõiter text. q detrahitur canonica, etiam ubi non consueuit de iure detrahi, q a ibi

non

non loquitur in canonica episcopali, sed de parochiali, quæ non pertinet ad aliquam legem superioritatis, sed ad quãdam legem recompensationis, sicut dictũ est. ¶ Tertia conclusio est quòd de relictis fratribus Minoribus simpliciter, quãdo relictum est ipso iure nullum à principio, Episcopus non debet habere canonicam portionem. Ratio est, quia relictum habetur ꝓ non scripto, ergo simpliciter tacitum est onus relicti, ut ff. de his, quę pro non scrip. hab. l. in metallum. Secundum ratio est, quia quando filius ipso iure non est instituibilis, pater non capit ꝑ eum, ut ff. de leg. 2. l. debitor. §. seruo. ita quando ecclesia non est capax titulo institutionis per eam episcopus nihil potest deferri, quia destructo medio, destruitur terminus ad quem peruẽtum fuisset per illud medium. ff. de seruit. rust. præd. l. tria prædia.

39 Quarta conclusio est, † ꝙ ubi est simplex relictum in casu, quo est ualidum, ut in c. exijt q. seminat, de uerb. sign. lib. 6. tunc quæstio dubia est, utrum episcopus debet habere canonicam portionem, & loquor quando defunctus non sepelitur apud eos. Pone ergo, ꝙ quidam habilis ultramontanus reliquit ecclesiæ sancti Francisci mille, utrum episcopus illius ciuitatis debeat habere quartam? & uidetur ꝙ sic, secundùm opinionem Host. & D. Cardin. de Tuder. dicit Bal. breuiter dic, ꝙ si relictum est pro fabrica, uel pro picturis ecclesiæ, quæ ęquiparant fabricæ & pertineant ad perpetuum diuinum cultum, sine ulla dubitatione nihil debet episcopus habere, & si exigat, expectet iram Dei, ut in d. l. si quis ad decliuãdam, & in d. c. de his, & c. ex parte. Si autem simpliciter relinquitur, sunt opiniones, sed uera opinio est, dicit idem Bald. ꝙ fratres prædicatores, adde & minores, tanquàm exempti, non tenentur episcopo suo nomine agẽti, quia episcopus cum eis nihil cõmunicat, nec principaliter exercet in eos, l. diocęsanam, uel l. iuris dictionem, extra quos terminos ista canonica non exijt, neque exire potest, nisi inter episcopũ & fratres esset aliquod pactum, illud est seruandum, ut in c. . . . de pact. lib. 6. ex his apparet, dicit ipse, ꝙ idem est de omnibus locis, quod est de exemptis, quia quibus episcopus non participat actiones, illi non debent participare etiam passiones, ut in l. j. in prin. §. j. ff. de coniung. cum eman. lib. circa prædicta satis disputat & plenè tractat præfatus D. Pet. in suo trac. de canon. episcop. c. 7. ubi uestra reuerentia ad declarationem prædictorum multa poterit contemplari quã dignetur altissimus semper dirigete in uiam ueritatis & iustitiæ, ad gloriam sempiternam. Amen.

Io. de Capistrano.

CONSILIVM V. I. D. HIERONYMI Marcobruni Veronensis.

ARGVMENTVM.

¶ Superstites soror, & nepotes ex fratre prędefuncto, moriente ultimo loco instituto, an in fideicommisso codicillari excludant substitutum uigore clausulæ si sine descendentibus ultimus institutus moriatur. ubi plura.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum dicitur esse odiosum.*
2 *Substitutiones non habent locum, nisi in casibus specificè comprehensis in eis.*
3 *Fideicommissum, uel grauamen, induci non debet, ubi non est, nec à uerbis testatoris recedendum.*
4 *Testatoris mens & uoluntas, in substitutionibus multùm ponderanda est.*
5 *Descendentium appellatione, omnes in infinitum comprehenduntur.*
6 *Decedere non dicitur sine liberis, qui unicum nepotem ex filia reliquit.*
7 *Testator nõ creditur uoluisse, nisi id quod expresse dixit.*
8 *Verba cuiuscunq; disponentis sunt referenda ad intellectum iuris.*
9 *Testator substituens simpliciter filios primi matrimonij ad inuicem, & filios secundi matrimonij etiam ad inuicem, vulgariter, pupillariter, etiã per fideicommissum, clausula fideicommissi non refertur ad primum caput.*
10 *Substitutus excluditur stantibus personis, quæ ex præsumpta mente testatoris possunt succedere.*

CONSILIVM XL.

IN Christi nomine inuocato. uisis testõ, & codicillis exhibitis licet ex illis possint elici particularia dubia, tñ uisum fuit magis expediẽs formare unum generale dubium, & in eo decidendo accomodare etiam decisionem particularium dubiorũ, erit ergo generale dubiũ An Franc. actor dato & non concesso, ꝙ sit de Colpanis & ex Prosapia testatoris, & codicillatoris intelligatur uocatus ex asserto fideicommisso. de quo in ultimis codicillis ex eo ꝙ ultimo loco institutus, & substitutus mortuus sit absq; descendẽtibus, licèt supersit soror ipsius ultimo loco defuncti, ac etiam neptes ex fratre prædefuncto, & sic An dictus Franciscus tamq̃ masculus ex prosapia testatoris, & codicillatoris excludat dictas fęminas descẽdẽtes ab ipso

dispo-

disponente uigore prætensi fideicommissi.sup
cuius dubij decisione licèt plura & plura dici
possent,quæ colliguntur ex locis infra allegan-
dis.Tamē rum uarijs ex causis.maximè in prin-
cipio istius officij sim non mediocriter impli-
catus procedam conclusiuè.

Vnde pono conrlusionem ꝙ stante contin-
gentia facti,ꝑut stat & infra dicitur,dictus Frā
ciscus actor non potest dici aliquo modo no-
catus ad bona, & hæreditatem dicti testatoris
seu codirillatoris. Ad quod probandum præ-
1 mitto primò† ꝙ fideicōmissum est quid odio-
sum quia rontiner onus l.j §.fin. & l.cohæredi.
§.quum filię ff.de uulg & pupil. l.omnimodo,
& l.quoniā in prioribus rum simili. C.de inof-
fic.testamento.

Serundò præmitto primā generalem regu-
2 lam in substitutionibus.s.† ꝙ primę non hēant
locum nisi in casibus specitice rōpręhensis in
uerbis ipsarum sublstitutionum & ideo potest
semper dici.de hoc nō loquitur substitutio. ita
colligitur ex prima uulgari Doctri. Io.And.in
add.spec.in tit de teltamentis.§.j in addi.incip.
orcurit in uersi.5 quęst.talis est &c.vñ dicit,ꝙ
licèt testator substituendo sic diceret,si aliquis
meorū hæredum sine liberis uel nepotibus uel
ulterioribus masculia, & ex masculis descēden
tibus mori contigerit, substituo, talem licèt ex
uerbis, & ex mente testatoris appareat infinitā
substitutionem esse fideicommissariam.tamen
si unus ex dictis hęredibus mortuus sit cū filijs
masculis,expirat substō. licèt illi postea decesse
rint sine filijs masculis allegat. l.uxori.C.quan.
di.le.ced.& l.siquis hæredē. C. de instit.& sub-
stit.& l.hæredibus.in prin. ff.ad trebell. & dicit
nō obstare prima uerba sine liberis nepotibus
uel ulterioribus &c.quia prima uerba suum ha
bent effectū.s. ꝙ illi substitutioni nō est locus
primo decedente cum nepotibus,uel ꝑ nepoti
bus ex filijs præmortuis non autem sonant ꝙ fi
lijs uel nepotibus uoluerit sublstituere, ut ibi
latiùs per eum.Cui Doctri.concor.pulcra deci
sio Oldra.licet Io. And.cum nō all.in consi.21.
Thema &c ubi dicit testatorem non uideri ha
bere respectū ad hæredes hæredum, & primos
uelle grauare,nisi expressè dicat,& ꝙ fideicom
missum iniunctum eos non appręhendit. sed so
lum scriptos, expressaq; uoluntate uocatos, &
hoc etiam sentit licet nō alleget ꝑdictos Abb.
cōsi.40.primę partis facti contingentia &c.in
primo dubio ubi consuluit quòd licèt testator
fecerit plures gradus sublstitutionum,si tñ pri-
mus gradus habuit locū,licèt postea moriatur
absque liberis,non tamen admittentur alij gra-
dus sequentes quia dicti gradus uidentur pro
uisi à testatore in casu, quo primus non habe-
locum.

3 Ad ꝙ facit † id ꝙ aliàs uidi consultum. per
Paul.de Castr.licèt in impressis non reperitur,
& incipit ronsilium uisis attest. receptis inter
ser Io. & ser Franrisrum &c. ubi clarè dirit, ꝙ
nos non debemus inducere fideicōmissum uel
grauamen ubi non est inductum per testōrem
ner ab eius uerbis discedere debemus,si de uo-
luntate eis aliter non appareat, & ad prædicta
possent accomodari plura.de quibus per Ias.in
d.l.siquis hęredem.col.j.in fi.cū seq. C.de inst.
& substō, sed & maximè facit ad ꝑdictū cōsi.
Petr.de Ancha.266.Iste magister ubi pulchrè
discurrendo plures gradus substitutionum de-
monstrat ultimam substitutionē pauperū espi
rasse.stāte ergo supra dicta regula, quæ ex plu
ribus alijs posset confirmari.Condescendo mo
dò ad demonstrandū nos esse in tali casu ꝙ nō
debemus dicere infrascrip.Franciscum esse uo-
catum cum nō euenerit casus,in quo fortè pos
set dici illum fuisse uocatum.

Et discurrendo primò testamentum condi-
tum in præsenti contingentia,à quo fortè ipse
actor vř sumere fundamentum quum ex uoca-
tione masrulorum uideatur colligi mens testa
toris, ꝙ uoluerit semper præferre masculos ex
4 prosapia sua fęminis,† & in istis substitutioni-
bus mens, & uoluntas testatoris multū ꝑdomi
natur.l.si mihi §.in legatis de leg.j.l.quū quęst.
C.eod. quia facit conditionem ubi non est, &
econtra.l.in conditionibus. primū ff.de cond.
& demon.cum alijs quæ allegari possent.de q-
bus etiam per scribentes in l. hæredes. §. cū ita.
ff ad trebell.Dico ex dicto testamento nō pos-
se sumi argumētum ex parte actoris, & primò
quia si contra mens & uoluntas testōris posset
colligi ex dicto testamento, ꝙ uoluerit fauere
masculis.ista mens & uoluntas ita collecta pos
set fortè operari. quò ad masculos descenden-
tes ab ipso testōre.de qbus dūtaxat locutus est.

Secundò dico, ꝙ quādo essemus in terminis
descendentium ab ipso testatore plura, & plu-
ra dici pōssent q̄ pro, & cōtra colligunt ex duo
bus consilijs quæ inserta sunt in consilijs Alex.
uol.4.nu.51.cōtra hanc dubitationem, & cum
consi.seq. sed quia in dicto testamento semper
fuit facta mentio de malculis non puto insistę
dum, quid iuris esset si fundaremus nos in solis
uerbis testamenti.

Sed quia puto clarū esse,actorē sumere prin
cipale fundamētum suum ex uerbis ultimorū
codicillorū ibi hæredibus suis ultimo loco in-
stitutis,& substitutis,& c.Iuncta tñ prima con-
sideratione ꝙ ipse teltator uoluerit, priùs faue
re masculis, quàm fęminis.

Dico hoc casu coniunctis etiam codicillis
ipsis cum dicto restamento dictas fęminas de-
scendentes à testōre ꝑferendas esse asserto agna
to masculo,& in hor conclusio est illius seq.cū
filij uidelicet,sʒ præualere, quum in dictis co-

dicillis

decedētibus institutis, & substitutis sine descē
dentibus legitimis, & naturalibus, &c. & cū de
qualitate masculina in prætensa substōne nulla
est facta mētio. ideo cū ultimo loco deceden-
tibus institutis, & substitutis à testatore super-
sint descendentes ab ipso testatore. licèt sint fę
minæ. assertus agnatus masculus non pōt intel-
5 ligi uocatus. quum † appellatione descendentiū
comprehendantur oēs in infinitū cuiuscunq;
sexus, & gradus, & siue sint nati ex fęmina siue
ex masculo dicuntur descendentes. ut probatur
in l. fi. C. de suis & legit. & in l. lege. 12. tabu. &
in l. meminimus. C. de leg. hære. & in l. fin. C. de
lib. præteri. per Alex. consi. 158. secundæ partis
uiso &c. in prin. per Cur. consil. 42. quia inquit
Bal. &c. col j. & cons. 64. Seriosè &c. col. fi. qui
Cur. allegat Alex. in alijs consilijs, & prædicta
conclusio procedit nedum in casu nostro in
quo testator. siue codicillator usus est uerbo
descendentibus, q́ est de se multùm generale,
sed etiam si dixisset sine liberis, q̃a intelligitur.
tam de masculis quàm fęminis. immo & de de-
scendentibus à fęminis. tex. est clarus, & ibi latè
scribentes. in l. j. C. de condi. inser. ubi dicitur q́
6 † quis non dicitur sine liberis decessisse, qui uni
cum nepotem ex filia reliquit, & talis nepos ex-
cludit substitutos. Immo fortiùs uult ille text.
iuncta glo. q́ nedum excludantur substituti su
perstite nepote ex filia. immo superstite nepte
ex filia, & illum tex. facit singularem Bald. in c.
in præsentia col. 13. de proba. & bonus tex. in l.
non est sine liberis. ff. de uerb. sign. & in l. gene-
raliter. § quum autem. C. de institu. & substitu.
Aret. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in
l. quum auus. ff. de condit. & demon. & iura, &
loca sunt abundantia de quo in specie in d. cō-
sil. 53. quartę partis. inter cōsilia Alex. Quæ cō-
clusio. procedit etiam si substituti essent alij fi-
lij uel filię testatoris quantò fortiùs si extranei
ut per scribentes in proximis allegatis locis, &
alibi, & licet super tali conclusione confirman
da, possem folia plura ad implere, tamen quum
censeam hoc esse expediti iuris, subdā hoc tan-
tum primam conclusionem recipere hanc de-
clarationem. ut non procedat. si cōtraria defun
cti uoluntas euidenter appareat, ita colligitur.
ex d. l. j. C. de condi. infer. sed cū in casu nostro
euidenter appareat de tali uoluntate defuncti
bene cogitet oculatus, & integerrimus Dñs lña
de causa cognoscere, & iuditio quidē meo ne-
dum euidenter apparet de contraria uoluntate
prædictæ conclusioni, sed immo de confirma-
toria prædictæ conclusionis, quia licet ipse te-
stator uideat̄ uoluisse facere descendentiā suā
masculinā primā, præferrendo in omnibus gra
dibus substitutionum factarū inter descenden-
tes suos, non tamen hunc fauorem uī uoluisse
præstare lineę masculinę collateralium. quia li-
neā collateralium uocando in codicillis post
mortem omnium institutorum, & substituto-
rum, &c. suorum descendentium. primò in pri-
ma conditione, si decessérint absque descendē-
tibus &c. non apposuit qualitatem masculinā.
Item in substituendo non uocauit primos so-
lùm de prosapia masculos, sed etiam fęminas,
&. nedum in uno loco, sed etiam in tribus, & si
uoluisset solū intelligere de masculis facilè fue
rat illi dicere prout expressit in substitutioni-
bus factis inter suos descendentes, unde cū ne-
dum nō expresserit masculos tantùm sed ēt fę-
minas clarè apparet noluisse ita fauere lineæ
masculinæ quo ad collaterales ꝓut facit lineę
7 masculinę quo ad descendentes suos, nā † non
credimus testatorem uelle nisi quòd expressè
dicit, ut per Bal. in l. uoluntas in fin. C. de fidei-
com. & pulchrè ad propositum. Ioan. de Anan.
cons. 22. Ad probādum &c. col. fi ¶ Cum ergo
in linea collaterali sint parificati masculi, & fę
minę, & cap. si omnes descendentes defecissent
fęminę etiam admitterentur iuxta uerba substi
tutionis. quantò fortiùs debemus dicere quòd
deficiente linea masculina descendentium no-
luerit testator sine disponēs uocare fęminas de
scendentes, quàmquoscunque collaterales.
Nec dicatur hoc posse procedere si solū ad
essent fęminę collaterales, sed cum adsint ma-
sculi uidentur illi præferrēdi, quia fęminę col-
laterales uidentur uocatę quasi ordine successi
uo post masculos, quia ultimę substōnes quæ
1 esse, nam licet regulariter † conditio spontanea siue uoluntaria debeat precisè. & ad unguẽ seruari nec possit ad similes casus extendi, ut per Bar. & alios communiter in d. § & quid si tan-
2 tum, † tamen hoc non procedit quando actus qui interuenit per omnia ex dispositione legis exęquatur, ac surrogatur actui expsse ita doct. in d. §. & quid si tãtum per l. in conditionibus. §. patronus. ff. de cond. & demonst. & l. is qui §. fina. ff. de leg. præstan. & l. pater. ff. de uulga. & pupill. l. tertia. §. sub conditione. ff. de statulib.
3 † Et rursus quãdo potest apparere quòd dispo nens cogitauit de effectu potiùs quàm de mo do conditio potest per ęquipollens impleri. l. mulier. §. fina. ff. ad trebell. cum concord. sed in proposito utrumque accommodari potest, qa
4 qui à sñia non appellat illi cõsentit, & cõsequẽter eã acceptat, ut pbatur per l. j. ubi gl. C. de po stul. p quam no. ibi Bar. in summario, & notat. qđ qui nõ appellat vr sñiæ cõsentire, & sequũtur Saly. & Aret. in primo no. l. ab eo. C. quõ &
5 quãdo iudex ubi † qui non appellat dr̃ præstare sñię assensum. hinc no. ibi Bar. & Bald. in 1. no.
6 & Saly. in ult. † quod qui nõ appellat cõsentit sñiæ l. fin. C. de sent. quæ sin. cer. quãt. ibi neq; à statutis, puocaneris, ipso tuo facto confirmante iudicatum, & in glo. no. Bart. dicens qđ qui nõ appellat confirmat sententiam, & quod alibi nõ re peries iõ tene mẽti, & Sal. no. Sexto & l. hi q. C.
7 de app. ubi dr̃ quod † q à noiatione ad officiũ nõ ap pellauit, censet cõsensu suo noiationẽ cõfirmasse, & optimus tex. in c. quod consultationẽ, de sent.
8 & re. iud. † ubi dicit tex. quod q nõ appellasset vr̃ p in terpretationem iuris late sñiæ paruisse, & ideo
9 Pan. ibi no. sexto dicit p illum tex † quod non ap-

 pellans

pellans dr̄ sn̄iæ acquiescere,& quod ille tex. est
menti tenēdus fa.tex.in l.cum antea.§.finauiē.
C.de arb.ibi silentio partium sn̄iam,si ergo qui
non appellat p̄stat assensum sn̄ię,& eā affirmat
ergo dr̄ eam acceptare non.n.vr̄ aliud uoluisse
iudicem q̄ ꝙ acceptaretur.ꝙ sic factum est.
Confirmo p̄dicta ex no.p Bar.in l.si separa-
10 tim.§.fi.ff.de appel.ubi dicit † ꝙ approbare dr̄
sn̄iam,qui eā approbat expresse,uel tacitè per
decem dies facit optima Decisio. Alex.li.2.cō-
sil.136.in cā nu.3.ubi tradit ꝙ per lapsum decē
11 dierū ad appellandum dr̄ † q̄s acquiescere sn̄ię
ideo non uerificantur uerba rescripti dicentis
aliquē sn̄iæ non acquieuisse nā sic dr̄ acquiesce-
12 re,& dicit Bar.in l j.uersi.ult.no.C.de relat †ꝙ
ubi est locus appelationi non vr̄,quis consenti-
re nisi taceat per 10.dies, & Bal.in Auth. Item
hi uersi.& no ꝙ C de temp.appel.dicit ꝙ quan
do sententia prima cursu temporis cōfirmatur
uidetur appellationi primę tacitè renunciatum
nec ob.si diceretur, ꝙ hic consensus est fictus,
quia dico, uel ꝙ sit fictus, uel sit tacitus sat est
quòd lex inducit acceptationem ex eo,& habet
13 eum pro sufficienti†hinc,& aliàs conditio si de
cem,solueris dicitur adimpleti,si p accepto fe-
rat.l.Iulianus ait.ff.de cond.& dem.& tn̄ com-
pensatio nō est uera solutio, & acceptilatio est
ficta solutio, lex tn̄ ęquiperat actū hunc uero
14 † sic satisfacit conditioni si pupillo dederit,qui
tutori dat.l.si fundus.ff.de condi.& dem. Quæ
omnia fortiùs locum habent in casu nostro,qa
non fuit alia intentio iudicis, q̄ ꝙ ulteriùs non
litigaretur quòd factum est, & clariùs hoc ap-
paret,quia postea actor,& rei elegerunt homi-
nes ad terminandum iuxta tenorem sententiæ,
& sic declararunt se acceptasse sn̄iam dū passi
sunt labi tempus ad appellandū,ex q̄bus rn̄de-
tur ad illa uerba non aliter nec alio modo,quia
acceptatio subsecuta fuit sine qua iudex noluit
aliter aliquid reis tribuere,& hoc significant il-
la uerba non aliter nec alio modo quæ non re-
stringunt modum acceptationis, & ista fuit in
tentio iudicis, & colligitur ex termino 10.die-
rum assignato ad acceptandum, qui est termi-
nus datus ad appellandum.

Iulius Oradinus.

CONSILIVM V.I.D. PAVLI Lancelotti Perusini.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
2 *Qui contentatur non modò assentiri, sed & lucra ri uidetur.*
3 *Iudex reum arctare, & beneficium sibi à iure præstitum, auferre non potest.*
4 *Acceptationis species est etiā tacita quæ per lapsum temporis decē dierum à sententia accidit.*
5 *Sententia non inducit plùsquàm ex necessitate inferatur ex ea.*
6 *Acceptatio per lapsum temporis inducta, potest dici expressa.*
7 *Euidens, & apertissimum appellari id,quod coniecturis assequimur.*
8 *Expressio potest haberi, & fieri aliter quā uerbis.*
9 *Conditio quando eadem est ratio ueri, & ficti modi, potest impleri per modum fictum.*
10 *Sententia dubia, & iudicis intentio interpretatur secundum ius commune.*
11 *Terminus decem dierum ad appellandum est legalis, & iuris communis, etiam si à iudice præfigatur.*
12 *Sententia ambigua in fauorem Rei interpretanda est.*
13 *Interpretatio, quæ actum subsistinet in suo robore, amplectenda est.*
14 *Lites ad tollendas quæ tendant, sequi oportet.*

CONSILIVM XLVI.

CIRCA uerba sententiæ in quibus
cadit dubitatio uidelicet quarenus nostra hæc sn̄ia intra decem
dies ab eius intimatione numerandos per dictos reos acceptetur, & in alio capi-
te intra 10. dies subsecuta acceptatione prædi-
cta non aliter nec alio modo,dr̄ ꝙ ad uerifican
da illa uerba acceptationis non sufficit non ap
pellasse sed requiritur euidens expressa accepta
1 tio,& affertur, quia dictio quatenus,& † ablati-
uus absolutus important conditionē per no p
Bar.in l.j.ff.de condi. & dem. & in l.à testatore.
eo.tit.& doct.in rub.solu.matri. conditio autē
impleri debet in forma specifica iuribus uulg.
meritò ista acceptatio debet fieri expresse, &
non per lapsum temporis maximè,quia ista cō
ditio est uoluntaria,ut dr̄ in contrarijs alleg.qđ
tn̄ non uidetur obstare,quò minùs sn̄ia dicatur
transisse in rem iudicatam primò,quia præsup-
ponitur interuenisse quædā acceptatio post la-
tam sentētiā prout in notula anteqāam tn̄ ape-
riretur,quæ fuit expressis uerbis facta, ergo vr̄
conditio specificè impleta, Nec dicatur, quòd
in illa acceptatione fuerit dictum in partibus
pro se facientibus, quia cū contententur rei de
oibus partibus sn̄ię,uidentur oēs partes p se fa
2 cere † cū ille q̄ cōtentatur dicatur lucrari.l.ar-
boribus.§.usufructuarius.ff.de usu.f.glo.in l.cū
seruus.ff.de cond.cā dat.latè p doct.in l.j C.de
sent.quæ p eo,ꝙ interest, & minùs ob.ꝙ dicta
expressiu nō fuerit facta infra 10. dies,sed ante
3 ab intimatione sn̄iæ, quia non † potuit iudex
reum arctare,& sibi auferre beneficium tempo
ris à iure præstituti.l.4.§. si quis cōdēnatus.ff.
de re. iudi. & ibi doct. Scđò rn̄deri pōt ꝙ licet
non

non esset habēda ratio istius acceptationis, expressè tamen adhuc sit impleta conditio, & specificè nam negari non pōt quin una species acceptationis interuenerit, sed tacita p lapsū tpis l.j C.de postul.l.j.C.si sęp. in integ.resti. cū simil.quæ licèt nō sit uerbis expressa non ppterea minus est uera acceptatio, ergo est specificè impleta cōdō, nam in snīa nō dr, qđ debeat expressis uerbis acceptari, qa tunc esset locus cōtrario fundamento, sed acceptari simpliciter, &
5 snīa non inducit plusq̃ ex necessitate inferatur ex ea.l.pe.ff.de his qui sunt su.uel alie. in.eū ibi no.l.j.C.si plures una sent.l.2.C. de ordi.cogn. Alex.consi.108. . . . Addo & tertiò, φ ista
6 † acceptatio p lapsum tpis inducta pōt dici expressa gl.i l.prętor ait.§.7. in uersi.expssum ubi ēt doc.ff de no.op nunc.& p tex.in l.pe.C.quo quisq; ord.conue.li.11.iuncta gl. in uerb.teneamini ta.l.licèt imperator.§.j.ff. de leg.j.& l.si qs
7 locuplex.ff.de man.testa.in qbus iuribus† euidens & apertissimū appellatur φ cōiecturis assequimur fa.no.p Ang. in §. si uero expressim in Auth.de hęre & fal.& p Bal. in l.item qa super glo in uersi maximè ff. de pact. & in l.conuenticulam.C.de epis.& cler.& per Abb. in c.cùm olim decens in ult.no.& in c.j. de cle.non resid. nu.3.& p eundē Bal.in l ad probat. C.de pba. in 2.lect.& per Fely in c.translato de consti.in prin & p Staph.in tract. de gratijs, & spectatiuis.§.circa tertiam partem regulę nu.39.& per Dec in l.j.nu.60 ff.de offi. eius, in quibus locis
8 apparet φ † expressio pōt haberi, & fieri etiam aliter quam uerbis quibus addo Rot. Neap.decis.44.numero 14.

Quartò facit φ dicit Dec.consil. 540. nu.8.
9 qui dicit φ † qñ est eadem ratio ueri modi, & ficti conditio pōt impleri p modum fictum ergo cum magis distet fictum à uero q̃ tacita ab expresso poterit dici impleta conditio per modum tacitū Auth.multò magis.C.de sacros.eccles.cum nulla cōsiderari possit diuersitatis rō, quòd omnia licèt p se eneruare uideātur difficultatem, Adhuc tn facit qa negari non potest quòd uerba sententię non sunt dubia nam & iudex dubitat, & doc. inter se dissentiunt, in hac autem dubitatione triplex subintrat interpre-
10 tatio prima qa † in dubio snīam, & intentionē iudicis interpretamur, secūdum ius cōe. l.4.§. si quis §.condemnatum.ff. de re.iud.l.ex facto, & ibi doc.ff.de uulg.& pup. Dec. consilio 65. consi.45.& consi.188.1.uolu.post multa ibi p eos allegata unde si in sententia fit mentio de acceptatione intelligatur de acceptatione iuxta ius cōe, & φ iudex uoluerit se cōformare cū
11 iure cōmuni, facit quia pręstituit† terminū decē dierū, qui est terminus legalis, & iuris cōis Auth.hodie C.de appel. Bart.in l.si arrogator. nu.24.ff.de adopt. Facit φ no.Abb. consil.92. in 2.parte nu.3.ubi dicit, quòd terminus à iudice ad appellandum præfixus est eiusdem naturę, cuius est terminus iuris communis. Secun
12 da interpretatio est in ista † ambiguitate uerborum sententię, quia interpretāda uenit snīa in fauorem rei, qualis est Hieronymus, & litis cōsortes Dec.cōsi.43. post alios multos Cran. consi.188.uol.1.Tertia interpretatio est, qa in
13 † dubio amplectimur eā interpretationē, quæ substinet actum in suo robore. l. quoties ubi doc.ff.de uerb.obli.ubi doc. c.abbate de uerb. sign.Alciat.in tract. de præsump.Reg.3.psum. 34.ex quibus censeo pronunciandum à Iudi-
14 ce acceptatam esse sentētiam maximè qa † hęc pronunciatio tendit ad tollendas lites argu. l. properandum in prin.C.de iud.

Io.Paulus Lancelottus.

CONSILIVM V.I.D. IOAN. PAVLI Lancelotti Perusini.

ARGVMENTVM.

¶ Prohibens aliquem testari, quas patiatur penas. ubi latè tractatur, & digeritur titulus si qs aliquem test. prohib.

SVMMARIVM.

1 *In pęnas ll. tituli, si quis aliquem testari prohibuerit, ut quis incidat, duo copulatiuè requiri.*
2 *Testamentum duobus uerbis explicari potest.*
3 *Noluisse eum credendum est, qui non fecit, cùm posset facere.*
4 *Facta sunt efficaciora uerbis.*
5 *Laborare quem contra propria commoda, nō est uerisimile.*
6 *Verisimile qđ non est, falsitatis imago censetur.*
7 *Verisimilitudo maior, fidem maiorem conciliat.*
7 *Fama bona hominis ubi reperitur, non præsumitur in dubio delictum.*
9 *Bonus præsumitur communiter quilibet in dubio & non delinquens.*
10 *Probōnes luce meridiana clariores ī delictis reqri.*
11 *Animus & tractatus nudi, non ueniunt in considerationem, neque puniuntur.*
12 *Impedimentum eius, quod quis facturus nō erat, machinantes nihil peccant.*
13 *Interesse non habentium querela non est audienda communi Doct. opinione.*
14 *Interesse prætendentes obtestandi impedimētum præstitum, quomodo procedere debeant.*
15 *Clericis ratione clericalis ordinis magis est credendum quàm laicis.*
16 *Patris & filij eadem persona censetur.*
17 *Mariti & uxoris una caro, & interesse unius est & alterius.*
18 *Pauper filius dici nō potest, cuius pater est diues.*

19 *Patris extimum, est extimum filij.*
20 *Testis singularis accedentib. adminiculis aliquibus non. . . præsumptionem inducit.*
21 *Credendum cuique in arte sua.*
22 *Minæ præcedētes faciunt indicium de homicidio, sequuto casu homicidij.*
24 *Colloquia de impediendo testamento faciunt indicium de impedimento sequuto.*
24 *Testis dictum obscurius suppleri debet ex aliorum depositione.*
25 *Intelligere plùs, & minùs legere, interdum licet.*
26 *Testis singularis deponens de eo, quòd in persona propria accidit, facit fidem.*
27 *Dolus difficilis est probationis.*
28 *In pœnā prohibentium testari incidit, qui notarium accedere prohibet.*
29 *Testamentum sine scriptura confici nuncupatiuū potest duobus uerbis, & nu.54.*
30 *Testis singularis, tendens tamen ad eundem finē cum cæteris facit plenam fidem.*
31 *Singularitas adminiculatiua non nocet.*
32 *Testis unus deponens de ueritate facti, alter de confessione, faciunt fidem.*
33 *Testis unius dictum suppletur ex alijs præsumptionibus ad fidem plenam.*
34 *Testari prohibitus quis dicatur.*
35 *Testari prohibendi duo modi, uis & dolus.*
36 *Impedimentum magnum, irruptio in thalamum testari uolentis.*
37 *Dolus regulariter latet sub simulatione boni operis.*
38 *Aequitas ficta, duplex iniquitas, & ficta pietas, duplex impietas.*
39 *Sacramenta renuentibus ministranda non sunt.*
40 *Actus sequutus, reputatur sequutus in executionem tractatus præcedentis.*
41 *Actus iteratio magis aggrauat.*
42 *Testibus uolentibus indicare non credendum.*
43 *Testes allegantes causam sui iudicij probant.*
44 *Fama probationes multùm iuuat.*
45 *Testium numerus, infirmiora dicta corroborat.*
46 *Testis singularitas adminiculata probat.*
47 *Coniecturis in claro non est opus.*
48 *Veritati cuncta respondent.*
49 *Dicto unius à propria uoluntate dependenti standum est.*
50 *Vox cordis præco.*
Verba ab interiori uoluntate procedunt eodē numero.
51 *Frater in fauorem fratris non facit fidem.*
52 *Testis idoneus non est procurator pro cliente.*
53 *Testi audacter, & animosè deponenti, non creditur.*
55 *Iuris ignorantia in muliere toleratur.*
56 *Testi deponenti super his, quæ sunt iuris, non creditur.*
57 *Testis de credulitate, & non de ueritate deponens, uanus est.*
58 *Testi mentienti in uno, non est credendum in alijs.*
59 *Testibus contrariantibus, maiori parti, & integriori credendum est.*
60 *Testes super negatiua producti minùs probāt ijs, qui super affirmatiua producti sunt.*
61 *Testes deponentes in specie, præferuntur deponentib. in genere.*
62 *Genus obscuritatem parit.*
63 *Dolus coniecturis probatur.*
64 *Probatione difficilia admittunt probationes, quæ aliàs non admitterentur.*
65 *Dolum lex in prohibitorum genere præsumit absque probatione.*
66 *Præsumptio non militat in præiudicium tertij.*
67 *Testamento impedito, qui capturi aliquid erant, in duplum restaurari debent.*
68 *Testis uerba sunt accipienda, ne sint sibi met contraria.*
69 *Testis unius dictum obscurum, declaratur per alios.*
70 *Testibus pluribus magis q̄ uni credendum.*
71 *Testari prohibere, cum effectu intelligitur.*
72 *Notarius in testamento testis esse potest.*
73 *Actus inter uiuos facti, qui aliàs non substinerentur, ultimam uoluntatem possunt corroborare.*
74 *L. diffamari. C. de ingen. & manu. habet quedam singularia, & propria à regulis ordinarij decisa.*
75 *Diffamati priùs criminaliter condemnādi, quàm ciuile iudicium instituatur, doctrina Bart. limitatur nu.76. & 78.*
77 *Nullitas actus non tantùm per praxim, etiā magni Doctoris, seruatam non inducitur, sed nec per legem, nisi lex ipsa decretum irritans habeat uel aliquid pro forma inducat.*

CONSILIVM XLVII.

VISO processu, & his quæ in facto accidisse probantur diligenter cōsideratis. Videtur prima facie, q Troylus, & litis consortes nullum impedimentum præstiterint Angelo de Martellinis, quominus testaretur, & ob id, quòd non inciderint in pœnas prohibentium aliquos te-
1 stari, consequenter absolui debeant. † Nam ad hoc, ut titu. si quis aliquem testa. prohibue, & pœnę in eo contentæ locum habeant, duo copulatiuè requiruntur, primum quòd quis uoluerit testamentum condere secundum. q fuerit impeditus illo ipso tempore, quò uolebat testari Barto. in l. fin ff. si quis ali. testa. prohi. diffusè Soccin. Iunio. consilio 140. in princ. libro secundo, post Soccin. patruum consilio 105. colum. 2. uolum. tertio, & Ias. in cons. 31. primo uol. & Paris. consi. 67. lib. 3.

Horum

Hotum autem nullum uidetur concurrere
in casu nostro. Nam quantùm attinet ad pro-
positum quod Angelus habuerit testandi, uide
tur probari, quòd non intenderet testari, quia
clarè probatur in processu, ꝙ iam diu fuit cũ
notario, ꝙ potuisset facere non solùm unicũ,
uerùm etiam plura testamenta, ut deponunt
Io. Paulus Thetius & Dons Clitia, quod non
2 abhorret à uerisimili, cùm † testamẽtum posset
explicari duobus uerbis l. j. ff. de her. insti. Vn-
3 de † si non fecit, quum posset, credi necessariò
debet, quod noluerit arg eorum, quæ not. in l.
serui electione ff. de leg. 1. Et licèt plures, ac plu
res testes deponant de enixa uoluntate facien-
di testamentum ex uerbis, quæ audiuerunt ab
4 ipso Angelo: tamen † facta sunt efficaciora uer
bis. l. in bello. §. factę ff. de capti. & postli. reuer.
tradit Bart. in l. sancimus C. de test. & ibi com
muniter à Doct. probatur, & in l. si iure ff. de le
ga. 3. c. dilecti extra de appellat l. Paulus. ff. rem
rat. habe. Doct. in l. reprehendenda. C. de insti.
& substi. Alex. cons. 79. li. 1. Vnde illa depositio
non debet releuare: cùm sit de uoluntate alie-
rius, quæ plerumq; est recondita: cùm in ani-
mis hominum multæ sint latebræ: & habeat fa
ctum testatoris contrarium.

Dato tamen, ꝙ Angelus habuerit firmum
propositum testandi; adhuc tamen non proba
tur, quòd aliquis præstiterit impedimentum,
imo potiùs probatur, ꝙ assertus Angelus fuit
in plena libertate testandi; probatur enim qđ
biduo, aut triduo antequam moreretur pate-
bat ad eũ liber, ac cõtinuus accessus, & hoc ꝓ-
bant primus, secundus usq; ad tertium testem
examinati ad instantiam Troyli, ac litis cõsor-
tium, qui dicunt se uisitasse i nec uiderũt se, uel
alium q̃sque impeditum, quominus ipsi, ac qui
libet liberè ad Angelũ ipsum accederent, adeo
ꝙ si dictus Angelus uoluisset testari, utique po
tuisset, immo fortiùs probatur, ꝙ pridie quàm
Angelus moreretur & illo ipso tempore, quo
Troylus, & consortes de præstito impedimen-
to arguunt. quilibet ad Angelum prætensum
impedium poterat sine ullo impedimento ac-
cedere, & hoc deponunt Dionysius, Donus
Vincen. Dña Clitia, sora Angela, & sora Aga-
ta & Io. Paulus Tetius, quorum aliqui addunt,
ꝙ iussu diffamatorũ fuit missum pro notario i
& ꝙ tamdin notarius fuit cum Angelo, ꝙ ipse
potuisset facere plura testamenta, & usque ad
decem. His accedit uerisimilitudo: Nã cùm
præfatus Angelus haberet filiam successurã ab
intestato, non solùm nullum præiudicium fie-
bat extraneis si testatus esset: sed etiam poterãt
inde sperare utilitatem: maximè attentis uer-
bis Angeli dicentis, Che harebbe testando lor
fatto uedere, ch'egli era buon parente: quę uer-
ba indicant animum dicentis fuisse aliquo pa-
5 cto de eis benemereri, adeo ꝙ † non est uerisi-
mile ꝙ laborassent cõtra propria commoda ar
gum. l. cùm de indebito. ff. de proba. l. rem leg. 2.
6 ff. de admi. leg. l. iij. ff. de test. mili. † quod autem
nõ est uerisimile, est quædam falsitatis imago.
ut per Bal. in l. 1. C. de ser fugi. facit l. quia ueri
simile. ff. quod me. cau. faciunt no per Cano. in
cap. in nostra de testi & per Bald. in l. testium.
7 C. eod. tit. ubi habetur † quod maior uerisimili
tudo conciliat maiorem fidem.

Accedit his bona fama eorum, qui sunt diffa
mati, quæ suadet, ut non uideantur uiri bonę fa
mæ facilè potuisse admittere grauissimum de-
8 lictum. † Et ubi bona fama hominis reperitur,
in dubio non præsumitur delictum, uel dolus
Socci. in d consi. 148. post Cuma. consil. 35. im
mo adiuuantur isti præsumptione communi,
9 † qua quilibet præsumitur bonus, & in dubio
non delinquere. l. meritò. ff pro soc. not. Bar. in
l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de no. ope. nũ.
Doct. in c. auditis de præsump. Alex. consi, 52.
lib. 3. &c. fortè aliqua possent ingerere suspitio
nem huius facti impedimenti: nihilominus cũ
simus in delictis, & agatur de condemnando,
10 non sufficiunt coniecturæ, † sed requiruntur
probationes luce meridiana clariores. l. fin. C.
de probat. cap sciant. 2. quæst. 5. & in deducen-
do hoc impedimento Corn. consi. 56. 1. uol. &
Socci. Iu. in d. cons. 148.

Sed dato ꝙ diffamati habuerunt animũ im-
pediendi, & tractatum etiam habuerunt, nihi-
11 lominus † animus & tractatus non debent esse
in aliqua consideratione, nec est de iure punibi
lis Bal. in l. non ideo minùs uers. 6 quæritur C.
de accusa. Fel. in trac. suo de conat. col. 2. Mars.
12 cons. 51. in 2. parte, & hoc eò magis, † quia non
sufficit aliquos fuisse machinatos impedimen-
tum, sed requiritur ꝙ nisi impedimentum inter
uenisset, fuisset quis solẽniter & iuridicè testa-
turus, quòd non potest dici in casu nostro, qa
illo ipso tempore, quo diffamati arguuntur de
impedimento præstito Angelus prætensus im
peditus, Cominciò (ut utamur uerbis testis) à
mancare adeo ꝙ etiam cessante p̃tenso impedi
mento nihilò magis fuisset testatus, unde non
debent teneri per ea quæ Paris. in d. consil. 67.
num. 34. & Socci. in d. cons. 148. num. 13. cùm
effectus debeat potiùs attribui causæ naturali;
quàm accidentali. l. qui habet. ff. de tutel.

Nec fuit probatum adesse ibi solennẽ nume
rum testium, adeo quòd etsi non fuisset impedi
tus non propterea erat legitimè testaturus ob
defectum testiũ, additur, ꝙ etsi fuisset uerè im-
peditus, cum prætendatur impeditus exhibitio
ne sacræ unctionis exhibitæ dum esset in actu
testandi, de isto impedimento non debent ar-
gui diffamati. & contra notissimas iuris regu-
las aliena culpa plecti, nam d. extremã unctio-
nem

nem sacerdos exhibuit ad quod tenebatur ex officio, & hoc non fuit factum ordinarium ꝑ se ad hoc impedimentum, ut uidetur exigere Bal in d l non ideo minùs, ita ut uel nemo debeat de impedimento prædicto imputari, uel solùm ipse sacerdos, qui d. unctionem exhibuit & thalamum tempore quo condebatur testamentum fortè non uocatus ingressus fuit.

Et dato etiam ꝙ diffamati procurassent dari oleum sanctum & uerè ob id impediuissent cum causa sit ciuiliter instituta, non debent audiri non habentes interesse, nec ad instantiam illorum debet sequi aliqua condemnatio, cũ
13 † tali interesse cessante querela non procedat Ang. in Auth. ut cùm de appell. cogn. §. si quem liber in fi aliàs causas Paris. in d. cons. 67. num. 36. & uidetur hoc noluisse Bart. in l. fi. ff. si quis aliq. ibi si aut constaret quos uoluit instituere, & in hoc uidetur communis opinio, ut per Paris. d. loco & sequitur Boss. in tit. si quis prohi. aliquem testa. in casu autem nostro, non solùm non interest filiæ, ꝙ pater testamentũ non fecerit, quia erat nihilominus successura ab intestato, ut successit, uerùm etiam profuit cùm propterea cõsecuta fuerit hæreditatẽ magis lucrosam, & nullis legatis, uel alijs oneribus grauatam. Vnde uidetur indiciũ nullum, per ea quæ Corn. in cons. 209. col. fi. lib. 2.

Demum dato, ꝙ uerè diffamati ipsi impediuissent actionũ testi, & interesset querelãtium impedimentum non fuisse præstitum nihilominus, non uidetur ex præsenti processu posse
14 sequi condemnatio, † debuerunt enim ꝓtensi impedientes priùs criminaliter accusari & condemnari criminaliter tũ demum debuit & potuit interesse peti, ut docet Bart. in l. fi. ff. si quis ali. test. ꝓhib. qui uidetur commu approbatus, ut colligitur ex his, quæ ponit Cor. in d. consil. 209. nu. 29. & 30. & per Guil. de Bened. in c. Raynutius in uer. condidit num. 25. in fi. & ex omissione huius ordinis substantiali uidetũ processus & iudiciũ nullum, & per consequens quòd non possit sequi aliqua condemnatio.

Sed his non obstantibus contrarium uidetũ, & in facto, & in iure uerius, uidelicet, ꝙ Troylus & complices d. Angelum conficere & complere testamentum prohibuerint, seu impediuerint, & ꝓpterea inciderint in pœnas prohibentium. Sed quia (ut supra diximus) hoc obtineri non posset : nisi docerent assertum Angelũ uoluisse testari tempore præstiti impedimẽti: antequam doceamus de impedimento præstito, doceã. est de enixa uoluntate testãdi, quã Angelus habebat, de qua quidem non est uerisimile quẽquam dubitaturum, cùm per plures & plures testes appareat legitimè approbata, ut apparet ex depositione Francisci D. Pergentilis, Fulgentij, et Caroli Ioannis, Caroli Bernardini de Menneconibus, et ser Iulij Salustij, et D. Ioannis et Dñi Vincentij, qui omnes sunt inuulnerabiles, et præcipuè ser Iulius notarius,
15 et Dominus Ioannes, et Dñs Vincen. † clerici, et confessores quibus ratione clericalis ordinis, est etiam magis credendum, quàm laicis, uc no. in c. monachus D. 77. Dec. in c. ex literis colum. 2. de probat. et per Aymo. in consil. 169. num. 3. quorum dicto suffragatur etiam dictũ soror Angelæ inductæ pro parte diffamatorum in qua militat eadem ratio integrioris fidei, cũ sit monialis : ex cuius dicto, siquidem rectè cõsideretur, multæ dici possunt coniecturæ præstiti impedimenti, quas non prosequimur, tum quia habemus probationes claras, tum quia ꝑ se iudex facilè poterit colligere, et cum multi, ac multi testes deponant, ꝙ pridie, quàm moreretur usq; ad ultimum uerbum, quod moribundus proloquutus est, semper habuit, et in animo et in ore testamentum condere, et iam actu condere illud cepisse, non credimus necessarium circa istud primum requisitum multis insistere: ne uideamur uellem facibus Solẽ adiuuare. Ad id autem, quod circa hoc uidetur posse in contrarium, ut supra dictũ est, considerari, respondebitur infra suo loco. Retento igitur pro indubitato et inuiolabili supposito, et fundamento ꝙ Angelus ꝑdie ꝙ̃ moreretur et nocte, quæ præcessit diem quo mortuus est, uolebat testari, impedimentum sibi præstitum per Troylum et complices deducitur considerandũ tripliciter: primò ꝑ ea quæ ꝑcesserũt impedimento, secundò, quę contigerunt in ipso impedimento: tertiò quæ secuta sunt post præstitum impedimentum. In primis igitur ante pręstitum impedimentũ præcesserat causa impediendi, uel potiùs (quoniam nulla causa est malè agendi) occasio, quæ quidem occasio apparet primò ex tenore testamenti Io. Baptistæ patrui d. Angeli: Nam cùm Io. Baptista instituisset sibi hæredem uniuersalem Baldasarrem filium eidẽ & casu quo decederet sine filiis legitimis, et naturalibus masculis, substituit dictũ Angelum : qui Angelus fecit postmodum in eodem testamento d. Io. Baptistæ multas conuentiones super propria hęreditate, et successione: et inter alias, ꝙ casu quo d. Angelus decederet sine filijs legitimis et naturalibus masculis, ꝙ tunc sorores carnales d. Angeli possent et deberent reuerti ęqualiter ad successionem ipsius Angeli, adeò ꝙ quantùm ad sorores carnales erat magna occasio operandi ne Angelus condendo testamentum immutaret ex affectione erga filiam illud pactum, quod putabant ualere, ut colligitur ex uerbis prolatis ab ipsis diffamatis, et in processu legitimè probatis, uidelicet, Noi hauemo le nostre cose chiare, uel similia, quod si pactum fortè non ualeret quasi

factum

factum super hæreditate uiuentis, ipsi sperabãt
fore, ut confirmaretur morte Angeli deceden
tis ab intestato. Adeo quòd quantùm attinet ad
sorores carnales causa, siue occasio testamenti
impediendi erant in promptu: quantùm antẽ
ad sorores consobrinas, uel earum filios occa-
sio impediendi fuit, quia cum Balthasar dũ ui-
ueret, instituisset hæredem uniuersalem d. An-
gelum fratrem suum consobrinum sine ulla
substitutione post habitis sororib. carnalibus,
& filijs earum, ac nepotibus respectiuè d. Bal-
thasaris, intercessit postea pactum, super quo
fuit confectum solenne instrumentum manu
ser Sebastiani Eusebij inter d Angelum & soro
res carnales d. Baldassaris, uidelicet, Dñam Ca
millam, & Lucianam, & filios Annæ præmor-
tuæ, quòd casu quo Angelus decederet sine filijs le
gitimis & naturalibus masculis, tunc deberent
bona, & hæreditas olim Balthas. reuerti ad
sorores carnales d. Bal. & earum filios, & non
transmitterentur ad hæredes Angeli, quam
quidem cõuentionem uel putabant ualere, uel
sperabant saltem confirmare morte Angeli: Vn
de nolebant testamento Angeli, uel tolli uel in
dubium dictæ conuentionis ualiditati reuoca
ri. Apparet, itaq; quòd ante præstitum impedi
mentum suberat occasio impediendi tam respe
ctu sororum carnalium, quàm consubrinarũ
siue filiorum illarũ, & licèt diffamatæ sint non
solùm mulieres, sed etiam earum mariti, uel
patres filiorum, cùm tamen conuentiones so-
lùm caneant in personas sororum carnalium,
& consobrinarum, & earum filios, nihilomi-
nus, quod dicimus de occatione uxorum, & fi-
liorum, id intelligendum est etiam de maritis
& patribus respectiuè. Nam interesse filij est
16 interesse patris, cum † censeantur eadem perso
17 na l. fi. C. de impub. & alijs substi. & † interesse
uxoris est interesse mariti, cum sint una caro c.
debitum extra de big. ut bene deponunt testes
inducti ad instantiam diffamatarum præcipuè
18 12. & 13. Hinc etiam dicunt Doct quòd † non
potest dici pauper filius, cuius pater diues est,
ut per Abb. in c. 1. de Magist. Alber. & Cuma. in
19 l. in suis. ff. de lib. & posth. † & extimum patris
est extimum filij not. in l. ij. C. qui æta. se excu.
lib. 10. Doc in authẽ præterea communiter C.
unde uir. & uxor iacit l. nam & si parentibus. ff.
de inoff testam. Itaque ex supra dictis apparet,
quòd in persona diffamatorum non solùm uxorũ
& filiorum, sed etiam maritorum, & patrum
respectiuè suberat occasio impediẽdi: quę qui-
dem occasio suscipit adminiculum ex eo, quod
deponit Franciscus Ludouicæ duodecimus te
stis pro parte querelantium inductus, qui di-
cit, quòd audiuit à D. Petro Iacobo consuli
partibus diffamatis, quòd ipsis nõ expediebat,
20 quòd Angelus testm̃ conderet: † qui testis li-
cèt in hoc sit singularis, debet tamen induce-
re non leuem præsumptionem, maximè acce-
dentibus alijs de quibus proximè iuxt. not. per
Spec. in tit. de teste. §. restat uers. 23. unus testis
&c. & uers. 25. creditur, & per Cano ĩ c. uerius.
cap. 1. de testi & per legistas in l. admonẽ ff. de
21 iureiur. † Vnde non temere erant in ista credu
litate tamq̃ admoniti ab eo, quẽ credebant pe-
ritum in arte. arg. tex. in l. in bonorum C. de bo
no poss & no. in l. iuris C. qui admitti & si. Pri-
mum igitur indicium, quod præcedit factum
est. quia tam ex contractibus, qui præcedebãt,
quàm ex consilio habito cum peritis, credebãt
sibi expedire, quòd Angelus decederet intesta-
tus: Adiuuatur hæc coniectura ex duobus, uel
etiam ex pluribus. Primò, quia plures testes
deponunt de colloquio habito inter diffama-
tos ad effectum, ut impedirent Angelum testa
ri. de quo deponunt Franciscus D. Pergentilis,
Fulgentius, Carolus, Ioannes, Bernardinus, qui
sunt omnes in hoc contestes. Vnde quemadmo
22 dum † minæ præcedentes faciunt indicium de
homicidio, secuto casu homicidij, ut per Mod.
Pataui in l. fin. ff. de quæstio. nu. 179. post alios
23 quos allegãt. Ita etiam ista † colloquia de im-
pediendo testamẽtũ faciunt indicium de impe
dimẽto postmodum secuto arg. l. sed et si ami
cis. ff. de adult. Secũdò accedit, & pręcedit actũ
impedimenti allocutio Troyli ad Dõnum Ioã
nem confessorem de qua deponit, & Carolus,
Sebastiani, & Bernardinus de Menneconibus,
& ipsemet Dõnus Ioannes, qui licèt non depo
24 nat nominatim † de Troylo, quia tãquã Theu-
tonicus non satis nouit ciues Perusinos: nihi-
lominus eius dictum debet suppleri, & declara
ri per depositionem aliorum duorum per ea
quæ no. Bald. Alexand. & alij in l. si quis ex ar-
gentarijs. §. j ff. de eden. & in l j C de testam. &
passim per Doct.

Accedit his & tertiò, quòd diffamati palàm pro
fessi sunt quòd nolebant Angelum condere te-
stamẽtum, ut de Ludouica & Imperia testatur
Rodulphus sextus, de Iosepho Melchio octa-
uus testis de Troylo plures ac plures, de omni-
bus Ioannes Gentilis: ut omittamus interea,
quæ deponunt Cæsar de Menneconibus, et Sa-
cramorrus de Sacramorris, qui supradictis per
omnia consonant: Quorum dictum & si for-
tè ob coniunctionem, quam habent cum Dña
Mariana & eius matre, non sit omni exceptio-
ne maius: nihilominus suppletur ex depositio
ne aliorum per supra allegata: maximè, quia
deponunt uerisimilia. Quartò & ultimò indi-
cat hoc expulsio facta in personam ser Ioãnis
Mattani pridie, quàm Angelus moreretur, et
quando Angelus præparabat se ad testamentũ
faciendum, qui licèt per aliquot dies antea ui-
sitasset sine aliquo impedimento, tamen tunc

fuit

fuit excluſus, ut probatur ex depoſitione ip-
ſiuſmet ſer Ioānis,& Franciſci Nicolai,& Mel-
chionis,& quāuis ipſe non ueniſſet ut rogare-
tur de teſtamento, ſed ut uiſitaret, tamen hæc
expulſio probat nobis, quod diffamati habe-
bant animum & propoſitum impediendi, ut
poſtmodum fuerunt, ut ſtatim deducemus. ſuf
fragatur huic coniecturæ. quòd ſer Ludouicus
Amerigus notarius inductus ad inſtantiam dif
famatorum deponit, ꝙ bis uiſitauit Angelum,
& licèt uideret perſonas promiſcuè ingredien-
tes,& exeuntes, tamen ipſe nunquam ingreſſus
fuit,& licèt ipſe dicat hoc fuiſſe, ne ægroto eēt
tędio: tamen hæc ratio nō ſatis concludit, cùm
uideret alios ingredientes, & magis uериſimile
eſt fuiſſe retentum à diffamatis, ne ipſi Angelo
aliquam cogitationem explicandi teſtamētum
25 ſuggereret; Vnde in hoc teſte debemus † mi-
nùs legere,& plùs intelligere. arg. l. 1. ff. de hær.
inſti. Ergo impedimentum præſtitum præceſ-
ſerunt cauſa, ſiue occaſio impediendi,& conſi-
lium, quòd non expediebat, quòd Angelus te-
ſtamentum conderet, colloquium, & conſulta-
tio manifeſta, ferè cum omnibus proteſtatio,
quòd nolebant Angelum teſtari, & excluſio
ſimul Ioannis notarij.

Veniamus nunc ad ſubſtātiam realiter, præ-
ſtiti,& effectualis impedimenti, & hæc quidē
conſiſtit circa tria principaliter: ſcilicet circa
impedimentum præſtitum notario, ne ueniret:
circa abſconſionem cartæ & calamarij,& circā
exhibitionem olei ſancti inuito ipſo Angelo,
& alieno tempore factam, & primum quidem
de impedimento præſtito notario conſtat ex
depoſitione Fulgētij teſtis in primis, qui depo
nit ſe retractū accerſcēdū à Troylo, quominùs
26 ad notarium iret, † quæ cum deponat de eo, qđ
accidit in perſona propria, uel ſolus facit fidē,
ut per Paul. de Caſt. conſil. 34. ego Paul.& per
Alex. conſ. 197. col. fi. uerſ. quia reſpondeo li. 2.
quod ferè ſemper ſecutus eſt Decius in conſu
lendo, ut per Aymo. conſ. 178. num. 7. Rui. cōſ.
65. lib. 5. uel magis creditur, quàm alteri Inno.
in c. inquiſitioni extra de accuſat.& in caſu no-
ſtro pleniſsimè probabit tum ex adminiculis
ſupra deductis,& infra latiùs deducendis, tum
ex his etiā, quæ deponerent Franciſcus D. Per-
gentilis, ſer Iulius Saluſtius, cui à Troylo fuit
impoſitum, ne ad domum ipſius Angeli acce-
deret, niſi ab ipſo Troylo uocatus: ipſe autem
non ſolùm non uocauit, ſed alios uolentes uo-
care impediuit. Item ex depoſitione Bernardi-
ni de Menneconibus,& Sacramorri. Quæ om-
27 nia proculdubio fidem facient, † cum ſimus in
probando dolo, qui eſt difficilis probationis.
conſenſu C. de repu.& facit ad hoc bonus text.
in l. j. §. dolum. ff. de eo per quem factum erit.
Vbi notificans aliquid, ob quod quis mutauit
idem propoſitum, dicitur eſſe in dolo malo
28 & non eſt dubium, † ꝙ impediens notarium ac
cedere ad eum, qui uult teſtari incidit in pęnas
prohibentiū teſtari, ut eſt tex in l. j. ff. ſi quis ali
quem teſta. prohibue.& in l. Marcellus. § fina.
ff. ad S.C. Trebell.& facit nota. dictum Odofr.
quod communiter approbatur à Doct. in l. ij.
C. ſi quis aliquem teſta. prohibue. qui in filijs,
qui doloſè & fictionibus adhibitis deluſerunt
patrem quominùs notarius ad eum uolentem
teſtari accederet, dicit commiſſam pęnam titu.
ſi quis aliquem teſta. prohib. ſequitur ibidem
Cy.& Azo. in Sum. illius tit.& nouiſsimè poſt
multos antiquos Socci. in d. conſ. 148. lib. 2.&
Pariſ. in d. conſ. 67. num. 5. in tertio. Secundò
probatur effectualis prohibitio ob abſconſio-
29 nem cartæ & calamarij: Nam licèt † teſtamen
tum nuncupatiuum poſsit confici ſine ſcriptu
ra. §. 1. in inſti. de teſtam. cum uulga. nihilomi-
nus ex communi cōſuetudine non creditur quis
poſſe teſtari ſine carta, & calamario, & maxi-
mè homo diues, qui erat multa legaturus, ut
probatur ex ſcriptura iam inchoati teſtamēti,
& deponit hoc notarius. Prętereà neſcimus, an
fuerit in propoſito teſtamentum nuncupatiuū
facere, an in ſcriptis, & cum cęperit adhibere
ſcripturam. poſſumus coniecturam ducere, qđ
fortè uoluerit teſtari in ſcriptis. Hæc autem
abſconſio probatur per plures teſtes: uti per
Franciſcum D. Pergentilis per Fulgētium, per
Carolum, per Ioannem, ſer Iulium, Ioannem
Gentilis, qui deponit de uiſu per Bernardinū
de Menneconibus, qui dicit ſe cartam regalem
commodaſſe,& per Sacramorrum, & licèt nō
deponant de aliqua particulari perſona: hoc
tamen declaratur ex depoſitione Creſcij, qui
teſtificat de cōfeſsione ſibi facta ab ipſo Troy
lo, quod cartā & calamarium abſconderat, et li
30 cèt quò ad perſonam ſit ſingularis † quoniam
tamen tendit ad eundem finem, debet iudici fa
cere plenam fidem, ut latè & copioſè allegan-
do deducit Aym. conſi. 35. præcipuè num. 15.
poſt Paul. de Caſt. in l. Lucius. ff. de his qui not.
31 infa. et alios multos, † et ſingularitas adminicu
latiua non nocet. Idem Aym. conſ. 78. nume. 2.
& conſi. 73. nume 35. facit quod tenet Gozad.
32 conſi. 79. col. 3. uidelicet, † ꝙ ſi unus teſtis de-
poneret de ueritate facti, alius de confeſsione
probant, quæ licèt pungat Aym. in d. conſi. 73.
num. 34. tamen nos ſumus in caſu minùs dubi
tabili, quia plures, et plures deponunt de ueri-
tate facti. Item hic concurrit fama, quo caſu
Aym. uidetur admittere dictum Gozadi: facit,
33 quia † teſtis unius dictū ſuppletur ex alijs præ-
ſumptionibus ad plenam fidem per not. in c. ſi.
de ſucceſſ. ab inteſta. et per Aym. poſt uerò in
conſi. 6. num. 66. et conſi. 35. num. o. et per eun
34 dem conſ. 198. num. 5. † prohibitus autem te-
ſtari

stari dicitur non solùm ille, ad quem non fuit ingressus notarius, uerùm etiam, qui alio quocunq; modo dummodo dolosè impedimentũ passus fuerit l. ij C. si quis aliq. testa prohib. et ad satietatem Paris. d. consil. 67. col. 1. Vltimò probatur effectuale, et reale impedimentum ex exhibitione olei sancti tempore intempestiuo, et reclamā te Angelo, facta, circa quem actũ
35 apparent concurrisse † duo modi per quos qs prohibetur testamentum condere: scilicet uis, et dolus, ut declarat tex. in l. fin. ff. si quis aliquē testa. prohibue. Vis quidem probatur ex duobus: primò, quia diffamati irruperunt in thalamum contra uolũtatem Angeli, qui dicebat se uelle priùs complere testamentum et postea sumere extremam unctionem: et quòd nolebat
36 quenquā ingredi. Ista aũt irruptio † nõ modici impedimẽti etiā debet cẽseri iuxta ea quæ tradit Lanr. Calc. in cons. 150. nu. 9. et Pet. de Anchar. consi. 337. et refert et sequitur Paris. in d. consi. 67. Secundò, quia ut apprehenderunt, et uī aperuerunt manus elamanti testamẽtũ: et ita anhelantem facere testamentum afflixerunt tam ex cognitione, quam habuit doli, et insidiarum, quæ sibi tendebantur: erat enim (ut omnes testes deponunt) in recto sensu, et fortè ẽt ex horrore, et certitudine mortis, quæ uidebatur imminere, collecta, quare, andita exhibitione illius Sacramenti, ita fuit perterritus, ut ex his causis nequiuerit amplius testamentum suum prosequi, ut quilibet considerans casus, acerbitatem, et nouitatem in se ipso æstimare poterit. Nec dicatur diffamatos egisse rem piam: et propterea etiam commendatione dignos, qui exhiberi curauerint ægroto extremā unctionem: quia respondetur, quòd circa hoc
37 concurrit † dolus, qui regulariter latet sub simulatione ooni operis argu. l. j. §. dolum. ff. de dolo malo. unum enim agebatur, et aliud simulabatur; et ut dicit Bald. in consilio 9. primo
38 uolu. † ficta æquitas est duplex iniquitas: et ficta pietas est duplex impietas. quòd autẽ hoc fuerit dolosè non piè actum, id probant multæ circumstantię, et multę qualitates. Et primò quia fuit talis unctio exhibita inuito et expsse
39 reclamanti, qđ non debuit fieri † nec enim renuentibus sunt sacramenta ministranda c. maiores de Bapt. et eius effect. clem. 1. de pęnit. et remis. Secundò, quia cum diffamati morarent extra thalamũ, et intus esset notarius cum Cęsare de Menneconibus, utiq; non poterant exclusi scire Angelum, quem loquentem et testantem intus reliquerant. ita decessisse, et decedere, ut non posset differri extrema unctio usquequò perficeretur testamentum, immo ne suspicari quidem id poterant, immo debebant credere contrarium, cum Cęsar de Menneconibus nunciasset uelle illum primò complere testamentum, et cũ extrema unctio posit exhiberi in ultimo uitę spiritu, et propriè etiam extrema appelletur: illa diuinatio, illa festinatio, illa irruptio contra mentem, et expressam declarationem Angeli: demum illa uis illata non potuit etiā sine dolo fieri, ꝙ propterea est magis eredendum, quia facta fuit ab his qui sperabant compendium ex impedimento, qui consilium inierant impediendi, qui palàm dictitabant nolle condi testamentum. Additur quòd
40 † actus secutus reputatur secutus in executionem tractatus præcedentis l. iij. §. uerùm, quęri poterit ff. de manum. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de acqui. hære. et utrobique Doc. et per Doct. in l. post dotem, in lectura Dy. ff sol. mat. Rursus additur, quòd diffamati non debebant credere Cæsarem & ser Iulium, qui astabant Angelo testanti, adeo futuros irreligiosos, & inhumanos, qui si uidissent Angelum decedere, & non posse prosequi testamentum, non aduocassent illico sacerdotem & extremā unctionem exhiberi curassent. His etiam additur quòd constat ex processu ꝙ Troylus, qui fuit in causa, quòd notarius tardiùs accederet, qui fulgentium retraxit, qui denique iactauit se impediuisse testamentum, ut infra dicetur, accessit pro sacerdote, ut exhiberet extremam unctionem, ut deponant testes in fauorem ipsorum diffamatorum inducti. Vnde qua caritate & pietate notarium detinuit, & fulgentium retraxit, eadem pietate sacerdotem etiam accersiuit arg. c. semel malus de reg. iur. & tamē erat socrus, erat uxor, erant fratres uxoris. ad quos longè magis ptinebat hęc cura quàm ad Troylum, uel complices. Nec est nouum, quòd in ministratione sacramentorum interdum lateāt insidiæ, cum legatur apud Historicos, ꝙ Henricus Imperator fuit uenenatus in assumptione Eucharistiæ: & hæc luce Meridiana clariùs probant diffamatos sępius impedimentũ præstitisse Angelo testari uolenti: immo existenti
41 i actu testādi, & in recto sensu cõstituto. † Quę iteratio impedimenti per uarios actus magis aggrauat. arg. l. iij C. de episc. aud. & l. ballista. ff. ad S.C. Trebel. & per Bar. in l. scimus. C. de agr. & censi. & hoc probant omnes testes super hoc interrogati, qui etiam illud adijciũt, quòd nisi supradicta intercessissent: utiq Angelus testa-
42 mentum confecisset, atq; complesset. † Nec dicatur ꝙ istis testibus non est adhibenda fides, tāquam uolentibus iudicare contra proprium officium, ut per Bar. in l. qui testamento § fina. circa fi. ff. de testam. & per Angelum in repeti. l. sciendum. col. 2. ff. de uerb. oblig. & per Alex.
43 cons. 74. uol. 1. & per Dec. cõs. 256. † Quia respondetur, ꝙ cum isti testes allegent iustā causam sui iudicij & credulitatis, ut patet in casu nostro ex ipsorum depositione, & serie facti
utique

utique probant Saly. in l. testium in 4. qõ. C. de testi. Alex post Bald. in cons. 109. nu. 14. uol. 1. plura alleg. Paris in d. consi. 67. nu 91. & quamuis ex supradictis satis, superq; probatum sit impedimentum præstitum Angelo: confirmatur nihilominus hoc ex duobus, quæ acciderũt post præstitum impedimentum, & mortem ip
44 sius Angeli. Primum est publica uox & † fama in uicinia, & tota ciuitate, quæ in processu per plures ac plures testes est plusquàm legitimè probata. quæ plurimùm coadiuuat alias probationes l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. no. in c. ueniẽs de testi. Dec. consi. 163. col. 2 & in terminis no
45 stris per Socci. in d. cons. 148. † & si fortè testes non ita firmiter deponerent numerus testium suppleret hunc defectum Bal. in auth. quod locum. C. de colla. Alex. ad Bart. in l. de minore §. plurium. ff. de quæstio. Fely. in c. cùm oporteat de accusa. Secundum est iactatio ipsius Troyli post mortem d. Angeli super qua ex certa scien
46 tia deponit Crescius, & de auditu plures, † & licèt d. Crescius sit singularis: iuuatur tamen ex adminiculis, quare singularitas non officit Pa. de Cast. cons. 250. li. 2. & per Aym. in cõs. 178. num. 8 Ias. post antiquos in l. admonen. ff. de iu
47 reiur. quanquam enim simus † in claris non est opus medicare coniecturas l. continuus §. cùm ita. ff. de uerb. oblig. ergo tam ex his, quæ impedimentum præstitum præcessisse probantur, uidelicet, causa siue occasione, consilio à procuratore præstito, consultatione, & colloquio habito de impediendo, professione diffamatorum cum omnibus promiscuè facta, quod nolebat Angelum testari, & exclusione ser Ioannis, & non ingressu ser Ludouici, quàm ex his quæ interuenerunt in ipso impedimento quominùs ser Iulius accederet, & cartæ, & calamarij subtractione & uiolenta exhibitione olei sancti, quàm ex his, quæ postea, idest publica fama, & Troyli iactatione, probatur, qđ principium, medium, & finis consentiunt: & quoquò uersum rem hanc inspicias, eundem calorem, ac eandem faciem habet, siue ante, siue à latere, siue à tergo: & hic uerificetur dictũ
48 Arist. in ethi. q† ueritati cuncta respondent.

Et licèt ex omnibus supradictis appareant responsiones ueræ & reales, ad ea quæ suprà in contrarium adducta fuerunt: nihilominus specialiter singulis respondendo non obstat, qđ primò dicebatur, q Angelus non habuit aĩum testandi: quia tamdiu fuit cum notario, q potuisset nedum unum, sed etiam decem conficere testamenta: uti deponunt D. Ioan. Paulus Tertius, & D. Clitia. Quia respondetur, q hoc est manifestè falsum, nam mentem suam declarauit Angelus tum uerbis clamãdo semper, qđ
49 nolebat testari: cuius dicto † est standum, cum hoc penderet à sua libera uoluntate. arg. eorũ, quæ no. in § sed istę insti. de actio. & per Bart. in l. pro hærede in princ. ff. de acqu. hære facit l.
50 labeo in §. fi. ff de sup. leg. † Vox enim cordis præco dicitur: & uerba de interiori uoluntate procedunt Bal. in cons. suis, in uarijs locis, tum ẽt factis, quia incohauit testamentum et perfecisset nisi fuisset impeditus, ut deponunt plures ac plures testes, & magis integri. Vnde fundamentum retorquetur, quia uerba & facta probant Angelum uoluisse testari: quicquid deponerent testes contrarij, quorum testimonium ex multis causis infringi potest. Nam D. Ioan. Paulus laborat multis defectibus. Primò est frater carnalis unius ex diffamatis, q est notoriũ,
51 & probatur ẽt in processu. Vnde in † fauorem fratris non habet legitimam personam deponendi, c literas de præsump not. in l. parentes C. de testi. & in l. lex Cornelia. ff. de iniur. cum
52 uulg. Item in hac causa est † procurator Bernardini, & litis consortium: & ipse curanit cõmitti causam ad instantiam diffamatorum, ut ipsemet deponit. et est auxiliatus tam Romæ, quã Perusij, & ipsemet fatetur, quod mallet Bernardinum obtinere: meritò non est idoneus testis. Innoc. in c. 5. super in glos. in uerb. institutar de testi. no. in c. fi. eo. tit. in 6. Bart. in l. defer re. §. j. ff. de iu. fisci. Item est multùm audax, et animosus in deponendo, quod apparet ex illis uerbis, Non solo baria potuto fare un testamento, ma diece, cum tamen reuera non potuerit, uel unum testamentum condere, et eodem uitio laborat D. Clitia, quæ dicit Angelum tãdiu stetit cum notario, q potuisset conficere
53 tria testamenta, † testi enim audacter & animosè deponenti non creditur Aym. consi. 2. num. 6. post Anch. cons. 227. et Alexã. cons. 150. col.
54 1 lib. 3. et passim Doct. et licèt † testm̃ possit expediri duobus uerbis d. l. j. §. qui neque legaturus: tamen istud est uerum in eo, qui neque legaturus est, neque aliud facturus præter institutionem hæredis d. §. qui neque at in casu nostro, cùm Angelus haberet amplum patrimonium, & esset facturus multa legata, & alias dispositiones, non potuit ita breui hoc negociũ expedire, quod satis, superq; exitus declarauit.
55 Additur in persona D. Clitiæ, q licèt † sit mulier in qua toleraretur iuris ignorantia. l. ij. §. fi. de iu. fi. eum tractat ad quem deuentura esset hẽditas ab intestato, et ad quas potuisset deuenire ex testamento: nihilominus uult depo
56 nere super his, quæ sunt iuris, † testi autem deponenti super his, quæ sunt iuris, non est credendum per ea quæ dicit Aym. in cons. 75. nu. 26. & per Doct. passim, ut omittamus interea, q est spuria et propterea multũ fidei sibi decedit, ut per Curt. in l. admonendi. in princ. nu. 5. ff. de iureiur. præsertim cum plures, ac magis idonei testes deponunt contrarium. Vltimò

factum

factum ipsum declarat contrarium quia quando diffamati irruperunt in thalamum nondũ
57 Angelus perfecerat testamentum: et ipsa † testia deponit de credulitate, et non de ueritate ad not per Bart. in l. quid ssi § si arbiter. ff. de arbi. Ang. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Item in uno expressè mentitur cùm dicat, quod tota nocte fuit thalamus apertus, cùm quamdiu stetit Angelus cum notario, fuerit clausus: un-
58 de † testi mentienti in uno, non est credendũ in alijs, ut not. in c. in nostra de testi. et per Ias. in l. si ex falsis in fine C de transac. Inno. in cap. fraternitatis de testi. alleg. Aym. consi. 9. nu. 10. Tiraq. de pœn. caus. 44. nu. 42.

Non ob. secundò, quòd ipsi diffamati non præstiterint impedimentum: quia contrarium probatum est supra. Nec releuat depositio testium plurium, qui deponunt φ per duo dies ante, uel tres, uel etiam pridie quàm Angelus moreretur, uisitauerunt eum nec uiderunt aliquem impedientem: primò, quia non tollunt tempus præstiti impedimenti, quod fuit de nocte: respondetur secundò, quòd aliq. istorum sunt arcto consanguinitatis uinculo coniuncti diffamatis: Item sunt audaces: unde non sunt legitimi per ea quæ supra, præterea dato φ essent integerrimi: nihilominus dictum eorum non concludit, quia impedimentum factũ nõ erat ab eis perceptibile: nam detentio notarij fuit facta extra domum, ubi erãt testes, qui deponunt de exhibito impedimento: et meritò potest stare, φ testator fuerit impeditus, sed ipsi non uiderint. Itẽ absconsio cartę fuit actus gestus clam, meritò potuit fieri etiam ipsis nõ uidentibus. Item exhibitio olei sancti sui natura non est insidiosa, sed pia: Unde testes possunt deponere, quòd non uiderunt Angelum prohiberi inspiciendo magis super corti-
59 ce, quàm medullam rei. Ultimò † testes plures numero, & minùs interessati, & minùs coniuncti deponunt contrarium, meritò &c. iuxta no. in c. in nostra. de testi. in c. prudentiam. de off. de lega. & per Bart. in l. si duo. ff. uti. possid. Item testes inducti per diffamatos uidentur depone-
60 re super negatiua. † Unde ipsis minùs est credendum, quàm his, qui deponunt super affirmatiua præstiti impedimenti iuxta no. in ca. 1. de præscrip. in 6. Alex. consil. 170 nol. 5. & passim doct. nec est uerum, quòd diffamati miserint pro ser Iulio notario: quia contrariũ deponit ipsemet notarius, qui dicit se accessisse precibus Io. Baptistæ Gratiani, & Francisci de Monte: immo Rodulphus rogatus à socru, ut accederet, noluit accedere, ne lęderet diffamatos, ut probatur in processu.

Non ob. φ diffamati non haberent aliquam causam impediendi testamentum: quòd eisdẽ expediret; quia contrarium est deductum, & probatum supra per pacta, & cõuentiones supra citatas: & probatum in processu, φ diffamati dicebant, quòd ipsi habebant res claras, & dicetur etiam paulò post.

Non ob. bona fama istorum, qui arguuntur prohibuisse, quæ uidetur per plures probata. Nam ut omittamus, quòd magna pars testium non sunt idonei propter affinitatem, uel cõsanguinitatem, quam deponunt se habere cũ diffamatis, & quòd nonnulli satis frigidè deponũt, respondetur, quòd bona fama ipsorum est tantum in genere probata: sed fama de prohibitione faciendi testamentum in persona Angeli
61 est specificè & indiuiduè probata. † Testes autem deponentes in specie præponuntur testibus deponentibus in genere Inno. & Doct. in c. auditis de præscrip. Alexan. consi. 88. col. 2. & consil. 150. col. 7. lib. 5. sequitur Aym. cons. 94. num. 3. & facit reg. generi. de reg. iur. in 6. Probatio enim quæ fit in specie, dicitur clarior, &
62 certior cum † genus pariat obscuritatem l. in tradendis. ff. communia præd. l. ita fidei. ff. de iur. fisci.

Minùs ob. quòd in delictis requirantur probationes luce meridiana clariores l. fi. C. de proba. quia respondetur. Primò, quòd istud impedimentum est concludenter probatum, & luce meridiana clarius. Secundò respondeo, quòd
63 cùm simus hic in his, quæ dolo peragũtur, † dolus probatur coniecturis: glo. in c. 2 de renun. in 6. in uerb. coniectura: habetur in l. dolum.
64 C. de do. mal. & † cum sit difficilis probationis, admittendæ sunt probationes quę aliàs nõ admitterentur l. consensu. C. de repu. cum uulg. c.
65 tertio loco de probat. Itẽ & uij. hic summa † in genere prohibitorũ, in quibus lex dolum pręsumit absque ulla probatione l. si non conuicij. C. de iniur. no. per Felyn. in capitulo primo, de præsumpt.

Non obst quòd delictum non præsumatur, sed quilibet præsumatur bonus: quia hoc uerum in dubio, sed nos sumus in claris, per ea § supra deducta sunt. Secundò respondetur φ
66 ista † præsumptio non militat in præiudicium tertij c. statutum. §. cùm uerũ ubi glos. in uerb. ab aliquo de rescrip. in 6. & ita tenetur communiter, ut per Alciat. in suo tractatu pręsump. in reg. ... sũm. 2. Tiraq. de pœn. caus. quinquagesima nu. 61. sed si admitteretur in casu nro hæc præsumptio legatarij, & alii qui erant captari
67 ex testamento, † & qui debẽt etiam in duplum restaurari ab his, qui impedimentum præstiterunt iuxta tex. in § & peruenit in Auth. ut nulli iudic. lice. &c. & no. in l. eos. C. si quis aliq. testa. prohibue. essent in magno damno, & præiudicio.

Non ob, quòd tractatus per se non debeat esse in aliqua consideratione, nec sit punibilis, quia

quia in casu nostro res non consistit in terminis meri tractatus, immo tractatus fuit executioni mandatus, per ea quæ supra deducta fuerunt.

Non ob. illa consideratio, ꝙ etsi diffamati non impediuissent, nihilominus non potuisset Angelus complere testamentum fundata super reuelatione & depositione notarij asserentis, quòd Angelus incępit deficere, & quòd effectus secuius debeat potiùs tribui causæ naturali, quàm accidentali, per ea quæ supra, quia respondetur quòd uerba notarij nullo pacto possunt intelligi de illa tanta decedentia, & langore, qui potuerit impedire testamentum,
68 quia † uerba testis sunt accipienda ne fit sibimet contrarius Aret. Fel. & alij in cap. cùm tu de testi. Alex. post multos in l. inter stipulantē. §. si Stichum. ff. de uerb. obli. Socc. in consi. 74. lib. 2. passim per doct. sed cum ipse testis in eodem examine super 22. art. dicat, ꝙ cognouit tunc temporis d. Angelum, che era in gran uoglia di fare testamento, è che era in buona dispositione & buon senso, sequitur quòd illud uerbum ab eodem prolatum debet intelligi, quòd cępit deficere hoc est aliquantò peiùs habere, quàm priùs, sed non tantùm, quòd propterea nequiuisset testari, alioquin esset sibi cōtrarius nec uerum esset, quòd esset cōstitutus in bona dispositione testandi, quod est absurdum, & contra notissimas iuris regulas per supra allegata.
69 His additur quòd † dictum unius testis obscurum suppletur, & declaratur per alios Bal. in l. ij. col. fi. C. de bon. poss. secundùm tab. Soc. patruus cons. 92. col. 4. uolu. 3. & per Socc. nepot. d. consil. 73. sed cùm omnes testes examinati super d. 22. art. deponant quòd tempore adhibiti impedimenti potuisset complere testamentum, nisi fuisset impeditus sequit, quòd eius dictum si esset obscurum, prout uerè non est, debet intelligi secundū depositiones aliorū iuxta supra alleg. immo & si talem interpretationē index non admitteret, nihilominus nobis non noceret, quia plures ac plures deponunt, quòd Angelus erat habilis ad tractandū.
70 † Vnde credendum est magis pluribus, quàm uni. l. ubi numerus cum uulg. ff. de testi. Immo ille tit. si quis aliq. testa. prohib. non uidetur posse practicari nisi in casu nostro, & eo qui defecit in ipsa prohibitione, nam si post cessantem prohibitionem quis fecit testamentū, non potest esse locus illi titu. quia in effectu nō est uerum illum fuisse prohibitum testari, uerba autem sunt intelligenda cum effectu, nec sufficit conatus, & tractatus per ea quæ supra allegata fuerunt, si autem superfuit prohibitioni tantū tempus quo testari potuisset, nec fuit impeditus, tunc pariter per aliquem accusari non potest, quia cum post prohibitionem testari potuerit, & non fuerit testatus, dicendum est, quòd recesserit à prima uoluntate testandi uoluntas enim factis ostenditur per alleg. supra in princ. Vnde non est qui habeat interesse quasi compendium laturus ex testamento, unde necesse est dicere, quòd ille titulus † non potest practicari, nisi quando quis decedit in ipsa prohibitione, & ita est de mente Ang. in §. causas Auth. ut cum de appel. cog. & sequitur Soc. in d. consil. 148. colum penult. uersicu. item & secundò. 71

Non ob. quòd ibi non adesset legitimus testium numerus, quia cōtrariū apparet ex processu, erant enim ibi primò omnes diffamati, qui potuissent esse testes in testamēto, erat Frāciscus D. Gentilis, erat Fulgentius, erāt Cæsar
72 & Bernardinus de Menneconibus, erat † notarius qui & ipse potuisset esse testis per l. domitius. ff. de testam. & in summa erant plusquam duodecim qui potuissent interuenire tanquam testes, ut colligitur ex processu.

Non obst. quòd & si uerè fuisset impeditus Angelus testari, nihil tamen est quod diffamatis possit imputari, cum sacram unctionem exhibuerint nō ipsi, sed sacerdos, qui ad hoc ex officio tenebatur, qui non debuit tale sacramentum exhibere testanti & inuito, quia respondetur, quòd ipsi procurauerunt, quòd sacerdos daret illo tempore extremam unctionem, nam cū Cæsar de Menneconibus assisteret Angelo testanti, uocauerunt eum, & dixerunt, Gli uolemo far dare l'olio Santo. adeo quòd hæc exhibitio fuit ab ipsis procurata, item ipsi fuerūt qui irruperūt in thalamum, ut depoūt plures testes super 18. quæ non possunt negari, quòd non tenderent ad finem impediendi, quia non debuerunt, nec iure potuerunt facere hoc Angelo inuito per supra alleg. & protestatio sacerdotis debuit facere eundem minùs anxium, & promptum ad exhibēdum d. unctionem, cum iam posset apparere per se non stare, nisi à diffamatis fuisset impulsus, & non puniuntur de alieno, sed de proprio delicto, præterea cum ipse monitus sub pœna excommunicationis, ut reuelaret an diffamati pręstitissent impedimentum Angelo testanti, reuelauerit de tali exhibitione unctionis, sequitur, quòd illa pertinet ad talem impedimentum. arg. l. imperatores ff. de in di. adiec. alioquin esse frustratoria, quòd non est dicendum.

Non ob. quòd non procedat querela, nisi cōstet de interesse querelantium primò, quia constat de īteresse filiæ, cuius maximè interest Angelū patrem declarari uoluisse testari, ne alioquin quędam conuentio producta in processu
73 ipsi præiudicialis, quę tanquam actus † inter uiuos sustineri non potest, sustineatur tāquam ultima

ultima uoluntas iuxta termi.l fin C de pact cu ius pacti occasione hodie pupilla iudicialiter conuenitur, & fortè succumbet nisi doceat patrem uoluisse testari. Item interesse dominæ Dianoræ planum est, & apertum ob legata in fauorem eius in testo scribi cępta meritò &c.

Secundò responderi potest, quòd Doct. Bart. non debet, nec potest adaptari casui nostro, in quo non fuit processum per uiam querelæ, sed causa fuit commissa ad instantiam diffamatorum super iactationibus & molestationibus, & dominę Dianora & Mariana potiùs adhæserũt commissioni iam factę, quàm principaliter processeruut per uiam querelę &

74 processus† qui fit uirtute dispositionis .l.diffamari. C. de inge.manumis. habet quædam singularia & ,ppria, & à regulis ordinarijs de uia, ut traditur ibi diffusè per Cagn.& alios Mod.

75 Non ob. ultimò quòd † cum diffamati non fuerint priùs accusati, & criminaliter condemnati non potest procedere præsens iudicium ciuiliter institutum per ea quæ Bart. in d.l.fin. qui uidetur commu. approbatus per ea quę supra, quia respõ.& primò quòd practica Barto.

76 † militet in fisco uolente agere ad hæreditatẽ non autem in priuatis, & ita tenet Aegid.Boss. post Alexan. quem alleg. in tit. si quis prohib. aliquem testari. & de ea practica sub dubio etiam in fisco loquitur Bartol. in l. prima, in princip. ff. si quis aliquem testa. prohibue. secundò respon. ꝙ licèt practica Bartol. sit probabilis & bona nihilominus non est pręcisa, & adeo necessaria, ut reddat iudicium nullum

77 non secuta † cùm nullitas actus non solùm nõ inducatur ob non seruatam practicam quãuis magni Docto. sed legem nisi lex habeat decretum irritans, uel aliquid pro forma inducat ad no.l.j ff. de lib & posthu.& per Cano. in ca. cùm dilecta de rescrip.

Tertiò rñ ꝙ doctr. Bar. nõ potest aliquo pacto adaptari ad causam nostrã in qua non fuit processum per uiam querelæ in quibus terminis loquitur Bart. sed secundùm terminos d.l. diffamari, quæ non admittit practicam à Bartol positam.

Ex quibus omnibus concludendũ est Troylum, & complices impediuisse Angelum conficere, & complere suum testamentum: & per consequens incidisse in omnes pęnas titul. si quis aliquem testari prohibuerit.

CONSILIVM D. IOAN. PAVLI Lancelotti Perusini.

ARGVMENTVM.

¶ De bonis emphyteotiis an pater posit disponere pro uoluntate inter filios, uni magis, quàm cæteris relinquendo.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris uoluntas frustra quæritur, si potestas defuerit disponendi.*

2 *Emphyteotica bona pater uni relinquendo, uel pluribus, alijs liberis praiudicare potest, & est communis opin. licèt quidam contra, nu. 7.*

3 *Ecclesiæ bona ad extraneos hæredes transire non debent.*

4 *Obligationem inter patrem, & filium ius ciuile impedit.*

5 *Stipulando ei, qui sub sua potestate est, sibi stipulatur.*

6 *Pater stipulando pro se & filijs, intelligitur stipulari filijs, ut hæredibus.*

8 *Prælatus non est dominus, sed administrator rerum ecclesiæ.*

9 *Emphyteosis quæsita ex re patris, ad quemlibet liberorum prælegari potest. & nu. 10. & 11.*

12 *Filia instituta in certa quãtitate, iussaq; hac contenta, filio in cæteris instituto, potest nihilominus petere partem emphyteosis, quam pater est stipulatus sibi suisq; liberis.*

13 *Bonorum & hæreditatis appellatio quàm latè pateat. & nu. 15.*

14 *Statutum excludens fœminas à bonis paternis, excludit etiam ab emphyteoticis.*

16 *Vniuersale signum facit includi, quod aliàs non includeretur.*

17 *Testamenti uerba largè, & benignè accipienda.*

18 *Baldi & Bart. aliorumq; opin. contrariæ.*

19 *Doctoris dictum intelligendum, secundùm rationem, uel legem quam allegat.*

20 *Dotare filiam pater ex debito tenetur.*

21 *Stipulatione de dote acquiritur ius filiæ, uiuente patre.*

22 *Ius patronatus consistit in præstationibus, et obsequijs personalibus.*

23 *Libertus assignari, non legari potest, & numero 24. & 25.*

26 *Testamento facto res acquisita uniuersali, non singulari successori acredunt.*

27 *Alienatio iuris communis omissis solennitatibus, licèt statuta seruata fuerint, non ualet.*

28 *Statutum addens solẽnitatem actui, non derogat solennitatibus iuris communis.*

29 *Ius municipale loci potest derogare iuri communi in loco, & ualet. nu. 30.*

31 *Statutum seriosè comprehendens iura communia, ab ijs recedere non uidetur.*

32 *Argumentum à contrario sensu in interpretatione statutorum difficulter admittitur.*

33 *Consuetudo optima ll. interpres, & in ambiguitatibus uim legis obtinet.*

34 *Simpliciter loqui quomodo intelligatur.*

35 *Decretum irritans in statutis importat introductionem formæ.*

36 *Statutis casus omissus, remanet in dispositione iuris communis.*
37 *Statuto imponente delicto pœnam diuersam à iure communi & canonico, ius omne tollitur & statutum præualet.*
38 *Statutum ubi uiget serua, quicquid ius commune aduersetur.*
39 *Statutum in loco potentius iure communi.*
40 *Clausula omni meliori modo, & decretum iudicis faciunt præsumere omnia solenniter acta.*
41 *Taciturnitas quinquennij post legitimam ætatem, ratificat alienationem in minori ætate factam.*
42 *Pupillus conditionem suam meliorem facere potest.*
43 *Pretia rerum ex tempore solent uariari.*

CONSILIVM XLVIII.



DICET transmissa dubia in causis inter descendentes olim Sebastiani de Passeria sint huiusmodi, ut proluxè admodum de eis per Doct. disputetur intantum, ut nondum satia uideatur copertum, quæ circa ea sit magis commu opinio, nihilominus tam assidua unarum post alias lectionum cursus, quàm festinantis tabellarij interpellatio non patitur, ut ad partes instantium articulorum dubia examinare possimus, quod tamen fiet absque aliquo præiudicio bonorum iurium reorum connentorum, cùm & ueritas consistat in paucis & causa uersatur apud eos iudices, apud quos semper plùs ueriloquium ualuit, quàm multiloquium.

Circa causam, quam dicti rei habent cum Iulio & Liuio filijs quondam Siluij, difficultas consistit circa duo, scilicet circa uoluntatem, & circa potestatem testatoris in disponendo de bonis emphyteoticis: quæ testator stipulatus fuit sibi, & eius filijs masculis & nepotibus cæterum, quia frustra quæreretur circa uoluntatem testatoris, si deesset potestas disponendi.
1 † l. si quæramus. ff. de testam. Videamus priùs de potestate, & per consequens an Pater primus acquisitor bonorum emphyteoticorum possit relinquere uni ex filijs in præiudicium reliquorum, & postea uidebimus de uoluntate defuncti.

Circa primùm conclusiuè procedendo & relinquendo plura argumenta scholastica de quibus per Iaso. in l. secunda, quæstio. uigesimasecunda, numero ducentesimoseptimo C. de iur. emphyteot. & per Rub. in l. Gallus §. quidam rectè. numero 186. de liber. & posth.
2 dico quòd in terminis quæstio.† nostræ commu. opinio. est quòd pater possit uni filio rem huiusmodi, uel aliquibus relinquendo cæteris præiudicare. hanc opinio esse communem testatur tam Ias. consil. 213. libro secundo, num quarto, quàm ante eum Alexand. in consi. 124. numero 8. libro quinto, & in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. de legat. primo, & Tiraquell. in suis retract. §. ij. in gloss. 6. nume. 25. & alij plures quos enumerat elegãs modernus Iul. Clar. in suo lib. receptarum sententiarum in §. emphyteosis. quæstio. 16. ad quem habeatur relatio qui etiam sequitur hanc opinio. tanquam meliorem pro qua opinione ultra Doc. & multa fundamenta, quæ adducit Ias. in d. quæstio. 22. facit meo indicio illa ratio, quia totũ hoc negotium geritur inter stipulatorem & ecclesiam, non autem inter stipulatorem & filios & quando recedimus à communi forma stipulationis, qua solemus stipulari nobis, & hæredibus nostris loco autem hæredum ponimus
3 mentionem filiorum id totum fit fauore† ecclesiæ cuius bona non debent transire ad extraneos hæredes. §. emphyteosim Auth de non alien. rebus ecclesi. & per Docto. in l. etiam. ff. soluto matrimonio, & non fauore filiorum, qui omnino etiam sub nomine hæredum comprehensi intelliguntur cum sint futuri hæredes saltem in sua legitima iuxta. §. aliud quoque capitulum Authen. ut cum de appell. cog. sed ex eo ne res emphyteotica transeat ad extraneos hæredes, & sic difficilior & tardior sit reditus rei emphyteoticæ ad ecclesiam, cùm mentio hæredum de naturali sua significatione possit retardare talem reditum, etiam si quis decedat sine filijs masculis uel nepotibus hoc autem non debet ligare ipsum patrem quòminùs possit relinquere rem huiusmodi uni ex filijs, & quia nullum negotium gestum est inter dictum patrem & filios qui plerumque tempore stipulationis non extant, & quia
4 † ius ciuile impedit obligationem l. uix certis. ff. de iudic. l. placet. ff. de acquirenda hæredit.
5 † & stipulatus ei, qui sub ipsius stipulantis est potestate, sibi acquirit. §. ei qui. institu. de inuti. stipulatio. l. hæredi §. nos igitur. ff. de pact. l. dominus seruo. ff. de uerborum obligation. Et respectu ecclesiæ satisfit conuentioni, cùm non propterea minùs dicatur in filios transire res emphyteotica, quòd uni tantum sit per patrem relicta, & non omnibus. argumento. l. non est sine liberis. ff. de uerborum significa-
6 cation. comprobatur hæc ratio, quia aliàs† pater stipulando pro se & filijs intelligitur stipulari, filijs, ut hæredibus iuxta gloss. communiter approbatam in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. ubi Alexand. colum. finali, dicit hanc commu. opinio. & sequitur Alciat. in tractatu præsumptio. in regula prima præsumptio. 31.

&

& Soccin.conf.144.num.77.lib.3. quòd si attenderetur fauor filiorum, & non ecclesię sem per censeretur, pater stipulatus filiis, ut filiis, & non ut hæredibus, quod cum falsum sit per supra allegata, falsum & id est, ex quo hoc sequitur iur.uulg.

Difficultas est tollere multorum auctoritatem attestantium, quòd immo comm. opinio. est in contrarium, scilicet quod pater non possit uni uel aliquibus rem emphyteoticam re-
7 linquendo cęteris † præiudicare de qua cõmu. opin.uidetur attestari Ias.in d l.1.in loco supra allegato Dec.dicto consil.239.Grat.consil.2.lib.1.Ruin.consil.43.lib.1.Bert.Alcia.& alij plures quos allegat Clar. d.quæst.16. Circa quod præmitto unum necessarium antecedere dictam concessionem in emphyteosim.s. quòd ex quo istæ res fuerunt à prælato ecclesiæ concessæ in emphyteosim, quòd non fuerint concessæ ex liberalitate prælati, sed ex cau
8 sa onerosa ex quo † prælatus donare nõ potest cùm non sit dñs, sed administrator rerum ecclesiæ c.2.de dona.Fely.in c.cum accessissent. uersic.Tertia conclusio.cum uulg.de constitu. Quo stante dicimus, quòd dato non tñ cõcesso ꝙ comm.opi.uideretur, quòd pater nõ possit præiudicare uni, uel aliquibus ex filiis in re quam stipulatus est sibi, & filiis, & nepotibus
9 hæc opinio nõ procedit, quando talis emphyteosis est quæsita ex re patris ita Bal. in c. 1.in 6.colum uers. quærit hic glo.multùm notabiliter in titulo an agn.uel fil.&c.in usib.feud.& in l.j.ad fin.C.per quas perso.nob. acqu.quam uidetur sequi Alexand.conf.106. in 4.uolum. & Aret.in d § si quis alicui.& Corn. consil.51. uidetur prima.in 2.col.& conf.102. uiso dicto colum.6.lib.3.& est de intentione Socci. Iu.in consil.72.num.35.in 1.uolum.& in feu.Ceph. conf.3.num.114.post Bal.Corn. Gozad. & alios tenet Laur.de Pala.de Fan.in repet.§.cæterum.iustit.de legit.agn succes. & est de mente Paul.de Cast in conf.179.num.3.incip. In causa quam Magn.D.Titius, & nouissimè sequitur insignis moder.Iac.Aemil.in conf. 11.lux illa. num.6.qui attestatur hanc declarationem ad
10 opinio.contrariam † & negatiuam, siue hãc limitationem nunquam ab aliquo fuisse reprobatam, & ꝙ quotidie practica id seruiat etiam in fortioribus & durioribus terminis, ut ibi ꝑ eum.idem sequitur Ant.Rub in d.§ quidam recte post numerũ 189.uer.quartus casus.& Galia.ibi sub nu.34.uer.unde pòt alter, sequitur Port.de Imol.concl.22.li.4.uer.contrarium ꝙ immo in emphyteosi, unde dato ꝙ cõis opin. esset ꝙ prĩ nõ possit præiudicare filijs in re em phyteotica, quam tñ non constat esse cõem tñ limitatur & declaratur per omnes fermè doct. nisi talis emphyteosis sit quæsita ex re patris per supradictas auctoritates, & habet hæc siue declaratio, siue limitatio euidẽtem rationem. & æquitatem cum non possit in casu isto considerari differentia inter bona allodialia ꝑ patrem acquisita de quibus testari potest ad libitum, & emphyteotica, nisi respectus & fauor ecclesiæ, qui cessat qñ res non exit de numero ꝑsonarum stipulatione comprehẽsarum, ut est in casu nostro. Qua comm.& (ni fallimur) uera conclusione firmata, facilior fit resolutio secundæ qõnis .s. an assignata aliquibus ex filiis portione sua, instituendo alios, sublata illa uerborum formula uidelicet in omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus, iurib. & actionibus &c.ẽt si non sit facta mentio spãlis de bonis emphyteoticis, adhuc in hmõi uniuersali institutione emphyteotica bona censeatur cõprehensa, circa quod maximam vř facere dubitationem auctoritas Bar.tam in l.iurisiurandi. §.si liberi.ff.de ope.lib.quàm in conf.55.dominus Amatus.& conf.60.quæstio ista. ubi con-
12 cludit ꝙ † filia si sit instituta in certa quantitate, & iussa esse tacita & contenta d.summa, filio à patre hærede uniuersali instituto, potest adhuc testõ non obstãte petere partem de bonis emphyteoticis, quę pater stipulatus fuerat sibi & filiis per rões de quibus dicemus infra, quẽ plures ẽt sequuntur, ut per Alexã.& alios in l. quædam.§.nihil.ff.de eden.& in l.si non sortè §. libertus.ff.de cond.ind.& latè per Dida. in li. 2.uariarum lectionũ c.28.nu.2. Quód vř adiuuari ex his, quæ ponit idẽ Bart. in d. §.si liberi. in 2.quæst.quem sequitur Salyc. in d.l.ij.quem dicit comm.approbari.Ias ibi sub nu.188.qui firmant quòd filij pñt repudiare hæreditatem paternã, & retinere bona emphyteotica, quia in dubio pater censetur stipulatus filiis, ut filiis, et non ut hæredibus.

Sed his non obstã.contrarium puto de iure uerius.s.quòd in casu nostro instituti in certa re sint exclusi à bonis emphyteoticis, et quod ea sint adiudicanda hæredibus uniuersalibus pro cuius sententiæ et conclusionis deductione premitto certum et indubitatum esse, quòd
13 uerbum, Bona, † siue Hæreditas sui natura est aptum natum comprehendere non solùm bona allodialia, uerùm etiam bona emphyteotica, et superficiaria sine ulla ulteriori expressione l. bonorum, tam prima, quàm secunda. ff.de uerb.sign. Quod usque adeo uerũ est, ut id procedat etiam in materia odiosa, et sui natura strictè intelligenda, unde si statutũ
14 † excludit fœminas à bonis paternis, uel successione, et hæreditate paterna censetur exclusæ etiam à bonis emphyteoticis, ut dicit Spec. in tit.de locato.§.nunc aliqua.uersicul.158.in fin.Bartol.in dicto §. si liberi. Corn. consilio 145.ad audientiam.colum.fi.et consilio 166.

circa primũ colu.pe. volum. t.Alex.cõſ.1271. uiſo teſtõ.vol.1.Fel.in c.quæ in eccleſiarũ.co. ſi.de conſti.laſ.in d.l.2.nu.188. Brun in tract. qđ ſtantibus maſculis &c.in 8.art.princi q.22. & alios plures adducit Pariſ.in cõſ.21.nu.61. lib.2.ubi poſt Bru.teſtat de cõi Scđo præmitto ꝙ nuſquã reperit in iure cautũ,ꝙ quib.caſibus teſtõr põt ĩ ſuo teſtõ diſponere de emphyteoticis,debeat ſpãliter facere mentionẽ de iſta qualitate,qđ ſ. ſint emphyteotica & Doc. ſi q tenent quod inſtituto in re certa non præiudicetur per uniuerſalis hæredis inſtitutionẽ, mouent, uel aliqua p eos excogitata rõne,uel aliquo ſimili,ut per Bar in locis ſupra alle.& non ex eo,qđ hoc reperiat iure cautũ.Quibus ſtantibus dico,ꝙ hęres uniuerſaliter inſtitutus oĩbus bonis iuribus & actionibus hẽt intentionem ſuã ſundatã ex quatuor primò, q̃ teſtõr põt diſponere de hmõi bonis iuxta ſupra firmatas concluſiones.Secundò,q̃a proprietas & natura uerborum quibus teſtõr eſt uſus cõpre-

15 hendit etiam emphyteotica. † d.l.bonorum. & l.mulier.§.ſi.cum l.ſeq ff.ad Senatuſcõ.Trebell.& per Bart. in l.iij. ff.de bono.poſſeſ.titu. generali.

Tertiò.quia poteſtati teſtatoris & proprie-

16 tati & naturæ uerborum accedit † uniuerſale ſignum,qđ facit illud includi quod aliàs nõ in cluderetur.ut in l.Iulianua.ff.de leg.3.Quartò,

17 quia ſumus in diſpõne in qua uerba ſui nã largè & benignè accipiuntur. l.in teſtamentis cũ mã.ff.de reg.iur.unde ſi teſtator põt uni relinquere res emphyteoticas ſecundùm primã cõcluſionem ſupra firmatã.natura uerborum, & proprietas id patitur,& importat ſignum uniuerſale. & uerborum inculcatio & geminatio ad id quodammodo impellit, & natura diſpoſitionis id ſuadet quid erit impedimento quominus dicamus in illa uniuerſali & prægnanti uerborum conceptione, & hęredia inſtitutione etiam bona emphyteotica comprehendi,& concludi maximè cum idem uideamus in materia odioſa et ſtrictè interpretanda,ut ſunt ſtatuta excludentia perſonas uocatas à iure communi?

Non obſt.dicta Bar.in d.§.ſi liberi. uerſ.ſe-

18 cundùm dubium,quia†rñ.primò,ꝙ ſua deciſio non eſt uera, uel recepta,et contrarium tenet Bal.in l.liberti.uerſ. attende tu ſi pater. et eſt de intentione eiuſdem in Auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſ. et contra etiam uidetur tenere Ang.in l Gallus.in § etiam. ff.de libe.et poſthu.et non eſſe ueram Bar. deciſionem firmat Crot in l.ſi conſtante.nu.24.ff.ſolu.matr. in ſecunda repet.et contra Bart. eſt auctoritas Specul.in tit.de locat.§.nunc aliqua.uerſic.78. et licèt Bar.dicat quod Spec non ſe firmat, tamen contrarium poteſt conſtare ex lectione Specul.cum et ultimo loco receſſeat hanc opinionem ad not.in l. qui filium §. Sabinum.ff. ad Trebel.et ex modo et efficacia uerborum ipſius Specul.appareat, quod adhæret opinioni negatiuè. Vel ſi uolumus ſuſtinere opinionem Bar.intelligamus illam habere locum,quando emphyteoſis fuit quæſita non ex paterna pecunia,ſed ex largitate concedentis quo caſu docto.in locis ſupra allegatis admittunt, quod p patrem non poteſt filijs præiudicari, et qđ ita debeamus intelligere hanc materiam ſi uolumus ſaluare Barto.probat ratio quam ipſemet Bart ponit,ſed quod diſpoſitio teſtatoris non ualet,ergo opinio Bartol. non poteſt admitti: nec procedit in caſu quo talia diſpoſitio ualet ut in caſu noſtro per ſupra alleg, auctoritates,

19 cum † dictum Doct.debeat intelligi,ſecundũ rationem,uel legem quam allegat. Bartol.in l. non ſolùm §.liberationia ff.de libera. lega.l.cũ pater.§.dulciſsimis.de leg.2.cum ſimilibus.

Item non eſt bona ſimilitudo quã dat Bart. de actione de dote, cuius ius non poteſt pr diminuere,quia ut omittamus quod contrarium aliàs tenuit in l.qui Romæ.§.Flauius.de uerb. oblig.diſsimilitudo eſt magna ex duobus,pri-

20 mò quia †pater tenetur ex debito ad dotandã filiam.l. qui liberos ff.de rit.nup.l.ſi.C.de dot. promiſ.ſed non ad acquirẽdum filijs bona em-

21 phyteotica.Secundò,quia†ex ſtipulatione de dote acquiritur ius filiæ uiuente patre l. ij.§ ij et ibi Doc.ff.ſolu.mat non ſic in bonia emphyteoticis,ſed in eis demum patre mortuo,ut per Doc.in l.Gallus.§.j.

Præterea arg.Bar. qui arguit à iurepatronatus,uel ab aſsignatione liberti ad bona emphyteotica non eſt ullo pacto bonum aut admit-

22 tendum nam ut omittamus,quòd†iuriſpatronatus ſubſtantia conſiſtit in quibuſdam præſtationibus et obſequijs perſonalibus ac perſonaliſsimis,ſiue actiuè conſideres, ſiue paſsiuè. l.ſi nõ fortè.§.libertus.et ibi poſt antiquos latiſſimè declarat q.dã vltramõ.ff.de cõd. indeb.l ĵ. & per totũ.ff. de iure patron.at bona emphyteotica ſolùm in naturali rerum ipſarum poſſeſsione, et fructuũ perceptione, inter quę eſt magna differentia, ut per docto. in Rubric a ſi certum pet.habent enim iura patronatus ſpecialiſsimam naturam,ut in locis ſupra alleg.ad propoſitum noſtrum illud eſt animaduertendum,

23 quòd † aſsignatio liberti eſt eius naturę, ut non cadat neque ſub forma legati nec fidei commiſsi,nec inſtitutionia, nec enim dicitur lego libertum,fideicommitto libertum hæredem inſtituo in liberto l.aſsignare. ff de aſsig. liber.unde non mirum ſi nec ex eo,quòd quia ſit legatarius,uel fideicommiſſarius uel hæres conſequitur, qđ plùs uel minùs hẽat iuris patronatus d.l.aſsignare, non ſic bona emphyt.

quia

quia sui natura possunt esse subiectũ, siue can-
sa materialia ipsius legati & hæreditatis maxi-
mè in personis non prohibitis, sed capacibus,
unde non mirum si argumentum Bar. non po
test procedere, facit quòd licet possit patro-
nus libertum assignare uni ex librris suis libe
ri tamen non possunt libertum assignare pa-
ternum uni ex suis liberis. l.liberi. ff. de assig.
liber. quod regulariter non accidit in bonis
emphyteoticis.

Demum si ualeret huiusmodi argumẽtum
ab assignatione libertorum ad res emphyteo-
ticas, cur non liceat uni ex filijs relinquere bo-
na emphyteotica quemadmodum uni tantum
libertum assignare licet. tot. titul. ff. de assigna.
liber. quod per Bartol. minimè licet, & sic eius
25 argumentum ineuitabiliter retorquetur. † De-
mum concludendo cum ista emphyteosis à Se-
bastiano propria pecunia, & ex onerosa causa
acquisita sit huiusmodi, ut de ea primus acqui
26 sitor possit ad libitum disponere † per ea quæ
supra allegata fuerunt in prima dubitatione
sequitur quod etiam nulla facta de bonis em-
phyteoticis mentione accrescat hæredi uni-
uersali, & non instituto in re certa quamuis sit
emphyteosis ecclesiastica & stipulatio sit facta
pro se, filiis &c. per supradictas rationes, &
ita tenet Clar. in d. §. emphyteosis. quæstio. 38.
& ita intelligit & saluat not. per Bar. in d. §. si li-
beri, licèt rationes adductas per Bar. aliter non
confutet uel examinet.

Circa secundum iudicium, & secundam du
bitationem an possit dici de nullitate instru-
menti uenditionis prætensæ domus celebrati à
domino Iulio minore, & domina Ioanna eius-
dem Iulij tutrice & curatrice cum D. Aurelio
stipulante pro se & fratribus omissis solenni-
tatibus à iure communi requisitis & seruatis
solùm solennitatibus statuti ciuitatis Senogal
liæ uidetur dicẽdum, quòd hodie possit idem
Iulius dicere de nullitate d. instrumenti, & sic
domum recuperare tanquam perperam alie-
27 natam, quia † licèt in celebratione d. instru-
menti fuerint seruatæ omnes solennitates sta-
tutariæ fuerunt omissæ aliquæ solennitates iu-
ris communis de quibus per Afflic. decis. 249.
fuit in consilio. & per Paris. consil. 98. & con-
sil. 99. & consil. 100. primo uol. ubi ex multo-
rum auctoritatibus multa requisita cumulant,
quæ concurrere debent in alienatione rerũ mi
noris, quarum aliquas sumus in confesso non
interuenisse in casu nostro, nec aliquid uidetur
facere, quod statutaria solẽnitas, quę sola sem-
per fuit adhibita in huiusmodi alienationibus
fuerit ad unguem in celebratione d. instrumẽ-
28 ti obseruata, quia in dubio † statutum addens
solennitatem actui non uidetur derogare so-
lennitatibus inductis à iure cõi allegatur Bal.
in l. fin. C. de fals. can. adiect. leg Alber. Brun. in
tract. de forma. in Rubr. qñ censeatur forma;
uel solennitas remissa colum. 2. uers. idem in
statutis. & Fab. de Monte in tracta. de empt. &
uendi. in 5 quęst. princ. uersic. sequitur uidere
de forma & solennitate. & Paul. de Cast. cons.
273. aliàs 271. incipiendo à secundo. & Deci.
in consil. 110. uerè ut puto. quas auctoritates
allegat, & sequitur Paris. consi. 89. nu. 63. lib. 1.
& cons. 12. nu. 43. lib. 2. & sequitur Cepha. con
sil. 137. num. 26. & allegatis per Paris. addit &
adducit in eandem sententiam Socci. in consi.
235. col. 2. uers. quintò. lib. 2. & Ruin. cons. 153
nu. 14. lib. 2. & Deci. consil. 386. nume. quarto.
Vnde ex hoc sequitur, quòd adhuc talis con-
tractus sit nullus non obstante obseruatione
solennitatum inductarum à statuto.

Sed prædictis non obstantibus contrariũ
est de iure uerius & fundo intentionem reorũ
29 conuẽtorum, quia indubitati iuris est qđ † ius
municipale loci potest derogare iuri commu-
ni in loco l. omnes populi cum materia. Paul.
de Cast. in l. j. C. de hęred. instit. Imol in clemẽ.
ne Romani. de elect. Alexan. in cons. 75. col. 3.
uers. item certum est. lib. 1. et Seueri. in d. l. om-
30 nes populi. num. 57. & in specie † circa tollen-
das aliquas solennitates in alienationibus rerũ
minoris, quòd ualeat statutum not. gl in l. diu
turna. ff. de ll. quam sequitur ibi Ange. sequitur
etiam Iaso. in l. de quibus. num. 53. ff. eo. tit. &
passim doct. in infinitis locis.

Difficultas est in respondendo motiuis fa-
ctis in contrarium, quia licet hoc possit p sta-
tutum fieri tamen in dubio non censetur ex sta
tuto derogatum iuri communi per supra alle-
gata. Sed ad hoc respon. multis modis, & pri
mò, quia in casu nostro non sumus in dubio
immo ex statuto Senogalliensi multis ex mo-
dis, et locis potest colligi, quod noluerit dero-
gare iuri communi, et primò quia si statuen-
tes noluissent à iure communi recedere, sed so
lummodo addere quasdam solẽnitates, et quę
dam requisita; superfluò fecissent mentionem
de auctoritate et interuentu curatorum, uel tu
torum, de decreto iudicis, et de causa iusta alie
nationis, quæ omnia ex iuris communis dispo
sitione interuenire debent, prout fecerunt, sed
satis fuisset facere mentionem de his solennita-
tibus quas uolebant iuri communi addere pu-
ta de interuentu consanguineorum, et simi-
31 lium, † sed cum seriosè multa ac multa tam iu
re cõmuni requisita quàm per eos addita spe-
ciali capitulo cõprehẽderint, satis apertè colli-
git qđ eã unã formã seruari uoluerunt in alie-
nationib. rerũ minoris. arg. ca non ne. de præ-
sumpt. et l. cum prætor. ff. de iudic. Item satis
apertè colligitur ex hoc dicto statuto ante fi-
nem uersic. in alijs autem casibus etc. ubi dispo

mitur quòd in contractibus d. statuto nō comprehensis seruari debeat ius commune, ex quo arguendo à contrario sensu in contractibus dicto statuto comprehensis colligitur, quòd ius cōe non est attendendum. Et si dicatur qđ
32 tale † argumentum à contrario sensu difficulter admittitur in interpretationem statutorū, ut latè no. tam in l. oēs populi quam in l. j. ff. de offi. eius. Rñ quod hæ difficultates tolluntur ex consuetudine, quę diutissimè uiguit in ciuitate Senogalliensi, secundùm q̄ in huiusmodi contractibus nullę aliæ solēnitates fuerunt adhibitæ præterquam comprehēsæ in d. statuto, de quo fidem faciunt omni exceptione maiores, & credo ex informatione trāsmissa esse no
33 torium in loco † est autem consuetudo optima legum interpres, & in ambiguitatibus, quę ex legibus ꝓficiscunt uim legis obtinet l. si de interpretatione. ff de l l. nec enim interest quo uoluntatem suam Populus declaret factis an uerbis. l. de quibus. ff eo. tit.

Secundò specialiter ad auctoritates allegatas in contrarium rñ quod licèt & Paris. & Cepha. in consilijs supra alle. dicant qđ statutum inducens nouam formā, uel solennitatem non censetur per hoc tollere solēnitates iuris cōis, tñ Doct. quos allegant ad id probandum hoc non dicunt, nec taliter loquuntur, ut ex eorum dictis causæ reorum conuentorum præiudiciū afferatur. Primò Bal. in alleg. l. fin. C. de fals. can. adiec. leg. non solùm hoc non dicit, sed prorsus non loquitur in materia, sed nec in toto illo titulo, nisi fallor, aliquid huiusmodi scribit. Brun. autem in d. uers. simile dicendum est in statuto. sub Rubr. qñ censeatur forma, uel solennitas remissa solùm hoc dicit, quòd qñ statutum aliquid simpliciter fieri mandat intelligitur seruata forma iuris cōis, quæ uerba non possunt adaptari ad casum nr̄m in quo statutū non loquitur simpliciter de alienationibus minorum, sed præscribit certā formā, & fortè magis rigorosam quā sit forma iuris comm. &
34 propterea nullo pacto pōt dici † simpliciter loqui cū simpliciter de aliquo tunc dicat mētio fieri cum sit sine aliqua adiunctione, & sine aliqua distinctione, ut per Bald. in l manifestissimi. in 2. not. C. de furt. & per Bar. l mo. & cōm. doct. in l. j. §. si quis simpliciter. ff de uerb. obli. & per Bar. & alios in l. j ff de uulg. & pup. & ꝑ Cano. in c. de causis. §. præterea. de off. dele. & passim per doc. Vnde auctoritas Bru. sup qua multum uidetur se fundare Paris. stat pro nobis cum sentiat euidenter secus esse qñ statutum non loquitur simpliciter, ut in casu nr̄o. Fabian. autem de Monte nihil dicit in hác sententiam in loco prealle. nec etiam Pau. de Cas. nisi fortè Paris. habebat alia consilia, quā quæ hodie habemus præ manibus, uel si credimus Dec. referenti Paulum ipsum, & sequenti in d. cons. 110. uerè ut puto, dico, qđ casus in quo dicitur consuluisse Pau de Ca. est longè diuersus à nostro quia in casu suo statutum simpliciter dicebat quòd minor non posit obligari sine interuentu cōsanguineorū, & in eo nō agebat de inducēda noua forma & diuersa à iure cōi, sed solùm de addēdo uno requisito, scilicet consensum consanguineorū at in casu nr̄o apparet ex ipso statuto. qđ statuentes uoluerunt inducere nouā protsus formā cū non processerint addendo iuri cōi, sed accipiendo quędam requisita à iure cōi, puta cām alienationis, auctoritatē curatoris iudicis decretū, & quędam ptæter ius cōe, ut est interuentus cōsanguineorū, & alia quædā ex quibus conflata est noua forma, qđ & ex eo apparet, qa tā in principio
35 d. statuti quàm in medio est † decretum irritās qđ importat introductionem formæ Bald. & alij in l j. ff. de lib. & posth. & per Ancha in repet c. 1. de consti. uers quæro statuto cauet, qđ notarij. sequitur Fely. in c. cùm dilecta. nu. 29. de rescrip. & ibidem sub num. 32. uers. septimū signum, quam quidem statuti interpretationē satis, supetq; probat præscripta consuetudo ciuitatis Senogalliæ d. l. si de interpretatione: & fortè ex Rubr. statuti posset colligi, qđ agit de forma inducenda, & non simpliciter de addendo aliquo requisito, super quo nunc nō facio fundamētum, tum quia non est necessariū, tū quia statuti copia transmissa fuit sine rubr. aliqua. Sed si malumus credere de mente eius dē Pauli de Ca. in asserto consil. eidem Dec. aliter tñ referenti in cons. 386. col. 3. uer. secundò rōne prorsus d. cons. sicubi, extat non obstat in casu nostro quia Dec. refert Paul. de Ca. consuluisse quod stante statuto, ꝙ minor uiginti annis non possit obligari, nisi seruata certa solēnitate ultra ius cōe à contrario sensu post ætatem 20 ann. cessabit solēnitas requisita à statuto ultra ius commune, sed quod à contrario sensu non potest inferri, quòd statutum post illud tempus uideatur concedere liberā facultatem contrahendi absq. solēnitate iuris communis, quia post d. tempus uiginti annorum
36 non loquitur statutum, & ideo † casus tanquā omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. & ita dicit se adduxisse auctoritatem Pau. de Castro Dec. in dicto consilio 110. uerè ut puto &c. & mirum est, quòd Decius uariauerit in referenda & inducenda auctoritate, & intentione Pauli de Cast. sed quicquid sit si credimus Deci. in d. consil. 386. certè auctoritas Paul. uel facit pro nobis cum ex ea colligatur quod intra tempus uiginti annorum sublata sit solennitas & forma iuris communis, uel non facit ad propositum cum ipse loquatur de

tem-

tempore de quo non loquitur statutum, unde non mirum si est locus iuri communi. unde parum curandum est de auctoritate Parisij & Cepha. cum docto. per eos allegati hoc non dicant & uideri poterunt tam supradicti, quàm Socci & Ruin. per eos allegati. Et certè cum
37 quando † statutum imponit delicto certam pœnam diuersa ab ea quam imponit ius commune etiam canonicum, in dubio ius commu. ne censetur sublatum & sola statuti dispositio est attendenda, ut est commu. opin. Dec. in c. de causis. de offi. deleg. & per Corn. cõs. 144. lib. 1. & nouissimè per Alcia. consil. 745. secundùm primam impressionem, ubi dicit ita totum mundum seruare non potest reddi diuersa ratio cur idem nõ dicamus in concursu formæ statutariæ & formæ iuris communis meritò hoc, pcedit l. à Titio. ff. de uerb. obli. & facit uulgare illud dictum Bal. in l. j. in fi. C. de arbitr. & Deci. in l. quamquam. colum. prima. C.
38 de mili. testam. dicentium † ubi uiget statutum serua statutum, quicquid disponat ius cõ
39 mune nec mirum cum † in loco sit potentius iure communi. d. l. omnes populi Soccin. iun. consil. 67. nume. 6. lib. 2. & consil. 3. lib. 3. & passim. Et licèt prædicta satis superq; uideri possint reis conuentis ad uictoriam, accedit,
40 quòd † ex quo in tali alienatione interuenit decretum iudicis præsumuntur omnia solenniter acta siue spectemus ius municipale, siue cõmune etiam si in instrumẽto non fiat mentio de huiusmodi solennitatibus si adsit in instrumento clausula solita apponi, scdm clausula, omni meliori modo l. ab ea parte. ff. de probat. & l. manumissio per liberos. ff. de manu. uind. & per Alexand. consil. 80. uolum. quinto cum uulgar.

Huc accedit, quòd quantum ex quibusdam coniecturis ex informatione transmissa uidetur colligi posse, iste Iulius actor tacuit fortè ultra quinquennium postquàm excessit an-
41 nos 25, † quòd si est iam ratificauit alienationem percursum d. temporis quamuis aliàs nullam, ut in l fin. C. si ma. fact. alie. fac. re. quàuis hoc non pono pro constanti cum mihi nõ plenè de hoc constet. His additur quod cum secundùm obseruationem formæ statutariæ nõ potuerit celebrari talis alienatio, nisi constito quod uergebat in utilitatem pupilli omissio formæ iuris communis nõ debet haberi in cõ
42 sideratione cum † liceat pupillo facere conditionem suam meliorẽ l. contra iuris. ff. de pact. & licèt testes hodie uideantur deponere, qđ asserta domus longè pluris ualeat quam fuerit uendita, & sic quod huiusmodi alienatio fuerit adulto damnosa nihilominus in facto præsupponuntur multa ex quibus dicta eorum facilè possunt confutari & primò, quod d. testiũ non percutiunt tempus factæ uenditionis, & alienationis, quę fuit facta de anno 1550. quo tempore longè uilius huiusmodi res uende-
43 bantur, & † precia rerum ex tempore solent uariari l. precia rerum. ff. ad leg. Falcid. Item extimauerunt certam partem d. domus, quæ non fuit comprehensa in ęstimatione. Item in suis depositionibus non habuerunt rationem, quòd res non erat allodialis, sed emphyteotica, & sic longè minùs ualet, quam si esset allodialis.

Ex quibus sequitur, quòd agenti nõ solùm non competit restitutio in integrum uerùm etiam non possunt competere remedia, quæ alias competerent tanquam maiori putà remedium. l. 2. C. de resc. in. uend. aut remedium, qđ posset proficisci ex enormi uel enormissima lęsione. circa quę cum potius in facto consistant quàm in iure non sum prolixior cum præsertim acta non uiderim.

Io. Paul. Lancedottus I. C. Perus.

CONSILIVM D. IOAN. PAVLI Lancelotti Perusini.

ARGVMENTVM.

¶ Consuetudo uiri habita cum muliere soluta, eã in omnibus tractando uti coniugem, inducit legitimationem prolis quò ad successionem, & reliqua, non autem probat, uel pręsumi facit matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium iure ciuili præsumitur ex cohabitatione duorum ingenuorum, & nu. 20. sed de iure canonico fornicatio. nu. 2.*
3 *Matrimonialis causa grauis dicitur.*
4 *Matrimonij probationes debent esse omni exceptione maiores.*
5 *Coniecturis multis modis deceptio contingit.*
6 *Matrimonium diuinare periculosum est.*
7 *Matrimonium non probatur traductione mulieris ad domum, neque nixu ad copulam, etiam præcedentibus sponsalibus.*
8 *Matrimonium infertur ex conuersatione, et traductione quomodo intelligatur.*
9 *Priuilegia concessa matrimonio non competunt matrimonio putatiuo contrarium nu. 32.*
10 *Legitimãdæ proli sufficit colorata opinio, et quasi possessio maritalis. & nu. 11.*
12 *Matrimonium plenè probatur confessione utriusque coniugum, & Theologorum & Canonistarum auctoritate.*
13 *Matrimonium ex appellatione coniugali debita inter eos etiam probatur quò ad filios legitimandos.*

14 *Fructus rei ad eum pertinent qui est in ipsius rei non uitiosa possessione.*
15 *Legitimum esse, fructus est matrimonij.*
16 *Matrimonio putatiuo natus excludit fideicommissarios &c.*
17 *Matrimonium secundum non impedit ad effectu succedendi legitimationem ex priore matrimonio præsumpto resultantem.*
18 *Matrimonium de antiquo, ad effectum legitimationis filiorum, fama sola probat.*
18 *Cohabitantes respectu filiorum præsumuntur coniuges.*
20 *Singula quæ non prosunt, multa iuuant.*
22 *Fama matrimonij adeo uiolenta est, ut transferat in negantem onus probandi contrarium.*
23 *Testes, qui aliàs non sunt idonei in matrimoniali causa fidem faciunt.*
24 *Opini oni, quæ stat pro matrimonio, etiam minùs communi, standum est.*
25 *Pro matrimonio, in dubio, iudicandum est, limit. num. 26. & 27.*
28 *Matrimonium ex traductione ad domum, cohabitatione et conuersatione, non præsumi, nisi sponsalia præcedant, & quomodo procedat. numero 29. & 30.*
31 *Matrimonialis causa, cum ad effectum succedendi concludit, secundùm ius ciuile, nō canonum, iudicandum est.*
33 *Matrimonium putatiuum, quò ad successionis & exclusionis fideicommissarij effectum, habet eadem priuilegia, quæ uerum matrimonium.*
34 *Matrimonio uero non subsistente etiam filios nasci nihilominus legitimos certo casu, communi Doctorum opinione.*

CONSILIVM XLIX.



TITIVS ciuis Romanus adueniēs de longinquis partibus duxit secum reuersus in patriam mulierē nomine Bertam, cum qua diu simul cohabitauit, & simul cohabitantes non solùm se inuicem coniuges appellabant, sed etiā se tanquam coniuges tam in lecto, quàm in mensa tractabant, & pro coniugibus ab omnibus reputabantur, & credebantur non minùs in temporalibus, quàm in spiritualibus utputa percipiendo debitis tēporibus in parochia mariti ecclesiastica sacramēta hinc apparet affectus & tractatus coniugalis, nec id magis in uita, quàm in morte, cum mortua d. Berta, Titius curauerit funus solenniter celebrari, conuocando consanguineos uestes lugubres deferendo, & alia faciendo, quæ erga honestissimas matronas fieri solent, & cum ex dictis Titio, & Berta remanserint filij. Quæritur an ex supradictis probatum sit, inter eos matrimonium, stante quòd de ipsa desponsatione nulla extet legitima probatio, & stante quòd casus euenit ante decreta cōcilij Tridentini, ad effectum quòd dd. filij possint succedere in hæreditate paterna & materna.

Et uidetur prima facie ex supradictis non esse probatum matrimonium, nam licèt iu-
1 re ciuili † ex cohabitatione duorū ingenuorū præsumatur matrimonium. l. in libe 15. ff. de rit. nupt. & per gloss. in l. in concubinatu. ff. de concub. tamen de iure canonico cui in casu nostro est standum tam ratione materię matrimonialis, quàm ratione loci ubi casus con-
2 tingit, † qui est suppositus iurisdictioni ecclesiasticę pręsumitur fornicatio et non matrimonium. c. aliter 30. quæst. 5.
3 Secundò facit, quòd † causa matrimonialis dicitur grauis. Specul. in titulo de rescrip. præsentatione §. ratione formæ. uersicul. nunc ad instructionem, Antonius Abb. & alij in cap. si pro debilitate de offic. deleg. Alexand. consil. 193. Quoniam colum. prima & secunda libro secundo Paris. consilio 59. in quarto; sequitur,
4 q in ea † ad probandum matrimoniū requiruntur probationes & testes omni exceptione maiores cap. in literis & cap. licèt ex quadam & utrobique not. de testi. Dec. consil. 310. uilis diligenter & latè per Feret. consilio 48. in princip. unde non uidetur, quòd ad illud proban-
5 dum solę † coniecturæ sufficiant in quibus potest multis modis contingere deceptio, iuxta tradita per Bal. in capitul. ex transmissa de testi. tu. spoliat. ubi in terminis nostris dicit, quòd
6 est † periculum diuinare de matrimonio per signa etiam si quis teneat mulierem in lecto & in mensa, & eam tractet honorificè, quia isti actus etiam sine matrimonio consueuerūt exerceri. l. item legato. §. parui. ff. de legat. 3. sequitur Fely. in cap. illud de præsump. & fiunt multoties ad tegendum peccatum, ut dicit Innoc. in capitu. ex parte M. de restitu. spolia. & Paris. consil. 59. num. 9. lib. 4. ubi ponit auctoritates concordan.

Tertiò dubium faciunt not. per Innoc. Anto & Abb. in cap. fi. de despon. impube. ubi te-
7 nent, quòd ex † traductione ad domum & nixu ad copulam etiam præcedentibus sponsalibus, non inducitur, uel probatur matrimonium, ergo quantò magis idem dicendum erit in casu nostro in quo confitemur nulla præ-
8 cessisse sponsalia? Sed dato † quòd ex tali conuersatione & traductione inferatur ad matrimonium, ut tenuerunt Hostien. Ioan. And. & Calder. in dicto capitulo fin. id tamen tunc tantùm procedit, quando præcedunt sponsalia, & ita loquuntur docto. supra allega. & declarat Alciat. in tractatu præsumptio. Reg. 3. præsump. 38.

Quartò

9 Quartò,& ultimo facit quia priuilegia con-
cessa matrimonio nõ competunt matrimonio
putatiuo unde maritus putatiuus nõ habet pri-
uilegium ne conueniatur nisi inquantum face-
re potest iuxta. §.sunt præterea instit. de act.&
l.maritum. ff. solu.matri. ita tenent Io. And.&
alij in capit.1.de donatio. inter ui. & uxor.me-
ritò &c.

Sed istis non obstantibus, & pluribus con-
trarium concludendum est in casu nostro uide
licet, quòd ad effectũ successionis sit legitimè
probatum matrimonium, & quòd filius natus
ex his qui se tractabant ut coniuges, excludat fi
deicommissarios, pro qua conclusione confide
randum est, ꝙ probatio matrimonij interdum
exigitur,& requiritur ad probandum ipsum fę
dus, & uinculum, & substantiam matrimonij.
interdum ad effectum solum legitimandę plis,
ut quicquid sit in primo casu, & in primo mẽ-
10 bro, certè † ad prolem legitimandã sufficit co-
lorata opinio,& quasi possesio maritalis exclu
sa proprietate ueri matrimonij.c.2.& c.ꝙ no-
bis,& c.ex tenore.qui fil.sint legi.& ibi Ant.de
11 Butr.& prępos.ubi dicunt,ꝙ ad† fructum legi
timandę prolis nõ exigitur ueritas uinculi ma-
trimonialis, sed sufficit possesio, & opi.colo-
rata matrimonij.idem Bart.in l. non nudis.C.
de prob.Ias.consi.156.lib.4.& per Feret.in cõ-
sil.80.in princip. ubi testatur de communi Pa-
ris.consi.57.num.42.lib.4.& per omnia in ter-
minis nostris Soc.Iun.in consi.89.lib.2.immo
in longè fortioribùs terminis cum pater ibi fi-
lium in testamento appellauit esset naturalem,
& mater aliquando negasset illum de matrimo
nio conceptum, at in casu nostro in fauorẽ ma
12 trimonij concurrit† utriusque coniugis cõfes-
sio per quam secũdum opi. tam theologorum
quàm canonistarum plenè probatur matrimo
nium,ut no.in c.sup eo. de eo qui cog.cõsang.
uxo.suæ, & in alijs pluribus locis cumulatis per
Soc.in d.consi.89.num.9.qui testatur de com-
muni immo non solùm ex multis quæ in casu
13 nostro concurrunt probatur † matrimonium
ad effectum legitimandi liberos, uerum etiam
ex eo solo quòd parentes dd.filiorũ superstitũ
uocabant se inuicem coniuges Inn. in c.ex par
te de resti.spol.& sequitur Abb. post Alanum,
in c.lator qui fil.sint leg.super gl.pen.

14 Secundò, quia † ad eum rei fructus pertinent
qui est in ipsius rei non uitiosa possessione §.si
quis à non dño instit.de re.diui. l.quæsitum.ff.
de acq.re.do. & hoc respectu idem iudicamus
15 de possessione, quòd de proprietate † esse autẽ
quem legitimum, fructus est matrimonij.l.fi-
lium ff,de his qui sunt sui uel alie. iu.l.si uicinis
C.de nupt.sicut igitur is qui pro creatus est ex
uero matrimonio est legitimus ita etiam pro-
creatus est ab eo q est in quasi possessione ma-
trimonij, & ita in fortioribus terminis ad ex
clusionem fideicommissariorum arguit Dec.
16 in consi.153.col.2.ubi concludit quòd † talis
ex putatiuo matrimonio natus filius excludit
fideicommissarios etiam si fuisset dictum in te
stamento de filijs legitimè, & de legitimo ma-
trimonio natis, ꝙ non contigit in casu nostro
in quo testator simpliciter fecit mentionem de
filijs legitimis, & naturalibus fa. no. per doct.
in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad treb. immo
ea quę concurrunt in casu nostro ualerent etiã
ad probandum ipsum fędus, & uinculum ma-
trimonij quando non ageretur de præiudican-
do alij matrimonio c.illud.& ibi Bellam.nu.7.
17 & nu.8.de præsump post Inno. † fortiùs scd̃m
matrimonium legitimè probatum non impe-
dit legitimationem ad effectum succedẽdi, quę
resultat ex primo solùm præsumpto matrimo-
nio Gemi.consi.27.

18 Tertiò, & fortiùs † in matrimonio de anti-
quo ad effectum legitimationis filiorum nõ so
lùm sufficit fama cum tractatu uerùm etiã so-
la fama. Bell. in d.c. illud.nu.14.de præsumpt.
Butr.& Præp. in c.peruenit in fin.& in ca.lator
in secunda quęst qui fil.sint legit.licèt si sit co-
habitatio recẽs requiratur fama cum tractatu,
ratio est quia cũ qs diutiùs fęminam domi re-
tinet solent, & debent superiores ex officio in-
quirere qualiter teneatur, nec permittere diu
retineri nisi legitimè retineri posset.c.j.de offi.
ordi.c.fi.de cland.de spons. & hanc rationẽ po
nit Hosti. & sequitur Bellam.& Abb. in d. c.il-
lud,& Feret.in consi.80.nu.4.

Et licèt ex his clara, & indubitata remaneat
hæc conclusio clarior tamen apparebit ex re-
sponsionibus ad contraria. Non obst.igitur, ꝙ
ex cohabitatione mulieris, & uiri præsumatur
fornicatio, & non matrimonium, quia rñd.pri
mò, quòd ista præsumptio militat solùm respe
ctu coniugum uiuentium non autẽ respectu fi
19 liorum † quia respectu filiorum præsumũtur
coniuges ita tenet Alan.& sequitur Abb.& Prę
pos.in c.ex tenore qui fil.sint legit.

Secundò respond. ꝙ contrarium procedit
quando agitur de fędere, & de uinculo coniu-
gali, quia tunc stamus huic præsumptioni iuris
canonici, at quando loquimur de successione
20 stamus præsumptioni iuris ciuilis, quod † ius
ciuile ex cohabitatione duorum ingenuorum
præsumit matrimoniũ.l.in liberę.ff.de ri nupt.
& no.in l.in cõcubinatu ff.de concu. ita firmat
Bal.in c.ex transmissa de restit spol.& in l.& si
contra.C.de nupt.& sequitur Abb.in d.c.lator
& Alciat.in tract de præsump.in reg.scd̃a præ
sumpt.Quinta,& ultima, alleg.per Alciat.tenẽt
Henric.Boic. Bellam. & Felyn.in d.capit.illud
& rursus Bellam. in d capitulo alter.30.quæ-
stione quinta.

Tertiò

Tertiò rñd.quòd contrarium procedit quãdo cum cohabitatione non cõcurrunt alia adminicula.puta fama reciproca mariti,& uxoris nominatio,tractatus tam in lecto quam in mẽsa , uestitus secundum decentiam uxoriam ,& matronalem accessus cum honesto comitatu ad ecclesiam, & alia loca publica, anuli delatio funus solemni pompa celebratum sacramentorum in eadem ecclesia perceptio, & plura alia quæ concurrunt in casu nostro quia tunc præsumitur matrimonium non solùm iure ciuili, sed etiam iure canonico iuxta illud, & quæ nõ prosunt singula multa uiuant per d. c. illud, & ibi Ioan.And.Host.Abb.& communiter,& nõ solum ad effectũ legitimitatis, & succesisionis, sed etiam ad effectum fœderis,& uinculi matrimonialis,ut tradunt dicit in d.c.illud Host.Io. And.Bellam.Butr. Abb.& alij. Immo sez Inn. ibi sufficiunt duo tantum,scilicet diuturna, & decẽnalis cohabitatio,& fama, & scilicet Host. non solùm in facto antiquo, sed etiam in recenti licèt hoc ultimum non teneatur ibi per
22 Abb.Immo† sola fama & opi.de matrimonio tantam matrimonij præsumptionem inducit, ut transferat in negantes onus probandi cõtrarium.Inno.in c.ueniens de uerb.signi. Ant.de But.in c.transmissa est, qui fil.sint legit. & per Bart.in l.filiũ.ff. de his qui sunt sui uel alieni. & in l.si uxor.§. sed si ea.ff.de adult. Felyn.post Antiquos in d.cap.illud nume.15.& pro communi Feret.consi.49.

Non obst.quòd ad probãdum matrimoniũ requirantur testes,uel probationes omni exceptione maiores per ea quæ supra allegata fuerunt,primò quia hoc communiter non recipi-
23 tur † cum in matrimoniali causa fidem faciant testes qui in alijs causis nõ sunt idonei. c.super eo. de testi. capit. uidetur. qui matrim. accusi poss.præpos.in c.sicut de sponsal.in 3. & 4. not. de spons.Dec.in consi.163.in respondendo ad octauum fundamentum. Feret. in d. consi.48. cõtra princ.ubi attestatur de communi,quæ tamen opin.etiam si minus esset communis nihi
24 lominus sequenda esset,cum†standum sit opi. quæ stat pro matrimonio etiã si illa minus sit communis.Host.&Abb.in c.si uir de cogn spi.
25 & in c.fi.in fi.de desponsi.impub.& † in dubio pro matrimonio iudicandum Abb.in c.ex literis de sponsal.c.fi.de re.iudi.no. in c.si testes 3. q.4.Barb.in consi.6.scriptum col.2. libro j.Ias. in l j.in 2.not.ff solut.matri. & in consil.178.in causa matrimoniali in fin. uolum. 2. Felyn. in rub.de sponsal.
26 Secundò respond. quòd si uera sit illa theorica procedit solùm quando agitur ad dirimendum,uel impediendum matrimonium non autem quando agitur de probando matrimonio ad effectum contr ahendi uel contractum probandi doct.in d c.illud Bald. in Auth si quis in aliquo.C.de edend.Alex.consil.151.repetitus. col.3.uolum.5. plura congerit Paris in consil. 58.nu.7.& seq.& per to.
27 Tertiò respõd. quòd illud non procedit qñ agitur de matrimonio probando ad effectum succedendi,quia tũc sufficiunt leuiores probationes per ea quæ sup.allegata fuerunt, quibus addo Gemin.in consi.27.super dubijs col.2.& Feret. in d. consi.49.nu.7.
28 Non obst. quòd † ex traductione ad domũ, & cohabitatione,& conuersatione non præsumatur matrimonium nisi præcedunt sponsalia, scilicet Host Io.And.& Cald. in c. is qui fidẽ, & in c. fi.de spons.impub. & quòd in casu nostro non constat, ꝙ interuenerint aliqua spon-
29 sponsalia,quia rñd.primò ꝙ hæc opi. † potest procedere quando constat de negatiua,scilicet quòd nulla interuenit copula,secus in dubio, sed nos sumus in claro,quia non solum interuenit copula , sed etiã fuit suscepta proles de qua
30 admittenda ad successionem agitur.† Secũdò rñd.ꝙ cõtrarium potest procedere quãdo ageretur de matrimonio respectu fœderis,& coniugalis uinculi secus si quò ad effectum legitimã dę prolis, & ad effectum succedendi per supra allegat.

Tertiò respond.iuxtã proximam responsio-
31 nem quòd † cùm præsens disceptatio introducta sit ad effectum succedendi debet attendi dispositio,& præsumptio quam inducit ius ciuile nõ autem præsumptio iuris canonici iuxta doctrinã Bal. in c. ex transmissa de restit. spol. & Abb.& aliorum in d. c.lator, & in alijs locis supra alleg.
32 Postremò non ob.quòd † priuilegia concessa matrimonio non cõpetunt matrimonio putatiuo primò, quia immo regula est in contrarium,ut probatur in l.si cùm dotem §.fin.ff.solut.matrim.ubi Barto.& Alex.fa.l.2.in fi.ff.de priuil.cred.& per Bald.&Saly.in l.j.in fin.C.de condi.ob.cau.& per Dec.in d. consi.153.in fin.
33 Secundò respond.† quòd matrimonium putatiuum ad effectum successionis,& ad effectũ excludendi fideicommissum habet eadem priuilegia quæ habet uerum matrimonium per ea quæ allegata fuerunt supra, & ita etiã respond. Dec.in d.consi.153.in fi.

Tertiò respond. quòd alleg. in contrarium procedunt in matrimonio putatiuo , quòd est iam destitutum præsumptione legitimi matrimonij.Veluti cum fuit contractum matrimonium in gradu prohibito, sed tamen ignoranter quia detecto impedimento, & sic secuta declaratione, & clariate quòd illud nec fuit nec est matrimonium tunc fortè matrimonium putatiuum nõ gaudet quibusdam priuilegijs ueri matrimonij, maximè his quæ ad effectu deducuntur

cantur

tantur, dissoluto demum matrimonio. Secus si sumus in matrimonio putatiuo, uel ueriùs præsumpto, & cui adhuc assistit iuris præsumptio propter cohabitationem & tractatũ, alia multa, quæ concurrunt in casu nostro. Et licèt hæc responsio sit bona ad obiectum tamen in casu
34 nostro non est necessaria, cum et in primo, & ca su filii nascãtur legitimi, licèt uerè nullũ subsit matrimonium, ut traditur commu. in d. c. cum inhibitio de cland. despon. & in l. qui contra. C. de incest. nupt. & latè per Ias. consi. 156. col. 1. & per to. lib. 4. & per Ant. de Rosel. in tract. legitimationum in ca. de putatiuo matrimonio nu. 3. ubi testatur de com. opin. ex quibus &c.

Io. Paulus Lancelottus Perus.

CONIILIVM IOAN. PAVLI Lancelotti Perusini.

ARGVMENTVM.

¶In contractu locationis, & conductionis quis teneatur ex cõtrahentibus ad munera, & collectas, & an cõductor teneat ad casus fortuitos.

SVMMARIVM.

1 *Collectæ impositæ propter bellum, casibus fortuitis non adnumerantur.*
2 *Contractus celebratus tendens ad executionem laudi non capit diuersam interpretationem.*
3 *Iniquitas & absurditas omnis censetur semper ab omni dispositione exclusa.*
4 *Pontificis decreta omni absurditate, & iniquitate nuda interpretanda sunt, & si uelis uti plenitudine potestatis. nu. 5.*
6 *Actus ex qualitate agentis interpretationem sumunt.*
7 *Contractus legalis adstringit secundum leges.*
8 *Nouum opus nuncians censetur uelle amittere possessionem, cum hoc sit natura nunciationis.*
9 *Laudum latum nihil aliud est quàm transactio.*
10 *Paciscens licèt interdum donet, non idem tamen præsumitur in transigente. & nu. 11.*
12 *Verba potiùs toleranda sunt, ut nihil operentur, quàm ut operentur contra naturam cõtractus.*
13 *Verba contractus cortice tenus ad enormem læsionem tendentia coarctanda sunt, et læsione sequuta contractum rescindunt.*
14 *Casus fortuiti periculo emphyteotæ, & non domini directi accidunt, nec eorum occasione facienda est remissio, nisi penitus res intereat.*
15 *Emphyteotico in contractu ratione onerũ extraordinariorum facienda est remissio, aut datur retentio, communi opinione.*
16 *Obligetur quis natura negocij gesti, an pacto appo sito, nihil interest.*
17 *Renunciatio hæreditatis facto hominis contingens minùs efficax dispositione legis.*
18 *Conuentio non extendit uires ultra uerum, seu uerisimilem consensum paciscentium.*
19 *Verisimile quod non est, non subijcitur intentioni disponentium.*
20 *Pacta & conuentiones de præstandis casibus fortuitis, non comprehendunt casus insolitos, & extra ordinarios.*
21 *Emphyteota tenetur ad onera, & collectas. limit. nume. 22.*
23 *Conuentioni partium potest opponi defectus intentionis partium.*
24 *Conductor recipiens in se casus fortuitos, non tenetur ad casus belli fortuiti.*
25 *Clausula generalis etiam uerbis prægnantib. concepta, ciuiliter intelligenda est.*
26 *Contractus bonæ fidei tam ex bono, & æquo, quã ex mente contrahentium interpretandi.*
27 *Aequitas in contractib. plusquàm dialectica interpretatio ualet.*
28 *Aequitas fundamentum interpretandi leges, & pacta.*
29 *L. 1. C. de iure emphyteo. bonus intellectus.*
30 *Iuramentum non auget, nec extendit obligationem, sed illam tantum roborat uinculo religionis, &c.*
31 *Iuramentum non tollit remedium causatum ab enormi læsione, comm. opinio secundum Abbat. nume. 32.*
33 *Læsioni enormi nulla renunciatio potest obuiare.*
34 *Collecta naturaliter, & principaliter, sunt onera realia, aliter autem sunt onera personam subijcientia.*
35 *Inscriptio ad onera non afficit, nisi inquantũ persona est subiecta.*
36 *Priuilegium & statutum æquiparantur.*
37 *Inscriptio ad onera facienda est in personam locatoris.*
38 *Actus intelliguntur præsuppposita habilitate personarum.*
39 *Appellatio demum necessaria, ubi ualida sunt decreta.*
40 *Collectis à supremo Principe iniunctis, non licet appellare.*
41 *Appellationis omissio in his, quæ sunt iterabilia & habentia tractum successiuum, non præiudicat, contra secus.*
42 *Fauorabiliores in dubio sunt hi, qui certant de damno uitando.*

CONSILIVM L.



SVBSCRIBENDO his quæ non minus doctè, ac subtiliter, quàm copiosè in præsenti causa per Excellentiss. Dños aduocatos aliàs adducta fuerunt, bonũ ius Ill. de Gambara cõtra Ill. dominam Lauram ita deduci potest.

Qui

Qui firmare intendunt, quòd uigore laudi lati per arbitrum, uel contractus in executionē. d. laudi celebrati ad extraordinaria onera, & collectas impositas, & imponēdas super bonis erucilis, & Ecclesiæ del bosco teneantur hæredes Ill. D. Virgineę & non Ill. D. Laura nō nisi altera ex duabus uijs id obtinere possunt: Aut enim dicent id feri debere, quia in hoc partes consenserunt, aut quià circūscripto consensu, & intentione partium, hoc statuat lex, & iuris communis dispositio: consensum autē partiū necesse est esse aut uerbis expressum, & explicatum, aut ex aliqua legitima cōiectura prę sumptum, quòd si nec ex uerbis laudi, uel contractus, aut ex præsumpta partium uoluntate, neque ex mera dispositione iuris ad ea illos teneri docetur, consequetur necessariò, quòd ab Illust. D. Laura sint hæc onera ferenda.

Quòd autem ex contextu uerborum laudi, uel contractus Illustr. de Gambara non teneātur, apparet ex lectione ipsorū tā laudi q̃ contractus, quibus nusquam apparet mētio de collectis, uel oneribus extraordinatijs. Nec dicatur uerbis saltem generalibus in laudo, & contractu factam de huiusmodi collectis mentionem, dum cauetur de casibus fortuitis suppor-

1 tandis, quasi † collectę impositę propter bellum debeant, casibus fortuitis an numerari, quemadmodum, & ipsum bellum, quia cùm huiusmodi collectę potuerint imponi etiam non uigente bello, & uigente etiam bello fieri potuerit, ut non imponerentur, obtineri non potest quòd ex ui uerborum ob casuum fortuitorum mentionem, censeatur facta menrio etiam collectarum arg. l. non hoc. C unde leg. l. neque na tales. C. de ,pb. eum uulg. & clariùs quòd dicta uerba non astringant deducetur inf.

Quòd si post habitis uerbis, recurramus ad p̄sumptam mentem contrahentiū, omnes præsumptiones stāt pro Illustr. de Gambara, & pri

2 mò † cum contractus celebratus uenisst in executionem laudi lati ab arbitro non debet plùs continere quàm ipsum laudum, nec potest capere diuersam interpretationem ab ipso laudo arg. l. asse toto. ff. de hæred. insti. & l. prima. §. expilatores ubi Bart. ff. de effract. sed laudi interpretatio hoc non admitteret meritò.

Quòd laudi interpretatio hoc non admittat deducitur ex eo quòd esset ualde iniquū, q̄ Illustr. Conductrix, occasione unius, & eiusdē rei eodem tempore duplicatos fructus persoluere teneretur, soluendo. s. & grauē pensionē, & collectas utrumque ferè accēdens ad numerum, & ualorem ipsorum fructuū. l. nauis. §. cū

3 autem ff. ad Rho. de iactu cum simi. † iniquitas aūt, & absurditas censetur semper ab omni dispositione exclusa, etiam si uerbis uideatur inclusa. l. scire oportet §. aliud. ff. de excus. tuto. Alb. in prima par. stat. quæst. 8. Veron. in tract. de interpretatione, sub rubr. quæ fuerit eā, &c.

4 nu. 41. & maximè ab actu qui emanat à † summo Pont. ut traditur in c. in causis per Ias. in l. iustitia colum. 2. uersicu. moueor primo ff de iusti. & iu.

5 Quòd procedit † etiam si uellet uti plenitudine potestatis, cum plenitudo potestatis non extendatur ad aliquid iniquum per ea quæ copiosè allegātur per Asten. in suo Syl. nupt. li. 6.

6 nu. 57. † actus autem ex qualitate agentis interpretationem sumit, ut nō credatur quis uoluisse agere, q̄ non potest aut non voluerit agere. l. Lucius. §. imperator. ff ad muni. ā nobis desen. excom. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 103. ff. de acq poss. Cepb. consi. 23. nu. 117.

7 Item & secundò cum † contractus iste sit locationis, & conductionis, ut ualde subtiliter ac doctè deductum fuit per Excellentiss. D. Agabiū, utique explicantes actum censentur uelle se astringere legibus de actu loquentibus. l. si dno ubi Castren. & Aret. ff. de acqui. hære. etiā

8 faciendo iacturam unde † qui uerbo opus nouum nunciat censetur uelle amittere possessionem, cùm hoc sit de natura eiusmodi nunciationis. l. j. §. in operis. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. op. nunc. plura Cepb. consi. 25. nu. 22. unde uel hoc pactum non ualebit, uel certè nō impediet remissionem, uel retentionem iuxta ea quę doctè ac copiosè aliàs scripta fuerunt, cum non præsumantur cōtrahentes de huiusmodi insolitis casibus sensisse.

Tertiò contractus, & conuentio de cuius interpretatiōne agitur, magis sonat in transactionem, quàm in pactum ad simplicem locationē

9 & conductionem, cum † ad eum deuentum fuerit uirtute cōpromissi, & laudi lati, quod nihil aliud est quàm transactio tradunt doct. in cap.

10 quintauallis, & in §. arbitrorum unde licèt † præscens interdum donet, hæc præsumptio non potest cadere in transigente Bald. in l. suus hæres. C. de repu. hære. & utique si caperetur præsumptio, quòd Illustr. Domina Virginea in casu, quo occasione collectę ob bellum impositę cogeretur carere fermè omnibus fructibus, uoluerit Illustr. D. Lauræ in ferre pensionem id nihil al ud esset q̃ in d. casu pręsumere dona

11 tionem contra † notissimas, & generales traditiones, in specie contra præsumptionem quæ militat in transigentibus, ut per Bal in loco supra alleg. Nec dicatur quòd alias illa clausula de supportandis casibus fortuitis esset superflua, quia etiam semoto hoc casu insolito, & extraordinario illa clausula ualde operetur, ut clarè aliàs deductum fuit per alios aduocatos.

12 Item † potiùs tolerandum est, q̄ uerba nihil operentur quàm ut operentur contra naturam contractus, Bal. in rub. C. de contr. emp. q. 9. &

in

in terminis, & materia remisſionis mercedis plura cumulat Cephal. consil. 104. nume.8.& 13 nu.9.† Immo fortiùs uerba ex quorum cortice inferri poſſet ad enormem lęſionem altcrutrius contrahętium nō ſolum coarctanda ſunt iuxta naturam contractus uerùm ēt enormis lęſiō ueniens poſt cōtractum facit ipſum reſcindi,& regulari.ſ.qualitatem ſequentium temporum,ut in materia tranſactionis,& onerū ſupportandorum conſuluit Alb. conſi.34. nu.15. poſt Alex.Fely. & alios ſa.cumulata per eundē in conſi.j.nu.11. & nu.12.

Igitur ſi nec ex uerbis ſpecialibus immediatè colligi poteſt quòd Illuſtr. D. Virginea ſubiecerit ſe ſolutioni huiuſmodi collectarum, nec ex aliqua præſumpta mente, neceſſe eſt recurrere ad meram iuris diſpoſitionem, ut dicamus ꝙ ex quo reſpectu caſuū fortuitorum uoluerunt partes celebrare contractum emphytheoticū ꝙ ſubintret iuris diſpoſitio, quæ ha-14 bet quòd † caſus fortuiti quicquid partes ſenſerint, periculo emphytheotę accidunt, & non dōi directi ita ut non ſit facienda aliqua remiſſio niſi res in totum pereat l.1.C.de iu.emphy. & quòd collectarum onus totum pertinet ad emphytheotam, & ꝙ in hoc non magis eſſe debeat in conſideratione mens, & uoluntas partium, quàm ſi in mutuo quæreremus an partes egerint de dominio transferendo, uel an in cōmodato partes egerint de non transferendo dominio, ſed circa hoc uidendum eſt de duobus primò an uerū ſit, ꝙ in contractu emphytheotico, quando ſoluitur magna penſio, & à principio nihil eſt ſolutum, ut accidit in caſu noſtro non ſit faciēda remiſsio mercedis ratione onerum magnorum, & extraordinariorum.

Secundò uidēdum eſt, an interſit ſubijci caſibus fortuitis ex natura negocij, geſti an uero ex pacto, & conuentione circa primum com-15 ppin.eſt, ut fieri debeat remiſsio, uel detur retentio de qua nouiſsimè per Petr.Benint. poſt alios in ſuis quæſt.9.13.in fi.

Circa ſecūdum multùm intereſt utrum q̄d inſit actui ex ſua natura, & iuris diſpoſitione an ex conuentione partium, nam ſępe circa idem minùs operatur pactū quàm diſpoſitio legis, 16 unde ſi quis † paciſcatur de eligēda ſepultura in loco, in quo de iure debet ſepeliri non modò prouiſio legis magis obligat quàm cōuentio, ſed etiam pactum eſt inualidum per ea quę Felyn.in c.ad audientiam 2.uerſ. exprimere de reſcrip.& per Abb.in c.dilecti nu.3.de ſo.cōp. ſimile eſt, ꝙ renūciatio paternę hęreditatis cōtingens expreſſo facto hominis minùs efficax 17 eſt † quā quæ inducitur ſola diſpoſitione legis Bar.Bal.Caſtren. & alij in l.3.C.de iur. & fact. igno.Bal.& Dec.in l.j.C.qui admit.& id pluribus etiam alijs exemplis comprobatur de quibus per Tiraq. in legibus connub.in glo. ſuper uerbo expreſsè num.73.& ſeq.Conceſſo igitur (quod tamen communiter reijcitur) ꝙ in contractu emphytheotico emphytheota etiam q̄n ſoluere debet magnam penſionem teneat̄ præſtare quoſcunque caſus fortuitos id tamē eſſet quando circumſcripta conuentione partiū ſola legis diſpoſitio eſſet in conſideratione, at cū id cadit in pactum ut quia in contractu locationis, & conductionis ſit conuentio de præſtandis caſibus qui debent præſtari ab emphytheota uero, & proprio, ut eſt caſus noſter, iam non ampliùs, &c.id legis diſpoſitio ſed pactū, 18 nec diſceptatio eſt de interpretatione † legis ſed conuentionis, quæ non ulteriùs pro tendit uires, & efficaciam ſuam, quàm extendatur uerus & uerbis expreſſus uel ex cōiecturis uerisimilis conſenſus paciſcentium. ꝙ nō contingit in ſimplici diſpoſitione legis. l. ſi unus.§. ante omnia ff.de pact.l.ſemper in ſtip. ff. de re.iu.& multa ad hoc cumulat Veron.in tract.de extēſ. ſub rubr.quæ fuerit cauſa introducendę extēſ. & Neuiz.in ſua Syl. nup.lib.6.nu.15.cum ſeq. 19 † Nam uelut non ens non ſubijcitur actui ſenſitiuo, ita quod non eſt uerisimile non ſubijcitur intentioni diſponentium, habetur in c.honę de elect.& in c.quoniam contra.de probat.& in c. cauſam 2. de teſtib. Cū igitur obligatio caſuū fortuitorum pręſtandorum aliter ſit in caſu noſtro q̄ cum verus, & proprius cōtractus emphytheoticus celebratur, qa hic ex pacto ibi ex diſpoſitione legis non mirum ſi aliter operari debet uno caſu quàm alio, in caſu ergo noſtro nil aliud habendum eſt, in conſideratione quàm 20 † pactum, & conuentio de præſtandis caſibus fortuitis facta uerbis prægnātibus, hæc autem conuentio non comprehendit caſus fortuitos inſolitos, & extraordinarios, ut fuit aliàs deductum per Excel. Aduocatos, & per Fran. Mar. quæſt.853.& per Cephal.conſi.58.nu.8.& per Alciat.conſi.157.ſecūdū primam impreſsionē merito &c.

His præmiſsis facilior pręſtatur aditus ad reſolutionem dubiorum ſecundo loco in cauſa appellationis tranſmiſſorum Non ob.igitur ꝙ 21 † ad onera, & collectas teneatur emphytheota, & non dominus directus ad no. in l j.C.de iur. emphy.& per Ruin.conſi.77.uol.2.cum ſimil. 22 quia ut ſępe dictum fuit † illa concluſio nō habet locum in eo emphytheota qui reſpōdet de penſione in magna quantitate, pro commu.Benint.in d.q.13.in fin.

Item hic ſumus in conductore qui tenetur ad caſus fortuitos non ex natura contractus ſibi attributa à lege, nec ex ſimplici diſpoſitione 23 legis, ſed uirtute conuentionis, at† in conuentione partium poteſt dici de defectu intentionis partium.d.§.ante omnia, & in materia onerum

rum supportandorum Fran. Marc. quęst. 158. nu. 18. ꝙ non potest fieri in eo, quòd prouenit ex mera dispositione legis, ut quando celebratus est contractus, & propriè emphytheoticus, & apud me tantùm inter se differunt utrùm uerus, & proprius emphytheota teneatur ad casus belli, an uero utrùm conductor qui teneri uoluit ad casus fortuitos ut uerus ac proprius emphytheota, quamuis inter se distant agere de interpretatione legis, & agere de interpretatione pactorum, & conuentionum, quæ quantùm inter se distēt post alios latè docuit alciatus in lib. 2. & 3. de uerb. signific. & supraallegata per nos perspicuè demonstrant. At nos meo quidem iudicio uersamur non in primo casu, ut vř sentire iudex ad quem, sed in secundo qui in eſ
24 fectu resoluitur in hoc utrum † conductor recipiens in se casus fortuitos adhibitis ad hoc clausulis prægnantibus teneatur ad casus belli insoliti & comm. opin. habet conductorē non
25 teneri, ut per Cephal. consil. 58. nam † & clausulę generales etiam per uerba ualde pręgnantia cōceptę sunt ciuiliter intelligēdæ Ro. Rom.
26 decis. 18. de procur. in no. maximè in his † contractibus bonęfidei, quæ non minùs, ex bono, & ęquo recipiunt interpretationem, quàm ex uerisimili mente contrahentium per Alciat. cō-
27 sil. 115. & consi. 39. † & in quibus plùs ualet ęquitas quàm dialectica interpretatio. Bal. cō-
28 sil. 434. lib. 1. quæ † ęquitas est fundamentum interpretandi leges, & pacta Bal. in l. si defunctus. C. de suis, & legit. & multa ad hoc notāter Veron. in tract. de extens. sub rubr. quæ fuerit causa introducendę extensionis, Quinimo etiā si prout sonat intelligatur illa clausula, ad quos tenetur uerus, & perpetuus, & proprius emphytheota, & uerbis tenaciter inhæreamus, nihilominus defendi poterit nihil illā obesse Illustr. de Gambara, uerus. n. & proprius emphytheota ita suscipit in se, uel ita tenetur ad casus fortuitos, ut interim ex obligatione, & uinculo legali fructuū ipsorum, qui sui sunt, occasione eassuum fortuitorum semel tantum iacturam faciat, at in casu nostro si conductrix pensionem magnam solueret, & fructus etiam ob casum belli perderet iam duplicato, & longè maiore dāno afficeretur, quàm uerus, & proprius emphytheota contra uerba ipsa conuentionis. Itē inhęrendo adhuc uerbis emphytheota uerus, & proprius non tenetur ad aliquos casus fortuitos respectu fructuum, cū. n. fructus sui sint nec ad dominum directum pertineant, nō magis de fructnū respectu dici potest teneri de casibus fortuitis, quàm quilibet dominus de re ꝓpria, & allodiali, quod absurdissimè nedum impropriјssimè diceretur, uerbum. n. teneri designat obligationem quæ non potest considerari nisi respectu plurium ꝑsonarum, unde dominus licèt dicatur amittere rem suam, non tñ
29 dici potest teneri de amissione rei suę † bene ergo illi sentiunt, qui legem primam. C. de iur. emphy. quatenus loquitur de supportandis casibus fortuitis, intelligūt non respectu fructuū, in quibus, cum sint emphytheotę, non pōt cōsiderari obligatio aliqua ad casus fortuitos, sed respectu corporis, & substantiæ ipsius rei emphytheoticę, in qua cadit respectu plurium personarum, quæ sibi inuicem obligātur respectu eiusdem rei, in qua unus habet dominium directum, alius utile. Vnde non solùm mens, & uerisimilis intentio non arctat cōductricē ad casus belli, & extraordinarias collectas sed nec ipsa uerba etiam si prout iacent intelligantur nulla admissa extrinsecùs interpretatione.

Non obst. quòd contractus inter Illustr. Dominas sit iuratus, & propterea seruandus cū id fieri possit sine dispendio salutis ęternę, qa
30 respondetur quòd † iuramentū non auget nec extendit obligationē, sed illam tantùm roborat uinculo religionis, & efficaciùs quidē obligat, sed non in plus Dec. in cap. 3. de iudi. nume. 23. Ruin. in rubr. de uerb. oblig. & passim ꝑ doct.

Item respondetur, quòd cùm in casu nostro negando remissionem inducatur enormis læ-
31 sio, immò enormiss. † remedium causatum ab huiusmodi lęsione non tollitur per iuramētum Ancb consi. 180. Visa col. 3. & in c. r. de consti. & sequitur Abb. in c. cum contingat de iureiur.
32 † & hanc dicit communem et indubitatā conclusionem Soc. Inn. consil. 144. nu. 31. libro 1. post supradictos, & alios quos plures allegat, & uidetur sequi Pars consi. 89. nu. 55. libr. 1. fa.
33 ꝙ ponit Dec. consil. 11. nu. 6. ubi dicit † quòd nulla renunciatio obuiare potest enormi lęsioni, & latè per Soc. Inn. consi. 3. libr. 2. & per Paris. consi. 12. & consi. 99. lib. 8.

Nō ob. ea quę tradit Alex. cōs. 40. sub nu. 5. & Ruin. consi. 77. nu. 7. lib. 1. & Ias. consi. 109. libr. 1. quia si rectè considerentur illa ipsa sunt quæ ualdè adiuuant causam Illustr. de Gambarā, ut alias per Excell. D. Aduocatos deductum fuit, nec inscriptio facta de persona Illustr. Dominę Virgineę ipsi nocere potest, quia ut dicebat Bal. in l. propter honorem. C quo. ced.
34 ꝑ [illegible] in consi. 408. libr. 5. † collectę naturaliter, & principaliter sunt onera patrimonialia, & realia, formaliter autem sunt onera persona-
35 rum subiectarum † inscriptio ergo non afficit nisi inquantum persona est subiecta d. inscripto §. fi. & per Ias. in d. consil. 109. in fin. & per Boer. decis. 260. uersic. uidetur, ergo nec refert eueniat id ex priuilegio, uel statuto cum priuilegium, & statutum ęquiparentur. Rom. consi. 199. præsens statuti, col. 2. uersic. 2. principali-
36 ter † nocere igitur hæc inscriptio si esset legitima. i. si Illustr. D. Virginea fuisset eius qualitatus

tatis persona quæ potuisset, uel debuisset iure inscribi, sed in casu nostro duo refragātur quò minùs hæc inscriptio sit attendenda primū est, quòd non erat subdita, uel ex priuilegio à collectis erat immunis d.§.fi. secundū est, quòd erat
37 conductrix † inscriptio autem est facienda in personā locatoris. Bart.in l j.C.de ann.& trib. lib.10. Alex.in d.consi.40. Aret.in d.cōsi.132. quando igitur dicimus, quòd in dubio attendenda est inscriptio, intelligemus, quando negociū uertitur inter eas personas in quibus ca-
38 dere pōtest legitima inscriptio, † ut si locatrix & cōductrix fuissent quæ deberent habiles, & sic præsupponi debet habilitas personarū arg. l.qui testamento ubi Aret. ff. de testam. & l. ut gradatim.ff.de mun.& hon.

Et per hoc etiā uidetur posse tolli obiectus
39 omissę appellationis, quia tunc fuisset † necessarium appellationis remedium, quando inscriptio, uel priuilegij reuocatio fuisset ualida, & legitima, ut latiùs deducitur per Ruin.cōsi.196. nu.10.lib.1. quam Ruin. responsionem sequitur etiam Cephal.cōsi.58.nu.92. ubi etiam declarat dicta per Ias.in l.fi.ff.de const. princ. non habere locum indistinctè, ut ibi per eum. Item
40 † si fortè illę collectę fuissent à supremo principe immediatè in dictę, non licuisset appellare. l.j.ff.à quib.appel.non lic. Item & tertiò respon
41 detur, quòd † omissio appellationis ab inscriptione proculdubio non præiudicat in his, quæ sunt iterabilia, & habent tractum in futurū qualis est casus noster, sed in actu non reiterabili, & non habente tractum successiuum, ut latè, & clarè deducit Cassan.in consi.64.nu.29. ubi declarat dictum Ang. & sequacium in l.j.§.j.ff.quā appel.sit, quibus consonant, quæ copiosè allegātur per Cepha.in locis supra alleg. ex quibus cū multis alijs per Excell. Aduocatos aliàs allegatis, vt quòd satis constet de bono iure Illustr. de Gambara, quòd si adhuc subesset aliqua dubitatio, nihilominus à iudice ad quem pronun
42 ciandum esset in † fauorem illorum qui tractāt de damno uitando, pro quibus in dubio est pronunciandum. l.si §.si uerò.C.de iur.deli. Neuiz. in sua Syl. lib.6.

Io. Paul. Lancelottus I. C. Perus.

CONSILIVM D. ANTONII Sansoni Mediolanensis.

ARGVMENTVM.

¶Vxor relicta usufructuaria oīum bonorum per uirum, & deinceps per filium decedentes, clausulis adiectis sine inuentario, & rationum redditione, extraneo instituto, ad quid teneatur, & an in gñali usufructu includantur feudalia, & ex legatis dotibus percipiatur interim usufructus, cum pluribus alijs notabilibus casibus ad huiusmodi materiam.

SVMMARIVM.

1 *Legatum usufructus medietatis bonorum nō alimenta, sed medietatem ipsam usufructū cōtinet.*
2 *Extraneus intelligitur, qui non est in potestate.*
3 *Cautio de utendo, fruendo boni uiri arbitrio, remitti à testatore non potest, ne ad delinquēdum usufructuarius inuitetur.*
4 *Vsufructuarius potest de fructibus disponere suo arbitrio.*
5 *Hæres conuenire legato facto non potest.*
6 *Legatarius pro quantitate legati grauari potest.*
7 *Legato usufructu omnium bonorum, legatarius saltem medietatem bonorum habebit, quamuis alijs legata sit integra hæreditas. nume.8. contra Bal.Sal.& Ang.nu.9.*
10 *Vassallus de feudo, uel eius usufructu, non potest ordinare testamento.*
11 *Vassallus sine consensu domini non potest in reb. feudalibus usumfructum, uel aliud onus imponere testamento, limita ut nu. 15.*
12 *Vsufructus constitutio dicitur quædam rei alienatio.*
13 *Alienare probibitus usumfructum quoque constituere probibetur.*
14 *Vsufructu legato, ueniunt etiam datia, Gabellæ, & soluenda à transeuntibus.*
15 *Vsufructu omnium bonorum legato, nihil excipitur.*
16 *Dos succedit loco legitimę, & legitima loco alimentorum.*
17 *Testatoris mens, est ueluti regina, cui prorsus obsequendum in ultimis uolantatib.*
18 *Legato alij usufructu, hæres proprietarius uō potest petere falcidiam, fallit nu.19.*
20 *Hæres non tantum quartam, sed etiam fructus quartę habere debet.*
21 *Vsufructus legitimę de iure naturæ debitę, alij legari non potest.*
22 *Falcidia probiberi à testatore potest.*
23 *Dotis legatum actione personali ab hærede consequi potest, & etiam actione hypothecaria.24.*
25 *Legatarij omnes pares esse dicuntur.*
26 *Legitima existentib. liberis quatuor, aut duobus, est triens.*
27 *Legitima grauari non potest.*
28 *Hæres adeundo non videtur contrahere cum legatarijs.*
29 *Testatoris uoluntas pro lege seruanda.*
30 *Vti, frui licet rebus, quæ usu consumuntur, sed in fine reddenda est ęstimatio earum, pro qua cauere oportet nu. 31.*
32 *Onera faciunt bona minoris precij.*
33 *Verbis non conuenientibus, nec dispositio conuenire potest.*

34 Aes

34 *Aes alienum non de usufructu legato, sed de proprietate certo casu luendum.*
35 *Hæredis est uẽdere bona pro satisfactione æris alieni, & hunc legataria usufructus bono remedio cogere potest. nu. 36.*
37 *Parentes pro filijs, nec econtra, tenentur.*
38 *Conditio iniqua nõ debet alteri per alteros inferri.*
39 *Hæres non tenetur ad æstimationem rerum feudalium legatarum, quas legatarius capere non potest, communiori opinione. nu. 40.*

CONSILIVM LI.

VISIS duobus testamentis. s. patris, & filij, in quibus facta reperiuntur duo legata Mag. D. Franciscę Vicecomiti, in primo testamento mariti legatus est ususfructus medietatis omnium, & singulorum bonorum ipsius testatoris ipsa stante in habitu uiduali &c.

In testamento autem filij Mag. D. Florius legauit Magn. Dominę Franciscę matri donec uidua steterit usumfructum omnium & singulorum bonorum, & iurium, & rerum ipsius testatoris prout in dictis legatis, uerũ in serie facti mihi transmissa præsupponitur quòd in dictis legatis adsint hę clausulę absque inuentario, & ratione reddenda. quæ tamen in lectura testamentorum non reperiuntur.

Quæruntur plura primò an Mag. Domina Francisca usufructuaria modo quo in testamẽtis, & legatis, teneatur reddere rationem Magnifico Comiti hæredi instituto per filiũ Magnificum D. Florium.

Respondeo, quòd non tenetur reddere aliquam rationem respectu legati usufructus. In testamento. n. enim patris etiam instituto hære de filio non restringitur legatum ad alimenta in casu isto ex quo apparet de mente ipsius testatoris quæ colligitur ex uerbis, quòd uoluerit legare non alimenta, sed medietatem usus-
1 fructus † per illa uerba medietatis omnium, & singulorum bonorum rerum, ut declarat latè Paris. consi. 94. nu. 35. Cum pluribus sequentibus uol. 2. Dec. cons. 454. & 485. nu. 11. & 12. Alex. consi. 56. perlectis in 3. & 14. ponderatis in fine in 6. & Dec. consil. 408. uisa in principio. Et tantomagis id est dicendum in legato ususfructus per Magn. D. Florium matri facto in quo institutus exinde fuit hæres Co. Manfre-
2 dus Torniellus qui est † extraneus ex quo non est in potestate l. unica. §. accedit uersicu. extraneum. C. de rei uxorię actio. & consequenter non sumus in terminis gl. in authentica hoc locum. C. si secund. nupser.

Benefateor, quòd tenetur Magn. D. Franci-
3 sca † præstare cautionem de utendo, & fruẽdo arbitrio boni uiri quam testator remittere nõ potest cum sit introducta in fauorem hæredis, & etiã ne usufructuaria inuitetur ad delinquendum omnes in l. 1. C. de usufruct. Alex. cõsi. 58. in 3. uersi. non obstat Bar in l. nemo potest. col. prima, nume. 3. ff. de legat. primo. & ibi scrib. Dec. consi. 556 & eò magis, quòd.

Nec per testatorem fuit remissa hæc cautio,
4 & sic † potest disponere de fructibus suo arbitrio pro Paris. cõsi. 95. nu. 58. in 2. uol. per Corn. cons. 187. col. 2. uersi. ex his in 2. uolum. per pic cum in repet. §. j. Titia de leg. 2. & debet facere inuentarium. l. j. §. rectè. ff. de usufruc. earum rerum, quæ usu, consum. per Castr. consil. 191. antequam col. 1 per Paris. consil. 96 in princip. in 2. Alex. consi. 58. in 3. & 4. col. uersi. apparet in 3. uol. Piec. in l. Titia. §. Titia cum nuberet q. 50. nu. 121. & nõ potest etiam remitti cõfectio inuentarij secũdum Piec. ubi supra pro, & bonum erit offerre has cautiones de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, & facere inuentarium seu descriptionem bonorum relictorum per dictos testantes, & hæc quo ad primum quæsitũ. quo ad secundum respondeo, quòd per legata facta per filium Dominum Florium in eius testamento non præiudicatur dominę Franciscę matri quin cõsequatur medietatẽ ususfructus omnium, & singulorum bonorũ mariti patris Domini Florij cum filius, & hæres. d. Florius
5 non potuit contrauenire † legato facto per patrem matri. l. cum à matre. C. de rei uend. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. Nec filius in eius testamẽto grauauit matrem in legato sibi facto per patrem, potuisset enim filius ex quo eã honorauit in legato ususfructus etiam eam gra-
6 uare saltem † pro concurrenti quantitate legati ususfructus sibi facti. l. unũ ex familia §. si rẽ tuam ubi Bar. ff. de leg. 2. habetur per scrib. in l. serui electione. §. cum fundus. ff. de legat. 1.
7 fortius † dico quòd in illis legatis factis per filium de bonis allodialibus, mater quæ est usufructuaria omnium bonorum in testamento filij cum illis legatarijs particularibus concurret in medietate. Ita quę habebit medietatem usus fructus tex. in l. si alij ff. de usufruct. lega. Bar. in l. fin. co. titu. Alex. consi. 56. perlectis uersi. accedit nol. 3 Bar. in l. sempronio. ff. de usufruct. lega. & habet locum etia si relictus sit ususfructus per uerba uniuersalia omnium, tunc concurrit legatarius omnium bonorum cum legatario particulari. Itaque dimidia ususfructus da-
8 tur uni, & alia † dimidia alteri Bar. in d. l fin. ff. de usufr. leg Cast. consi. 240. præfati Vanutius
9 Alex. d. consi. 56. perlectis, & † licèt aliqui tenuerint contrarium inter quos fuit Bal. Saly. & Ang. relati per Piec. in d. §. Titia cum nuberet. nu. 68. in q. 22. dicit ibi tn Piec. nume. 69. licet passus sit dubius, quod durum esset recedere in iudicando ab opinione Barto. quæ habet tex. pro se in

se in d.l.si alij,& indubitanter procedit opinio
Bart.saltem in uno casu ubi tanta essent legata
facta in testamento filij quòd absorberent to-
tum usumfructũ qđ erat in dispositione ipsius
filij scilicet medietatis omnium bonorum, qa
de alia medietate nõ poterat disponere quę spe
ctabat Magn.domine Franciscę ex testamento
patris, & consequenter uidetur,quòd D Fran-
cisca concurrat pro medietate cum filio domi-
ni Andreę Tornielli ita ꝙ D.Torniellus uiuen-
te ipsa domina Francisca habebit tm̃ medieta-
tem,& ipsa D. Francisca habebit aliam medie-
tatem, & hoc indubitanter procedit ubi bona
legata particularia facta per filium absorberẽt
totum usumfructũ itaque redderetur legatum
generale usufructus inane, & frustratorium si
non fieret concursus,& hæc quò ad secundum.

Ad tertium fateor quidem,ꝙ quòad illa feu
da,pedagia,& res datiarias in testõ filij legatas
D.Andreę, ꝙ dicta D. Francisca ex his feuda-
libus non debet habere aliquem usumfructum
nec ex primo nec ex secundo testamento de qui
bus nullam habet dispositionẽ testator, & quæ
spectabant filio aliũde,quàm iure hæreditario
10 cùm † uassallus de feudo nec de usufructu feu-
di possit disponere nec aliquid per ultimã uo-
luntatem ordinare capitulo primo, de succes.
feud.capitulo primo,de prohib.feud.alien.per
Feder.capitulo primo, de feud. probib. alien.
per lothar.& in capitulo primo.§.donare,qua-
11 liter olim feud.aliena poter.Nec uassallus † si-
ne consensu domini potest in rebus feudali-
bus constituere usumfructũ aut aliud onus im
ponere aut seruitutem addere in prędiudicitũ eo
rum qui succedere debent in feudo in terminis
de usufructu declarat Paris. in consilio 98.col.
prima,uolum.secundo,per glo. in capitulo pri
mo,de capitulis Corrad.per Alex.consilio 18.
super primo,in quinto per Ias.consi.89.ad cõ-
sultationem uol.1.per Picc.in d.§.Titia cum nu
beret nume. 99. Nec immerito cum cõstitutio
12 usufructus dicatur,& sit † alienatio rei.l.fi.C.
de reb.alie.non alienan per Bart.in l.codicillis.
13 §.instituto.ff.de legat.secundo,& † prohibitus
alienare cẽsetur prohibitus constituere usum-
fructum Alex.consilio tertio, in fin. in quarto,
& consilio 100.in primo, & in l.si patroni ff.ad
Trebel.uerũ ubi gabelle,& datia,& huiusmodi
res datiarię nõ essent feudales sed esset feudum
emptitium tunc ex testamento mariti dñę Fran
ciscę medietas spectaret Magnificę dñę Fran-
14 ciscę † cum in usufructu legato ueniant mul-
ctæ, cõdẽnationes, datia,& gabellę,& id quod
soluit à transeuntibus Piccus in trigesimaquin
ta quæstione numero 92. in dict.§. Titia cum
nuberet per doctr.Barto.& Alexan.in l.fina.ff.
solut. matr. per scrib. in l. diuortio.§. si uir.in
fundo ff.solut.matri. de alia autem medietate,

ubi non essent feudalia ut sup. concludendum
est, prout de legatis aliorum allodialium,& de
15 quibus supra cęterum cõclusio † quę supra fir-
mata est procedit in feudo paterno,& antiquo,
secus in nouo, hoc casu potuisset in præiudi-
tium filij dominus Franciscus legare,& dispo-
nere de usufructu per Alexand.in dict.consilio
18 perlectis in tertia colum. uersicu. & potuit
ubi adducit multa, & licet Piccus non uidea-
tur firmare hoc ultimum in dict.§. Titia cum
nuberet num.99.uersiculo hæc conclusio satis
est, quòd ex decis.& ratione per eum allegata
sit uera hæc limitatio, & hæc quò ad tertium.

Quò autem ad quartum respondetur,quòd
usufructus dotium relictarũ dominę Euphro
sinę per patrem,& filium nõ spectat comiti, sed
tantum Magn.D.Franciscę.

Fundamẽtũ est cùm dotes sint relictę domi
nę Euphrosinę tẽpore quo nupserit,& uterque
testator sc3 maritus uoluit, ꝙ haberet usum-
fructũ medietatis omnium. & singulorũ bono
rum,filius uerò,ꝙ haberet usumfructum oĩum
& singulorum bonorũ suorũ itaque hæres nõ
põt consequi aliquem usumfructũ,& legatum
non est purum, sed conditionale.s.tẽpore quo
nupserit,& sic interim usufructus est D.Fran-
ciscę,& cũ inter hæredem extraneum Co.Man
fredum,& usufructuariam omnium bonorum
D.Franciscam non datur aliquis consensus,sed
usufructuaria in totum habet usumfructum in
omnibus bonis siue sint mobilia siue immobi-
lia tex.est in l.generali.§. uxori.ff. de usufruct.
lega.Picc.in d. §. Titia cum nuberet nume.63.
quod est 21.quæst.ff.de lega.secundo, & tanto
16 magis cum mater tenetur eam alere, & † dos
succedit loco legitimę,& legitima loco alimen
torum per Bar.in l.Titio centum.§.Titio gene-
ro.ff.de cond.& demon. habetur in l.quoniam
17 nouella,C.de inoffic. testa.constat.n.de † mẽte
testatoris quæ est regina, & sequẽda in ultimis
uolũtatibus.l.in conditionibus primũ locum.
ff.de cond & demon.ꝙ nõ debeat hæres habe-
re aliquem usumfructũ uiuente ipsa D. Franci
sca,& sic de illis scutis legatis D.Euphrosinę ꝓ
dotibus nõ potest petere aliquem usumfructũ
Co.Manfredus, & hæc quò ad quartum.

18. Ad quintũ,† cum hæres habeat proprietatẽ
oĩum bonorum,& sic hẽt ultra Falcidiam dico
ꝙ non põt prętextu Falcidię detrahere aliquã
partẽ de dicto usufructu Picc.in §.Titia cũ nu-
beret ĩ 22.q nu.66.Secus ubi nuda proprietas
non sufficeret ad Falcidiam tũc haberet etiam
19 usumfructum pro † ea parte pro qua nuda ꝓ-
prietas non satisfaceret seu non ascenderet ad
20 Falcidiam,quia non tantũ † hęres debet habe-
re quartam sed fructus quartę casus est in l.qđ
de bonis §.fructus,& ibi Alex.ponit exẽplũ.ff.
ad l.Falcid.Bart.& post eum Picc. in 21.quęst.

in dict. § Titia cum nuberet uersiculo quarto, limitatur numero 65. casus est in l. omnium. ff. de usufr. & uidetur quodammodo idem esse quod in legitima, quæ debetur pleno iure filio, in Trebellianica seu Falcid. uerùm quia nuda proprietas in qua est institutus Co. Torniellus satis superque sufficit Falcidia meritò non poterit detrahere aliquam partem usufructus, est uerum, quòd si ipse esset filius, quòd deberetur
21 sibi legitima, & usufructus legitimę, & † non potuisset relinquere usumfructū legitimę Dñę Franciscę omnes in l. filius familias in §. diui. ff. de legat. primo glo. in l. quoniam in uerbo grauamen. C. de inoffi. testamento Alex. consi. 57. colum. secunda in tertio, & consi. 214. in sexto Dec. consi. 418. col. prima, & cōsil. 485. nn. 14.
22 & ratio quia † In legitima non potest imponi aliquod grauamen, sed reijcitur, quod secus est in Falcidia, quæ potest prohiberi authētica. sed cum testator. C. ad l. Falcid. & hæc quò ad secū dum, quòd non poterit petere usumfructum Falcidiæ.

Ad sextum D. Euphrosina legataria dictarū
23 † dotium tempore matrimonij debebit consequi ab hęrede Co. Manfredo actione personali. l. non dubiū. C. de lega. dicta legata dotium,
24 uel hypotecaria contra bona relicta quæ sunt hypotecata pro dictis legatis. l. 1. C. communia de lega. & libr. t 200. legatę per patrem D. Euphrosinę per hæredē debent solui per alienationem bonorum hæreditariorum, cum istud legatum non possit solui de usufructu immo usufructus esset elusorius per Piccum in capit. Titia cum nuberet numero 132. uersic. aliquan-
25 do, & ratio est, cū † debent pares esse omnes legatarij. l. quærebatur. ff. ad l. Falcid. Alex. latè post Ang. idem Alex. in l. usufructu bonorum. ff. ad l. Falcid. Ias. in l. prima, in princip. in secunda lectura numero 12. usque à numero 20. ubi diffusè examinat hunc articulum. ff. ad Trebel. Paris. consil. 96. nume. 24. uolu. 2. ubi detrahitur legitima ex medietate usufructus quæ remansit filio, ac hęredi sic in usufructu, quàm in proprietate, quæ legitima est in hoc casu triens seu tertia pars totius hæreditatis cū Dña Fra-
26 cisca cum filia sint † infra numerum quatuor authentica nouissima, ubi omnes. C. de inoffi. testa cū ex ipsa legitima reijciatur omne graua
27 men † l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamen. cū illa, quæ superest usque ad medietatem, quę remansit hæredi non tantum in proprietate, sed & in usufructu sufficeret ad satisfactionem dotis per patrem relictę domine Euphrosinę non pōt alienari de alia medietate, q̄ fuit legata respectu usufructus D. Franciscæ
28 Cū † hæres adeundo censetur cōtrahere cū legatarijs §. hæres insti. de obl. q̄ ex quasi contrac. & consequenter tenetur hæres ad satisfactionem dictę dotis & ad satisfactionem legatorum, & ultra testator grauauit hæredem, & non legatariam ad solutionem huius dotis fortiùs si pro hac dote D. Euphrosinę alienaret pro medietate q̄ respectu usufructus est legata matri, hoc de directo esset contra uoluntatem expressam testatoris disponentis, quòd debeat D. Francisca habere medietatem usufructus omnium,
29 & singulorum bonorum † & uoluntas testatoris debet seruari pro lege. §. disponat in authen. de nupt. & hæc quò ad textum.

Quò ad septimum respondetur, quòd solutio scutorum 2000. per Dñm Florium sorori. D. Euphrosinę legatorū debet fieri per alienationem medietatis bonorum quæ remansit pleno iure ipsi domino Florio, & non potest alienari medietas quæ matri spectat ratione legati usufructus ex testamento mariti patris dñi Florij, cum filius nō potuit legando, nec aliter præiudicare matri, nec uenire contra factū patris, cuius est hæres, ut supra cōprobaui. & hęc quò ad septimum.

Ad octauum rñdeo, q̄ respectu uini frumenti, bladorum, leguminum quæ erant tpe mortis D. Florij in eius domo Co. Manfredus nunc nō
30 potest agere contra usufructuariam. † Sed usufructuaria potest uti, frui, & gaudere dictis bonis mobilibus, & in fine ususfructus tenebitur reddere extimationem dictorum bonorum l. 3. §. t. ff. de usufruct. earum rerum quæ usu cōsumuntur. § constituitur instit. de usufruct. &
31 † tenetur cauere de restituenda extimatione dictorum bonorū in fine ususfructus ipsi Co. Mãfredo Bar. in l. 1. nu. 10. C. de usufruc. Alex. consi. 58. col. pen. in princ. uolu. 3. Dec. consil. 565. & hæc quò ad octauum.

Ad nonum dico q̄ tenebitur accipere tot de bonis insolutū iuxta extimationem tunc faciēdam auth. hoc nisi debitor. C. de solut. Alex. cō sil. 37. uol. 2. & in dicta extimatione debet ha-
32 beri ratio onerum quæ soluuntur cameræ † cū onera faciunt, q̄ bona sint tantominus in pretio l. j. §. si hæres ubi latè Ias. Rip. Soccin. & altj. ff. ad Trebell. & hęc quo ad nonum.

Ad decimū dico, q̄ non est in terminis constitutionum, quia legata non dicunt, q̄ debeāt solui in pecunia numerata prout constitutio-
33 nes disponunt, & † sic non conueniunt uerba nec dispositio conuenire debet uulgat. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec.

Quòad undecimum si dos D. Franciscę est restituenda in pecunia numerata, quia ego non uidi instrumentum, dico si renunciaret usufructui, quòd eo casu posset consequi dotes iuxta formam constitutionū, ubi in facto dotali restitutio dotis sit facienda in pecunia numerata aliter non posset, fundamento, de quo supra.

Ad duo decimum dico, q̄ es alienum contractum

tractum sic per maritum D. Franciscæ q̃ per
34 filium d Floriũ † est satisfaciendum non quidem de usufructu sed de proprietate p alienationem bonorũ. Ita q illis hebreis erit satisfaciendũ per uenditionẽ bonorũ hereditariorũ ita q usufructuaria patietur in usufructu respectu medietatis usufructus bonorũ D. Florij, & proprietarius in proprietate, non q de fructibus medietatis usufructus D. Florij teneatur, satisfacere creditoribus casus est in l. fi. §. finaũt es alienum C. de bon. quæ lib. Ias. in l. j. in prin. post alios. ff ad Treb. Soc. cons. 131. per totum præsertim nu. 12. in primo uol. Crauet. qui dicit communem in consi. 187. col. j. in j. uolum. Alexan. in l. usufructu ff. ad l. Falcid. Dec. consil. 485. col. pen. ad fin & 536 col. 4. circa med. & 590. col. pen. ubi dicit communem Soc. consil. 131. col. 9. in Pau Castr. consil. 344. in causa quæ uertitur Bononię colum. 2. cũ duabus sequen. & 459. uol. 2. per Bald. consi. 237. Titius
35 in testamento in primo dub. uol. 1. & † pertinet & spectat hæredi Co. Manfredo uendere bona pro satisfactione dictorum hebręorũ uel alterius ęris alieni Alex. in l. usufructu. ff. ad l. Falcid. Paris. consi. 96. nu. 21. cũ sequen. uol. 2. & consi. 95. nu. 65. cum seq. uol. 2. meliùs in consil. 94. eod uol. Dec. consilio 485. Casus ad fin. Gozad. consi. 94. Piccus in d. §. Titia cum nuberet in quæst. 59. Castr. consil. 294. in 2. Soccin. cons. 109. paucis in primo Ruin. cõsi ult. nu. 3. in secundo Dec. consi. 590. & in dictis locis cõcludunt scrib. q ubi ꝓprietarius nollet aliena-
36 re pro satisfactione ęris alieni, q † eo casu usufructuaria mediante officio iudicis poterit alienare, uel cogere ipsum hæredem ad satisfaciendũ creditoribus. Et aduertatur, q ꝓ satisfactione creditorũ causatorum per d. Floriũ nõ põt neq; debet alienari ꝓprietas, quę spectabat ratione usufructus legati per d. Franciscũ maritũ uxori, & matri ipsius D. Florij sed oportebit alienare de portione quæ spectabat ratione usufructus, & rõne proprietatis d. Florio: cum respectu medietatis usufructus legati p uirũ d. Franciscę ipsa D. Frãcisca nõ dẽt pati in usufructu suo pro satisfactione ęris alieni, uel creditorũ Causatorum p filiũ, cum filius non possit pręiudicare matri in usufructu matri relicto p
37 patrem, & † mater non tenetur pro filio, prout nec pater tenetur pro filio, nec ẽ cõtra toto tit. C. ne filius pro patre, & C. ne uxor. pro marit.
38 cum alteri per † alterũ iniqua cõdõ non possit afferri, & absque facto matris filius non potuit disponere de usufructu matri relicto, obligando creditoribus suis. l. fi. ff. de pact. l. ius nostrũ. ff. de reg. iur.

Ad ultimum cũ respectu feudaliũ sup. cõclusum fuit, q de feudalibus non possit hr̃e usumfructũ nec ex primo, nec ex scđo testõ, quæsitũ exinde mihi fuit an saltem debeatur ęstimatio dicti usufructus respectu feudalium super alijs
39 bonis † nec heres Co. Mãfredus tenetur ad ęxtimationẽ respũ feudalium uersus usufructuariam Bal & Aluar. & alij feud. in ca. 1. §. donare col. j. circa. med. in tit. qualiter olim feud. poter. alien. & Bar. Bal & Castr. in l. quod in rerum in prin. ff. de leg. 1. Bar. Bald. & Salyc. in l. uxor patrui per illum tex. C. cõia de leg. Ang. in l. dotalem. ff. de testa. milit. tenuerunt, q non debetur uxori, uel alteri usufructuarię ęxtimatio respectu feudalium, est uerum, q Alexan. & Imol. & subtilis Aret. in l. quod in rerum in prin. tenuerunt, q possit consequi ęxtimationem uerùm
40 Alex. ibi dicit † q magis cõis opinio est in cõtrarium, & à cõibus non est recedendũ in iudicando. nec in consulendo authoritas domini suppleat dicantis. Laus Deo.

CONSILIVM D. MARTINI DE Garratis Laudensis.

ARGVMENTVM.

¶ Ad quem transmittat infans hæreditatem, quando moritur, tam de iure cõi, quàm statutario.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas infantis, quòd decessit non agnita hereditate patris, non uenit in consideratione.*
2 *Prætoris beneficium abstinendi nihil operatur, ubi est fauor filij, quòd existentia sui aliquid operetur.*
3 *Hæreditatem non aditam transmittere est priuilegium, & commodum.*
4 *Legis principium si est generale, tota lex est generalis, & è contra, si est speciale, & nu. 5.*
6 *Statutorũ uerba propriè accipienda sunt.*
7 *Intestatus uerbum propriè priuationem actus significat.*
8 *Statutum extenditur uigore antiquæ regulæ.*
9 *Intestatus, & intestabilis, quò ad successionis effectum, parificantur uigore antiquę regulæ. numero 13.*
10 *Ius idem esse debet, ubi non est ratio diuersitatis.*
11 *Loquendi usus communis præfertur in statutis proprietati uerborum.*
12 *Succedendi duo tantum modi.*

CONSILIVM LII.

N ciuitate Nouariæ uigent infrascripta statuta, quòd si aliqua mulier fuerit dotata à patre, uel auo paterno, uel dos in testamẽto uel

l.omnes populi.in materia statutorum. ff.de iu
7 sti. & iure † sed uerbũ intestatus propriè signi-
ficat priuationem actus,et positionẽ potentię.
l.prima,circa prin ff.de suis,& legiti.ergo non
conuenit impuberi. qui nõ potest testari. l.qua
ętate.cum simil.ff.de testa.

Contrarium tamen reputo uerius, ꝙ immo
uerbum ab intestato etiam uerificetur in infan
8 te hac optima ratione, † nam statutum exten-
ditur uigore antiquę regulę. l. apud antiquos,
C.de furt.& not.Bart.in l. secunda. ff. de legat.
primo,qui dicit, quòd statutum loquens de ha
bilitate testamenti, habet locum in codicillis,li
cèt testamentum non sit idem, quod codicillus
l.si idem C. de codicill. uigore regulæ antiquę,
quia parificantur d.l.secunda. Ita in proposito
9 † nam regula antiqua est, quòd quò ad succes-
sionis effectum.parificantur intestatus,& inte-
stabilis,ut insti. de hære. quæ ab intesta. defer.
in princip & optimè probatur in l.prima,circa
prin.uersicu.sed hos quoque. ff.de suis & legit.
Igitur statutum loquens ab intestato, intelligi
tur de illo, qui non habet potentiam testandi,
10 propter regulam antiquã.Secundò,quia † non
uidetur ratio diuersitatis inter impuberem,
& puberem quò ad casum statuti,ergo idẽ ius.
l.illud. ff. ad l.Aquil. Là Titio enm simili.ff.de
uerbo.obligat.tertiò,ex communi usu loquen-
di maximè si probetur, quòd ille etiam,qui nõ
potest facere testamentum,dicitur decedere in
11 testatus, qui † communis usus loquendi etiam
præfertur in statutis proprietati uerborum l.li
brorum. §. quod tamẽ Cassius.ff.de leg.tertio,
l.cum delanionis.§. alinam. ff. defun. instru. &
not.in rub.ff.de no.oper.nuncia.per Bar.& ita
determinat in terminis nostris Bart in l.prima,
circa prin.ff.de suis,& legiti. Quartò quia sunt
12 † duo duntaxat modi succedendi. Vnus est ex
testamẽto,alius est ab intestato. tex.& ibi Cyn.
Albe.& alij in l.cùm antiquioribus cum simili.
C.de iure deliberan. sed iste impubes nõ deces-
sit relicto testamẽto ab eo facto. igitur dicitur
ab intestato decedere, & sic sumus in casu sta-
tuti facit in authen.quæ ab intesta.deferu.cum
simil.

Non obst. quòd propriè intestatus &c.quia
respondeo, quòd uigore regulę antiquę fit ex-
tensio d.l.apud antiquos, secundò hoc contin-
git propter communem usum loquẽdi,ut dixi
in superioribus, ut per Bart.in d l.prima circa
13 princip.ff.de suis,& legiti maximè quia † inte-
status, & intestabilis quò ad successionis effe-
ctum parificantur,ut dixi per d. l.primã, circa
princ.ff.de suis, & legiti. & instit. de hære.quæ
ab intesta. deferu. &c ex quibus oĩbus apparet
quòd uerbum ab intestato uerificatur in infan
te in suprascripto statuto.

Et ex prædictis omnibus uidetur concludi
quòd dictæ duæ sorores habeant tertiam par-
tem, & patruus aliam secundùm formam præ-
dictorum statutorum.

Ita, ut supra, dico,& consulo ego Martinus
de Garratis Laudensis. V.I.D.&c.

Ad idem.

CONS. D. CATONIS DE SACHIS

SVMMARIVM.

1 *L.si infanti intellectus, & nu.4.*
2 *Imperator quòd non statuit, contrarium uidetur statuisse.*
3 *Quæsita iure paterno, non possunt iure materno quæsita dici.*
5 *Bartoli,& aliorũ consiliũ pro muliere in statutis ob infantem properè mortuum exclusa ab hæreditate.& nu.6.*
7 *Priuatio præsupponit habitum.*
8 *Intestabilis est, qui non potest testari, non item intestatus.*
7 *Loquendi usus in statuto proprię significationi uerborum præferendus.*

CONSILIVM LIII.

CIRCA primum articulum cũ sit
tractãdum de hæreditate infantis,
uel patris non est inuestigandum,
an hæreditas ratione suitatis ad
quoscunque transmittatur.in quo tanta est ua-
rietas inter doctores,ut quæ sit cõmunior opi-
nio non facilè dignoscatur, sed est alius articu
1 lus de per se scilicet in l.si infanti C de iu.deli.
quę loquitur de iure patris,an ẽt in iure matris
sit recipienda, & per consequens an ipse infans
transmiserit, quam quæstionẽ in terminis no-
stris proprijs ponit Alber. in d.l.si infanti in fi.
qñ scilicet pater instituit uentrem uxoris,& de
functo testatore uxor filiũ peperit & infra pau
cos dies statim mortuus est, an ille transmise-
rit, & recitat Alb.allegan. Odof.& Nico.Mat-
tarellũ plenissimè tractare illã qõnem, & fuis-
se magnam controuersiam Bononię in quadã
magna hęreditate,quia pro parte matris,quòd
sit ad eã facta transmissio,erant aduocati Azo.
& Iac.Butr.ita iudicantes l.si infanti,ut de iure
matris etiam intelligeretur, & recitat Vgo. de
Porta Rauennatem fuisse aduocatum contra-
rium,ut solùm tractaretur de hæreditate patris
& sic speciale in patre in dicta l.si infanti, & re-
fert Odofre. non fuisse in illa cã iudicatũ, sed
fuisse trãsactum, & dicit ꝙ de rigore uerior est
opi. Vgo.de ęquitate alia procedat. ne duplici
iactura afficiat mater.s.in filio, & facultatibus,
& Albe.dicit tandem illã nõ ꝓcedere in matre

nec in emancipato, quæ fuit opi. prima Nicolai eò quòd priuilegium legis si infanti, sit concessum habentibus in potestate & quamuis quod dicat Albe. extendatur ad tm̃ hñtes babitum pro reliquijs quæ in emancipato remanent, non fiet extentio ad nõ habẽtes neq; habitu, neq; actu, ut respectu matris in quà nulle sunt patriæ potestatis uestigia, nec ullæ reliquiæ. Nam & alibi in multis differunt, ut in cõtratab. & Carb. bon. poss. l. j. in glo. patris. de Carbo. edict. & in que rela, & simili. Facileq; fuit imperatori extẽdere
2 † quod cum non fecerit contrariũ statuisse vr l. unica § sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. inconuincibiliq; ratione deducitur, quia
3 † si iure patrio quæsita fingitur. iure materno quæsitam fingere non possumus. l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquir poss & præsertim deficiente fundamento intentionis aliàs fictionis. Nam pater hæreditatem defuncti delatam potest adire, nimirũ igitur neque nouum est, si intra metas non adeunte patre, cuiusque ad 30. annos licuit moriente infante, iure pro sibi liceat occupare, quod in matre non procedit, cui minimè fuit facultas adeũdi, quòd igitur uerè nequit mater fingere, nõ poterimus etiam ex persona patris si extaret, eque succederet mater secũdum Bar. ibi sic si ueri pater adiuisset infantis hrditatẽ alias nõ existẽte patre sola restõ transmitteretur ad matrem secundum Bar. secundum autẽ Ang. in l. uentre. ff. de acqui. hære. in 6. regula, nec etiã restitutio transmitteretur ad matrem per d l. si infanti. ibi quasi non essent dela
4 tæ † quæ procedit ultra disponendo ad quem transeat hæreditas, & pueniat &c. ut ibi in tex. & sic perueniat cum effectu. l. urbana. §. prouocare. ff. de uerb. signi. & sic ad matrẽ nihil transmittitur, nec iure materno nec iure hrditario, per uiam in integrum restitutionis, & ita consuluit Tho. de Corsiuis Florentinus, & Henricus Mora. quibus subscripsit Bald. si ergo excluditur mater, multo magis alij ulteriores ex-
5 cludentur, scilicet patruus, & sorores. † Bald. autem in alia causa simili cõsuluit matrem admitti secundum sententiam Barto, scilicet per uiam restitutionis in integrum Ang. autẽ semper tenuit cõtra Bart. tamen dicit in d. l. uentre, quòd egeret decisione imperiali. sed contra eũ facit l. qui duos. ff. de reb. dub. sed respondet, quod loquitur de impubere. non de infante, sicq; facit deteriorem conditionem infantis, uel secundum Io. de Imol. illud procedit ex præsumpta uolũtate defuncti, quod ambos impuberes substituit, de quo p Imo. ibi, & l. Pãtonius, & fuit opi. Iaco. de Belui. Multi tamen tenuerunt sententiã, Bar. ut restitutio transmittatur. Ia. de Are. Iaco. Butr. & Cyn. in l. prima C. de te. mili. Ioan.
6 And. in ca. in præsentia extra de probat. † quia est eadem ratio quæ in infante, qui in puncto mortis lędit propter ętatem. Nã si maior fuisset uerosimiliter adiuisset, ideo restitutio non conceditur, alias non transmittitur per d. l. primam, & l. Pantonius, & per l. uentre secundum intellectum Ang. & hoc tenuit Franc. de Rampo. ita determinando pñte Dño Io. de Imol. existẽte responsali D. Zacharia triuisano, ut recitat Imol in d. l. uentre, quam sententiam fuit secutus Fulgo. in d. l. 1. Bald. autem aliter distinguit in d. l. si infanti.

Non obst. dicit Fulgo. in d. l. prima, quod dicitur in d. l. si infanti quasi non delatę &c. quia uerum est iure communi, & sic peruenit recte dicitur iure communi, sed inspecto beneficio restitutionis in integrum admittitur mater, & per consequens in casu proposito, quo mater excluditur per statutum, admittentur illę sorores ad tertiam partem, & patruus ad reliquam secundum formam statuti non ipso iure, sed prius impetrata in integrũ restitutione secundum opin. ante dictam.

Circa autem alium articulum, an infans dicatur decessisse intestatus, uel ab intestato. Io. Fab. institu. de hæred. quæ ab intesta. defer. in
7 princip. post gloss. dicit, quòd † priuatio pręsupponit habitũ. & inducit in argumentum ad consuetudinem scriptam in Anglia. quòd decanus appropriat sibi bona clericorum ab intestato morientium, quòd si clericus fuerit impubes, quòd illa bona non pertinebũt ad decanũ, quia in materia odiosa uerba consuetudinis accipi debẽt propriè, & ita dicit in episcopis similiter de eadem consuetudine Anglica. Idem determinat eadem ratione, & recitat Bartol. in l. prima. ff. de suis, & legit. opponẽdo de l. prima,
8 §. fina. ff. de testamen. ac dicit Barto. † quòd intestabilis est, qui non potest testari, non autem intestatus, quia nomen significat priuationem potentiæ, & actus, participiũ uerò positionem potentiæ ex propria significatione. Bal. autem in auth. præterea. C. unde uir. & uxor. facit differentiam inter intestatus, & ab intestato, sed ut cunque sit, quia communis usus loquendi accipit intestatum, & ab intestato decedere etiam eum, qui fuit intestabilis, ideo Bart. in dict. l.
9 prima determinat hunc cõmunem † usum loquendi in terminis quæstionis propositæ debere accipi in statuto, & præferri proprię significationi uerborum, & sic prædictus infans dicetur ab intestato decessisse secundùm formam statuti.

Et ita addendo præanteseripto consilio. Dico & consulo ego Cato. de Sacchis V. I. Doct. ius ciuile ordinariè legens in studio Papiensi, & me subscripsi, & sigillo consueto sigillaui.

CONSI-

CONSILIVM D. BARTOLOMAEI de Callio. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶Testes discordes,& contrarij quomodo censcantur,& probent testamentum, quod insuper an ualeat de iure, si filijs non titulo institutionis fuerit relictum.

SVMMARIVM.

1 *Testis primo dicto standum est.*
2 *Testis sibi cōtrarius nō caret suspicione falsitatis.*
3 *Vox unius, uox nullius.*
4 *Testes singulares,etiam mille nihil operantur.*
5 *Disputandum non est in casu claro.*
6 *Filium institui debere iura uoluerunt.*
7 *Filio relinquere hodie quouis titulo an liceat,bona distinctio.nu.11.*
8 *Voluntas ultima inter liberos quouis modo facta,seruanda est, commu. opinio.nu.9.*
10 *Fauore alicuius introducta,non debent in eius odium retorqueri.*
12 *Testamenti materia est incognita canonibus,ideo canones super hac materia leges sequi deberent.*
15 *Testamenti inęqualitas lites, & discordias producit.*
14 *Testaturus pater inter liberos sequi debet iusgentium, & seruare ęqualitatem. nu.15.*
16 *Collatio cur introducta.*
17 *Indefinita ęquipollet uniuersali.*
18 *Instituetis simpliciter pluribus simul, intelligitur ęqualiter.*
19 *L.1.§.si ex fundo, de hæred.instit.intellectus.*
20 *Testator si admiscet personas extraneas cum liberis, iure institutionis relinquere debet, aliàs non ualet testamentum.*

CONSILIVM LIIII.


XCELL. & Iustiss.Prętor.Domine, & Benefactor honoran. uidi acuta,& subtiliss.dubia per V.Excellētiā data, & negari non potest quòd non reddant rem dubiam.Attñ eis puto, licèt cum dificultate posse responderi, & capiendo primum, & ponderatis attestationibus fratris Baptistę, nec Primis, non potui in eis inuenire Gerardũ testatorē reliquisse suis nepotibus, & filijs Vincetij Dundi Ex D Hieronyma illam quantitatem, de qua in capitulis iure institutionis.Sed simpliciter reperio,ꝙ reliquit suis nepotibus unum Molendinum,& ꝙ instituit hæredem uniuersalem omnium suorũ bonorum Dominā Camillam eius neptem, & dixit dñm Gerardum testatorē reliquisse eius filiæ certam quantitatem pecunię, de qua dixit non recordari. Postea dictus frater Baptista iterum fuit examinatus, & deposuit dictũ Berardum reliquisse dictę Do.Sanctæ, & dictis eius nepotibus, pro ut continetur in 6.& 7.cap & ꝑ consequēs iure institutionis arg. l.Asse toto.ff. de hære.inst.& certum est,ꝙ testibus examina-
1 tis prima,& secũda uice, ꝙ † standũ est primo dicto dummodo nō fuerit depositio iux. no.in c. cum clamor de testi. ad declarationē deposi-
2 tionis obscurę ergo † cùm dictus frater Baptista fuerit sibi ipsi contrarius,non solùm eius dictũ reprobatur. Sed non caret suspitione falsitatis iux.not.in c.testimoniũ eo.tit. Cum prima uice iurauerit, ulteriùs nō poterat recipi. 6.q.2 quicunque,& si diceretur dictus frater Baptista asserit,se uidisse quandā scriptam,ut dr̃ confectā per ipsum super alleg.testamento eidem nō est
3 standum, † quia uox unius, uox nullius .l.iurisiurandi, C. de testi. & maximè cum mihi uerbo fertur quòd maxima reperitur diuersitas inter allegat. scriptam, & attestationē dicti fratris Baptistæ, & stantibus prædictis,quæ negari non possunt,nō uideo modum, quo legitimè posset dici probatum dictum asserium testamentum, ex quo attestatio fratris Gabrielis dicit uno modo, & attestatio dicti fratris Baptistæ uidelicet Prima dicit alio modo, &
4 † testes singulares si essent mille non operātur, ut hr̃ in l, iurisiurandi,& in l.testiũ.C. de testi. & de secunda attestatione dicti fratris Baptistę non est curandum, cùm per iura uulgaria satis notum sit,illam non ualere,& standum esse primo dicto testis,& per consequens sublato fundamento,quòd dictum testamentum non probetur per duos testes, tanq̃ super casu claro ul-
5 teriùs non esse disputandum uulgata. l. ille aut ille.§.fin.de legat.3. Præterea dato,quòd dicti duo testes essent in concordia, & per ipsos deponeretur, quòd dictus Berardus reliquisset dictis nepotibus certam quantitatem, seu bona, & non dixisset iure institutionis adhuc sum in eadem opinione,quòd testamentum esset nullum, quia filius debet iure institutionis habere propter spem iuris accrescēdi,quo casu si alius hr̃s repudiaret, accrescere sibi ꝙ mō nō esset. Si filius haberet iure legati. Item & aliud comodum. nam quando filius habet dicto iure institutionis, potest propria authoritate capere, aliàs oporteret capere de manibus hæredis, & similiter quando est institutus poterit petere se immitti in possessione ex edicto l.fina.de edic.
6 diu.Adri. & ideo iura uoluerunt, quòd † filius deberet institui, & ita dicit, & refert Anton. de Butr. in capitulo Raynutius de testamen. in quo gl. & Canonistæ ponunt istam quæstionē
7 † an sufficiat hodie relinquere filio quoquo titulo,ut non posset dicere de nullitate testamenti paterni,& glo.secunda in d.cap.voluit quòd

illud nerbum relinquens debeat intelligi, & suppleri. Iure institutionis, & concludit ꝙ aut pater uoluit disponere per uiam testamenti, & tunc est opus, ꝙ pater relinquat filio titu. honorabili, aut noluit disponere per uiam testamenti, Sed iure codicillorũ, uel alteriùs ultimæ uoluntatis iux. not. in l. fi. C. fami. erc. & tunc quo-
8 quo titu.† fuerit relictum, quòd illa ultima noluntas debeat obseruari inter filios iux not. in d. l. fina. & dictam opinionem. D. Ant. de But. clariùs resumit. D. Petr. de Vbal. in repetitionem d. cap. Raynutius dicens, quòd ita ut sup. dictũ est, distinguebat. D. Suus qui fuit. D. Be-
9 nedictus Cap. † & dictam opinionem communiter sequuntur Doc. in d c. Raynutius, & in c. si pater eo. tit. libr. 6. & sic puto non esse instandum circa opinionem D. Abb. quia ipse dicebat dictam opinionẽ posse procedere de ęquitatem Canonica. Et ĩn referebat ꝙ Glo. in d c. Raynutius in uerbo relinquens. Supplebat, sed iure institutionis, & sic posuit dictam opinionẽ dubitatiuè, Casu quo nõ fieret dicta suppletio & non nulli Doc. in d. c. Raynutius dicunt, ꝙ illud uerbum relinquens appositum in d. c. fuit dictum à Papa, & non à testatore, & Doc. sequuntur opinionem glo. quando pater uoluit disponere per uiam testamenti, & non per uiã codicillorũ, seu alterius ultimę uoluntatis iux. no. in d. l. fi. C. fami. ercis. & ꝙ de iure ciuili, neque de ęquitate canonica dicta opinio Abb. seu Hostien. possit procedere, probatur manifesta ratione. Nam. §. ex imperfecto fuit factus in fauorem filiorum, & non fauore patris. Si ergo ualeret testm̃ inter liberos sine institutione seu tit. honorabili, sequerentur illa quatuor uel quinque præiudicia liberis, de quibus per Ant. de But. & D. Pet. de Vbal. in d. capit. Raynutius, & prouisio dicto §. ex imperfecto, quæ
10 fuit † facta in fauorem filiorum reuerteretur, & retorqueretur in eorum damnum, & præindicium, & contra l. ꝙ fauore &c. ff. de legat. & sic ex prædictis remanet indubitabilis conclu-
11 sio, † quòd aut pater uoluit disponere per uiã testamenti, & in omnem casum filius debet institui, siue in quota, siue in re certa, aut uoluit disponere per uiã codicillorum, seu alterius ultimę uoluntatis ab intestato, & tunc sufficit relinquere quoquo tit. & ita ut supra dictum est cõcludũt canonistę in d. c. Raynutius licèt Ant.
12 de Butr. in d. cap. Raynutius † dicat materiam testamẽtorum esse incognitam canonistis, & ꝙ ubi sunt materię legales, & spectantes ad leges, quòd Canonistę debent consulere legist. & ita econtra, & per cõsequens cum causa testamentorum sit legalis, standum est in dicta materia legibus, quamuis cõmuniter Canonistę teneãt opinionem dict. glo. quòd illud uerbum relinquẽs intelligatur, uel suppleatur iure institutionis, & quòd dictumverbum fuit positum, à papa, & non à testatore, & nõ refert, quòd aliqui legistę referãt opinionem Hostien. prout facit D. Alex. in alleg. consilio 17. Nam addncit tria fundamenta ad probandum intentionem suã, & inter illa tria refert opinionem Hostien. Atñ in practica semper uidi obseruare, & obseruani dist. sup. relatam, & ex prædictis omnibus puto dictũ contrariũ in casu nostro non operari.

Circa aliud ultimum dubium, quòd decisio. D. Phi. Dec. nõ procedat, neque probetur iure seu authoritate. Similiter uidetur mihi, ꝙ non procedat. Nã Ponta. in alleg. consil. 385. incip. in casu præmisso in prima colum. uersicu. Dñs Bald. in dicta Authen. hoc inter liberos, dicit procedere eo casu, quo secundum testamentum est liberis fauorabilius in casu quo pater in secundo testamento, seruat inter liberos ius ęqualitatis. Ex qua quidem inter ipsos conser-
14 uatur amor. † Cessantque lites, & discordiæ. Quas producit inęqualitas testamenti, & alleg. l. cum pater §. cuictis. ff de legat. 2. quam alleg. Bal. & dicit esse uerum, & sic concludit patrem debere obseruare ęqualitatẽ, & rationes allegatæ per præfatum Dñm Roma. concludunt, ꝙ
15 † quando pater uult testari inter filios secundum iusgen. iuxt. not. in dicto §. ex imperfecto debet disponere in fauorem filiorum, quando ęqualiter disponeret inter eos, & hanc conclusionem sequutus fuit idem Roma. in allega. consilio 179. in tertia col. in uersic. non aduersatur ratio tertia, Quæ est talis, & in alio uersi. tamen hoc est uerum quando disponit in eorũ fauorem isdem relinquendo, & ita est casus in §. ex imperfecto, secus ubi disponit inter eos odiosè, Tunc non permittitur sibi, secundùm iusgen. Testari, sed secundum ius ci. & requirunt vij testes, & alleg. auth hoc inter. lib. unde tam per rationes allegatas, quàm etiam ꝑ uerba deprehendit limitationem prædictam posse de iure substineri, & testamentum factum secũdum iusgen. iuxt. dispo. dict. §. ex imperfecto non ualere, quando odiosè disponitur inter li-
16 beros. † Cùm iura uoluerunt inter filios ęqua-
17 litatem seruari, † & hac de causa fuit inducta collatio, ut habetur in l. ut liberis. C. de collat. & licèt specu. in titu. de instru. edi. §. compendiosè in uersic. quid si pater hẽt tres filios, non faciat mentionem de ęqualitate inter eos seruanda, tamen præsupponit quòd omnes debent institui, & similiter Alex. & Ias. in d. l. hac
18 consultiss. §. si quis autem qui utũtur † indefinitis, quæ ęquipollent uniuersali. l. si pluribus in prin. de leg. 2. & in c. Solitę de maior. & obed.
19 † quando est facta institutio, uel substitutio in ꝑsonas pluriũ, intelligit unusquisq; ęqualiter pro sua rata, ut dicunt Anton. de Butr. & Dñs Abb. in d. c. Raynutius. Ergo quamuis Specul. Alex.

Alex.& Iaſ.dicant in terminis d.§.ex imperfe-ɔ filios debere institui intellexerunt prout intelligunt D.Ant.& Abb. in alleg.c uidelicet quòd cēſeatur instituti pro ratis ipſorum, & ꝙ æqualiter deberent institui uoluit Raphael. Cu.ut refert Alex in d.§ ſi quis autem in 5.colum.in uerſ.nec obstat lex ſecunda in uerbo, ꝙ ſint instituti æquis portionibus ſicut ſunt ſucceſſuri ab inteſtato, licèt Alexā. non placuerit dicenti, quòd illud non dicitur in text. Attamen negari non poteſt quòd opinio Dec. tot authoritatibus fulcita & ſtāte æquitate de qua in d. l.ut liberis, quòd debeat obſeruari cum magis ſit fauorabilis filijs,ſeu liberis uenientibus ad ſucceſsionem defuncti, licèt aliquibus non placuerit: & non refert illud quod dicit
20 in l. j.§. ſ ex fundo. ff. de hæred. inſti. Nam illud poſſet procedere: quando pater teſtaret, ſecundùm ſolennitatem inductam de iureci.& non de iuregen.ut uoluit Ponta.in alleg.conſil.179.in 5.colu.in d.uerſ. Secus ubi diſponit inter eos odioſè,tunc non permittitur ſibi teſtari ſecundùm iuſgen.Sed ſecundùm inaciui. ex quibus omnibus poteſt colligi demum contrarium ſatis eſſe reſolutum. Et maximè ſtante alio ſubtili fundamento adducto per excel
21 len.Domini iudicare debentis,uidelicet,ꝙ† teſtator admiſcuit perſonas extraneas cum liberis: quo caſu teſtamentum non ualet. Si non fuit relictum in re inſtitutionis, ut notabiliter uoluit Ant.de But.in d. c. Raynutius in 6.col, in uerſic.ſi uerò uult teſtari inter extraneos & liberos & in uerbis,oportet, quòd habeat iure inſtitutionis: & ſic intelligitur Authē.ut cùm de appel. cogno. §. aliud quoque. Et per conſequens ſtantibus prædictis. Remitto me ad immenſam doctrinam domini Iudicare debentis,in qua reperiuntur Illi duo Sales.de quibus fit mentio per Docto. & me & cauſam iſtam fideliter. Et ex corde iuſtitia mediante recommendo.

Bart. Pi. de Callio V.I.D. & eques.

CONSIL. D. BARTOLOMAEI de Callio. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶Teſtamentum inter liberos à parente celebratum,quomodo de iure ſortiatur effectum, licèt minùs ſolenne,ex diſpoſitione hac conſultiſsima §.ex imperfecto C.de teſt.cuius ſenſus latè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Mare per riuulos non recipit incrementum.*
2 *Veritas ex particularibus faciliùs elicitur,quàm ex uniuerſalibus.*
3 *Teſtes duo in terris eccleſię non probant diſpoſitionem.*
4 *Teſtes ſibi contrarij nihil operantur.*
5 *Teſtamentum etiam inter liberos, inſtitutionis, uel alio honorabili titulo omiſſo, nullum eſt. num.6.& 8.*
7 *Sententiando non eſt recedendum à communi opinione.*
9 *Inſtitutionis tituli omiſsio uitium dicitur intra rem, non extra.*
10 *§.ex imperfecto,l.hac conſultiſſima. C.de teſtam. limitatio.& nu.12.& 22.uſque ad finem.*
11 *Venientes ab inteſtato æquis portionibus admittendi ſunt,non autem pro portionibus ſcriptis.*
13 *Priuilegia conceſſa iure communi, teſtamento facto inter liberos, habent locum, quando pater in omnium fauorem diſponit: ſecus &c. numero 16.*
14 *Indefinita propoſitio æquipollet uniuerſali.*
15 *Succeſſionis primum gradum liberi obtinent.*
17 *Teſtante patre inter liberos odioſè non iuregentium, ſed ciuili tantùm iure teſtari poteſt.*
18 *Priuilegiatis aliquibus inuicem repugnantibus, concurrentibus,is utetur priuilegio ſuo, qui de damno uitando certat.*
19 *Aequalitas inter liberos ſeruanda.*
20 *Subſtitutionis uerbis,ſi ſine filijs,&c. intelliguntur maſculi tantùm.*
21 *Teſtamentum prius ſolennitate ciuili perfectum per poſterius iuregent. minùs perfectum non tolli.*

CONSILIVM LV.



HRISTI nomine inuocato. Viſo proceſſu agitato inter dñam Sanctam, & ſer Ludouicum eius procuratorem ex una agentes, & D.Camillam, & ſer Nicolaum Baptiſtæ eius procuratorē ex alia reos conuentos occaſione prout in proceſſu apparet,breuibus uerbis me expediam, tum quia cauſa agitur coram doctiſsimo & integerrimo uiro, & † mare per ri-
1 riuulos non recipit incrementum,ut dixit Bar tol.in l.ij ff.de flum.Tum etiam, quia indicendo multa non conſiſtit uirtus.†Cùm ex parti-
2 cularibus facilis, quàm ex uniuerſalibus elicia tur ueritas,ut dixit Ariſtoteles in 2. Ethicorū. Et refert Are.in conſ.13.& ueniendo ad particularia, uidetur mihi, quòd Partes Magn. Domini iudicantis uerè fuerint & ſint in ſententiando in fauorem dictæ D.Sanctę & hoc plu ribus medijs.

Et primò, quia allegatum teſtamētum pro parte d. D.Camillæ non ſortitur effectum de iure canonico per tex in cap.cùm eſſes.& in c.
3 relatum.de teſta. † Ex quo per duos teſtes in terris

terris ecclesię non probatur dispositio, ut ibi
concludunt. D.Abb. & Cano.& licèt posset di
ci, quòd inter liberos sufficiant duo testes, ut
habetur in l. hac consultiss §. ex imperfecto.
C.de testa.tamen illi duo testes sunt non solú
4 inuicem uarij & contrarij. sed etiam † in pro-
pria depositione & per consequens non ope-
rantur.l.qui falsa uel uaria ff. de testi. & habeť
in l.eos ff.de fal.& ibi per Bart.

Secundò Quia in dicto allegato testamēto
filij & hæredes D. Hieronymæ non fuerunt in
5 aliquo uocari titulo honorabili.† Et sic iure in
stitutionis, quapropter etiam testamentum in-
ter liberos redditur nullum, ut uoluit Glos.in
Auth.nouiss.C de inoff.testam. quia d § ex im
perfecto non habet locum in testamento im-
perfecto ratione præteritionis, ut not. uoluit
glos.fi.in l filius qui in potestate. ff. de liber.&
posthum.& illam glos.sequuntur Bar.& com-
muniter doc.ibi,& Bal & Ang.in d §.ex imper
fecto.& idem Bal.consil.322.lib.2.& dicit An
gel.in l filio præterito.colum.1.ff.de iniu.rup.
test quòd ille § ex imperfecto uenit continua
tiuè ad præcedentia in quibus loquitur de de-
fectu solennitatis numeri testium,& ideo con
cludit, quòd non habeat locum, ubi fit defe-
6 ctus præteritionis tituli honorabilis, † et istud
in iure est clarum,& concludunt Doct.in d.§.
licèt Do.Ias.tentauerit in d §.tenere contra cō
7 munem opinionem.† Tamen in sententiando
non est recedendum à communi opinione per
iura uulgaria, et quòd testamentum inter libe
ros reddatur nullum ex dicta præteritione cō
8 sulendo sequutus fuit † Do.Philip. Dec.cons.
105.diligenter consideratis in ulti. col.et ha-
betur in d.l.filio præterito ff.de iniu.rup. testa.
et in l.1.in fin.ff.si tabu.testa.nul.exta. et ratio
est, quia in pręteritione dicitur quasi delictum
testatoris, et quando deficit numerus testiū nō
9 dicitur uitium in persona uel consensu† sed in
quadam solennitate probatoria, quod uicium
dicitur extra rem.i.non intra rem, intra uerita
tem et æquitatem actus testandi, ut habetur in
d.l.filius qui in potestate, et ita dicit Bal.in d.
§ ex imperfecto post princi.et ideo non est mi
rum si præteritio reddit testamentum celebra
tum inter liberos nullum, et per consequens cū
in casu nostro non fuerit relictum nepotibus
dicti Berardi ex dicta do Hieronyma filia præ
defuncta titulo honorabili, uidelicet iure insti
tutionis, allegatum testamentum fuit, et est
nullum.

Tertiò, quia dispositio d. §. ex imperfecto
habet locum, quando filij seu tenentes primū
10 locum † omnes et æqualiter sunt instituti, se-
cus si essent inæqualiter uocati, prout contin-
git in casu nostro, quia tunc dispositio d. §. nō
procedit, ut not.uoluit.Specu.in tit. de instru.
edi §.compēdiosè.uers.quid si pater habet tres
filios et sequutus fuit Alex in l. hac consultissi
ma.§.si quis autem C.de testa.et allegat Raph.
Cum in 5.col.uers.53.Bal. hic uolens disposi-
tionem.d.§ ex imperfecto non habere locum,
nisi quando omnes Aequaliter sunt instituti,
et æquis portionibus, sicut sunt successuri ab
intestato, licèt hoc ultimum, uidelicet sicut sūt
successuri ab intestato non placeat Alexan.per
dictionē quasi appositam in tex.et subdit Ale-
11 xan. in d. uer.ꝙ Bal.sentit, ꝙ oēs † uenićtes ab
intestato dēant æquis portionibus admitti, nō
autem pro portionibus in quibus scripti sunt,
et hoc uidetur probari in tex.d.§.si quis autem
in uerbo intestatus, et hanc conclusionem ui-
detur.Sequi do Ias in d. §. si quis autem. in 2.
colum.uers.ultimò limita, ubi dixit prædicta
habere locum, quando omnes uenićtes ab in-
testato sunt instituti secùs si aliqui sunt institu
12 ti, aliqui non, et ꝙ dispositio † d. §. ex imper
fecto habeat locum, quando liberi sunt omnes
et æqualiter instituti uoluit not Rom. consil.
385.in casu pręmisso col.2.uers.Secundò prin
13 cipaliter: dicens quòd quęcunque † priuilegia
quæ à iure communi tribuuntur testamento
facto inter liberos, habent locum, quando pa-
ter in omnium fauorē disponit, secùs si disposi
tio facta sit in fauorem unius, et idem uoluit
præfatus Ludo.Rom consi.179.Amplissa. doct.
et sequutus fuit Raph.Cum.in d.l. filius qui in
potestate.ff.de libe.et posthu. Et in indiuiduo
pro dicta conclusione consuluit Excellē. Do.
Philip Dec. in alleg.consil.105.in ult.col.pro
pè finem, et refert idem uoluisse Rapha. Cum.
in d.l.filius et Alexā in d.§ si quis autem, et ra-
tio uidetur esse in promptu, nam in d § ex im-
perfecto, et in alijs sequentibus iuribus fit men-
14 tio de testō inter liberos et sic per † dictionem
indefinitam, quę ęquipollet uniuersali.l.si plu-
ribus.in prin.de leg.2.et solitę. de ma.et obe.dē
et c.ut circa de elec.in 6. Et ita dicit Fulgos.in
d.§.si quis autem circa pen. colum.per tex.ibi
indefinitè loquentem, et ita uoluit. do. Ias.in
d.§.si quis autem.uers.ultimò limita. et Alexā
in d.§.si quis autem in 14.col.licèt do Francis.
Aret in d.l si filius q in potestate conatus fue-
rit dicere contrarium, tamen Dō. Ias.ibi dicit
quòd opinio contraria procedit, et sibi magis
placet. Ex quibus optimè infertur, quòd in ca-
su nostro allegatum testamentum factum co-
ram dictis duobus testibus, in quo hęres uni-
uersalis dicitur instituta dicta do.Camilla ne-
ptis dicti testatoris non habet pręiudicare su-
pradictę do.Sanctę filię testatoris, et alijs nepo
tibus dicti Berardi ex dicta do. Hieronyma fi-
lia prędefuncta ipsius testatoris, aliàs sequere-
tur, quòd dispositio.d.§ ex imperfecto, cū alijs
iuribus sequentibus retorqueretur cōtrà filias

et liberos

& liberos dicti Berardi contra dispositionem
l quod fauore.C.de legi: & maximè cum dicta
Do.Sancta & filij dict.D.Hieronymæ sint de li
15 beris & non de transuersalibus,† & obtineant
primum gradũ successionis inter liberos,pro-
ut ponderant Doct.in d.§.si quis autem. & in
d.§.ex imperfecto,in quibus iuribus maximè
est in cõsideratione fauor liberorum obtinen-
tium primum gradum in successione, & ideo
dicebat Roma in d.consi.179.colum.4. uersic.
16 non aduersatur † patri ita permittitur inter li-
beros testari de iuregentium, ut habetur in d.
§.ex imperfecto,& hoc erat uerum,qñ disposi-
tio erat facta in fauorem liberorum,secus autẽ
ubi disponitur inter eos odiosè,& ita dicit Ro
17 ma.in d.consil.179.† Nam in dicto casu non
permittitur patri testari secundùm ius gentiũ,
sed secundùm ius ciuile,& requiruntur septem
testes,ut in d.l.hac consultissima, & in Authẽ.
hoc inter liberos. Ex quibus infertur ĩ casu no
18 stro,ꝙ quotiescũque† duo priuilegia,seu duo
priuilegiati ab inuicem repugnante concur-
runt,ille qui tractat de damno uitando,Vtitur
priuilegio suo contra illum, qui tractat de lu-
cro captando.& est casus in l.uerùm.§.si.ff.de
mino.& ponitur per doc.in Authẽ.quas actio.
C.de sac.san.eccle.Vnde d.D.Camilla non po
test uti priuilegio.d.§ ex imperfecto, & aliorũ
iurium competentium in fauorem filiorum,
quando retorquetur contra alios filios,& libe
ros eiusdem testatoris qui sunt in priori & pa-
ri gradu cum persona,quæ uult uti fauore d.§.
ex imperfecto & aliorum iurium supra allega
torum. Et pro dicta decisione satis operat̃ rõ
19 naturalis,ut † seruetur æqualitas inter liberos
prout esse debet l.ut liberis.C.de colla.l.cùm
oportet in princip.C.de bo.quæ libe.& ista ra-
tio est multùm æqua,ut dixit Dec.in alle.cons.
& in consulendo,& sententiando ab ea non es-
set recedendum.

Quartò & ultimò ex quo reperitur testa-
mentum factum per dictum Berardum,prout
patet manu ser Nicolai Gerõdani, in quo fuit
instituta Do. Dodonia uxor testatoris in uita
tantùm,& Io.Baptista eius filius legitimus &
naturalis,& si dictus Io.Baptista decedebat si-
ne filijs fuit substituta D. Iulia filia testatoris,
& si d. Do. Iulia similiter decedebat sine filijs
fuit substituta dicta do. Sancta principalis di-
cti ser Ludouici,& in uita testatoris decesserũt
dicti Io.Baptista,& d. D.Iulia superstite d.D.
Sancta & potest dici quòd testator præferẽdo
masculum fœminis uoluerit præferre masculi-
20 nitatem, † & quòd intellexerit illam substi-
tutionem,si decesserit sine filijs,scilicet mascu
lis, ut uoluit Pau.de Ca.consil.79. casus iste &
in consil.357.Viso dicto testamento,& in cõ-
sil.seq.& per Alex.de Imo.cons.52.lib.4.Hanc
dubitationem. In quibus locis habetur, ꝙ qñ
pater distinxit,& discretiuè loquutus fuit in-
ter masculos & feminas,quòd appellatione fi-
liorum,seu liberorum in dicta materia non cõ
prehenduntur neptes ex filio,cum testator no-
lens præferre masculos proprijs filiabus fœmi
nis,non est credendum, quòd uoluerit neptes
quæ sunt in ulteriori gradu, excludere ꝑprias
filias,ut habetur in allegatis consilijs,& pro di
cta decisione possent allegari infinitè quotæ
Doc.& consilia,sed esset opus magis laborio-
sum, quàm subtile & stãte dicta communi opi
nione, ꝙ substitutio facta dicto Ioã Baptistæ
intelligatur,et intelligi debeat si Ioã. Baptista
decedebat sine filijs masculis,et illo mortuo si-
ne masculis fuerit substituta d D.Sancta.sequi
tur conclusio, quòd ipsa fuerit uocata ad sub-
stitutionem,cùm sit mortua priùs dicta do.Iu
lia in uita testatoris priùs substituta, Qua con-
clusione existente succedit alia quæstio, uideli
cet an ꝑ præallegatõ testamentum factum co-
ram duobus testibus secundùm iusgentium,
in quo dicitur,dictam D. Camillam fuisse hæ-
redem institutam, potuerit reuocari dictum
primum testamentum celebratum coram se-
ptem testibus secundùm formam iuris ciuilis,
& sic testamentum nuncupatiuum ex quo in il
lo primo dicta Do.Sancta erat substituta,et sic
uocata iure fideicommissi uniuersalis, & per
dictum ultimum allegatum testamentum ui-
debatur reuocata dicta substitutio iux. not. in
§.posteriore.Insti.quib. mod.testa.infir. cum
uulga.Tamen attenta theorica Doc. in d.§. ex
imperfecto,et in Auth.quòd siue. et in Authẽ.
21 hoc inter liberos.et in d.§.† si quis autem: faten
dum est,dictum primum testamentum nõ fuis
se reuocatum per secundum allegatum testa-
mentum factum coram duobus testibus secun
dum iusgentium. Ex quo illi primò non fuit
expressè derogatum, ut supra dictũ est.§.† ex
22 imperfecto habet locum, quando tractatur de
fauore & non de odio, prout etiam concludit
Roma.in allegatis consilijs et Moder.in d.Au-
then.quòd siue et in d.Auth.hoc inter liberos,
et in d.§ si quis autem, et propterea dicebat
Ludo.Roma.in alleg.consil.amplis. quòd pa-
tri permittitur testari de iuregentium inter li-
beros quãdo est in fauorem filiorum, et dispo
nit illis relinquendo,et quòd est casus ibi.in d.
§.ex imperfecto, ubi autẽ disponitur inter eos
odiosè adimendo, et tunc concludit præfatus
Ludo.et communiter Docto.in allegatis iuri-
bus,quòd patri non permittitur testari secun-
dùm iusgentium, sed debet testari secundùm
ius ciuile,ut dixit idem Ludo.in d.consil. in al
legato uersi.non aduersatur ratio.in 4.colum.
Vnde,aut uolumus dicere primum testamen-
tum celebratum coram septem testibus nõ es-
se

se reuocatum per allegatum secundum celebratum de iuregentium, et dicta D. Sancta hēt intentum suum, et potest consequi medietatē dictæ hæreditatis, aut nolumus dicere dictum primum testamentum non fore attendendum, et remanet conclusio, quòd dictum ultimum testamentum celebratum coram duobus testibus similiter non habeat operari ex quo non tendit in fauorem liberorum, et sic dicta Domina Sancta tanquam ab intestato potuit, et potest consequi dictam tertiam partem in libello petitam: et hoc per iura, et rationes supra adductas. Laus Deo.

Bartolomæus Pilingottus de Callio
V. I. D. et eq. aur.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Iurisconf. Bergomensis.

ARGVMENTVM.

¶ Testamentum inter liberos prætextu non seruatæ solennitatis statutariæ an reddatur inualidum cùm posait celebrari iuxta dispos. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test.

SVMMARIVM.

1 *Solennitates requisitæ in testamentis per statutum non habent locum in testamento inter liberos. de quo nu. 3.*

2 *Clausula, quòd statutum debet intelligi ad literam, cuius effectus.*

4 *Fideicommissum est onus, & grauamen.*

5 *Testator protestans uelle mori intestatus, si testamentum condere impediebatur, annullat præcedens testamentum iam factum.*

6 *Testamentum non debet pendere ex arbitrio alterius.*

7 *Testamentum ubicunque est nullum ratione defectus solennitatis, non potest ut testamentum ab hærede approbari.*

8 *Portio fratris præcedentis fideicommissario an sit subiecta grauamini.*

9 *Intellectus ad l. Lucius. § Caio. ff. ad Trebell.*

10 *Testamenti uerba attendenda, nec ab eis recedendum.*

11 *Funeris impensa, & æs alienum detrahi debent ex hæreditate instituti, anteaquam ad fideicommissarium hæreditas uadat, item & legitima.*

12 *Legitima quando detrahi habet de hæreditate.*

13 *An fœminarum ratio haberi debeat.*

14 *Is qui non admittitur ad partem, tamen facit partem.*

15 *Filius sub conditione grauatus de restituendo hæreditatem, detrahit legitimam, & Trebellianicam.*

CONSILIVM LVI.

MAGN. eques, et Clariss. Iurisconf. Requisitus à nobilibus his dominis de Siccia, ut in causa uestræ Magnificētiæ cōmissa, quam contra dominos de Alexandria habent, Vellem in scriptis redigere: & qđ priùs uiua uoce decretum fuerat, allegare, calamum assumpsi, et inferiùs annotata in unū compendiosè collegi.

Et in primis circa ualiditatem, uel inualiditatem testamenti quondam domini Venturini. Dicimus defendi posse de iure aperto, ꝙ non ualeat, stante primò lege nostra municipali, collatio. quinta ca. 5. qua cauetur, quòd instrumentum aliquod ultimæ uoluntatis non habens solennitates de quibus ibi, prout non habet hoc testamentum: de quo agitur, nullius sit ualoris et momenti, quòd nullam fidē faciat in iudicio, nec extra. Sed ipso iure, et facto sit nullum etc.

Et si diceretur testamentum domini Venturini fuit conditum de anno 1485. et sic ante prædictum statutum nostræ ciuitatis. Respondeo ꝙ per statuta priora, hoc idem cauebatur, ergo etc. ¶ Et ulteriùs si dicant aduersarij,
1 † quòd tales solēnitates requisitæ in testamento per formam statut. non habent locum in testamento à patre condito inter liberos, sicuti est præsens casus: iuxta ea quæ habentur in l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testamen. ubi latè per dominum Ias. post alios, dum tenetur, quòd nulla solennitas à iure ciuili introducta sit necessaria in tali testamento inter liberos, sed in eo attendatur solùm ius gentiū, unde ualeret etiam cum duobus testibus tantum etc. Respondeo ad hoc, quòd statuta Bergomi debeat intelligi ad literam, prout iacent et uerba sonāt, nullo subaudito intellectu etc. et sic indistinctè prout habetur in fine uolumi
2 nis statutorum nostrorum. Quæ † clausula importat mirabiles effectus, de quibus per Ancharanum in repetitione capit. canonum statuta, de constitutio. colum. 96. et 97. per Bal in l. 1. C. de conditio. inser. et in l. precibus. in 5. colum. C. de impub. et al. substi. per Bart. in l. Labeo. §. idem tubero. ff. de supellec. legat. per Abba. in cap. cum apostolica. de his, quę fiunt à pręlato sine consensu capituli. per dominum Ias. in l. fin. uersus finem C. de successo. edicto, latè per dominum Philippum Corneum in consil. 14. in 2. uolum. Cùm itaque statutum ipsum generaliter loquatur in omni instrumento cuiuslibet ultimę uoluntatis, debet utique etiam procedere, et intelligi in testamento à patre inter liberos condito.
3 Præterea et aliter respondeo, et dico, † ꝙ illa commu-

nis fallentia, data per scribentes, ut supra. Ita demum locum habet: quando tale testamentū concernit fauorem filiorum institutorum à patre. id est quando est eis utile, quòd ualeat tale testamentum, quia illud fuit inductum ad fauorem filiorum, sed si esset eis inutile, uel damnosum, profectò non procederet, ut ibi p eos. Modò in casu nostro utilius est, quòd testamentum domini Venturini non ualeat, quia filij sui masculi legitimi & naturales, ei succederent in totum ab intestato sine aliquo onere fideicōmissi. Et si dicamus illud ualere, certè ex eo importatur fideicommissum dānosū
4 filijs. † Quod proculdubio est onus & grauamen, ut est tex. in l. coheredi §. cùm filiæ. & ibi Iason in sexto notabili. ff. de uulg & pupill. ergo &c. hoc autem fundamento stante, res est clara, quòd omnia bona, de quibus agitur, pertinent hæredibus do. Valerij, neq; est opus alia disputatione.

Quod etiam eo magis dicendum est, quoniam hi domini de Siccis habent testes plurimos fide dignos, per quos asserunt probare posse, si iudiciaria uia ulteriùs litigetur, quemadmodum idem D. Venturinus, post factum illud testamentum, quòd Alexandri aduersarij produxerunt, quæsiuit aliud omnino uelle condere, sed non fuit permissum: Immo prohibitus medio ipsorum de Alexādris substitutorū.
5 Vnde † hoc uidens testator protestatus fuit, q̄ nolebat illud præcedens testamentum ita fcm ualere: sed quòd potius uolebat mori intestatus. Quibus probatis, indubitanter actum esset de omni iure aduersariorum. Iuxta ea quæ habentur in l. j. & per totum. ff. si quis aliquem testari prohibuerit, & pulchrè per D. Alexandrum de Imola, post alios doctò. in l. si ita scriptum. §. regula. uersic. sed circa hoc dubitatur. ff. de liber. & posthum. & notatur in l. hæredes palàm. §. si quis post. ff. de testamentis. & in §. posteriore. Instit. quibus modis testamenta infirmentur.

Nec huic conclusioni obstat quicquid legitur, & ponderatur per aduersarios in testamento Do. Valerij: quia propter hoc nullo modo approbatur nec ualidatur testamentum domini Venturini sui patris, quòd prorsus nullum erat, ut supra dictum est. Dicit enim dominus Valerius, quòd non uult derogare testamento paterno, nec in aliquo grauare propriam conscientiam &c. ex quibus uerbis non sequit̄, q̄ ualidauerit testamentum patris, omnino nul-
6 lum: tum quia testamentum † domini testatoris non debet pendere ab arbitrio alterius, ut est tex. in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. Tum quia etiam si extraiudicialiter filius diceret hæc uerba. Approbo quòd fecit pr̄ meus; non promittendo tamen, neque soluendo id quod in testamento patris non solenni continebatur, sibi non præiudicat, textus est & glo. ibi in terminis. in l. non dubium. C. de testam. super uerbo agnouerit, ubi Bar in fine dicit, q̄
7 † ubicunque testamentum est nullum, ratione defectus solennitatis, tunc non potest hæres approbare ut testamentum, sed benè posset se obligare ad soluendum, & teneri obligatione nona. Quare ab omni parte concluditur illud testamentum domini Venturini, nullius fuisse ualoris & momenti, saltem ad beneficium istorum de Alexandris.

Verùmtamen absque præiudicio ueritatis, po sito, sed non concesso, quòd dici posset ipsum testamentum ualuisse & ualere, ac ex illo inductum fideicommissum, ex quo nūc isti dn̄i de Alexandris prætendūt uenire de iure dicimus,
8 quòd cum † constet apertissimè, tam ex confessione partis aduersę, quàm aliter, dominum Alexandrum similiter filium D. Venturini pręcedessisse Do. Valerio fratri suo, quòd portio Domini Alexandri non fuit subiecta grauamini alicuius alterius fideicommissi, sed in dominum Valerium fratrem suum superstitem libere deuenit, prout ista probantur ex his, quę habentur in l. pater filiam. §. duobus in uersic. q̄ si frater fratri legitimus hæres extiterit. ff. ad l. Falcidiam, ubi Pau de Cas. post alios declarat, & per ea quæ habentur per gloss & Doct. in l. pen. C. de impub. & alijs substi. & in l. qui duos ff. de uulga & pup. & in l. qui duos. ff. de rebus dubijs. Et quasi per omnes in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell.
9 Neque ob. nobis † lex Lucius. §. Gaio ff. eo. tit. ad Trebellianum, quia dicimus q̄ substitutio ibi non erat facta cum expressione nominis collectiui, uidelicet, si ambo, uel uterq; sine filijs decesserant, prout in casu nostro, in quo dictum fuit si aliquo tēpore suprascripti Alexander & Valerius, filij & hæredes instituti, & quilibet eorum decederent sine filijs masculis &c. Eis sic decedentibus substituebat &c. Quibus uerbis stantibus, prout stant in testamēto Domini Venturini, concluditur de iure, quòd quando decessit Alexāder, eidem Valerius successit, non autem ei successerunt isti aduersarij ut substituti. Nam nunquam erit uerum, dicere quòd mortuo Alexandro solo & Valerio fratre superstite admittantur isti aduersarij substituti, sed immo Valerius successit fratri præmortuo ex substitutione reciproca inter ipsos fratres præcedente. Et ita cantant uerba clara
10 testamenti domini Venturini à † quibus non est recedendum. l. nō aliter. in prin. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cùm in uerbis ff. eod. tit. l. demq; apparet fuisse de eius mente expressa, dum uoluit alterum ex ipsis duobus filijs suis alteri decedenti sine filijs masculis succedere. Neq; ob-

cautt

cauit aduersarios substitutos, nisi demũ quando ambo filij sui decessissent sine filijs masculis &c. Portio igitur Alexãdri præmortui peruenit ad Valerium fratrem suum sine aliquo onere. Et isti aduersarij solùm substituti fuut Valerio ultimo morienti in effectu ex uerbis, & mente Domini Venturini testatoris, ut supra. Et ita in his terminis cõcluditur ex doctr. Bartoli & Bal. in d. l. penultima. C. de impu. & communiter doctorum in d. §. cùm ita. Et in alijs locis circa hoc superiùs allegatis. Ad quæ bene aduertatur.

Vlteriùs tamen etiam posito, sed non concesso, quòd isti Domini de Alexandris succederent Alexandro, & Valerio diuerso tempore
11 re defunctis. Dicimus † primò detrahi debere ex tota hæreditate domini Venturini funeris impensam: Deinde omne æs alienum ad sum mam, ad quam ostenduntur ascendere, prout de ipsa funerali impensa, & ære alieno est text. ubi glo. & Doctores notant. in l. Papinianus §. quoniam autem quarta. ff. de inoff. testam. Et hoc non habet dubium.

12 Successiuè † legitima iure naturæ debita, deducenda esset. Quæ legitima est quota bonorum, non autem quota hæreditatis, & sic ex corporibus deduceretur, secũdùm Bal. & com muniter alios in l. quotiens. C. de hæredi. instituen.

13 Circa † quam legitimam detrahen dam. Dicimus computandas esse filias fœminas, licèt ꝑ statuta exclusas in numero filiorum, ad hoc ut legitima censeatur semis. idest sex unciæ, seu dimidia, omnium bonorum. Iuxta regulã quę habetur in Auth. nouissima. C. de inoff. testa. & i corpore, unde sumitur, uidelicet. Quatuor, aut infra dant natis iura trientem, semissem uerò dant natis quinque, uel ultra. Et hanc opinionem, quòd filiæ fœminæ etiam per statutũ exclusæ ut supra dictum est, computentur in numero filiorum ad effectum, ut supra. Tenuit Ioan. de Imo. in l. huiusmodi. §. si Titio ff. de leg. primo. Et ante eum Baldus ibidem, qui dixit ibi de hoc esse casum, prout re uera est bene intelligendo, istud idem uoluit Bald. in l. unica. in 6. quæstio. ubi etiam Ludo. de Roma. C. quando non petentium partes, & Bal. in dicta Authẽ. nouissima. in ultima quæstio. C. de inoff. testamẽ. Et dominus Philip. Corneus in consi. 197. in primo uolum. in secunda, & 3. colum. Et idem in consi. 48. in 2. uolum. in additione posita in fine dicti consilij per bonas, & urgentes rationes, quæ in dictis locis uideri possunt.

Neque habet obstare, quòd excellens Modernus Dominus Bartolomæus Soccinus con sulendo dixerit. Reperiri de hoc etiam duas alias opiniones, unam uidelicet, quòd ipsa legitima filiorum masculorum infra quatuor sit triens. i. tertia computatis sibi relictis, & dotibus filiarum exclusarũ in illo triente. idest tertia parte prout consuluit Paul. de Castr. in consi. 251. incipien. quoniam fundamenta &c. Alteram uero, quòd dotes, debeant extrahi, tanquam æs alienum. secundùm Bal. Angelũ. & Rapha. in l. Papinianus. §. unde si quis. ff. de inofficioso testamento. & Imol. in l planè § si duobus. ff. de legatis primo. & Angel. in consil. 103. incipien. statuto cauetur &c & cons. 171. incipiente statutũ ciuitatis Cortonij &c. Quia dico nullam istarum trium opinionum habere fundamenta per se ita urgentia, prout habet dicta prima opinio, uidelicet, quòd filiæ computentur in numero masculorũ, licèt sint exclusæ per statutum, ut supra. Est enim re-
14 gula firma in iure, quòd etiam † is qui non admittitur ad partem, tamẽ facit partem, ut probat expressè tex. in dicto § si Titio, & latè Ludo. Rom. in d. l j. C quando non petentium partes per quatuor, seu quinque columnas. incipiendo in colum. 22. uers. ultimò in quantum quærit Bal. an in legitima sit locus iuri accrescendi &c & prosequendo, quasi usque ad finẽ arguendo multifariam, multisque modis ad partes. cuius argumẽta & rationes dominatio uestra dignabitur uidere, & in terminis nostria Reperiet hanc esse ueriorem opinionem quam neque Dominus Soccin. consulendo, neque alius quispiam, quem ego uiderim, adhuc iuridicè confutauit.

Quò autem ad Trebellianicam deducendã, nulla est difficultas, quominùs debeat deduci, quarta pars omnium bonorum relictorum tempore mortis Domini Valerij ex bonis Domini Venturini, cùm non fuerit nominatim, nec expressè, nec etiam per aliqua uerba æquipollentia eius prohibitio facta. Iuxta not. per Bartol. & alios in Authen. sed cùm testator. C. ad l. Falcidiam, & pulchrè per Corneum in cõ silio 207. in 2. uol. incip. de pluribus. in tertia & 4. colum.

15 Et cùm hodie † sit communis opinio tam apud legistas, quàm canonistas, quòd filius sub conditione grauatus de restituendo & cęt. Detrahit & legitimam iure naturæ debitam, & etiam Trebellianicam, ut plenè per Dominum Ias. in l. filium quem habentem. in quinta & sexta colum. C. familiæ ercisc un. & per Alexan. in consil. 142 in 2. uolum. incipien. circa primam dubitationem, in uersiculo circa secundum dubium principale, in quarta columna, cum duabus sequentibus. Detrahuntur enim diuersis temporibus, ut ibi per eos, ergo &c.

Et ista pro nunc sufficiant ad fauorem, & pro iustitia horum dominorum de Siccis.

Si

Si quid uero aliud emerserit, quòd uoce uel scripto dilucidari opporteat: Ad omnia mandata uestræ Dominationis Ero paratus respondere. Laus Deo Redemptori nostro.
Alexander Tertius Bergomensis.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Iurisconf. Bergomensis.

ARGVMENTVM.

¶Si qui donauit bona sua filiis celebrato contractu, & inibi cauto de non alienando, an possit in ultima uoluntate de his bonis disponere ad libitum quis ex donatarijs.

SVMMARIVM.

1 *Testando quis alienare dicitur, & optima secundùm Bart. distinctio, quando lex utitur uerbo, alienationis, nu. 19. 20. 21. & 22.*

2 *Donatori licet dicere legem, quam uelit in donatione.*

3 *Testamentum dicitur esse lex.*

4 *Dubitatio nulla remanet, ubi est casus legis.*

5 *Contractus à principio uoluntarij sunt, sed ex postfacto necessarij.*

6 *Alienari prohibita, testamento relinqui extraneo non possunt.*

7 *Alienatio rei forma certa permissa, non, nisi forma tradita seruata, ualet.*

8 *Viuere semper nemo potest.*

9 *Testandi facultas libera, neque actu ullo restringi debet Docto. auctoritates, numero 10. 11. 12. & 13.*

14 *Alienare prohibitus, si etiam prohibitus sit hæredem instituere, etiam extraneum, non ualet hoc dictum.*

15 *Fideicommissum relictum sub defectu conditionis à iure reprobata non debetur.*

16 *Testamentum ab alieno arbitrio pendere non debet.*

17 *Statutum, quo mulier sine consensu mariti testari prohibetur, non ualet.*

18 *Nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant.*

23 *Index in indicando à communi opinione recedere non debet.*

CONSILIVM LVII.



AGN. & clariss. Domini S. In causa consortij S. Alexandri in colûna. Quæritur, an Iacobinus q. Francischini de Coleonibus. Potuerit de iure instituere hæredem uniuersalem in suo ultimo et solenni testamento Consortiû prædictum, Stante prohibitione alienationis, de qua in publico instrumento donationis, & assignationis per ipsum Francischinum factę dicto Iacobino & Ioanni Petro filijs eius, ut in eo legitur.

Et prima fronte uideretur dicendum, quòd ipse Iacobinus non potuerit testari, prout fecit, quoniam † testando dicitur alienare, ut est tex. in l. peto §. fratre. ubi Bart. & alij ff. de leg. secundo, & tex in l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de aliena. iudi. mut. causa facta, cum sua glo. & text. in l. si quis §. certum. C. de secun. nupt. Clarum est autem, quòd uoluntas ipsius Francischini, fuit sic contractus donationis, sine testamentum, debet attëdi. Quia licitum est † donatori dicere quam legem uelit in donatione. ut l. j. & per totum titulum. C. de donat. quæ sub modo † Et testamentum dicitur esse lex, ut in §. disponat. in Auth. de nuptijs. collat. quarta. & in l. j. C. de sacrosan. eccles. Et propterea posset dici, quòd † ubi est casus legis: ibi nulla remanet dubitatio. l. ancillæ C. de furt. & l. qd' Labeo. ff. ad Carbon. & facit illud uulgatum. In re sua quilibet est Moderator & Arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Et † aliud, scilicet, ꝙ à principio contractus sunt uoluntarij, ex post facto necessarij. l. sicut. C. de actio. & obligat. & per consequens uideretur concludendum, ꝙ hic Iacobinus non potuerit testando alienare in ipsum Consortium, contra tenorem dictæ donationis sibi factæ per eum, prout sonat & cantat, acceptatæ, ac subsequenter per testamentum Francischini approbatæ, & confirmatæ. Et maximè in casu nostro in quo consortius prædictus non † est de his qui successuri fuissent ab intestato ipsi Iacobino, sed est penitus extraneus, ut põderat Bart. & sequaces in d §. fratre, & Ioan de Imola, post alios in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de uerborum obliga. & est bona glo. in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. tertio, quæ communiter approbatur, & habetur per Cynum in l. ea lege. C. de condi. ob causam. Corroborantur prædicta, qnia licëtia, uel consensus Requisitus in alienatione fienda secundùm tenorem donationis, uidelicet domini Testini de Coleonibus, & aliorum, non interuenit in alienatione facta per Iacobinum, qui testando alienauit in consortium prædictum. Ergo talis † alienatio ualere non debet, non seruata forma tradita in ipsa donatione iuxta l. non dubium cum sua materia. C. de legibus. & l. cùm hi. §. si prætor ff. de transac.

Sed præmissis non obstantibus in contrarium puto esse ueritatem. Et teneo quòd Iacobinus de iure Ita potuit testari, & testãdo alienare, etiam instituendo consortium, & sic extraneum. Et primò præsuppono, quòd prohibitus alienare simpliciter, prout hic potest tamen alienare titulo uniuersali, s. instituendo hęredem,

redem, cùm ista non sit alienatio uoluntaria,
8 sed necessaria, quia semper uiuere non potest, ut in l.j.ff de fundo dotali. Neque potest sibi imputari, si instituit hæredem quem uult, & sic etiam extraneum. Quia libera debet esse testandi facultas, nec restringi potest metu personarum uel amissionis alicu us iuria. l.stipulatio, hoc modo concepta.ff.de uerbo.obligat.& l.ille autem ff de hære.instit. Et ita in terminis nedum similibus, sed etiam fortioribus consu
10 luit Ange.de Perusio in suo cons.5 t.inci.† Domina Andrea condidit testamentum, & suum hæredem fecit quoddam hospitale &c. ubi uoluit, quòd si testator prohibuit hæredē, & eius descendentes, alienare quoquo modo, uel alio quouis titulo in alium transferre, & si secus fecerint, uoluit eius bona peruenire ad Titium: Non obstante tali prohibitione potest instituere hæredem etiam extraneum, ut ibi latiùs
11 per eum.† Et idem Angel.in suo cons.7.ex dicto themate plura dubia possent oriri &c Quā decisionem Angeli in dictis consilijs, refert &
12 † sequitur Dominus Alex Imolen.in suo cōs. 155.in 2.uol.ubi consuluit in causa quondam D.Petri Francisci de Brembate Bergomensis Patricij Et idem tenuit Alexander consilio suo 59 primo uolum.& consil.23.in 2.uol. & con
13 sil.55.in 3.uolum.† Secundùm quam opinionem etiam Moderni Papienses. in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de legat.primo. Attestantur se consuluisse, & sic fuisse iudicatum in ciuitate Paduæ. Licèt postmodum disputationis gratia arguant aliqualiter in contrarium. Et cum ista opinione Angeli & Alexandri consulentium, puto intrepidè esse tenendum, quia non habet in specie contradicentem, & uterque ipsorum est summæ auctoritatis.

Quinimo plus dixit Angelus in dicto consilio 57. quod reputant Moderni solenne uer-
14 bum, ubi supra.uidelicet, † quòd etiā si in prohibitione alienationis expressè dictum foret, quòd talis prohibitus non posset hæredem instituere, etiam extraneum, hoc tamen non ualeret. Et nihilominùs posset instituere. Moue-
15 tur ad hoc dicendum, † quia fideicommissum relictum alteri in defectum conditionis, quæ à iure reijcitur, uel reprobatur, non debetur. l. unica. C de his, quæ pœnæ nomine & l.quotiens sub conditione.ff. de conditio. & demonstratio.

Non obstat quòd licentia illa Domini Testini de Colconibus, & aliorum in ipso instrumento nominatorum, non interuenerit. Quoniam sine dubio talia uerba posita in donatione Francischini prohibentis alienationem absque huiusmodi licentia talium personarū, non possunt trahi ad actum testandi. Nam ubi conceditur alicui, quòd possit disponere solùm cū licentia & consensu alterius, debet intelligi de
16 alia dispositione quàm de testō, quia † illud nō potest pendere ab alieno arbitrio uel potestate.l.illa institutio & l.captatorias.ff. de hæredi.instit.& notatur in l.tam his § j ff.de donat. causa mortis. Vnde dixit Paul de Castro in l ex
17 facto.in princ.ff.de uulg.& pupill.† non ualere statutum, quo cauetur, quòd mulier nō possit testari sine consensu uiri sui.

Et sic ex istis concluditur apertè, quòd dictus Iacobinus non erat prohibitus testari, & instituere hæredem quem uolebat: Quicquid ordinauerit Francischinus in dicta sua donatione,
18 uel testamēto.† Cùm nemo possit facere quin leges locum habeant in sua dispositione. l nemo potest.ubi Bar.Bald.Paulus de Castr.Alex. & alij ff.de leg.1.

Non obstant modò aliqua superiùs allegata in cōtrarium, quoniam ex deductis pro ista secunda parte, satis patet sufficiens respōsum. Item quia illa prima argumenta procederent, quando iste Iacobinus alienasset alienatione uoluntaria.id est per contractum, non autē necessaria, id est per uiam institutionis hæredis, ut ponderant dicti consulentes in suis consilijs prææallegatis.

Vlteriùs, si quis bene considerat distinctionem Bartoli in d.l si ita quis.§ ea lege.ff.de uerbo.oblig.ibi stat clara decisio pro isto consor-
19 tio: Dicit enim magistraliter distinguendo, quòd aliquando lex utitur uerbo alienationis permissiuè, & tunc hæredis institutio continetur.d.l.si quis.§.certum.C.de secun.nup. & iste non est casus noster, quia non sumus in uer-
20 bis legis, neq; in alienatione uoluntaria.† Qñque lex seu contrahētes utuntur uocabulo alienationis prohibitiuè, & tūc si prohibetur alienatio simpliciter non prohibetur hæredis institutio & iste est casus noster, allegat sd hoc.l.j. ff.de fundo dotali.& l.quædam. ff de acqui.rerum domin.& ita procedunt allegata contraria.
21 † Aliquando prohibetur alienatio ne fiat in certas personas singulares, & tunc nullo modo poterit talis res prohibita, in eas personas trāsferri, nec per institutionem ex testamento, nec etiam ab intestato, ut l.codicillis.§.matre.ff.de
22 leg.2. Et iste non est casus noster.† Aliquando prohibetur extra certum genus personarū, puta ne alienetur extra familiam prohibentis, & tunc subdistinguitur, ut ibidem per eum, & adhuc iste non est casus noster. Similem etiam distinctionem, & quæ effectualiter in idē recidit facit Angel.in dicto suo consilio 7. de quo supra, quam aliter non refero: quia non est necesse, & ita ab omni parte intentio huius consortij remanet fundata, & habet communem opinionem pro se à qua in iudicando, & consulendo, non est recedendum, secundùm Bar.in

l.ij C.

l.2.C de pena iudicis,qui malè iudicauit,& Innoc.in c. ne inuitaris extra de cōstitutionibus, cum alijs uulgaribus,& propterea concludo in præsenti casu, quòd iste Iacobinus potuit de iure talem institutionem facere de ipso consortio,& consequenter ex eius testamento hæreditatem illā sibi spectare, cętera suppleat Magnificentia uestra, cui me commendo.

Alexander Tertius iuris doct.& Aduocatus Minimus.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij. I.V.D. Bergomensis.

ARGVMENTVM.

¶Legatum factum uxori ultra decimam partem contra disp. statuti,an inualidetur, uel reducatur ad debitam summam, & uxore relicta usufructuaria bonorum omnium, pœna apposita hæredi, quòd ipsam nō molestet, an saltē ab ea possit peti cautio de utendo, fruendo, &c. nec non legata si ex usufructu prædicto, uel proprietate sint soluenda: cum pluribus ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Dubitandum non est, ubi casus legis apparet.*
2 *Statuta prohibitiua transgredi non licet.*
3 *Pęna priuationis hæredi imponi potest, si molestet legatarium.*
4 *Hæres petendo satisdationem, & inuentarij confectionem, non censetur molestare usufructuarium.*
5 *Molestare quomodo intelligatur, si quis fuit uetitus molestare usufructuarium, & legatarium.*
6 *Testator non potest satisdationem ab usufructuaria dandam remittere.*
7 *Satisdatio ubi desideratur, ibi quoque inuentarium.*
8 *Consequens presupponit antecedens.*
9 *Testatoris uoluntas non aduersaria iuri ad unguem seruanda.*
10 *Prouisio hominis tollit prouisionem legis.*
11 *Legata soluenda non de usufructu legato, ne fit inanis, sed de proprietate.*
12 *Casus non expressi, remanent in dispositione iuris communis.*
13 *Vsufructuarius pro rebus,quę usu consumuntur, quomodo satisdabit.*
14 *Disputandū non est de conditione ante eius euentum.*
15 *Conditio in futurum pro certo extitura, pura reputatur.*
16 *Loquendi usus communis, etiam in statutis est attendendus.*

CONSILIVM LVIII.

IN nomine dñi nostri Iesu Christi amen. Super testamento condito per olim Innocentium, filium quondam domini Frācischini, dicti Morsalli de celleris, deluere, quæritur de pluribus.

Et primò utrùm ipse testator de iure potuerit relinquere dominę Caterinę uxori suæ dotem suam, quam dixit esse in ducatis 50. & ultra dotem iudicare sibi alios ducatos centūquinquaginta, de quibus ad sui beneplacitum disponere possit, & demum etiam relinquere ipsam usufructuariam omnium bonorum, mobilium, & immobilium, & iurium ac nominum. &c.

Ad quod respondeo. Si testator filios aliquos nō habebat ex ipsa uxore, nec ex alio matrimonio, prout mihi dictum est, quòd nullos habebat, potuit utique sibi relinquere decimā partem bonorum suorum, & etiam usufructū. unde si ponamus testatorem habuisse in bonis, deducto ęre alieno, ducatos mille quingentos, ualet legatum ducatorum. 150. quia sunt decima pars omnium bonorum mariti,& ita clarè uult statutum ciuitatis nostræ Bergomi,sub rubrica de legatis per maritum uxori factis:collatione sexta.in uersiculo si uerò sit dotata. & non habeat filium &c. ex quo non est 1 amplius de hoc dubitādum.† Cum habeamus casum legis, uel statuti sic disponētis, ut in l.quæ labeo.ff.ad Carbon. & in l. Ancillæ. C. de furtis,si uerò bona testatoris minùs ualerent,diminuetur legatum uxoris. Ita quòd non excedat decimam partem quia statutum prędictum est 2 † prohibituum, & resistit, quòd ulteriùs leget non possit uxori, & si ultra legatum est, nihil ualet, ut habetur in l.non dubium. C. de legibus,& in l.ubi lex ff.de fideiussoribus.

Secundò quæritur,quia sub pœna priuationis hæreditatis est iniunctum Manfredino, fratri dicti testatoris, hæredi uniuersaliter instituto, quòd ipsam uxorem non possit nec debeat turbare,nec molestare in dicto usufructu generali omnium bonorum ut sup.

Et quòd dicto casu turbationis, uel molestiæ ipsa hæreditas deueniat in quædam loca pia &c. Nunquid hic Manfredinus hæres possit absque periculo perdendi ipsam hæreditatem, petere, quòd dicta uxor usufructuaria sibi satisdet de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, & de restituendo, finito usufructu, &c.

Et etiam petere, ꝙ fiat inuentarium de bonis relictis per ipsum testatorem. Ita ꝙ per hoc non dicatur molestare neque turbare ipsam in usufructu generali, de quo supra. Ad quod re-
3 spondeo licèt talis impositio pœnę priuationis hæreditatis ualeat, & teneat, & posit imponi hæredi molestanti, uel turbanti uxorem, ut in l. prima, C. de his quæ pœnę nomine, & institu. de legatis. §. finali, & l. prima §. si ita. ff. ad legem Falcid. & notat Barto. in l. uxorem. §. hęres ff. de legat. tertio, & meliùs in l. paterfamilias. ff. de hæredibus instituendis, & plenè per dominum Alexandrum in consilio 52. in secundo uolum. & in consil. 177. in quinto uolum. ubi idem consilium est repetitum.
4 Attamen dico, quòd † hæres petendo talem satisdationem ab usufructuaria, non dicitur eã molestare, nec turbare, & similiter petendo inuentarium fieri, ut sup. Neque per hoc incurret periculum perdendæ dictę hæreditatis. Ita concludit Bal. in l prima. C. de usufructu dominus Alex. & alij post Raynerium, & Angelum in l. quod de bonis. in §. frater. ff. ad l. Falcidiam, & facit quod uult Bald. in dict. l. prima. C. de his quæ pœnę nomine uersiculo quæro si testator
5 mandauit, &c. ubi dixit. Si † testator grauat hæredem, ne molestet uxorē suam, sub pęna priuationis hæreditatis intelligitur de molestia, quæ malo animo, & malo modo infertur, & nō de aliqua petitione quæ fit iure permittente.
Allegant rationem præfati doctores, quia
6 etiã si † testator uellet, non posset hanc satisdationem expressè remittere nec uxorem ab ea liberare textus est in l. scire debetis. C. ut in possess. lo. legat.
Itèm non potest facere, quin leges locum habeant in suo testamento l. nemo potest. ff. dę
7 legat. primò, ergo &c. Ex quo sequitur ꝙ † ubi talis satisdatio locum habet. Ibi debet etiam inuentarium fieri text. est notabilis. in l. prima. §. cauere uersi rectè autem. Ibi si in testatum redegerint, &c. ff. usufr. quemadmo. cap.
Accedit in casu nostro. Quoniam hic testator ordinauit, quòd omnis mercantia, & ut uulgo dicitur lo interman. dicenti panni lanę, & filatum, nec non denarij, & credita per ipsum relinquenda, debeant inuestiri in una bona, siue pluribus proprietatibus tutis fundalibus, & securis, quarum proprietatum ipsa uxor usufructuaria esse possit. Cum itaque talis inuestitura in proprietatem unam, uel plures sit facienda de mandato testatoris, potest etiam hæres facere fieri inuentarium ad hunc finē ut prædicta in-
8 uestiantur &c. Quia † qui uult consequens uult etiam necessarium antecedens l. ad rem mobi-
9 lem, & l. ad legatum. ff. de procurat. † uoluntas testatoris In quantum non est contra ius, seruanda est ad unguem capitulo ultima uoluntas 13. quæstione 2. & in auth. de nuptijs. §. disponat. collat. 4.

Erit igitur modus, quòd hic manfredinus hæres uniuersalis. ut sup. Ad literas Clarissimi domini prætoris Bergomi. Adeat dominum Prætorē. . . Ad hoc ut in exequutione ipsarum literarum fiat inuētarium de bonis oībus relictis per ipsum testatorem tam ad finem, ut talia inuestiantur in unam proprietatē, uel plures ut sup. Quarum proprietatum ipsa domina Caterina sit usufructuaria, prout testator uoluit, qnàm etiam ut ista domina satisdet de utēdo, & fruendo arbitrio boni uiri, & de restituēdo finito usufructu, &c. Et prout forma iuris, & statutorum requirit. &c.

Protestando semper ad cautelam, quamuis necessarium non sit, quòd per prædicta non intendit molestare, neque turbare ipsam usufructuariam in suo usufructu, neque propterea incurrere pęnam aliquã priuationis hęreditatis.

Vlteriùs, quia quæsitum est utrū onera soluendorum legatorum de quibus in testamento spectent māfredino hæredi, an uero ipsi uxori
10 usufructuariæ. Rñdetur bř: quia † prouisio hominis facit cessare prouisionē legis. ut est text. in l. fi. C. de dotis promissione, cum sim. quòd postquam testator expressit, ꝙ soluantur p hęredem suum, & de bonis ipsius testatoris, ipsa usufructuaria non tenetur ad huiusmodi legata persoluenda, uendetur ergo tantùm de bonis hæreditarijs, ut ipsis legatis satisfiat. Sunt enim hic tot legata soluenda, quæ profectò exinanirent uires usufructus, si de ipso usufru-
11 ctu forent soluenda. † Propter quod dicēdum est de proprietate, ipsis debere satisfieri, secundùm ea, quæ habentur latè per dominum Alex. de Imola. in l. usufructu. ff. ad l. Falcidiam, ubi respondet, ad text. l. finalis. §. sin autem ęs alienum. C. de bonis quæ liber. qui textus uidebatur facere in contrarium, & ita etiam concludit Barto. in l. finali. ff. de usufructu legato, & latissimè dominus Philippus Corneus in suo cōsil. 195. in quarto uol. per totum illud consiliū & sic cessat in totum ista dubitatio.

Dum autem quæritur, si ista domina Caterina iret habitatum ad aliquem locum, ubi sibi placeret an priuaretur dicto usufructu. Dico ꝙ non, dūmodo uiuat castè, & honestè, & uitam uidualem obseruet, prout in testamento.

Nam solùm in duobus casibus testator eam priuat usufructu, uidelicet si nuberet. Item si
12 iret habitatum Venetias, &c. unde alij † casus remanent in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. & l. si extraneus. ff. de conditio. ob causam cum uulgaribus.

De

Dereddit ibus uero pceptis ante mortem testatoris qui erant in domo. Respōdeo, q pro prietas eorum est hæredis, usufructus uero pertinet ad uxorem. Hoc modo. Pone q erāt plaustra decem uini, uel somę decem frumenti, & sic de singulis usufructuaria poterit illud uinū & frumentum accipere, & de eo facere quicqd uult. Dum tamen satisdet de reddenda tanta quantitate uini, & frumenti, seu ualore tempo re, quo erit finitus usus fructus.

13 Quoniam † ita fit in rebus quæ usu consumuntur, ut habetur in l. si tibi, uini, olei, frumenti, &c ff. de usufructu earum rerum quæ usu cō sumuntur, & institu. de usufructu. in §. constituitur, & in §. sequenti.

De medietate autem mobilium, & de uestibus ac fulcimento legatis ipsi dominę Caterinæ uxori. Dico q nunc illud legatum non pōt habere locum, quia factum fuit solum in casu in quo ipsa domina Caterina nuberet, uel iret Venetias, ut sup. Quibus casibus priuatur legato usufructus, & succedit tunc legatum medietatis ipsorum mobilium, & uestium, & fulcimenti. &c. unde nunc ipsa mobilia non sunt diuidenda, sed omnia ponēda sunt in inuētario. Quæ mobilia ipsa uxor usufructuabit, satisdando ut est dictum supra.

Si uerò eueniet casus, uel q nubat, uel quòd uadat habitatum Venetijs. Tunc erit disputan

14 dum de dicto legato, sed † ante conditionis euentum superfluum est de ipso diuidendo tractare. iuxta l. cedere diem. ff. de uerbo. signific. & l. itaque. ff. si cert. petatur, ubi conditio est de

15 futuro. † Neque certum est, an sit extitura, uel ne, quia tunc esset ut pura. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouationibus.

Vltimò quæsitum fuit. An legata de quibus in testamento prædicto, debeant detrahi, sicut detrahitur ęs alienum, ad finem uidendi, & cognoscendi, utrum fuerit legatum uxori, plusq̄ uelit statutum Bergomi, de quo supra. Idest ultra decimam partem bonorum dicti Testatoris, uel ne.

Ad quod dico, postquam legata sunt soluenda de bonis Testatoris per hæredē uniuersalem institutū, ut præmissum est, omne illud quod superest soluto ęre alieno, & detractis legatis remanet in bonis testatoris. Ita quòd decimam partē habebit uxor ultra usumfructum generalem.

Nam etiam legatarij dicuntur creditores at

16 tento maximè † communi usu loquendi, qui etiam in statutis debet attendi, ut per Iaco. Buteig. Bar. Alex. & Modernos papienses in l. at. in fine. ff. si cert pet. & facit text. in l. si cui, & in l. creditores. ff. de uerborum significatione, & sic legata detrahentur, ad cognoscendum an fuerit legatum plusquam permittatur à statuto.

Et ex istis puto satisfactū esse omnibus quæ sitis, de quibus supra. Laus Deo.

CONSIL. ALEXANDRI TERTII Bergomensis. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶ Fideicommissi casus quomodo uerificetur ex clausula iunctim collecta in fine disp. uidelicet sic decedentibus, cum referatur ad duas personas, in quorum obitu fuit diuersè dispositum quòad fideicommissi præstationem.

SVMMARIVM.

1 *Veritas sępius agitata, magis splendescit.*
2 *Testamenti uerba, ubi clara sunt, non est ab ijs recedendum.*
3 *Pluralitas in singularitates suas ex causa resoluenda, & ratio, nu. 5.*
4 *Testamenti si una particula dubitationem habet uenit declaranda ex alijs eiusdem testamēti particulis.*
6 *Similiter, & sicut aduerbium, quomodo intelligatur. nu. 7. & 8.*
9 *Testator, quæ facilè exprimere potuit, si non expressit, pro non scriptis habenda.*
10 *Testator quæ non dixit, nec nos dicere oportet.*
11 *Testatoris dispositio, de ualida intelligitur.*
12 *Intestatum decedere uarijs modis intelligi.*
13 *Intestatum, ab intestato, & sine testamento decedere, an idem sint, magna disputatio.*
14 *Filiorum in successione principalis causa.*
15 *Vsusfructus legatus filio, patri accedit.*
16 *Donatio non facilè præsumitur, nec quidem inter patrem, & filium. nu. 17.*
18 *Donatio usufructus aduentitiorum facta à patre in filiū ualet, si morte patris confirmetur. n. 19.*
20 *Coniecturis in certo locus non est.*
21 *Animo à nostro dependentia, à nobis solis declarantur.*
22 *Demonstratę satis rei, frustra aliquid adijcitur.*
23 *Dubitabilibus, non indubitatis leges, & statuta respondent.*
24 *Exclusus ab intestato, etiam à legitima exclusus est.*
25 *Trebellianica non confectione inuentarij perditur communiori opinione. numero 26. & 27. &c.*

CONSILIVM LIX.


VIA scriptū est. q ueritas sępiùs exagitata, magis splendescit in lucem, ut est tex. in c. graue. 35. q. 9. Ideo ultra aliàs allegata per me, & per alios celeberrimos doctores ad fauorem

istorum nobilium de Alex. circa substitutionē de eis factam in testō D. Georgij. de Tonsis de Soncino, adhuc subdam aliqua.

1 Et † in primis, attingēdo illud. Nunquid uidelicet euenerit casus fideicom præsuppono ꝓ indubitato, quòd sic eo quia D. Georgius testator decessit sine filijs, & filiabus, & D. Margarita mater, & hæres uniuersaliter instituta ab ipso testatore, decessit ab intestato, prout sub his duabus conditionibus separatim sibi domino testatori, & dominę Margaritę, iniūctis, uocati sunt prædicti dñi de Alex. auunculi præfa-
2 ti testatoris per uerba † clara dicti testamenti, à quibus non est recedendū. l. nō aliter in prin. ff. de legatis tertio, & l. ille aut ille §. cum in uerbis. ff. eod. titu. notatur in l. uoluntatis quæstio. C. de fideicom.

Quòd modò uerba talium cōditionum sint clara, patet manifestè. in pluribus locis ipsius testamenti. Et primò in principio capituli respicientis fideicommissum, dum ibi dr casu quo aliquo tempore in futurū ipse dominus testator quandocunque decederet sine filijs masculis, uel filiabus legitimis, & naturalibus, postea subdit. Et similiter ipsa domina Margarita hęres utsup. quandocunque decederet ab intestato. Ita quòd non testaretur de bonis hæreditarijs ipsius testatoris. Tunc & eo casu uoluit, ꝙ ipsi de Alexan. succedant, & succedere debeant ipsi domino testatori, & prędictę dominę Margaritæ, adeo quòd illa cōditio sine filijs masculis, uel filiabus respicit solùm personam testatoris, & illa ab intestato. Ita quòd non testaretur. respicit solùm personam dominę Margaritæ.

Et quamuis immediatè ibi subdatur, sic decedentibus sine filijs masculis, uel filiabus legitimis, & naturalibus, & ab intestato utsup. tamē illud plurale decedētibus resoluitur in suas sin-
3 gularitates † isto modo uidelicet ipso domino Testatore sine filijs, & filiabus decedēte, & ipsa matre ab intestato decedente, prout est text. in l. falsa demonstratio. in fine. ff. de condi. & demonstrat. & in l. hæredes mei. §. cū ita, ubi doc. ff. ad Trebellianum, & in alijs allegationibus fuit dictum.

Corroboratur hoc secundò, quia testator. incontinenti adiecit uerbum. utsup. dans nobis intelligere, ꝙ cōditiones separatim adiectas separatis personis non cōiungebat, sed separatas relinquebat. quemadmodū i prin. c. fideicom. apposuerat. Verificatur hoc idem, & tertiò. Ex alijs uerbis Paulò infra subsequentibus, quæ separatim, & singulari numero dū loquuntur de testōre decessuro, dicunt sine filijs, uel filiabus, & dum loquuntur de D. Margarita. dicunt, ab
4 intestato utsup. certū est aūt, ꝙ in testamētis † si una particula continet aliqd dubitationis, uel ambiguitatis declarari pōt & dēt per aliā particulam eiusdē testamēti, ut est tex. & ibi doct. maximè Ias. post Bar. in l. q. filiabus. ff. de leg. j. in princ. in j. col. & hr in l. si seruus plurium. §. j. eo. ti. facit notabile consiliū D. Abbatis nu. 37. quod incipit debetur j. in ult. col.

Item secundum rectam grāmaticā, & rectū
5 sermonem † Tales declarationes, & intellectus ꝓcedunt, & debent de iure attēdi, ut in l. Plautius in fi. ff. de auro, & argento legato. ubi Bar. subdit allegando glo. notab. in l. cùm filiosam. in uerbo relictis. ff. de legat j. & legem nā quod liquidè in fin. ff. de penu. legata, ꝙ quādo in aliqua dispōne duo substantiua procedūt, potest eis dari adiectiuū pluralis numeri, sicut & singularis numeri, paria ergo sunt in casu nostro, ꝙ in ipso c. fideicom. ubi duo substantiua pręcedebant. s. testator, & D. Margarita dictū fuerit decedentibus per adiectiuū pluralis numeri ac si dictum fuisset decedēte singulari numero ad unumquodque substantiuorum ꝓcedentiū. Sequitur ergo manifestè cōclusio, quòd euenit casus fideicom. prædicti. quamuis ex D. Marga hoc superstit filius post prædictum testm̄ susceptus ex scdo uiro. cum tn̄ ab intestato mortua sit prout re uera est, & in fideicom. ostendetur.

Nec obst. quòd audio pōderari per partem aduersam. s. illud uerbū. Et similiter ipsa D. Mar
6 garita decedente. Quia rndeo, ꝙ tale uerbū † similiter non importat omnimodā similitudinē ęquiparatorum, prout in sacra pagina, dum' dr. quanta bona recepisti in uita tua, & Lazarus similiter mala; sed satis est, ꝙ similitudo uerificetur in aliquo, prout ibi, quò ad uerbū recepit, & in casu nostro quò ad uerbum decesserit, facit gl. in c. non potest in uerbo curam animarū de præben. lib. 6. dum dicit, ꝙ similitudo, nō refertur ad species, sed ad genus, & sufficit qualiscunq; similitudo. Vnde hic sufficit ꝙ D. Margarita similiter decesserit prout etiam decessit D. Georgius licet in ea nō adsit illa similitudo
7 sine filijs, uel filiabus. Facit † ꝙ de aduerbio sicut, quod ita est aduerbiū similitudinis, ꝓut est similiter dixit gl notabilis. in l. si cū uenderet. §. fi. ff. de pignor. actio. allegans scripturā sacram ibi, estote perfecti sicut pater uester, uide
8 licet ꝙ † tales dictiones non important omnimodam relationem in qualitatibus, & dictam glo. refert, & sequitur Ias. in l. si pater filium in 10. colum. C. de institutio. & subst. & resti. sub cōdi. fac. & nulli dubium, quòd si testator uoluisset illam conditionem decedente sine filijs,
9 uel filiabus, repetere in persona matris † prout dixerat in se ipso, facillimè id exprimere poterat iuxta tex. in l. unica. §. sin autem ad deficientis. C. de caducis tollend. ibi. Nam si uolebat. nulla erat difficultas coniunctim ea disponere. Et iuxta text. in capitulo ad audientiam de de-
10 cimis in finalibus uerbis. † Quod ergo non

dixi

dixit testator, circa personam matris, de filijs, uel filiabus. nec nos dicere debemus. argu. legis si seruum uersiculo non dixit prætor ff de acquir. hæred.

Itē non obstat alia consideratio, ut mihi re latum est, facta per partē aduersam super illis uerbis, ab intestato. Ita quòd nō testaretur &c. quasi uelit inferre, q sufficeret. ad excludendos istos substitutos, ipsam dominam Margaritam fuisse testatam. solum de facto licet de iure non posset testari. Quoniam ad hoc respondeo in primis, quòd adhuc nullum testamentum conditū ab ipsa D. Margarita producitur, sed uerbo tm̄ allegatur, q saltem de facto testata est.

Et quando produceretur aliquod testm̄ de facto, conditum ab ea. quæ de iure testari non poterat cum esset in potestate patris. per iura alias allegata, & omnibus notissima. Illud tale testm̄ non iuridicę factum non debet attendi.

11 Tum quia debemus † intelligere dispositionē testatoris de ualida, ut d l. 3. §. cōdemnatum. ff. de re iudicata cum alijs accumulatis p Fely. in c. ex tenore de rescriptis, & etiam quia illa uerba. Ita q non testaretur. non important q sufficiat testari de facto. Sed magis debemus intelligere q fuerint posita declaratiuè. ad illud ver-

12 bum † ab intestato quo d uerbum. in iure pluribus modis intelligitur, prout dicit text. glo. & doct. instit. de hæreditati. quæ ab intesta. defer. in prin. quia ipse testator intellexit, q ab intestato solum diceretur decedere D. Margarita ue3, si aliquod testm̄ ualidum non conderet. cum tamē, & aliter dicatur quis ab intestato decedere puta si iure quis testatus esset, & postea eius testm̄ ruptum, uel irritū factum esset, put in textu sup. proximè allegato, & isto modo nō erit opus interpretari illam lōgā disputationē.

13 † an idem sit dicere aliquem mori ab intestato, uel intestatum, uel sine testamento. Quia in casu nostro decidendum est, quòd sic, propter illam conditionem. Ita q non testaretur. De qua disputatione latissimè habetur in l generaliter. in princ. post glo. per Pau. de Castr. Raphaelem Fulgos. & D. Alex. in princ. C. de institut. & substit. & restitutio. sub conditione factis, & per eundem Alex. in consi. 115. in 2. uol. incipien. circa dubitationem. de qua quæritur cum multis concordantibus per eum utrobique traditis.

Nec etiam obstat alia consideratio. aduersarij, quā audio fieri, ue3 q sufficere debeat matrem de facto fuisse testatā. quia sic pręsumitur intuitu maioris pietatis maternę erga filiū relictum &c. Quoniam respondeo quòd de directo est cōtra uerba testamēti D. Geogij & cōtra eius mētem. Nam D. Georgius hoc ordine charitatis pcessit. primo enim loco demōstrauit quòd matrem suam prædiligebat sup. oēs, quia ipsam hæredem unicā fore constituit. Secundo loco substituēdo auunculos suos, os matre ab intestato decedente ita quòd nō testaretur, expressit, quòd nō uolebat aliquem alium pręter eos ipsi matri succedere posse ab intestato. Sed solùm si per uiam testamenti cōdendi mater faceret sibi aliquē hęredem, hoc casu auunculi erant postpositi, patet itaq; quòd ipse dominus Georgius nullam habuit consideratio-nē ad aliquem filium postea ex matre sua tunc nidua nasciturum ex alio matrimonio, q certè talis filius de iure successisset matri ab intestato nisi D. Georgius eū exclusisset, suos auū-

14 culos eo casu substituendo, quia † in tali successione ab intestato. alio non existente in contrariū, prima causa est filiorum, ut insti. de hæred. quæ ab intesta. defer. §. 1. intuitus ergo pietatis maternę impertinenter ad hæc adducitur p aduersariū, & expressè apparet euenisse casum fideicom. in personis istorum nobilium de Alexandris, & res ista in hoc non habet dubium. Nisi studio contradicendi quis nellet perdere suo sensus, ut dicitur euenisse olim machabeis, ut inquit Ioan. Andr. in proę. sexti in nouella, & refert Ias. in l. omnes populi in prin. in repetitione. ff de iusti. & iure.

Quò uerò ad usumfructum. Breuiter respō-

15 detur † illum spectasse patri in cuius potestate erat ipsa D. Margarita, ut habet in l. cū oportet. C. de bonis, quæ liberis, ubi aduentitia oīa. hodie iure nouo aquiruntur filijs in potestate constitutis quò ad proprietatē, patri uerò quo ad usumfructū ad idem est text instit. per quas perso nō. acquiritur. in princip. Neque statuta Soncini. uel Bergomi, huic conclusioni in aliquo derogant. Et nihil obstat cōsideratio ue3 q debeat censeri dunatus filię per patrē, ex quo nunq̄ fecit uerbū de ipso usufructu, & illū non

16 petijt sup. dari. Qm̄ respondeo. † donationem non pręsumi debere ut l. si cum ff. de solut & l.

17 cum de indebito. ff. de proba † Quinimo inter patrem, & filium nō pręsumitur donatio etiam quando pr̄ emit nomine filij, uel si simpliciter rem tradidit filio, sed his duobus duntaxat cōcurrentibus l. secunda & ibi Bar C. si quis alteri, uel siti, & bī in l. si donatione. C. de collat. & idem Bar. in l. filię. C. Famil. erciscun.

Neque obst. tex. in prællegata l. cū oportet §. finaū ubi doct. C. de bon. quę lib. & qđ uult gl. notabilis. in l. 2. C. de inoffi. testō. & Bart. & scribētes in l. frater à fratre. ff. de cōd. indeb. dū

18 uolūt, q † si pr̄ donat filio in potestate usumfructum, quem habet in bonis aduentitijs filij statim ualet donatio. Quia etiam posita hac opinione pro uera, non sumus hic in casu in quo pr̄ talē usumfructū donauerit D Margaritę filię suę, sed sumus in casu isto ue3, an præsumi debeat patrem uoluisse donare, non petendo

an uero non uoluisset donare, & dico quòd do natio non præsumitur. Item dico quòd text. in d. § sin autem in uerbo post obitum ipsius lu-
19 cretur, &c. & gl. ibi uolunt quòd talis donatio usufructus morte ipsius debeat cõfirmari, aliàs non dicatur ualuisse uiuente patre, cum itaq; pater dominę Margaritę adhuc uiuat, & ipsa mortua sit, non possumus dicere talem donationem usufructus etiam si præsumeretur, fuisse morte patris cõfirmatam, & eo magis, quia pater ipsius dominę Margaritę ut mihi uerbo relatum est, aliàs constituit procuratorẽ ꝑ publicũ instrumẽtũ adhunc usumfructum petendum, & consequendum. Qđ si in facto uerũ est tollitur omnis præsumptio, ꝙ uoluerit dona-
20 re† quia in incertis, non autem in his quæ sunt certa, locus est coniecturis. l. continuus. §. cùm, ita ff. de uerbo. obligat.

Præterea de hoc, an pater debeat præsumi uoluisse donare filię, uel non cum adhuc uiuat pater, erit standum dicto suo per regulam no-
21 tabilẽ, quæ uult, ꝙ † in dependentibus ab animo alicuius statur eius declarationi, ut est glo. cõmuniter approbata inst. de actio. § alię in gl. magna & Bar. in l. inter oẽs. §. rectè. ff. de furtis & Bar. in l. gerit ff. de acqui. hære. & Alex. in cõsil. 19. in j. col. in j. uol. incip. uiso ꝓcessu causę.

Insuper circa illud, uidelicet an per assertũ instrumentũ procuræ, & per alia postea subsequuta uidelicet donõnem, & sponsionem cẽseri debeat renuntiatum fuisset fideicommisso, uel illud remissum per fideicommissarios. Rñdeo breuiter ꝙ non, quia in ipsis instrumentis non sunt alia uerba, quæ de iure importent renuntiationem fideicom. ut plenè in alijs allegationibus dictum, & conclusum est. Quibus, qua-
22 plenissimę sunt, in hoc. Nihil addo. † Nam ut inquit textus in l. 1. in fin. ff. de dote prælegata. Quicquid demonstratę rei adijcitur, satis demonstrare frustra est, solùm de ipso instrõ procuratorio hoc dicam, uidelicet ꝓ ipsum nullo & inualido haberi debere: Nullamq; fidem in iudicio nec extra illud mereri, stante dispositione clara statutorum Bergomi. in quinta collatione sub rubrica quinta de secundis notarijs ponendis in instrumentis, & sub rubrica. 10. de fide danda instrumentis, & sub rubrica 11. de subscriptione fienda in imbreuiaturis, & protocollis per secundos notarios. Quæ statuta trãsmittũtur, ut legi possint adeo, quòd dicere possumus, quòd de nullitate talis instrumenti ha-
23 bemus casum legis municipalis. Et † sic nulla remanet dubitatio uulgata l. quod labeo. ff. ad carbonia. & Lancillę. C. de furtis & statuta ipsa confirmata fuerunt per Excellentissimum consilium Rogatorũ Venetijs, de anno 1493. ꝓut & oĩa alia statuta ciuitatis Bergomi, quæ sunt in continua, & uiridi obseruantia, & quibus ciuitas ipsa in toto suo districtu quotidie utitur.
24 Quantùm ad illud, quòd † exclusus ab intestato, dicitur etiam ꝙ sit exclusus à legitima, hæc est uerissima regula apud scribentes, & cõsulentes tam antiquos quàm modernos. Quam ultra authoritates, & rationes copiosissimis in alijs allegationibus deductas, apertissimè comprobat dominus Petrus Filippus Corne in suo consilio. 107. incip. In hac consultatione in 2. uolum. ubi inter alia hoc dicit formaliter. Non reperitur in iure aliquis, qui ab intestato non succedat, cui debeatur legitima.

Eodem modo uera est, & magis communis opinio illa plenissimè discussa ĩ allegationibus
25 aliàs in præsenti causa factis, uc3 ꝙ † ꝑ nõ cõfectionem inuẽtarij perdatur Trebel. quamuis etiã multi magni doctores cõtrariũ tenuerint.

Quã opinionẽ ultra allegata, nouissimè pro ueriori, & magis cõi tenet D. Petrus Filippus Corn in cõs. 168. in 3. vol. ubi sic dicit in 4. col. articulus est multũ dubius, qa iura non apertè loquũtur, & rõnes vrgẽtes, & author. ꝓmaximę sunt, & doctores uarij. Tamen magis communis opi est, quòd non conficiens inuentarium nõ detrahat Trebellianicam, prout hanc partẽ tenuit Iaco. de Are. in l. cum tale. §. primo, ff. de condit. & demonstrat. & ibi Bald. & Rapha. Cumanus, & Paulus de ea, qui uidẽtur hoc præsupponere pro expedito. Idem Petr. & Cyn. in authentica sed cùm testator. C. ad l. Falcid. ubi Bald. firmat hanc partem. per tex. in §. hinc nobis in auth. de hæredi. & Falci. in uersi. illo adiecto: idem tenet Saly. in dicta authentica, sed cũ testator, & Bart. in suo consilio incipienti lena, mattarelli numero 234. ubi Bar. dicit idem tenere Modernos in dicta authentica. sed cùm te
26 stator. † Et Raphael. Fulg. ibi firmat hanc partem subdens, & hoc cõsuluisse, & hanc opinionem tenendam tanquàm communem. Idem tanet Paul. de Castr. in consilio 207. incip. super hoc dubio fuerunt opiniones, & Lud. Roma. in authen. similiter. C. ad l. Falc. in antepe. char.
27 dicens† de hoc esse casum rotundũ. in autb. de hæredibus, & Falc. §. si uerò non fecerit inuentarium. Ibi nec Falcidię beneficium habebit, & solida legata, & fideicõmissa præstab it. &c. Et ex præmissis puto constare de optimo iure istorum dñorũ de Alex. in prima cã. Laus Deo.

Alexander Tertius Bergomensis. I. V. D.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Bergomensis. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶ Bona submissa fideicommisso, an possint alienari in debentem succedere. ut dicatur non contrauenire uolũtati testatoris, & an in eiusmodi disp. sing. numerus debeat in plurali uerificari.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Seniori bona constitui testamento & actu inter uiuos possunt.*
2 *Singularis numerus unicum requirit, et pluralis duobus est contentus. nu. 3.*
4 *Transactio inter hæredem & fideicommissarium ualet, nec potest infringi. num. 5. maximè si pro missum sit de non contraueniendo nu. 6.*
7 *Hæredes factum defuncti, cui successerunt, approbare tenentur.*
8 *Hæres eadem persona cum defuncto censetur.*
9 *Facto proprio contrauenire non licet.*
10 *Verba, uadat, perueniat seniori, etc. important fideicommissum.*
11 *Fideicommissa, onera, grauaminaq; censentur.*
12 *Conditionem semel impletam esse sufficit.*
13 *Testator quod non dixit, nec nos dicemus.*
14 *Testatoris mens in dubio non præsumitur diuersa à uerbis suis.*
15 *Præcedentibus sequentia declarantur.*
16 *Semper particula, quomodo intelligenda.*
17 *Singularis numerus in iure sæpe ad pluralem extenditur.*
18 *Recedendum non est ab eo, quod uerba sonant.*
19 *Verba pleniùs in testamentis interpretanda.*
20 *Prouissio facta in institutione, censetur repetita in substitutione.*

CONSILIVM LX.

PROPOSITVS fuit punctus ex ultimo testamento Do. A. testatoris antiqui in hæc uerba uulgaria, uidelicet. Item lassa & instituisce suo herede, il figliuolo mascbio, che descendesse della sua moglie Chiara, & se è femina, uuole che ella babbia come la Antonia sua figliuo la predetta; Et in caso che la Chiara sua dõna non facesse figliuol mascbio da lui descenden te, lassa suoi heredi M. Hieronimo Soncin, Iacomo Soncin, Marco Soncin: Et M. Georgio suoi fratelli, & lascia à loro tutte le sue case & possessioni dentro & fuora di Padoua. Cõ questo che uada sempre in lo piu uecchio, che si trouarà esser de loro, & poi in lo più uecchio che insirà de questi quattro.

Circa quem punctum occurrit attingere plura. Et primò, nunquid uerba illa, nidelicet. Vada in lo più uecchio, che insirà de loro quattro uerificentur non solùm, si per uiam ultimæ uolũtatis, an uerò etiam si per actum inter diuos, bona ipsa uadant in seniorẽ ex illis quatuor descendentem, prout fuit D. Bonifacius, filius D. Hieronymi, in quem dicta bona peruenerunt ex transactione facta inter olim D. Hieronymum prædictum, et dñm Georgium. Ad quod breuiter rñdetur, quod sic, ut est optimus text. ubi glo. Bar. Paul. de Cast. & alij Doctores notant. in l. unum ex familia in princip. & in § j. ij & iij. eiusdem legis. ff. de leg. 2. ubi si ex dispositione alicuius testatoris aliquid debet deuenire in unum de familia sua, satis est, uel quod ex ultima uoluntate, uel ex actu inter diuos ita deueniat.

Item circa importantiam ipsorum uerborũ dicitur quòd dicta uerba, In lo più uecchio che insirà de loro quattro. Ex quo sunt singularis numeri, habent effectum suum in sola persona D. Bonifacij, qui erat senior descendens illo-
2 rum quatuor. † Nã singularis numerus unum tantùm requirit, sicut numerus pluralis, duos uel plures, ut est notissimum. secundùm rationem recti sermonis. Iuxta l. Plautius. ff. de au. & arg. leg. Et huiusmodi uerba singulari aut plurali numero prolata in testamentis, Vehementer attendantur, ut est casus ad hoc notabilis. in l. si ff. ad Trebel. in uerbo. Quia ei uel eis &c.
3 per quem tex. dixit ibi Paul. de Castr † quod sicut uerba pluralis numeri non uerificãtur in uno, Ita uerba singularis numeri nõ important pluralitatem, ut etiam notat Io. And. in Mercurialibus suis in regula pluralis loquutio, lib. 6.

Insuper illa transactio, quæ dicitur facta, ut supra. Ita fuit & est efficax, quòd præiudicat filijs Dñi Marci multiplici fundamẽto, primò,
4 quia, de iure † transactio facta bona fide, per granatum de restituendo, ualet, & tenet. Nec potest infringi per eum, cui facienda esset restitutio, ut est tex singularis. in l. cùm hæreditas. ff. ad Trebell. Et ibi notant Bar. Angel. Paul. de Cast. Alexander. & alij scribentes.
5 Præsertim, quia † dicit facta cũ omni solennitate Ac nisis & cognitis uerbis dicti testamẽti. Iuxta notabilem & uulgatam. l. de his. ff. de transactio cum sua materia. Et etiam quia in
6 † ipsa transactione fuit promissum de nõ contraueniendo. iuxta text. ubi Bartol. & omnes notant. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerborum obligatio. ibi. & curauerũt nihil secon tra facturos &c. Secundò quia cum filij Domini Marci fuerint & sint hæredes suprascripti Domini Georgij, qui transegit cum Domino Hieronymo patre olim dicti Domini Bonifa-
7 cij tenentur approbare † factum ipsius defuncti, cui successerunt: neque possunt illi contrauenire. l. cùm à matre. C. de rei uendicatio. l. si ab eo. C. de liberali causa, & l uenditrici C. de rebus alien. non alienandis. notat gloss & Doctores. in l. finali §. in computatione. C. de iure
8 deliber. † hæres enim reputatur una & eadem persona cum defuncto, ut in Auth. de iureiur. à morien. præstito. §. primo. collatio. 5. Vnde
9 sicut ipse defunctus non posset † uiuens uenire contra factum suum uel post mortẽ. ff. de adoptio. ita nec hæres eius.

Item dico illa uerba uada in lo più uec-

 chio,

chio. Esse uerba communia. Quia idem
est dicere uadat sicut est dicere deueniat, &
10 perueniat. † Ex quibus uerbis communibus
importatur fideicommissum, ut per Bartol. &
alios communiter in l. Centurio. in 5. quęst. ff.
de uulg & pup. ubi Ias. col. 28. uers. circa quin
tam qönem, & ultimam principalem. cum uer-
sicu. seq Et multùm pulchrè ponit Bart. in suo
cons. 241. inci. pater filio impuberi. Et Alex. in
cons. 57. in 2. uol. & cons. 36. in 3. uol. & Balla-
tè in l. fi. C. de sacros. ecclesi. unde cum in fidei-
commissis regulariter non fiat extẽsio de uno
11 in alium, uel de persona in personam. Et cũ † ip
sa fideicommissa dicantur esse onus & graua-
men, ut est text. qui quotidie allegatur ad hoc
in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg. & pup. &
ibi Ias. in 6. notabili. Qui allegat etiam nota. in
l. hæredes mei. § cùm ita. ff. ad Trebellia. & in l.
commodissimè. ff de libe. & posth. sequitur ꝙ
ultra seniorem descendentem ex illis quatuor
non possumus nec debemus nos extendere.
5 Vlteriùs. † Postquam dicta bona deuenerũt
semel in seniorẽ descẽdentem, ex illis quatuor.
Et ultra cum nullus reperitur uocatus, censẽ
finitum illud fideicõmissum in persona D. Bo
nifacij Senioris descendentis ab illis quatuor.
12 Cùm † sufficiat conditionẽ semel fuisse imple
tam, ut l. si quis hęredem, & ibi latiss. Ias. C. de
insti. & substi. sub condi. fac. & idem in l. in sub
stitutione. ff. de uulga. & pupill. cùm similibus.
Facit ultra prædicta, quia si testator anti-
quus uoluisset illud fideicommissum debere
extendi in alios, quàm in solum seniorem ex il-
lis quatuor descẽdentem, utiq; sciuisset dicere.
13 † Quod cum non dixerit, nec nos dicimus. iu-
xta tex. in l. unica §. sin autem ad deficientis. C.
de cadu. tollen. & in l. si seruum. uers. non dixit
prætor. ff. de acqui. hære.
14 Neq; etiam † mens testatoris, in dubio prę-
sumenda est aliter fuisse, quàm eius uerba signi
ficent. l. Labeo §. idem Tubero. ff. de supell. leg.
Bart. & latè Iason. post ipsum in l. neq; profes-
sio. C. de testam.
15 Item cùm regula sit ꝙ ex † præcedentibus se
quentia declarantur. ut in l. si seruus plurium.
§. fi. ff. de leg. 1. Et ibi Iason in 2. not. Et in l. qui
filiabus. ff. eo. tit. casus noster remanet clarus,
ponderando uerba in puncto primo loco posi
ta. Quando testator loquebatur de quatuor in-
stitutis: Dum dixit, Vada sempre in lo più uec
16 chio chesi trouarà esser de loro. Nã illud † uer
bum semper. Quod; exponitur. i. dum uiuunt.
ut inquit tex. ĩ l. j. ff pro so. importat, ꝙ ipsa bo-
na ire debebant tunc de uno in aliũ seniorem.
Ex illis quatuor, sed dũ postea subiecit aliã se-
quentem particulam, uidelicet. E poi in lo più
uecchio che insirà da questi quattro: non appo
suit huic clausulę uerbũ semper. Ex quo vr̃ cla-
rè colligi, ꝙ defunctis illis quatuor institutis
sufficit ipsa bona deuenisse in seniorem ex illis
descendenrem, qui fuit D. Bonif. ut dictum est.
In cõtrarium tñ facere vr̃, quia in iure sępe
17 numero † singulare uerbum cõprehendit etiam
plurale ut est tex. notab. in l. in usu. ff. de uerbo.
sign. uni si in stipulatione cautũ sit per me hæ-
redem meũ. Certè si plures hęredes sunt, conti
nentur stipulatione. Cùm ergo hic dixerit, ua-
dat in seniorẽ, qui exibir de illis quatuor Debe
mus intelligere. i. seniores, si plures exiuerunt,
sicut ibi uerbum hæredem singulari numero
amplectitur plures hæredes.
Item in contrarium sonare vñr illa uerba:
Che insirà di questi quattro. hoc modo uideli-
cet, quia senior descẽdens ex illis quatuor non
potest esse unus solus. Nam nunquam erit ue-
rũ, dicere, ꝙ D. Bonifacius exiuerit de illis qua
tuor, sed de uno tm̃ ipsorum quatuor. Ergo de
necessitate inferẽ ꝙ plures personę importanẽ,
si plures descendãt ab ipsis quatuor. Ponamus
enim D. Bonifaciũ seniorem fuisse de numero
omniũ qui ab illis quatuor exiuerunt. Si ipso
mortuo extaret alius filius fortè D. Iacobi, uel
D. Georgij, uel D. Marci q modò esset senior.
Nonne dici dẽt uocatus: cũ sit uerum, ꝙ esset se
nior exiens de uno ipsorum quatuor, ut patet
18 ad sensum, † ab eo aũt ꝙ uerba sonant & signi
ficant non est recedendũ. Vulgata l. non aliter
in prin. ff. de lega. 3. & l. ille aut ille. §. cũ in uer-
19 bis. ff. eo. tit. Et pręcipuè cũ † in testĩs uerba ple
niùs interpretemur. l. in testĩs ff. de reg. iu. & c.
cum dilecti. de dona. in fi. ¶ Itẽ in contrariũ fa
20 cit: qa regulariter, qñ † aliqua prouisio est cla
rè facta in primo gradu, puta ĩ institutionibus,
Illa met in dubio censetur repetita in secundo
gradu, & sic in substõnibus. Qualescunque illę
sint, uel directę, uel si fideicõmissarię, ut est tex.
Insti. de uulg subsli §. j. & in l. si in testõ, & in l.
si plures. ff. de uul. & pup. & bonus tex. ubi Bar.
Ang & Ias. in prin. not. in l. j. C. de impub. & al.
subst. sed in casu nr̃o, ĩ primo gradu aptissimè
uoluit testator, ꝙ de seniore in seniorem ipso-
rum institutorum ire deberent dicta bona, er-
go & in secundo gradu idem debet dici uoluis
se, quando subit: Et poi in lo più uecchio, che
insirà da questi quattro.
Verũ hęc tria cõtraria tolluntũ unico rñso. s.
qđ hodie stante transactione de qua supra. Et
successione filiorũ D. Marci, qui D. Georgio
successerunt, ipsi non pñt allegare talia contra
filios & hæredes ab intest. d. D. Bonifacij, bo-
na ipsa possidentes. Ex eo qa hęres non contra
uenit facto defuncti, ut est dictũ supra Ex per-
sona uero D. Iacobi nullus dr̃ superstite qui ab
eo exiuerit, quare &c. & ista pro me sufficiant,
quæ omnia submitto censurę excell. vestrę,

Alexander Tertius Bergomensis.

CON-

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Bergomensis. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶Legato officinę, seu tabernę cum omni supellectili ad ipsam spectante facto, an ueniant debita, & credita.

SVMMARIVM.

1 *Tabernæ appellatione, quòd ueniat.*
2 *Loquendi usus communis in ultimis uoluntatibus multùm attenditur.*
3 *Verba testamenti clara sequenda sunt.*
4 *Participium resoluitur in relatiuum substantiæ, & in suum uerbum.*
4 *Relatiuum substantiæ sine copula positum post aliquod antecedens uniuersale, restringit ipsum antecedens.*
5 *Dispositio non cõuenit, ubi nec uerba disponentis conueniunt.*
7 *Fundo instructo legato, non ueniunt debita, credita, &c.*
8 *Legatum bonorum existentium in aliquo loco, quantumuis generale, non comprehendit instrumenta, neque nomina debitorum.*
9 *Bonorum appellatione credita non ueniunt.*
10 *Nomina debitorum non clauduntur loco.*
11 *Omne uerbum generale nihil excludit.*
12 *Hæreditas quid.*

CONSILIVM LXI.



IN Chri noĩe amen. Testator quidam habens tres filios, ęqualiter eos hæredes instituit. in omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus iuribus, & nominibus præsentibus, & futuris. saluis legatis, & ordinationibus, de quibus infra. Deinde duobus ex eis, uidelicet Bernardo, & Bonino legauit quandam petiam terrę Casatam, curtiuam, & ortiuam intra suos cõfines in ipso testamẽto designatos. Et adiecit illi legato hæc uerba in effectu. Et hoc cum fucina sita in dicta petia terrę & cũ omnibus fulcimento, & supellectile fabrili existentibus in suprascripta fucina, & omnibus melioramẽtis factis, & quæ fient in ea, &c. Queritur an debita, & credita ipsius fucinę ueniant in tali legato facto ipsis duobus filijs. An uerò remaneant communia omnibus ipsis tribus hæredibus institutis. Et utique prima facie uideretur dicendum, quòd uenirent in dicto legato, per text. in
1 l. cum tabernam in prin. ff. de pignoribus, † ubi appellatione tabernę seu apothecę uenit mercantia illius. Item quia est in communi usu loquendi, cum dicimus talis habet bonã apothecam, ut intelligamus non solùm de loco, sed etiã de mercantia, & de pertinẽtibus ad ipsam apo
2 thecam. Et iste † communis usus loquendi multùm attenditur in ultimis uoluntatibus. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de legat. 3. & in specie notat in l. cum pater. §. mensę. ff. de legat. secundo, & Alexander consi. 47. incipiente circa primum, de quo quæritur, in secũda colum. in primo uolum. consiliorum. Debita autem, & credita alicuius apothecę uidentur esse de mercantia illius, ergo &c.

Sed istis non obstantibus, in casu nostro dico de iure in contrarium esse ueritatem. Et pri
3 mò † ex uerbis claris, & apertis ipsius testamenti, à quibus non est recedendum l. non aliter. in princ. & l. ille. §. cum in uerbis. ff. de legat. 3. Dicunt enim uerba testatoris cum omnibus fulcimẽto, & supellectile fabrili existentibus in suprascripta fucina. Ex quibus manifestè comprehenditur testatorem demonstrasse, quid intenderet legare. Nam in tali legato licèt ueniãt omnia quæ possunt esse fulcimentum, & supellex fucinę. puta Mallei. folles. uel manticę, incudes, carbones, & similia, & etiam ferrum in massa, non laboratum, siue laboratum requiritur tamen, quòd existerent in ipsa fucina, tẽ
4 pore mortis ipsius testatoris. Nam illud † participium existentibus secundum rectam grammaticam, iuxta l. Plautius. ff. de auro, & argẽto legato, resoluitur in relatiuum substantiæ, & in suum uerbum, & est perinde, ac si dixisset: cum omnibus fulcimento, & supellectili, quæ exi-
5 stent in fucina. Sed † ubicunque ponitur relatiuum substantiæ sine copula post aliqđ antecedens uniuersale, illud antecedens semper restringitur ab ipso relatiuo. text. est, & ibi notãt. Dynus, & Bart. in l. ea tamen adiectio. ff. de legatis tertio, & habetur in l. stichũ, qui meus erit, cum moriar. ff. de legat. 1. & ponunt Moderni papienses in l. cunctos populos post Bartolũ & alios ibi C. de summa trinitate, & fide Catholica, debita uero, & credita fucinę non existebãt, nec poterant dici existere in ea. Igitur non ue-
6 niunt in tali legato. Quia † ubicunque non cõueniunt uerba disponentis, non cõuenit etiam dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de damno infe.
7 Vlteriùs dico, quòd † debita, & credita alicuius apothecę non ueniunt appellatione fulcimenti, nec supellectilis, sed sunt quid penitus diuersum, sicut etiam diuerso nomine, ac uocabulo appellantur. l. si idem essent. C. de codicillis & patet per infinitas leges tituli. ff. de supellectili. legata. & ff. de fundo instructo, & instrumento legato, & maximè per l quæsitum. §. Papinianus. eodem titu. ubi est casus, ꝙ si legãtur uxori omnia, quæ in domo erant, non ueniunt in legato emptiones seruorum, neque nomina debitorum, cõtenta in cautionibus, idest in instrumentis

igitur filius superuixit patri, & non extitit con ditio fideicommissi,& ita illum tex. ad hoc no tat Paul.de Cast. ibi in fine, & fuit egregia de cisio Oldradi in consi.a 1.incipiē.thema tale est & Ioan.Andreæ summi Canonistæ in additio. Specu.in tit.de testamentis in §. primo in addi tione incip. licentium ꝙ si testator tres ne potes instituit hæredes, et si aliquis eorum si ne filijs decederet,alios & eorum descendentes uocauit,& si omnes sine filijs masculis decede rent,ecclesiam Romanā substituit,& unus mo riatur cum filijs masculis,expirauit substitutio
2 quicquid postea de filijs illis contigerit † eandem sententiam clarè tradit Pau.consilio 172. incip.ne in proprijs prima col.& egregiè illustris Socci.consi.2 50. 3.colum. uersi.secundò discutiendum lib.2.& pulchrè Alexan. consil. 133.in princ.libr.7.eandem sententiam tradit egregiè solennis Doctor Decius consilio 218. in tertia et quarta colum. ubi latissimè cōprobat, et ubi etiam subdit hoc procedere etiam si testator uocasset in perpetuum substitutos, & eorum descendentes eandem conclusionem solenniter tradit Decius consil.63. secunda co lum. Vbi inquit, quòd quando in testamento adest illa clausula,tunc substituit,clarum est,ꝙ fideicommissum ad alium casum nō debet extendi,quę clausula adest in dicto puncto, et ad
3 ducit aliam rationem,quia quòd† testator non loquit præsumitē uelle, unde quū in specie proposita substitutio non fuerit facta filiis d.Bernardi, nō debemus ex capite nostro imaginare & imprudenti consideratione extendere uolun tatem testatoris,eandem opin. tradit Corneus consil.46.libr.2.& Curtius senior consilio 45.
4 † & præmissa procedunt etiam si testator ad di uersos gradus substitutionum deuenisset,quia intelliguntur & ueniēte casu præmisso Decius consil.279.nu.13.

Et præmissa conclusio est adeo uera & irrefragabilis,ut neminē unum reclamantem quis quam comperiet,quę snia pulchra. Ratione cō firmatur, quoniam fideicommissum non habet locum,nisi in casibus in testō & uerbis cōprehensis,et dici potest, hic non est de casibus comprehensis in uerbis, ergo cessat fideicom-
5 missaria substitutio.† Et quamuis leges uelint deberet in testamentis attendi uoluntatem testatoris, tamen debemus tantum fauere, ut sufficiat cum prudenti consideratione & consilio imaginare defunctum ita uoluisse, nisi testator ad dispositionem processerit. Ita magistraliter illustris Bart.Soc.consil.105.5.col. uersic.sed prædictis non obstan. &c. Nam ut inquit Bal.in l.precibus.C.de imp. & aliis substit.In coniecturanda uoluntate testatoris perniciosè plernmq; seruatur, dum uolumus supra modo nostro extendere, & declarare.

CONSILIVM D. PANCRATII
Piruchini I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶ Codicilli de nocte celebrati,et confecti coram te stibus ingredientibus per fenestras noctis tempore, an ualeant,& proinde si dicti testes ple ctantur pęna aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria non fit uolenti & consentienti.*
2 *Muros ciuitatis scandere,capitale est.*
3 *Violādæ castitatis honestæ mulieris causa, scalas fenestris apponere, capitale est.*
4 *Domum alicuius morientis ascendens, inquisitus eum,aut bona eius, grauissimè punitur.*
5 *Domum alterius vi ingrediens,punitur lege Cor. de sicar.*
6 *Meum est etiam, quod mihi cum alio est commune.*
7 *Testari prohibentes,puniendi.*
8 *Voluntas ultima,fauorabilis est, & tam noctu, quàm die expediri potest.& nu.10.*
9 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
11 *Contractus & actus omnes, qui fiunt solo consen su,tam noctu,quàm de die facti, parem habent auctoritatem.*
12 *Pro pupillis quilibet,& maximè coniuncti inter uenire possunt, ne lædantur.*
13 *Iudex pupillis ad causas curatores dabit, etiam nemine petente.*

CONSILIVM LXIII.

Testes et notarius, qui noctu per fenestras ingressi fuerunt cubiculum Bernardini Maluolti ægrotantis, ut adessent codicillis, quibus testamentum antea factum ad instigationē Iacobi fratris sui,in multis partibus filio et filiabus suis damnosum, reuocare uolebat prout fecit,non sunt aliquatenus puniendi, et hoc solo,ꝙ noctu per fenestras ingressi fuerūt domum ipsius Bernardini communem pro indiuiso cum Iacobo fratre,ex quo uolēte et con sentiente ipso Bernardino istud fecerunt Non est enim delictum puuibile ingredi per fenestras et non per ostium, dño domus uolente, cum uolenti et consentienti non inferatur dolus,neque iniuria, ut in l.j.§.non usque adeo. et ibi not. Bart.ff de iniuriis et in l.cum donationis.C.de transac.et l.nemo uidetur.ff.de regul.
1 iur.l.j.in fi.ff.de actio.empt. cum sim.† Solùm enim reperitur à iure prohibitū muros ciuitatis scalis admotis, uel alia qualibet ratione tran-

transcendere, & contrafacienti capitis pęna irrogatur. ut in l. fi. ff de rerum diuisio. Vbi iurisconsultus propter hoc dicit Remum fratrē Romuli conditoris Vrbis Romæ, fuisse occisum, iuxta illud Lucani. fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Et eodem modo dicit Bal in d. l. fi. si quis scalas apponet ad fenestras uel domum aliorum, causa uiolandæ castitatis mulieris honestæ, est
3 pena capitis. Sed † si non esset Honesta mulier sed meretur tunc tantum punirctur pęna extraordinaria arbitrio Iudicis propter iniuriam factam d. l. uerùm. ff. de iniurijs, et plura per Bal. in loco præallegato.

Reperitur etiam alio casu prohibitum ascēdere domum alterius. Puta si quis ascendat domum morientis, & constituti in mortis articu
4 lo, † qui & illius bona inquirat grauissima pena mulctatur. vt in authen. Vt defuncti seu funera eorum. §. Sancimus. & in authen. Item qui domum. C. de sepulchro uiolato. quæ fuit inde sumpta. Nec alibi reperio prohibitum domum alterius ingredi. nisi in eo, qui domū alterius ui ingreditur. qui punitur lege Cornelia. vt in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. Et illud
5 ex euangelio, † qui non intrat per ostium, fur est & latro, de quo meminit Inno. in c. nisi eū pridem. extra de renuncia. Sed omnia ista si diligenter aduertātur, procedunt & loquuntur in his, qui ui, clam, uel inscijs, & inuitis dominis, uel domum habitantibus ingrediuntur. prout etiam loquitur. l. is qui domum. ff. de iniurijs. & l. si iniurię. & l. iniuriarum. §. fi. eo. ti. in quibus cōtinetur, ꝙ qui domū alterius inuiti, uel prohibētis ingreditur, actione iniuriarum tenetur, non autē in eis, qui uolentibus & annuentibus dominis, uel habitatoribus domus, ingressi fuerunt. quia nulla est iniuria, nullum delictum per iura supra allegata.

Nec refert ꝙ domus illę esset communis cū Iacobo fratre, & non solius Bernardini, & ꝙ satis sit ꝙ inscio, & inuito Iacobo dictam domum per fenestras ascendunt. quia immo dicitur, & censetur domus Bernardini, cum in ea haberet ius in qualibet parte, & quò ad dispositionem partis suæ, posset dici uerè & pro-
6 priè sua † quia quod commune est, dicitur esse meum. quò ad dispositionem partis meæ. ut in l. illud. ff. de ritu nuptiarum. & in l. id quod nostrum. ubi glo. not. ff. de reg. iur. & legitur & not. in l. serui electione. §. j. ff. de leg. t. ubi Bal. Angel. Imola, & Moderni notāt, & per hoc decidunt notabiles quæstiones. quas breuitatis gratia non trāscribo. Præsertim cum istud pateat lippis, & tōsoribus: ponamus enim ꝙ Bernardinus de die uoluisset codicillari, ut testamentum priùs factum mutaret, & uoluisset introducere not. & testes in domum communē,

7 nunquid potuisset prohiberi? Necne. † quinimo puniuntur, qui testari, & mutari testamenta prohibent. vt. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit. quam rationē plenè explicat Bar. in l. fi. ff. eo. tit. Amplius dico, ꝙ iura quę prohibent ingredi domum alterius, non solùm loquuntur quando ui uel clam, & inuitis dominis uel habitantibus, sed quando ad delictum, uel maleficium aliquod perpetrandum ingrediuntur aliq. non aūt quando ad faciēdum aliquod licitum & honestum. prout in casu nostro fecerunt illi, qui Vocati pernunceios dicti Bernardini noctu per fenestras cubiculum ipsius ingressi fuerunt ut essent testes, & testium munere fungerentur, & similiter notarius ue
8 conscriberet & publicaret codicillos. † Quod utrumque munus notarij, et testium publicum est, & in testamētis, & ultimis uoluntatibus maximè fauorabile. Et proinde potest expediri de nocte, sicut de die. vt in l. ad testamentum. §. posse. ff de testamentis. & legitur et not. in l.
9 non minorem. C. de transac. † Et non debet ipsis not. & testibus tale suum munus esse damnosum. Vt inquit iurisconsultus in l. sed si quis. ff quemadmodum testam. aperiantur. cum cōcordantibus ibi allegatis in glo. De consensu autem & uolūtate Bernardini licèt et notariū, & oēs testes deposuisse concorditer appareat. Attamen etiam prudētibus pręsumptionibus, et coniecturis satis probari. quia quando illi ingressi fuerunt cubiculum. Si non fuisset de eius consensu, potuisset acclamare, et fuisset exauditus ab eius fratre, & alijs de domo, & à forensibus, qui ea nocte hospitabantur in illa domo, in qua dictus Iacobus eius frater tenebat hospitium meritorium siue Tabernam, non enim erat adeo æger, ut non haberet sensum & uocem, cum etiam superuixerit postea per plures dies. quia mortuus fuit primo die Nouemb. & codicilli facti fuerunt die septimo Octobr. præcedentis post nonam horam notatur. et patet ex ipso instrumento codicillorum. Ex quo etiam resultāt alia præsumptio & coniecturę uoluntatis suæ. quia si fuisset ei uis adhibita, et metus ad codicillādum, et mutandum testamentum, et testes cū notario non de eius consensu in cubiculum uenissent, cum superuixerit per tot dies, nonne istud propalasset Iacobo fratri, et de tali uiolentia conquestus fuisset, cum adhuc haberet integrum tempus ad testandum, & simul uoluntatem suam mutandū. uerū est profectò. Sed hoc noluit ꝑpalare, ne fratris sibi iram et odium concitaret, uolens dictam suam uoluntatem tacitam et non propalari, nisi post eius mortem, quo tempore cum amplius non metueret. Iuuatur etiā ista ex eo, ꝙ dicitur posse probari, ipsum Bernardinum post conditum dictū testamentum

tum factum ad fratris instigationem, sępius dixisse & cōfessum esse, ac propalasse ꝙ omnino illud mutare nolebat, & quòd illud fecerat coactus a fratre, ne sibi irasceret. Sed non audebat illud mutare, nisi clam & ignorante ipso fratre, quia si sciuisset, aut prohibuisset, aut malè ipsum tractasset. Et ista dicuntur posse probari per fide dignos, quę apertè demōstrant omni uoluntate, et opiniones fuisse Bernardinum, ut dictum testamentum priùs conditum in dānum & perniciem filiorum mutare uellet, prout fecit tandem noctu, & adhibitis testibus, & not. clam, ne in notitiam fratris perueniret talis eius uoluntas, & eius iram sibi concitaret. non igitē puniendi sunt pdicti testes cum notario, qui nullam iniuriam intulerunt domino, hoc est Bernardino, cuius uoluntate domum ingressi fuerunt, & non ad delictum, uel maleficium aliquod perpetrandum, sed ad munus & officium publicum licitū & honestum peragendum. ex prædictis & alijs pluribus, quę possent ampliari, si tēporis angustia pateretur &c. Cum pręclarè & apertè supradicta arbitror plus quàm sufficientem demonstrata. &c.

Ad secundum dubium quo quæritur. An ualeant codicilli facti de nocte in præsentia dictorum testium, dato sine præiudicio ueritatis, ꝙ ex ingressu per fenestras essent puniendi. quod tamen non possum usquequaq; mihi persuadere, patet respōsum ex superius dictis, dictos codicillos ualere, & iure subsistere, nec

10 ideo uitiari debere, † ꝙ sint de nocte facti. per text. clarū, in d. l. ad testium. §. posse. ff. de testa. Vbi testes possunt fungi munere testium in testamentis subscribendo, et signando testamentum de nocte, sicut de die.

Et multò magis istud debet procedere in codicillis. in quibus minor solennitas requiritur, q̄ in testamentis. Cum testes non requirantur rogati, & sufficiant quinq; de iure communi. vt in l. finali. C. de codicillis. Et tres sufficiūt ex ducalibus constitutionibus nostris Tri

11 uisij † Immo non solùm testamentum & ultima uoluntas possunt noctu fieri & celebrari, sed etiam transactio, et omnes contractus & actus, qui fiunt solo consensu. et non minorem habent auctoritatem, quam si de die facti essent, ut est tex. clarus & notabilis in l. non minorem. C. de transact. Et maximè ista conclusio procedit in casu nostro. in quo dicitur posse probari, Bernardinum non ausum fuisse de die mutare testamentum suum priùs conditum, ne fratrem maiorem. Cuius gubernationi semper fuit subditus, offenderet. Cum esset ipse simplex & bonus, et nō admodum in negotijs peragēdis expertus. quod ita sæpiùs propalauerat, ꝙ omnino uolebat illud mutare, & non stare, neque durare in perniciem & damnum filiorum suorum: prout fecit. Quòd autem bene et rectè mutauerit illud, et filio, filiabus quàm uxori suæ prospexerit in ipsis codicillis: quod secus fecerat in testamento: patet ex ipsorum lectione, ne omne uerbū, sanamq; et piam dispositionem scribam. Et eò magis prædicta procedunt, quia idem Bernardinus erat tunc sanæ mentis, et clarè et attentè loquebatur, & ipso ore primò testes roganit. quamuis etiam nō foret necesse, et ipsis gratias egit, quòd tale suum officium, et munus ea hora præstitissent, quinimo postea per dies uiginti superuixit, sana mentis, et intellectu, ut per uiros fide dignos & medicos pbari potest. & sic nullo capite dicti codicilli possūt infringi. Quò autem ad id quod quæritur. An pro defensione, & indemnitate pupillorum possit aliquis inuenire & admitti, uel amicus, uel cōiunctu sanguine, uel affinis, ex quo agitur de eorum maximo præiudicio, ne codicilli infringantur, prout tentat, et frustra nititur Iacobus frater Bernardini, cum tutores relicti in ipsis codicillis nō possint, ut tutores interuenire, ex quo de eorum officio, et auctoritate dubitatur, quousque fuerit co-

12 gnitum d. uiribus codicillorum, † breuiter puto: quemlibet pro pupillis ut eorum indemnitati cōsulatur posse interuenire, et maximè cōiunctos, uel cognatos, uel affines. Tex. est notabilis et clarus in l. hæc autem. § j. usque ad. §, prætor ait. ff quibus ex causis in possess. eatur.

13 Vbi etiam glo. dicit, ꝙ † poterit iudex dare curatorem, aliquo pro eis petente. Et amplius dicit Bar. in l. Fulcinius. §. adeo. ff. eo. tit. ex quib. causis in poss. eatur. quòd poterit etiam dare tutorem pupillo non petenti. l. illud. ff. de tuto. et cura. dat. ab his. Et ideo sine dubio socer dicti. q. Bernardini et auus maternus pupillorū poterit pro eis interuenire. Et iudex etiam, si sibi uideretē, posset eis prouidere dando tutorē et curatorem, qui illorum defensionem in hac causa subiret. Et ista sufficiunt celerrimè, & modica lucubratione exarata. quæ tamen puto de iure uerissima, et equissima. Reliqua suppleat præstantia et integritas Mag. et Clariss. d. prætoris. die 29. Nouemb. 1502.

Pancratius Pyruchinus Iurisconsultus Triuisinus propria manu raptim scr.

CONSILIVM D. PANCRATII Pyruchini.

ARGVMENTVM.

¶Vltima uoluntas scripta, et rogata, præcedente interrogatione notarij quò ad singula, an de iure sustineri possit.

CON-

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ad Notarij interrogationem conditum, an ualeat. usque ad nu.6.*

7 *Testamento inter liberos duo testes sufficiunt,& quibuscunque indicijs probari potest.*

CONSILIVM LXIIII.

1 AN valeat testamentum conditum ad interrogationem notarij interrogantis,† an ita ueller ordinare. Et testator respondeat quòd sic? Et communis opinio est quòd ualeat, si testator erat sanæ mentis,& articulatè loquebatur. Vt concludunt omnes post glo. in l.iubemus. C.de testamen.& Canonistæ in c.cùm tibi.extra eo tit.& doct. in infinitis consilijs.

Quam tamen conclusionem nonnulli limitant,& declarant ex decisione Io.Andre. post Albertum Papien.in additio. Specu. in titu.de testamentis.§.1.uersic.quid si is.in additio.Incip. Pileus cui in persona uxoris. Vbi refert Albertum Papieñ. tenuisse contrarium in his terminis. quando intimi testatoris informati forsan d.ipsius uoluntate, uel forsan meditantes quid prudenter illi agendum esset, fecerũt scribi testamentum,quo scripto illud dederunt notario. qui conuocatis testibus præsente testatore, illud legit, & interrogauit si sic ordinare uolebat, qui respondit ꝙ sic. Tenuit Albertus prædictus tale testamẽtum non ualere. Facilè enim daretur materia fabricandi falsum. Ad singula enim infirmus,& quasi mortuus responderet quòd sic. Et quia iste modus testãdi non est inuentus a iure, ergo superstitio improba est illum inuenire. Et idẽ tenuit Ludo.

3 Ro.consulendo in consilio 306.ad finem.†maximè in testatore ualde grauato infirmitate, dicens se ita intelligere opinionem Alberti Papieñ.relatam per Io.Andr. ibi. Et ita etiam tenuit præceptor meus Iason in illa. l.Iubemus. ad fi.referendo nõnullos doctores ita sentire. Et dicit quòd ista opinio sibi multum placet; & quòd est ualde æqua, quia occurrit fraudibus. quæ quotidie cõmittuntur. Et consuluit

etiam secundùm istam opinionẽ Pau. castren. in consilio relato,per Alexan.in d.l. Iubemus. Sed dominus Alexan. ibi tenet contrariam sen

4 tentiam,† ꝙ etiam hoc casu ualeret testamentum,quando testator illud confirmasset. Ad interrogationem notarij, licèt antea fuisset scriptum,& sine scientia ipsius testatoris. Et dicit ꝙ Io.de Imola in d.c.cum tibi.refert,quòd Io. Andr.in loco præallegato cõtra approbat opi. glo.ibi. quæ est communis.non autem opi. Alberti Papien. Et contrarium etiam consuluit latè Alex. Imo.in consi.33. Ponderatis uerbis ultimi testamenti.3.uolu.Vbi audacter improbat illam decisionem Alberti Papien. respondendo ad omnia obiecta, poterit ibi uideri, quia non transcribo. Attamen etiam tenendo illam decisionem, ipsemet Albertus illam limi

5 tat & intelligit, † nisi constaret quòd testator priùs expressisset uoluntatem suam distinctè, antequam tabellio scriberet. nam si postea testator interrogatus, an ita disponat respondeat ꝙ sic: Valebit testamentum. per text.in l. Pamphilo §.propositũ. ff.de lega.3.quod multum faceret ad casum nostrum. ex quo potest probari d.uoluntatẽ Bernardini priùs expressè, quòd uolebat reuocare testamentum priùs conditum. licèt nõ distinctè diceret quid uellet ordinare.

Tamen his reiectis teneo indubitanter codicillos ualere, dato etiam quòd per alium fuisset data schedula notario, pſente ipso Bernardino, si testes saltẽ tres concordant in hoc quòd Bernardinus confirmauit dispositã in illa, respondendo notario interroganti.

Tum quia ipse Bernardinus erat præsens,& uidens, quando fuit tradita notario illa schedula ut publicaret,& uidetur ipse mandasse ut publicaret, licèt etiam dicatur ꝙ expressè rogauerit notarium de hoc.

Tum quia non erat oppressus infirmitate, prout requirunt doctores approbantes illam opi.Alberti Papien. quod patet, quia superuixit per dies 24.

Præterea illa opinio loquitur in testamẽto,

6 † in quo requiritur maior solennitas, quàm in codicillis. nos autem sumus in codicillis, in quibus minor solennitas requiritur, & minor numerus testium sufficit.Et non requiritur rogatus notarij,& testium.Et non datur directò hæreditas in eis,nec substitutiones. fiunt directæ, sed fideicõmissariæ,& obliquę. Et eò magis quia legata, & fideicommissa possunt relinqui nutu. quod non est in institutione hæredum, neque in substitutionibus directis.

Præterea illa decisio nõ loquitur in testamẽ

7 to inter liberos. prout est in casu nostro; † in quo duo testes sufficiunt. & quibuscunque indicijs probari potest. Vt dicit text. in l.fi.C.fa-mil.ercis.& in l.hac consultissima. §.ex imperfecto.cum authẽticis ibi positis. C.de testamẽtis. itaque sine disputatione teneo intrepidè, dato etiam quòd testes illud dixerint, nihil nocere codicillis, sicut etiam scripsi aliàs, licèt tunc nihil lucubratissimè.

Pancratius Pyruchinus
II. d. scrip.

CON-

CONSILIVM D.MARCIANTONII Baueriæ Bononienſis V.I.D.

ARGVMENTVM.

¶Procuratoris mandatum in iudicio quando ſit producendum, ut admittatur: qui dicantur tutores, uel curatores legitimè conſtituti & de nonnullis geſtis ab his in materia ul timarum uoluntatum, quomodo ſortiantur effectum. Præterea uaria.

SVMMARIVM.

1 *Productio inſtrumenti uerbalis nihil releuat, et fieri habet, ut releuet, ante concluſionem in cauſa. nu. 2. Sed contra nu. 3.*

4 *Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi in quacunque parte litis.*

5 *Productio uerbalis facta in termino, poteſt poſtea quandocunque realiter fieri.*

6 *Mandatum dare uidetur, qui ſciens ſuo nomine cauſam agitari, non contradicit, præcipuè ſi agens erat coniuncta perſona.*

7 *Curator adulto dari non poteſt, niſi eo petente.*

8 *Tutor pupillo dari poteſt ex ſolo iudicis officio nemine petente.*

9 *Tutoris in conſtitutione quæ ſint neceſſaria, & il lis non completis, tutor adminiſtrare non poteſt. nu. 10. 11. niſi in quibuſdam nu. 12.*

11 *Curator, ſi inuentarium non confecit, quod facit in præiudicium hereditatis, non ualet.*

13 *Notarij uerba enunciatiua, an probent.*

14 *Tutor ſolus non poteſt repudiare hæreditatem pupillo delatam, ſed requiritur etiam pupilli cõſenſus, ſi aliqualem habeat intellectum. & iudicis decretum.*

16 *Tutor immobilia pupilli ſine decreto iudicis alienare non poteſt.*

17 *Curator in adeunda, uel repudianda hæreditate, minùs iuris habet quàm tutor.*

18 *Curator cum uult conſtitui in hæreditate iacente, citari nominatim habent illi, qui ut proximiores eſſent ſucceſſuri.*

19 *Curator datus bonis non ſolùm tenetur facere inuentarium, ſed & apud acta.*

20 *Mulier pro ſatisfactione ſuæ dotis, retinere poteſt iure pignoris bona mariti.*

21 *Creditor regulariter, pro eo quod ſibi debetur, nõ poteſt retinere rem alienam, fallit fauore dotis & donationis propter nuptias.*

22 *Donatio propter nuptias eiſdem gaudet priuilegijs, quibus dos. ſed non ſemper.*

23 *Maritus, conſtante matrimonio, ſi confitetur dotem recepiſſe, & renunciat exceptioni non numeratæ dotis, præſumimus cõfeſſionem factam animo donandi.*

24 *Donatio inter coniuges regulariter prohibita, tamen ualet in aliquibus caſibus.*

25 *Iuuentus dicitur durare, uſque ad xl. annos.*

26 *Donatio inter coniuges, an firmetur iuramento.*

27 *Donatio inter coniuges, an morte alterius confirmetur, & ad eius confirmationem, quot ſint neceſſaria, & qualiter procedat. nu. 28. 29.*

30 *Donatio taliter interpretanda, ut non reuocata cenſeatur.*

31 *Donatio creditur reuocata, ſi donatarius commiſit ingratitudinem, & donans in rebus donatis alium inſtituat.*

32 *Dos ubi non eſt, non poteſt eſſe donatio propter nuptias.*

33 *Poſſidens authoritate ſententiæ inualidæ, non facit fructus ſuos.*

34 *Error iuris quando proſit, ut quis rei poſſeſſæ faciat fructus ſuos. & nu. 36.*

35 *Ignorantia non præſumitur circa iuris diſpoſitionem.*

37 *Poſſeſſor rei minoris, etiam cum titulo, tenetur de fructibus, qui percipi potuerunt.*

CONSILIVM LXV.

REDEMPTORIS inuocato ſuffragio. Pro ueritate huius cauſæ indaganda: de pluribus diſcutiendum eſſe cenſeo.

Primò, utrum Ioannes Lial dicatur habuiſſe legitimam perſonam agendi pro Dyna, ita ꝙ ex hoc iudicium non debeat annullari.

Secundò, poſito quòd ſic: utrum Nicolaus Teuenus fuerit legitimè conſtitutus tutor, & curator Vlianæ & Dynæ.

Tertiò, an legitimè repudiauerit hereditatẽ Franciſci de Teueno, ex teſtamento dictæ Vlianæ, & Dynæ delatam.

Quartò, an Marcus Batais legitimè fuerit conſtitutus curator hæreditatis dicti Franciſci tanquam iacentis. & conſequenter, an datio in ſolutum facta per ipſum D. . . . . . uirtute ſententiæ pro ea latę, ualuerit.

Quintò poſito quod iſta nõ ualuerit, & ſic . . . . non poſſit ſe tueri uirtute huius dationis in ſolutum, ſaltem poſſit retinere dicta bona pro ſatisfactione ſuæ dotis, & donationis propter nuptias in ipſam per dictum Franciſcum de Teueno, in eam collatis, præſuppoſita ipſarum ualiditate.

Sextò, an dicta dotis cõſtitutio, & donatio propter nuptias ualuerint, uel ne.

Septimò, præſuppoſito quòd ualuerint, & earũ uirtute poſſit bona retinere, quid de fructibus antea perceptis, & percipiendis.

Octauò & ultimò, quæ debeant eſſe partes iudicis in iudicando.

CIRCA primum dicendum uidetur dictũ Ioan-

Ioannem Lial non habuisse legitimam personam agendi pro Dyna. & propterea non posse ferri sententiam in fauorem Dynæ, & considerato quòd ser Baptista tanquàm pater, & legitimus administrator Ventij & Sadelli reorum conuentorum opposuit dicto Ioanni Lial. ꝙ non habebat legitimam personam, & quòd carebat mandato, ut posset agere pro dicta Vliana & Dyna. & petijt antequã ad ulteriora procedatur de mandato doceri, quia intendebat cõtra illud opponere, aliter protestatur de nullitate processus. ita habetur in ꝓcessu carta. 4. modò non apparet dictum Ioannem produxisse nisi mãdatum pro parte Vlianæ sibi datum, ut in carta 12. pro parte uerò Dynæ solùm oretenus produxit, dicens de eo extitisse rogatum ser Victorem à Puteo dicta carta 12. nec aliter
1 de reali productione apparet. unde † ista uerbalis productio nihil releuat. sed perinde est, ac si productio facta nõ fuisset. Adduco Pau. de Cast. in terminis in l. j §. editiones. in prin. ff. de eden. ubi per glo. ibi dixit, ꝙ productio debet fieri uerbaliter & realiter, nec sufficit dicere, produco quoddam instrumentum scriptũ manu talis notarij, nisi etiam realiter corpus instrumenti portetur coram iudice, & idem uoluit Bald. ibi in 3. col. uers. iuxta hoc reuoco, ubi formaliter loquitur de instrumento procurationis, quod dicit parti in publica forma edendum, ut possit se iuuare cõtra dominum, & idem uoluit ibidem in pen. col. uers. ulteriùs quęro, nunquid ille qui producit, uolens ꝙ si procuratorium unum solum continebat capitulũ, quod ad causam facit, debet relaxari apud acta. si autem plura alia continebat capitula, debet registrari, & producenti restitui. & idẽ uoluit in l. instrumenta. uers. quæro utrùm procurator. C. de fideicom. & Spe. in tit. de procu. §. ratione autem formę, in ultimis uerbis, & idem Bal. in addi. incip. procuratoriũ. & Spec. in tit. de instru. edi §. nũc uideamus. in ultimis
2 uerbis. Nec † iuuat dictum Ioannẽ nunc uelle realiter dictum procuratorium producere, quia iam est sibi præclusa uia, ex quo est conclusum in causa. c. cum dilectus. de fi. instrum. c. auditis. de procura. cum similib. & ita uoluit Alex. consi. 72. circa id. in 4. uol. & consi. 101. uisis omnibus. in pen. col in 5. uol. facit quod uoluit Bal. in l. falsus. in 8. col. uers. ad tertiam particulam. C. de furt. quòd si articulus requirebat speciale mandatum, & quis produxit generale, ꝙ non adiuuabitur producendo speciale, si iam erat præclusa uia producẽdi speciale.

Sed illis non obstantibus ueritati inhærendo, cui semper faueo quantùm possibile est,
3 puto dictum Ioannem posse † adhuc producere instrumentum mãdati sui, quòd uerè habet. & rogatus extitit ser Victor à Puteo, die ultimo Ianuarij. 1417. ut mihi est exhibitum cũ processu. quamuis de reali productione in processu non appareat, & hoc non obstante conclusione in causa. Adduco Roma. consi. 170. sciebat Ro. ubi formaliter uoluit productionẽ mandati posse fieri usque ad calculum feren-
4 dæ sententię, quia sicut † ex parte rei exceptio falsi procuratoris potest opponi in quacunq; parte litis. l. licèt. C. de procu. ita ex parte rei de bet in quacunque parte litis admitti probatio suæ procurationis. Confirmat etiam alijs ra-
5 tionibus, ut ibi per eum. Secundò † confirmo ex doctrina Pau. Castr. consi. 20 in causa quæ uertitur in 2. col. ubi uoluit, quod licèt productio uerbalis fuit facta in termino. tamen si productio uerbalis fuit facta in termino. poterit postmodum realis quandocunque etiam extra terminum fieri, allegat quod not. Bart. in simili. in l. damni. §. Sabinus. ff. de damn. infec. & per glo. in cle. j. de offic. delega. Sed in casu nostro productio uerbalis fuit facta in termino ante conclusionem in causa. ergo debet posse produci quamuis post terminum, & sic conclusionem in causa. fatendum tamen esset, ꝙ dictus Baptista potuisset nolle respondere dicto Ioanni antequàm offeret sibi mãdatum ne iudicium haberet facere elusorium. iuxta glo. . . . tamẽ quia pur litigauit, & nunc Ioannes ostendit sibi mandatum uerum & sufficiens. quòd etiam si tunc produxisset, nihil ei opponere potuisset, nõ habet de quo doleat. Dico etiam quòd
6 ex quo † Dyna sciebat causam agitari nomine suo per dictum Ioannem uidetur ei dedisse mandatum, ut est dictum Innoc. in c. ex parte decani. de rescript. & in c. in nostra. de procura & in c. cum in iure de offic. delega. & Dom. de Rota decisio. 543. incip. item fuit dubitatum. & Bal. in l. ij §. uoluntatem. ff. solu. matri. & Roma. in l. quæ dotis. eo. tit. dicens, ita secutum in iudicando & consulendo. & sequitur in dicto cõsi. 170. sciebat Romanus, & istud cõmuniter approbatur. Erat etiam coniuncta persona illius cuius nomine agebat, ita uoluit Cy. in l. inuitus. in 1. q. C. de procura. argu. l. in adoptionibus. C. de adoptio & l. si seruus communis. ff. de donatio. inter uir. & uxor. sequitur Imo. & Aret. in d. §. uoluntatem. & Alex. in l. se pe. ff. de re iudica. Sed iste Ioannes erat coniuncta persona Dynæ. quia eius sororius. Dyna sciebat eum causam agere suo nomine, ut proximè ostendetur: ergo censetur ei dedisse mãdatum. Quod autem Baptista sciret de scientia Dynæ. & sic de mandato. satis apparet ex processu, carta 3. ubi dictus Ioannes comparuit in iudicio tanquam procurator, & procuratorio nomine dictæ Dynæ, & Vlianæ, unà cum ipsis mulieribus, & produxit nonnullas positiones ad quas petijt responderi per dictũ

Ventium

Ventium & Sandellum, existentibus praesentibus unà cum dicto Baptista. ex quo apparet omnino dictum Baptistã de mandato sciuisse, & per hæc puto primo dubio satisfactum.

Capio secundum. utrùm Nicolaus de Teueno fuerit cõstitutus legitimus curator dictæ Vlianæ, & tutor dictæ Dynæ? Et quidem dicẽdum est quòd non. et primò respectu Vlianæ adultæ, dico quòd non fuit legitimè curator constitutus. quia ut apparet in instrumento tutelæ & curæ, de quo in processu, car. 19. dictus Nicolaus fuit cõstitutus curator dictę Vlianę, & tutor dictæ Dynæ solo iudicis officio, nemine petente, & illis absentibus quo casu dico, quòd

7 ista constitutio curatoris non ualuit, quia † curator adulto non potest dari, nisi eo petente. §. item inuiti. insti. de curato. & ibi Ang. Aretin. in 2. colu. in fi. & not. Bar. in l. hæc autem. ff. ex quibus causis in possess. ea. & in l. ij ff. de cura-

8 to. bon. dan. & tamen isto respectu † non posset infringi ista constitutio tutoris, respectu Dynæ, quoniam pupillo, nemine petente, solo iudicis officio tutor dari potest. ut l. illud. ff. de tuto. & curato. dat. ab his, & per Barto. in locis præallegatis, tamen alijs deficientibus, dico istam constitutionem non ualuisse.

9 Consideremus itaque, quę † sunt necessaria in constitutione tutoris. & quidem glo. ordinaria in l. legitimos. in princip. ff. de legiti. tuto. connumerat quinque necessaria. Primò quòd conficiat inuentarium de rebus pupilli. l. tutor, qui repertorium. ff. de administratione tutor. l. finali. C. arbitr. tut. Secundò quòd satisdet rem pupilli saluam fore, ut quando est datiuus uel legitimus. ut in casu nostro. d. l. legitimos. & l. finali. C. de tuto. qui satis. non dedit. Tertiò debet iurare utilia facere, & inutilia prætermittere, ut in anthen. ut hi qui obliga. habent res mino. §. finali. Quartò debet expressè, & specialiter iurare pupillum non dimittere indefensum. l. finali. §. defensionem. & ibi Barto. & scriben. C. de administratione tutor. & not. Bart. in dicta l. legitimos. Quintò & ultimò, quòd decreto iudicis, sibi administratio decernatur. decerno te tutorem. d. l. finali § illo proculdubio. C arbitr. tut. & dicta l. legitimos. & l. tertia. §. finali. ff. de administratione tuto. cum similib. & not. Ange. Aretin. institut. de legiti. agnato. tute. in princip. ponens istam formam decreti. & ista omnia posuit Ange. ibi. & Pau. de Cast. consil. 352. . . . . iste tutor, & iste solennis ordo dandi tutorem. nam index illis quatuor priùs explicatis debet suum decretum interponere, quamuis gloss. in d. l. legitimos, priùs præponat decretum iudicis alijs. ita dicebat Angel. Aretin. in dicto princip. institu. de legi. agnato. tute. & quamuis iudex interponeret, omnibus istis non præcedentibus, tamen non uidetur dispensare, ut hæc facere non teneatur, immo non posset. l. cum hi § si prætor. ff. de transactio. sed uidetur tacitè concedere, dummodo priùs hæc faciat, nec aliter debet tutor ad administrationem accedere, nisi istis omnibus priùs factis, ut per glo. in dicta l. legitimos. & per Barto. in l. j ff. rem pupil. sal. fore. & dicebat Barto. in l. j. in princip. & in l. muto. § primo ff. de tute. quod licèt tutor ante confectum inuentarium uel satisdationem præstitam tutor sit, tamen

10 † antequam ista faciat, non habet administrationem seu executionem, & si accesserit ad administrationem, istis priùs non explicatis, nõ ualebũt gesta in præiudicium pupilli. ita Paul. in d. consi. 352. & faciunt quæ inferiùs dicent. Sed non apparet istum Nicolaum unquam dedisse cautionẽ, rem pupilli saluam fore, ergo gesta ab eo nullam obtinent firmitatem. ut iã ab eo, qui nullam habet administrationem. ita inquit text. in l non dubium. & in l. finali. & in dictis locis, per Doctor. C. de tuto. qui satis. non dedit. l. si tutor. C. ex quibus cau. in integ. restitu. non est necessa. cum alijs supra allegatis. Item non apparet istum tutorem fecisse inuentarium, ergo similiter gesta per eum non debent ualere, tanquam gesta per eum qui carebat administratione. dicta l. finali. C. arbitr. tute. & per Barto. in locis præallegatis. & per Cardi in clemen. 2. uersi. in illis. de religio. domi. in sexta quæst. quòd tutor non potest agere, nec administrare ante confectum inuentarium, licèt uideatur toleratus in officio. & ita etiam sentit Paul. in dicto consil. 352. quando gesta tendunt in præiudicium pupilli, ut est ista repudiatio hæreditatis, quam potuisset iste adire, confecto inuentario, si eam timebat esse damnosam ut in l. finali. C. de iure deliberand. & ita quasi in terminis nostris uoluit Aretin. consil. 110. incip. clarissimè, & consul-

11 tissimè, quòd † gesta à curatore hæreditatis iacentis, qui non fecit inuentarium, non ualent in præiudicium hæreditatis, ad similitudinem gestorum per tutorem, qui non fecit inuentarium, quæ non ualent in præiudicium pupilli. & ita etiam expressè fuit de mente Bartol. in dicta l tutor, qui repertorium in penultima columna, uersiculo. Quæro, quid si tutor, ibi, item aduerte ff. de administratione tutor. & Barto. in l. prima. §. item solent. ff. de offic. præfect. urb. ubi formaliter uoluit, quòd si tutor legitimè non fecit inuentarium, non potest ei decerni administratio, & decreta non tenent, quia est obreptum prætori. d. l. fin. C. arbi. tute. & idem etiam firmauit Bald. consil. 95. incip. quæstio est. & ista uidetur esse ueritas quò ad prædicta, quicquid senserit Alex. consi. 86. in 2. uolu. allegans Bar. in d. l. legiti-

 mos.

mos. post fin. princip. ff. de legiti. tuto. maximè quando fecit actum damnosum pupillo, ut in casu nostro repudiando hæreditatem, quam securè adire poterat, confecto inuentario, si ti
12 mebat. Solùm † enim est speciale in tutore, ut ante confectum inuentarium, possit explicare illa quæ dilationem non recipiunt: Item illa quæ de necessitate confectionē inuentarij præ cedere debent, ut perscrutatio rerum pupilli. Item potest explicare, illa quæ solùm pupillo possunt prodesse, non autem nocere d l. finali. C. de tut. qui satisda. non ded. ita formaliter uo luit Bart. in d. l. tutor qui. in ultimis uerbis. ergo in contrarium est ius commune in reliquis. & propterea concludendum est, istum Nicolaum ex prædictis non fuisse legitimè constitutum tutorem, uel curatorem dictæ Dynæ & Vlianæ. & consequenter nihil potuisse facere in præiudicium earum. nam ut inquit Bart. in l. Barbarius. in 5. colum. uers. secundo casu. ff. de officio præto. tutores illegitimi nihil facere possunt, nec in indicio, nec extra, in præiudi cium domini; & per hæc puto satisfactū huic secundo dubio. Capio tertium, utrùm dictus Nicolaus assertus tutor legitimè repudiauerit hæreditatem Francisci, dictæ Vlianæ & Dynæ delatam, & quamuis posset refricari in dubiū, an dicatur sufficienter probatum de repudiatione dictę hęreditatis per dictum Nicolaum: cum in instrumēto curiæ in Marcum Bataiā so lùm enunciatiuè dicatur per notarium, quòd dictus Nicolaus dictam hæreditatem repudia
13 uerit, non autem de hoc attestatur, unde † nō uidetur facere fidem, nisi aliter de repudiatione appareat, iuxta not. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. tamen posito pro constanti, quòd sit sufficienter probatum de repudiatione, de qua etiam satis uidetur probatū per testes, scilicet Marcum Bataiā. de quo in processu car. 47. & per ser Paulum Monicū. car. 57. qui oēs attestantur dictum Nicolaum dictam hæreditatem, tāquam damnosam acceptare noluisse, tamen adhuc puto ipsam dictam hæreditatem non repudiasse, & quamuis hoc satis ex di ctis in præcedenti dubio probari possit: nam cùm Nicolaus non censeatur habuisse admini strationem in bonis dictæ Vlianæ & Dynæ. sequitur, ꝙ non potuit hęreditatem in eorum preiudicium repudiare, ut ibi uidimus. Tamen adhuc ex alio capite, dico dictam repudiationem non ualuisse, quia si quō constat dictā hę reditatem repudiatam, solùm constat repudia tam per d. Nicolaum asserētem eam esse inuti-
14 lem & damnosam. Modò † clarum est, ꝙ tutor solus non potest repudiare hęreditatē delatam pupillo, sed etiam requiritur pupilli cōsensus, si aliqualem habeat intellectum. l. pupillorū. C. de repu. hæredita. l. is qui res. §. fin. ff. de excusat. tuto. & not. Ange. in l. qui bonorum. C. qui admi. assignans rationem, ut ibi per eum,
15 † immo ultra hoc requiritur interuentus iudicis, cum præsentia amicorū, & consanguineorum pupilli. glo. multùm not. & ibi scriben. in l. tutor. ff. de bono. poss. sequitur Bal. in l. bono rum. in 3. q. & Paul. de Castr. & nouissimi Papienses ibi. C. qui admi. & assignatur ratio. per Bar. in d. l. tutor. quia in tali hęreditate possent
16 esse bona immobilia, quæ † non debet posse tutor, repudiādo, alienare absque decreto Prætoris l. lex quæ tutores. C. de administra. tutor. cum simili. Et eodem modo est dicendum. & eadem ratione, quòd non potuit repudiare tāquam curator Vlianæ, immo multò minùs,
17 † quia minus iuris habet curator in adeundo, & repudiando hæreditatem, quàm tutor. ut colligitur ex dictis Bart. in l. si infanti. C. de iure deliberan. & per nouissimos Ferrarienses & Perusinos in d. l. bonorum. uolentes, quòd quā uis solus tutor possit agnoscere bonorum pos sessionem pro pupillo, tamen solus curator hæc facere non poterit, ut ibi per eos. & hęc quò ad istud tertium dubium sufficiant.

Quò ad quartum, an Marcus Bataia legitimè fuerit cōstitutus curator hęreditatis dicti Francisci, tanquā iacentis, & consequenter an datio in solutum, & iudiciū cum eo agitatum
18 ualuerit. & breuiter puto, ꝙ non, † quia in con stitutione curatoris iacentis hęreditatis debēt citari, & nominatim illi, ad quos proxima causa successionis spectat, ut filij, & hęredes nominati in testō, nec sufficit generalis citatio. ita not. Bar. in l. si duo. ff. ex quib. ca. in posses. ea. & in l. si quis hęres instituat. §. item si conditioni. ff. de hęre. insti. & not. Fran. Aret. in consi. 110. clarissimè. Et etiam ultra hoc debet fieri generale proclama pro alijs, ut quicunque uult esse hæres, & quicunq; uult defendere. ita not. Bar. in l. si seruus. in fi. ff. de bo. aucto. iudi. possi. sed non reperitur facta citatio de dicta Dyna & Vliana, quibus uerè competebat ius adeūdi ex testō. nec ab eo erant exclusæ per supra dicta, nec etiam reperitur factū generale proclama,
19 ergo &c. Potest etiam dici, † quòd non ualet ista constitutio, quia curator datus bonis, nō solùm tenetur facere inuentarium, sed & apud acta. auth. si oēs. & ibi Bal. C. si min. se ab hęre. absti. & per Fran. Aret. in consi. pall. Sed quāuis dictus Marcus inuentarium fecerit, tamen nō fecit apud acta, ergo. & sic ex istis infertur, ꝙ iudicium et datio insolutum facta per dictum Marcum dicto Francisco, non ualuit, tanquam facta per personam non legitimam. in l. si tutor. C. ex quibus caus. in integ. resti. non est ne cessa. Et ex istis causis in terminis nostris con soluit Aret. in loco præalleg. quòd dicta datio insolutū, facta per curatorem bonis, nō ualuit.

Conde-

Condescendo ad quintum. An dato quòd Bonafant, seu eius hæredes nõ possint se tueri uirtute huius dationis in solutum, an saltem possint retinere pro satisfactiõe suæ dotis, & donationis propter nuptias sibi factæ à d Frãcisco: & quidem psupposita ualiditate dictę dotis, & donationis pp nuptias, de quo dicet in sequenti dubio, est dicendum † dictam Bonamfant, seu eius heredes posse retinere dicta bona iure pignoris, & sui securitate, donec de credito suo ei satisfactum fuerit, & hoc primò per doctri. Bar. & scribentium in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. nolentium q̃ licet datio insolutum fuerit uitiata, tamẽ adhuc dictæ res possunt detineri pro securitate crediti. Ita dicamus in proposito, q̃ licèt ista datio in solutum facta Bonafant. ueniant uitianda ex causis, de quibus supra, tamen potest dicta bona retinere pro securitate sui crediti. Secundò, quia pro dictis suis creditis habet omnia bona mariti hypothecata, ut in instrumento dotali, & donationis propter nuptias, ergo potest uel le dicta bona retinere loco pignoris, donec sibi satisfiat l j. & p tot. tit. C. ob chirogra. pecu.
21 & per Bar. in d. §. si cẽtum. Tertiò, † quia licèt aliàs nõ possim retinere rem tuam pro eo, qđ mihi debetur. ut in l. fin. C. commo. tamen speciale est fauore dotis. ut indistinctè res mariti quocunque modo ad uxorem peruenerit, possit retinere, donec sibi de dote satisfiat. ita dixit Bar. in l. si filiofamilias. la. j. in princ. ff. sol. matri. & sequitur Bal. & Paul. de Castr. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. eod. & Moder. Perusi. in tracta. de dote in 8. par. in primo priui. in fi. Vnde pro credito dotali, tenendo quòd fuerit uerè dos, de quo dicetur in sequenti dubio, uidetur dicẽdum, q̃ istas res possint retinere. Et eodem modo uidetur dicendum, quòd pro do
22 natione propter nuptias, † quia eisdẽ uidenẽ gaudere priuilegijs dos & donatio propter nuptias, ut in l. j. §. sed ut pleniùs. C. de rei uxo. actio. tñ istud non pono pro constanti, quia in multis eodem non gaudẽt priuilegio donatio propter nuptias & dos. ut in l. fi. C. de iure dot. & not. Pau. in l. j. in ult. col. ff. sol. mat. est dicendũ, q̃ possint retinere pro credito cõtracto in affrãcatione dictę petię terræ, ut in instrõ affrãcationis car. 37. & istud creditum fuit contractũ pro melioramento circa rem facto, ut not. Bart. in d. §. si centum. & ibi glo. & sic uidetur quod ista Bonafant, uel eius hæredes possint ista retentione uti. Nec pdictis refragatur qđ not. Pau. in cons. 106. dicta donatio. quia non loquitur in istis terminis, ut patet intuenti. & de eius doctrina dicetur in sequenti dubio.

Venio ad sextum, an dicta dotis constitutio, uel donatio ppter nuptias debeat reputari ualida, & primò discutiendũ est, cũ in instrõ dotali Franciscus solùm cõfiteatur se habuisse, & recepisse à D. Bonafant. eius uxore in dotẽ lib. 164. & solidos 18. nec aliter de uera numeratio ne appareat, an ista confessio facta constante matrimonio psumatur facta fuisse sub spe futurę numerationis, an uerò animo donandi. & breuiter ueritati inhærendo, dico cẽseri fuisse factã aĩo donandi. quia uera stat, & cõis con-
23 clusio, q̃ quando † maritus cõstante matrimonio confitetur se dotem recepisse, & renunciat exceptioni non numeratę dotis, præsumimus talem confessionem fuisse factã animo donandi, ut clarè deducit Alex. cons. 144. uiso proces su. in 5. uol. plures adducens concordantes. & Fran. Aret. cons. 86. diligenter consideratis. in pen col. & quia in istis locis licèt habetur ueritas, aliter non insisto. Sed ita fuit in casu nr̃o, qa iste Franciscus renunciauit non numeratę, & nõ solutæ dotis exceptiõi. ut patet in instrõ dotali car. 18. ergo modò, hoc stante, q̃ ista cõfessio fuit facta animo donãdi, uidendum est,
24 an hæc donatio, quãuis † regulariter inter coniuges prohibita, ut per tot. titu. de dona. inter. uir. & uxo. in casu nostro ualeat. Et in hoc tria sunt discutienda. Primò, an ualuerit ista donatio tanquam facta per inæqualem coniugem. hoc est per Franciscũ Senem, & nõ integrum. Bonęfant. iuueni, & sanę iuxta gl. singularẽ in l. si uoluntate. C. de dot promis. quam sequunẽ cõiter scribentes ibi. & Bart. & Bal. in l. j. C. de dona. ante nup. & Imo. in rubr. ff. solu. matri. & Alex. in l. diuortio. ff. de uerb. obli. cum cõcor. & certè ex hoc non puto dictã donationẽ ualiditatem suscipere, quia solùm est probatum in processu ad summum, q̃ dictus Franciscus tẽpore, quo contraxit matrimonium cum Bonafant. erat ętatis annorum quinquaginta, & Bonafant. ętatis 25. usque ad 30. ita colligit ex de positione Marci Bataia. carta. 47. & Nicolai Scalf. car. 50. Alij nihil super hoc deponunt, uel breuiori tpe, ergo non iuueni senex, immo
25 iuuenis iuueni dat, cũ † iuuentus dicaẽ durare usque ad 70. annos. l. non aliter. in fi. iuncta gl. ff. de leg. 3. & per glo. ordinariam in l. hæreditatum. ff. ad l. falci. nec ẽt in processu probatũ est d. Franciscum fuisse non integrũ, immo potius cõtrarium, ut per ser Dominicũ Pagogna car. 48. unde super hoc aliter non insisto. Scđò est uidendum, an hęc donatio fuerit firmata iuro, & in hoc omissis cauillationib. breuiter
26 puto, quod non, licèt aliàs donatio † inter uir. & uxorem firmetur iuramento, ut per Gul. de Cune. in l. sed si possessori, §. si iurauero. ff. de iureiuran. per Barto. & scribentes in l. Seius & Augerius. ff ad l falcid. & in l. liquis pro eo. ff. de fideiussori. & per Alexand. consi. 8. & consi. 157. in 2. uolu dicentẽ hanc fore communem sententiam. & plures adducit concord. ut per

Moder. Veronen. cante in ordine meo 181. donatio inter uirum & uxorem, cum multis alijs quæ possent allegari, q̃ breuitatis causa omitto, tamen illud procedit quando iurm fuisset interpositum super donatione uera. ut quia dicebatur, ꝙ coniunx donabat coniugi, secus uerò si fuisset interpositum super donatione occulta, ut quando coniunx cõfitetur se recepisse dotem uel pecuniam ab uxore, quam non recepit, animo donandi, ut fuit in casu nostro. nã tunc non ualidatur iuramento, ita pulchrè in terminis decidit Roma. consi. 44. ex supra narrato. & consi. 293 præsupposito. Item etiã possumus dicere abũdantiùs, quòd illud quod dicitur quòd donatio inter uirum & uxor. firmatur iuramento, solùm procedit, ut iuramentum debeat seruari, non autem ut contractus firmetur. ita consuluit Pau. de Cast. consi. 65. super isto puncto in fi. primi quæsiti. & ex hoc infert ad duo: primum, ꝙ postquàm iuramentum fuerit seruatum, ꝙ solutum poterit repeti. iuxta c. debitores. de iureiuran. secundò quòd hæredes non tenebuntur illud seruare, unde dicẽdum est, quòd in casu nostro ista donatio non fuit firmata iuramẽto in præiudicium hæredum. de quorum interesse nunc agitur. Ter-
27 tiò † uidendum est, an hęc donatio fuerit confirmata morte dicti Francisci, qui ante Bonafant: prædecessit, iuxta tex. in l. cũ hic status. in prin. ff. de dona. int. uir. & uxor. & in l. j. & l. donationes. C. eo. tit. cum simi. & omissis cauillationibus, puto hoc respectu dictã donationẽ morte confirmatam, nã ad hoc ut donatio int. uir. & uxor confirmetur morte, duo sunt necessaria, primò ꝙ interuenerit traditio uera uel ficta. de primo est text. in l. Papinianus. ff. de dona. inter uir. & uxor. de secundo est glo. singularis in l. quod de suo. ff. de do. cau. & sequitur Bar. in d. l. Papinianus. ponens exemplum, quando maritus confitetur se recepisse dotem ab uxore animo donãdi. nam fingitur dictam quantitatem dedisse uxori, demum ab ea breui manu recepisse. iuxta text. in l. singularia. ff. si cer. pet. & l. licèt. ff. de donatio. inter uir. & uxor. & ꝙ isto casu donatio confirmetur morte, tenet expressè Aret. in d. consi. 86. ad fin. ibi nec obstat si diratur ista confessio. Roma. in d. consi 44. in prin. uers. secundo casu principali. & Bal. in l. j. in fi. C. de dona. ante nupt. & Paul. de Cast. consi. 218. nisis & ponderatis, & pulchrè Alex. consi. 45. habita super his. in 2. dubio. in 1. uol. & latiùs per ipsum in consi. 26. ui so & considerato. uers. 3. pręsuppono. in 2. uol. & ibi plures adducit concor. & ista est uera & cõis opinio, à qua non est recedendũ in iudicãdo, ut in locis uulgarib. quicquid senserit Pau. de Cast. in consi. 65. super isto. qui non bene se firmans alium dat intellectũ ad d. l. qđ de suo. C. de do. cau. Nec ob. quod noluit Pau. de Ca. cõs. 106. dicta donatio. ubi uidet uelle ꝙ illud
28 † quod dicitur ꝙ donatio inter uir. & uxo. firmatur morte donantis procedit, ut pariat exceptionem, seu retentionẽ non actionem. & propterea cũ ista Bonafant. tpe mortis mariti nõ fuerit in possessione bonorum prædictorum, nec legitimè postmodũ eorum possessionem fuerit adepta. uidet dicendum ꝙ uirtute dictæ donationis non possit dicta bona retinere, ut ibi per eum, quia dico, ꝙ illa sua doctrina non est uera, & contra ipsam est gl. in l. cum hic status. in prin. in uersi. ciuilis. ff. de dona. inter uir. & uxor. & glo. in l. cum de in rem uerso in uer. Athenagorę. ff. de usur. ubi glos. uoluerunt, ꝙ ex donatione confirmata morte, producatur actio, & est de mente omnium proximè allegatorum, dum uolunt, quòd si maritus confitetur se recepisse dotem, quam non recepit, animo donandi, quòd talis donatio morte confirmabitur, & tamen clarum est, quòd non intelligitur, scilicet ut producat retentionem, cum nihil datum fuerit uxori, sed ut ipsa habeat actionem, ad id quod in confessione deuenit, & ita probat text. in d. l. quod de suo. in uer. peti. C. de do. cau. Vnde ex hoc infero, quòd sua doctrina posset fortè saluari in donatione uera, secus in istis donationibus fictis, quæ fiunt per uiam donationis de recepto. ut in casu nostro, & sic apparet dictam donationem habuisse sua re-
29 quisita circa traditionem. Secundò † ad hoc, ut dicta donatio morte cõfirmetur requiritur, ꝙ in eandem uoluntatem perseuerauerit l. cũ hic status. §. 1. ff. de dona. inter uir. & profectò nõ inuenio in processu probatum, nec in testamento Francisci esse appositum aliquid ex quo appareat dictam donationem reuocatã, solùm enim ibi reliquit Bonafant. dominam, & usufructuariam bonorum suorum, certè ex hoc non uideo, quòd noluerit dictam donatio
30 nẽ reuocare, & semper † potiùs debet assumi interpretatio, ut donatio nõ intelligatur reuocata, quàm reuocata. ut est text. in d. l. cum hic status. §. patientiam igitur. & pulchrè ponit Roma. consil. 277. non est dubium. Bene facit quod not. Io. And. in additio. ad Spec. in rub. de donatio. inter uir. ꝙ si maritus est confessus recepisse dotem ab uxore. animo donãdi, post modum in testamento confiteatur nullam dotem habuisse, ꝙ per hoc non uidebit̃ uoluisse reuocare donationẽ, sed potiùs hoc dixisse, ut mulier recordata, ꝙ nullam dotem ei dedit. habeat impẽdere suffragia pro anima sua, & Deũ
31 pro eo rogare. Bene tamen fatẽdum esset † ꝙ si donatarius commisisset ingratitudinem aduersus donantẽ, demũ donãs in rebus donatis alium instituat hęredem, ꝙ uidebitur dictam dona-

donationem reuocare, & hæres eius poterit opponere exceptionem donatario. ita uoluit Roma.consi.284. triplici. qui in istis terminis loquitur. Ex dictis modo in isto & præcedenti dubio infero quod dicta Bonafant. seu eius heredes, quamuis non possint bona assignata retinere uirtute dationis insolutum, quæ inualida fuit, ut supra conclusum est. possunt tamen uelle retinere uirtute huius instrumenti dotalis & donationis propter nuptias. non tanquam pro dote & donatione propter nuptias, quia
32 † cùm uerè non fuerit dos, non potuit etiam esse donatio propter nuptias.l.fi.circa med. C. de dona. ante nupt.& in auth.æqualitas. C. de pac.conuē.&in terminis nostris declarat Alex. in d.consi.144.uiso processu.in 4.col.uers.fortificantur.in fi.in 5.uol. sed uirtute donationis morte confirmatæ. Stantibus etiam istis insurgit septima dubitatio, an dicta Bonafant. uel eius hæredes fructus interim perceptos debeant lucrari, & quid de percipiendis. & breuiter puto dictam Bonafant.seu eius heredes fructus uirtute dictæ adiudicationis, seu sententiæ
33 perceptos non lucrari, quia † possidens auctoritate sententiæ inualidæ fructus nō facit suos. ita uoluit.Bal.in l.ij.in pen.col.uers.sed quid si est in possessione.C.de seruitu.& aqua & illam doctrinam allegauit Alex. in l.sed si lege.§.scire.ff.de peti.hęredit.& ita in terminis firmauit Rom.in consi.454.in pen.col.uers. quò ad tertium.allegat casum singularem in l.filio.§.cōtra tabulas.ff.de inoffi.test.& ibi cōfirmat plurībus alijs iuribus, ut ibi per eum. Ex quibus infert unū generale, quod cùm titulus ex quo quis se tuetur, reducit ad non titulum, uel habet ortū à causa irrita, fructus perceptos restituit, sed in casu nr̄o ista Bonafant. & eius heredes possiderunt uirtute sententię inualidæ, & ad irritum reducendæ, ut sup.conclusum fuit, ergo.
34 Nec ob. si dicatur † error iuris prodest, quò ad acquisitionem fructuū, ut est glo. & scribentes in l.sed si lege.§.scire.ff.de peti.hęre. Rom. consi.94.ultimò tu habes, allegat gl.in l. si fur. §.1.ff.de usuca. Sed ista Bonafant.& eius hr̄des crediderunt sn̄iam ualidā ergo debent fructus facere suos, quia rn̄detur quod illud est uerum, nisi quis possideret uirtute sn̄ię inualidę, per prędicta, uel secundò quod non est pbatū istos posses-
35 sores in iure errasse, immo † psumimus eos sciuisse iuris dispositionem per regulam.l.leges.C. de legi.& ita in terminis nr̄is dixit Bar. in d.§. scire.& in l.non fatetur.ff.de confess.uers.quo
36 qualiter. Vel tertiò † rn̄detur, quod quamuis dicatur quod error iuris prodest, quò ad acquisitionē fructuum, intelligitur si reuocabiliter nō tamē eos tenetur quos restituere.ita not.gl.& scribentes in d.§.scire.& Alex.consi.a 1. in causa merati.in ultimis uerbis.in 4.uol.uidetur autem irrefragabiliter dicendum, quod ad minùs teneatur quatenus est factus locupletior ex fructibus ēt industrialibus.ut per Alex.in loco prealleg & in l.iustè possidet.ff.de acquir.poss.dicens, quod hanc opi.est semper solitus tenere, & in l.si me & Titium.ff.si cer.pet.cum simil. quod nūc intrare non expedit, per pdicta. Fortiùs dicebat
37 Rom.in præalleg consi.454 † quod si res, de qua agitur fuisset minoris.ut est casus noster, titulus non excusaret possessorem, ēt ab his fructibus qui percipi potuerunt, alleg.gl.in l.patri. §.item ex diuerso.in uer.cum fructib.ff.de minori.& idem sequitur in ordine meo not. 534. tu habes tex. Et ex istis modo infertur ad octauum dubiū. Quę debeant esse partes iudicis in iudicando. Et quidem ex prędictis concludendum est iudicē iudicare debere bona, de quibus in preparatorio libello, spectare & pertinere ad Ulianam & Dynam, tanquā hæredes Frācisci de Teuano. quia hoc liquidè in processu probatum est, & successiuè dationem in solutum factā D Bonæfant.de dictis bonis p Marcum Bataia, uirtute sententiæ, & adiudicationis latæ per Dominum . . . . . non ualuisse, nec tenuisse, nec abstulisse dominiū à dicta Uliana & Dyna, & successiuè condemnare dictū Uentium & Sandellum, dictorum bonorū possessores, ad restitutionem fructuum perceptorū ex dictis bonis à tempore dictæ adiudicationis, & quos percipere potuerūt pro tempore, quo actrices fuerūt minores. Reseruato dicto Sandello & Ventio iure retinendi dicta bona, donec eis de libris 354. & solidis 18. prout in instrumento rogato Ser Christophori, & c.in quibus dictæ actrices sunt eis debitrices, & reseruato eisdem iure retinēdi dictas res, donec eis satisfactum fuerit in libris. 140. & sol. 1 a. quas soluerunt in affrancatione dictarū terrarum, ut in instr̄o rogato per Ser Victorem. &c. & hoc si ista est illa petia terrę, de qua in præparatorio, qm̄ confinia ibi polita, non uidenē mihi rectè concordare cū confinibus, de q bus in instr̄o affrācationis, & propter allegationes prestantissimorum uirorum hinc factas, quæ induxerunt iustam causam litigandi, partes ab expensis absoluere, quod tamen dimitto arbitrio iudicis iustissimi, moderandum, attenta rei æquitate. Laus Deo.

Marcus Antonius Baueria Bonoñ. V. I. D.

CONSILIVM D. BONIFACII Elefantucij de Bononia.

ARGVMENTVM.

¶ Verba statuti ab intestato, an uendicant sibi locum in intestabili, & sic in infante. & testamentum sustineatur per clausulam codicilla-

 rem.

rem, Quò ad fideicommissa, nullum ex capite præteritionis posthumi, nati deinde ante mortem testatoris, qui nec mutauit dispositionem. cum pluribus perpulchris casibus ad materiã.

SVMMARIVM.

1 *Mater præfertur iure communi existentibus in linea transuersali, & etiam paterna.*
2 *Successionum quis ordo.*
3 *Infans non dicitur ab intestato decedere, sed intestabilis. & nu. 6.*
4 *Statuta debent intelligi secundùm proprium significatum. & nu. 8.*
5 *Legis uerba cui non aptantur, similiter nec eius dispositio.*
7 *Loquendi usus communis sequendus est.*
9 *Statuta contra ius naturæ militantia, strictissimè interpretanda. fallit. nu. 16. & 17.*
10 *Intestatus & intestabilis, communi usu loquendi apud peritos, non esse eadem. contra nu. 12.*
11 *Statutum, quòd episcopus habeat bona decedentium ab intestato, non obtinet in bonis eorum, qui decedunt intestabiles.*
13 *Pupillus an dicatur, usu communi loquendi, decedere intestatus.*
14 *Loquendi usus qualiter probandus.*
15 *Statuta loquentia ab intestato, non habent locũ in intestabili. & nu. 19.*
18 *Matri, in dubio, fauendum est, ne excludatur ab hæreditate luctuosa filij.*
20 *Pro dictiò, fictionem importat.*
21 *Statuta loquentia in proprio casu, non extenduntur ad improprium.*
22 *Intestatus & intestabilis impropriè, & largè sunt eadem.*
23 *Odiosa strictè interpretanda. & nu. 30.*
24 *Statutum, siue dicat intestatus, siue ab intestato, non continetur impubes decedens.*
25 *Statutum ab imperitis factum, bene recipit interpretationem ab usu communi loquendi imperitorum.*
26 *Familia per masculos conseruatur.*
27 *Extensio ualet, ubi eadem est ratio, quæ in expresso casu, aliter non. nu. 28.*
29 *Coniunctorum appellatione, et masculi & fæminæ intelliguntur proprio significatu.*
31 *Fæminæ nubentes, transeunt in alienam familiam.*
32 *Statuta, in dubio, à peritis præsumuntur condita.*
33 *Infans ratione suitatis, & hæres est, & hæreditatem morient transmittit.*
34 *Castrensis contra communem opinionem stetit cum Bart.*
35 *Successio infantis, non testati, neque ex intestati causa dicitur, sed est quædam tertia species.*
36 *Miles si ignoranter præterijt posthumum, eius agnatione, & testamentum rumpitur, & legata soluta repetuntur.*
37 *Donatio facta à patre, ipso iure reuocatur ex supernascentia liberorum.*
38 *Fideicommissa, maximè uniuersalia, agnatione posthumi præteriti, ipso iure reuocantur. nu. 44. & 45.*
39 *L. acutissimi, C. de fideicom. extensio.*
40 *Creditor sciens sibi prouisum, tacendo, sibi non præiudicat.*
41 *Legatum, ex inimicitijs ortis censetur reuocatũ, etiamsi testator non ademerit.*
42 *Donatio agnatione filij semel rupta, postea eius morte non conualescit: ita & testamentum. num. 43.*
46 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
47 *Posthumi agnatione rumpi fideicommissa & etiam si tanto tempore superuixerit testator, quòd emendare potuerit testamentum.*
48 *Fideicommissarius est loco hæredis.*
49 *Clausula codicillari, etiam si pater superuixerit filio agnato post testamentum, nihilò magis fideicommissum firmatur: opinio æquior. nume. 50. & 54. limit. nume. 51. confutatio contrariorum. 52.*
50 *Conscientiam suam quisque in consulendo diligenter consideret.*
55 *Posthumi agnati adeant ab intestato, & confirment disposita in testamento.*
56 *Testamentum non, nisi per natiuitatem rumpitur.*
57 *Posthumus ante natiuitatem testamento ignoranter præteritus, grauari non potuit.*
58 *Posthumo nato, uiuo testatore, fideicommissum uirtute clausulæ codicillaris conseruari posse, dixit Castrens. secus si nascatur mortuo testatore. num. 59.*

CONSILIVM LXVI.

SVMMI Redemptoris inuocato præsidio. Ex themate mihi porrecto, duæ oriuntur difficultates: Prima difficultas est, utrùm stantibus uerbis statuti Rauẽnatensis, mihi transmissis, sub rubrica, in quibus mater ad successionem filiorum morientium ab intestato admittatur. Si contingat decedere filium infantem, relicta matre, necnon aliquo alio ipsi infanti in tertio gradu propinquo, mater admittatur, ex quo uidetur dictus infans decedere intestabilis, non autem ab intestato. & sic in effectu utrùm statuti prædicti uerba cõprehendant casum hunc: Secunda est difficultas, si pater dicti infantis ipsum ignoranter præterijt, instituto fratre, & sic patruo ipsius infantis cum clausula codicillari, & consequenter

quenter rupto testamento natiuitate posthu-
mi . ignoranter præteriti , substineatur fidei-
commissum tacitè iniunctum ipsi filio infan-
ti,postea nato , nirtute dictæ clausulæ codicil-
laris : Attento quòd pater, qui præterijt uen-
trem posteà superuixit per annos 15. & testa-
mentum non mutauit : & attento, quòd frater
testatoris hæres institutus ante natiuitatem po
sthumi decessit,nulla petita restitutione fidei-
commissi ab ipso uentre : An ipsum fideicom-
missum transmiserit ad Cęciliam eius filiam
& hæredem .
Circa primam difficultatem , ut sim breuior ,
1 pono hanc conclusionem,quòd mater hoc ca-
su non uenit excludenda à dicto propinquo.
sed immo eius filio infanti sic morienti, succe-
dit in totum.Qua conclusione fundata respon
debo obiectis factis per eos, qui contrarium te
nuerunt . Et in primis pro matre adduco text.
in auth.defuncto.C.ad tertull.in uer.salua gra-
dus prærogatiua,ubi de iure communi mater
ne dum præfertur existentibus in linea trans-
uersali, seu latere coniunctis, aut propinquis.
sed etiam auo paterno . Et alibi dicunt iura ,
2 quòd in successionibus , † prima causa est de-
scendentium : secunda ascendentium , salua
gradus prærogatiua : Tertia uerò collateraliũ,
ut de hæredi. quæ ab intesta. defe.§.1.& 2. cũ
seq. & institu.eo. cum concordan.Non obstat
modò istud statutum , quia loquitur in eo qui
3 decedit ab intestato. † impubes autem,& prę-
sertim infans non dicitur decedere ab intesta-
to . sed intestabilis . ut in l.j.in princip. in uer.
planè,ff.de suis & legiti.& institu.de hære. quæ
ab intesta. defe. in princi.cum glo. & in l.cum
antiquioribus cum glo. in uer.fuisse. C.de iure
delibe. Igitur in tali sic decedente , uerba sta-
tuti non loquuntur , cum impropriè dicatur
4 intęstatus , propriè autem intestabilis : † statu
ta enim debent intelligi secundum uerum &
proprium significatum , non autem secũdùm
improprium. ut in l.iij § hæc uerba . ff.de neg.
gest & in l j §.is qui nauem.ff de exercito.& in
l.j.§ hoc interdictum de cisterna. ff. de font.&
5 in l.finali. C. de ijs qui ueni. æta. impet. † Ad
eum enim casum , ad quem non adaptantur
uerba legis . nec eius dispositio . l.iiij §. toties.
ff.de damn. infect.l.ita tantum.ff. de administ.
tutorum, cum similibus. Sed statutum loqui-
tur de intestato. non autem de intestabili,igi-
tur non conuenit casui nostro , cum loquatur
6 de mortuo infante . & † sic intestabili. & non
ab intestato,& ita uoluit Barto. post Pet. in d.
l.j.ff.de suis & legiti. Limitando tamen nisi in
7 contrarium esset † communis usus loquendi:
Facit quod dixit Bald.in c. 1. de successio. feu.
ubi formaliter decidit casum nostrũ . ibi enim
concludit Bal.quòd si statutũ disponat , quòd
mater non succedat filio intestato, non exclu-
detur à successione filij,qui impubes, & sic in-
testabilis decessit . Subdens Bal. etiam si aliter
se haberet communis usus loquendi. Nam di-
cit ipse , quãdo uerba proferuntur à statuarijs
& iurisperitis , tunc non inspicitur quomodo
communiter, seu uulgariter loquantur idiotæ:
8 † sed inspici debet qualiter loquantur iuristæ ,
qui faciunt differentiam inter intestatum,& in
testabilem. & propterea eadem differentia de-
bet censeri facta in statutis , quia statuta mu-
tuantur uerba à iure communi , cum suo uero
& proprio intellectu . & adducit l.non aliter.
ff.de legat. 3. & secundùm eum post antiquos
Doct. quos refert tenuisse , absurdissimum es-
set,quòd isto casu mater excluderetur à luctuo
sa hæreditate filij sui impuberis.& maximè in-
9 fantis . item quia tale † statutum uidetur con-
tra ius naturale argum l.nam & si parentibus.
ff.de inoffic.testamen.ex quo infert,quòd eius
uerba debent strictissimè interpretari : per l.
quod uerò.ff.de leg. & cap. ea,quæ à iure . de
regu.iur. in sexto . cum igitur ibi sit aperta de-
cisio casus nostri. res istius matris sunt in tuto.
& ita dicit Bald.se pluries consuluisse,& repre
hendit dictum Barto. fundatum in communi
usu loquendi. in d.l.j.de suis & legitimis. Nam
10 dicit Bal. non esse uerum . † quòd apud peri-
tos sit iste communis usus loquendi . ut ibi la-
tiùs per eum. Et istam opinionem Bald. repe-
rio in terminis fuisse secutum uerissimum iu-
risconsultum D. Alexand. de Imo. de quo sa-
tis letor. in consil. 115. in sexta par. in 2. col.
in princip.quod incip.circa dubitationem. de
qua quæritur . Subdens hæc idem uoluisse Cy.
& antiquos in l.ij. in ultima quęst. C.qui testa.
fac.poss. & Guliel. de Cu in l.j C.quando im-
per.inter pupill. & uidu. & Cyn. Ray. & Bald.
in l.intestato . ff.de legi. tuto. ubi concludunt
11 in simili, † quòd statutum , uel consuetudo ,
quòd episcopus debeat habere bona omnia
decedentium ab intestato . non uendicat sibi
locum in bonis personæ,quæ decessit intesta-
bilis,& refert ipse Alex.ita consuluisse Bald: in
suo consil.incip. in Christi nomine Amen . Si
mater &c.& dicit quòd istud consilium refert
& sequitur Pet.de Anchara. in repet.cap.cano-
num statuta . de constitu. post medi. in uersic.
quid dices de patrono . ubi refert se etiam pro
hac parte consuluisse , secundum Alexand. &
dicit Alexan post alios ꝙ Bart. est solus in sua
12 opinione,dum dicit † quòd iurisconsultus ap
probat communem usum loquendi, quòd in-
testabilis dicatur intestatus decedere. & subdit
quòd idem uidetur tenere Bald. in l.si arroga-
tor in pe.col.ff.de adopt.in uer.& adde tres cõ
clusiones.& Io.de Imo.in l.Centurio.de uulg.
& pupil.in 18.ubi in terminis q̃rit de casu nr̃o.

& tenet, quòd dictum statutum non habeat locum in filio decedente in pupillari ætate. reprehendens Bar. in quodam suo consilio, ubi tenuit contrarium propter communem usum
13 loquendi: Dicit enim Io. de † Imo. quicquid dicat Bar. arbitror dicendum, quòd dictum statutum non habeat locum in pupillo. nam tex. in d. l. j de suis & legit. ff. secundùm eum non dicit. quòd secundùm communem usum loquendi, pupillus dicatur decedere intestatus, nam texti dicit accipi debet, siue oportet. quod debet intelligi, scilicet quantum ad illum titulum. Et ad hoc. dicit Alex. ubi supra. facit in similibus tex in l. si ita. la ij. ff. de verb. signi. fateor tamen post Imo. & Alex. in præallegatis locis post alios de quibus ibi per eos. quòd si probaretur communem usum loquendi peritorum extare in loco. ubi niget statutum. quòd intestabilis, uel pupillus, & maximè infans dicatur decedere ab intestato. quòd illo casu statutum reciperet interpretationem à communi usu loquendi.
14 quod tamen est ualde difficile probare. † Siquidem non sufficeret probare nunc adesse communem usum loquendi. sed necesse esset probare eo tempore, quo conditum fuit statutum. adfuisse talem usum, ut notabiliter scribit Alexand. in l. stipulationum. la secūda. in a. col. de uerb. obli. & Socci. in l. Gallus. §. si eiusqui. de liber. & posthu. qui refert consilium Fulgo. de uerbo ad uerbum. Facit etiam quod uoluit Bal. in l. iij. in fin. C. si pen. app. mors inter. ubi
15 apertè dicit: Quòd † statuta loquentia ab intestato, non habent locum in intestabili, subdens: quòd statuta contra naturalem rationem disponentia, quòd fœmina non succedat ab intestato, non uendicant sibi locum
16 in eo, qui decederet intestabilis. † quod bene quadrat ad casum nostrum: pro quo adducit glo. in d. l. cum antiquioribus. Et in istia termi nis idem consuluit Io. de Imo. in suo consilio: incip. in casu præmisso primò discutiendum
17 est. & c. & monetur, quia † cum dictum statutum sit correctorium iuris cōmunis, & loquatur in decedente ab intestato, non debet extendi ad intextabilem. iuxta l. præcipimus. C. de appella. l. sancimus. C. de testa. & faciunt not. per glo. in auth. quas actiones. C. de sacr. sanc. eccles. Adducit, quia licèt in isto passu sint
18 opiniones. tamen in dubio est † fauendum matri. ne excludatur. ut etiam dixi supra. à luctuosa hæreditate filij. argum. l. finali. C. de institutio. & substitutio. & etiam mouetur: quia non eadem ratio: quando filius potest testari, & quando non. nam quando potest testari, si nō testatur, uidetur in dubio tacitè uocare uenientes ab intestato. uirtute statuti. argum. l. si quis cùm nullum. ff. de iur. codicil. iuncta l. precibus. & sic uidetetur in dubio ex tacita uoluntate excludere matrē, quæ ratio uerè cessat, quan
19 do non potest testari: † igitur statutū loquens de moriente ab intestato, non habet locum in intestabili. & dicit Imo. non obstare tex. in d. l. j de suis & legiti. in quo Barto. facit tantum fundamentum. dum ibi tex. dicit. quòd illi qui testari non possunt, pro intestatis habentur. quoniam illud procedit; & est uerum secundū impropriam & latam significationem. ut probat glo. instit. de hære. quæ ab intesta. defer. in princ. Vel & secundò responderi potest secun
20 dum eum, quòd illa † dictio pro. importat fictionem: sicut in simili dicimus. aliud esse mercē, aliud haberi pro merce, uel loco mercis. ut in l. mercis. de uerb. sign. & aliud esse ciuē. & aliud haberi pro ciue. ut ibi per Doct. Et ideò uide
21 mus, † quòd statuta loquentia in casu nostro, & proprio non extenduntur ad casum improprium & fictum: maximè ubi sunt exorbitantia & correctoria. ut in casu nostro. facit l. iij. § hæc uerba. ff. de neg. gest. & quod habetur in d. l. fi. C. de ijs qui. uc. ætat. impet. maximè etiā, ubi non est eadem ratio, sed diuersa. prout ostensum est. & subdit Io. de Imo quòd non est uerum illud quod sentit Barto. in d. l. j. scilicet quòd per illam legem Iurisconsultus uideatur uelle interpretari aliquid de communi usu loquendi. & quòd secundùm communem usum loquendi accipiamus intestabilem, pro intestato, nā secundum enim illa lex hoc non dicit, sed solùm dicit, quòd intestabilea habentur pro intesta-
22 tia, quod potest & debet exponi, † scilicèt impropriè, & latè sumpto uocabulo, uel secundum fictionem, ut iam declaratum est. Et primùm quòd scilicet impropriè, est de mente d. glo. instit. de hære. quæ ab intesta. defer. secundum uerò satis probatur per d. l. mercis. cum multis simili. Et idem quod Imol. consuluit Ang. in consi. 26. relato per Alex. in d. suo con sil. quod incipit illud consi. Ang. in Dei nomine, excludens statutum. & c. ubi etiam Ang. attestatur, se ita pluries consuluisse cum D. Bal. & ponderandum est secundum Alex quòd ista ma
23 ximè procedere debent in hoc statuto. † cum sit odiosum. iuxta not. in l. cūctos populos. C. de summa tri. & fi. catho. per Bart. ibi in 6. q. & per Bald. in l. certum. C. unde legi. & per Bald. & Doct. in l. uenia. C. de in ius uocand. & facit d. l. nam, & si parentibus. Nemo enim negare potest, quin sit odiosum ex parte matris, & lineæ maternæ, igitur restringendum, & in effectu puto hanc partem esse uerissimam. quicquid dixerit Saly. in l. cùm antiquioribus. C. de iure delibe. distinguens, an statutum loquatur per ista uerba, si quis decesserit intestatus, quo casu non comprehendit intestabilem, & sic pupillum. An uerò per hęc uerba, si quis decesserit ab intestato, quo casu bene comprehēditur impubes,

impubes,& qnicunque alius intestabilis,ut ibi pleniua eum. Nam huiusmodi distinctio communiter non tenetur, ut patet ex prædictis, &
24 antiqui ante Saly. indistinctè tenẽt, quòd † siue statutum dicat ab intestato, siue intestatus. nõ contineatur in eo impubes, ut attestatur Io. de Platea insti. de hæred. quæ ab intesta. defe. in prin. ubi dicit ita tenuisse Pet. de Bellaperti. Io. de Ligna. & Ricar. de Saly. & plures alios, unde quicquid dicat, non est à communi opinione recedendum, ut in l. minimè. ff. de legi. & habetur per Iaco. Butri. in l. j. C. qui pro sua iur. Rubrum enim insti. de hære. quæ ab intesta. loquitur per uerbum ab intestato, & tamen glo. j. declarando dicit, quòd pupillus propriè loquendo non dicitur intestatus. & sic eius hæreditas non dicitur deferri ab intestato propriè, & ita etiam sentit glos. in d. l. cùm antiquioribus, & communiter scribentes ibi.

Non obstat præterea consilium Bal. nu. 32. incip. uisa municipali constitutione, &c. nam
25 loquitur ibi Bal. in † statuto facto ab imperitis, quod bene recipit interpretationem, & intellectum à communi usu loquendi imperitorum, & communiter loquentium, nos autem loquimur in statuto cõdito in insigni ciuitate Rauenæ, in qua est, & semper fuit copia peritorũ, à quibus uerosimiliter fuerunt condita sua statuta, cum sit ciuitas antiquissima, & famigeratissima, ut de se est notissimum, unde illud cõsilium nihil penitus obstat, cum ibi præsupponatur pro constanti, quòd illa constitutio de qua loquitur Ro. fuerat condita ab imperitis.

Nec obstat ratio extensionis de qua ibi per eum, nam huic rationi locupletissimè respondet Alex. in præallegato consilio, nam secundũ eum non potest dici isto casu, tale statutum debere extendi ad casum quando quis decessit intestabilis, ex eo fortè, quòd dicatur dicti statuti rationem fuisse fauore agnationis, & familiæ
26 conseruandę, † quæ cõseruatur per masculos, ut insti. de legi. agna. succes. in princ. & in l. j. §. sed seruus. ff. de uen. inspi. & in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & sic debere extendi ad casum nostrũ. Nam respondetur primò, quòd illud posset procedere, ubi ratio esset scripta in statuto, uel lege correctoria, nã tunc posset fieri extensio, ex identitate rationis per uot. per glos. & doc. in cle. j. de elect. & per Bal. & alios in l. fi. & ibi clariùs per Imol. ff. de hære. insti. cum multis concordantiis iunctis not. per Bar. in l. libero rum. in uersi. ijs præmissis. ff. de uerb. signif.
27 Secundò † dicit Alex. posse respõderi, quòd dicta extensio posset fieri quãdo esset omnino eadem ratio in utroq; casu. s. expresso, & in eo.
28 ad quem fit extensio. † secus autem ubi non esset eadem ratio, ut est gl. in clem. 2. in uer. in ijs diebus. de ęta. & quali. & ita dicit Imo. in l. si ue rò. §. de uiro sol. mat. in 7. col. hîc autem non est eadem ratio in decedente intestabili, quæ est in intestato, ut ostendi supra igitur &c.

Tertiò subdit Alex. quòd negari potest dictum statutum considerasse dictam rationem considerandę. scilicet, agnationis, quando uerba statuti sunt apta comprehendere iam masculos, quàm fęminas agnatas, uel iam masculos quàm fęminas propinquas, prout fuit in casu isto, cum statutum loquatur per uerbum propinquos, &c. nam istud adiectiuum. & similia, iudicant statutum non magis respexisse mares quàm fęminas etiam si loqueretur specificè de linea paterna, & sic agnatorum, ut loquebatur statutũ in terminis super quibus cõsuluit Alex. multò ergo minùs dicemus in casu nostro, statutũ de quo quæritur respexisse conseruationem agnationis. cum de agnatione, & familia uerbum nul-
29 lum. Et quòd † uerbum coniuncti, uel propinqui, & similia prolata sine alio termino comprehendant etiam ex proprio significato, tam masculos quàm fęminas, & è contra, patet ex not. per Bar. in l. j per illum tex de uerbo. signi. & per Bar. in l. si quis infantam. C. unde ui & p doct. in l. si quia maior. C. de trans. & in l. si quia id quod de iur. omni. iudi & in l. j ff. de pecu. & per doc. in l. j. C. unde uir. & uxo. & in l. Gallus. in prin. in ult col ff. de lib. & posth. igitur cum uerba statuti admittãt ad exclusionem matris, tam fęminas, quàm mares propinquos, uel coniunctos, patet quòd ratio statuti non fuit, ut con-
30 seruaretur agnatio, & familia. † Sed fuit merũ odium aduersus matrem, igitur non extendendum, ut in l. cum quidam cum uulg. de liber & posthu. Immo istud statutum Rauenę expressè uocat fratres, & sorores filios eiusdem patris, ut ibi non extantibus fratribus, uel sororibus, ubi in fine statuti existentibus uerò eis, unde patet expressè, quòd non considerauit conser
31 uationem familiæ, † quæ per sorores non cõseruatur, cùm nubentes maximè transeant in alienam familiam, ut insti. de pat. potesta. cum simili. Patet etiam ibi dum dicit propinquioribus propinquis, usque ad quartum gradũ. Per quæ etiam patet responsio ad dicta per Rom. in suo consilio dum motus fuit ad decidẽdum contrarium & malè, nisi fortè dicamus ipsum motum fuisse, quia illud statutum fuerat conditum ab imperitis, & quia in statuto erat expressa ratio conseruandæ agnationis. Nos autem
32 loquimur in statuto condito, à peritis, † cũ præsertim in dubio statutum conditum à peritis præsumatur, ut pulcrè inquit Pau. in consi. 39. in secunda colum. ad principium, quod incipit in causa &c. Non obstat etiam huic matri, si cõtra eam allegaretur, quod infans eius filius decessit non adita hæreditate patria, uel ea non agnita, & consequenter, quod non potuit eam

33 transmittere. Nam respondetur quod dictus † infans, ex quo fuit suus hæres patri ex potentia suitatis potuit ad matrem, & quoscunque eam transmittere, & sic eam transmisit. ut in l. hi fratres ubi etiam per doctores C. de iur deliber. & in l apud hostes. C de suis, & legit & in l. ex militari. § fi. ff. de test. mil. facit. tex. in l. hæreditatem, & in l liber. homo ff de stip. ser & habetur plene in l. uenter ff. de acqui hære. & in l. emancipata. C. qui admit. & in l. si infanti. C. de iur. delib & per Panor. in consi. 188. cum suis concor. unde uere patet nihil penitus obstare ipsi matri, quò minùs in casu nostro ad lucrādam filij sui hæreditatem admittatur, & ex his quò

34 ad primum contentus ero, † quicquid etiam in contrarium consuluerat Paul. de Castr. qui adhæsit opinioni Bart. in quodam suo breui cōsilio incip. præsupposito quodam statuto nu. 288. propter cōmunem usum loquendi. Nam dici potest, quòd loquitur, ut etiam dixi supra, in statuto condito ab imperitis, cum maximè loquatur in statuto cuiusdam Castri de Mōzono, quo casu fortè staretur cōmuni usui loquendi, ut dixi. At secus est in casu nostro, & etiam dixi supra, post Imo. & Alex. cum quibus mallem errare, quàm cum cæteris bene sentire, si errare dici potest, qui tantos patres sequutus est Pau. de Cast. nihil aliud allegat, quā authoritatem Bart. cui plenè responsum fuit supra, igitur &c. Pium itaque, & iustum pariter arbitror matri in dubio esse fauendum, ne contingat eam, & filio, & luctuosa eius successione duobus quasi uulneribus, uno ictu confossam simul, & semel carere, & sic ne afflictio afflictio accumuletur, præsertim cum pupillus, &

35 maximè † infans non possit propriè dici intestatus. nec eius successio possit testari, nec intestari, sed fit tertia species secundùm docto. ut ipsemet Pau. attestatur in dicto suo cōsilio no. pet glo. & doct. in d. l. cum antiquioribus, qui ista communiter tenuerunt, igitur à communi non est recedendum.

Circa secundam dubitationem dico similiter modo breuiter, quod uirtute dictæ clausulæ codicillaris fideicommissum generaliter tacitè iniunctū ipsi posthumo, ignorāter præterito, nullo modo ur conseruatum per dictam anth. ex causa, & consequenter adhuc ipsam matrem mortui filij, ignoranter præteriti esse ipso fratre testatoris, & sua hærede Cæcilia potiorē in uniuersali hæreditate. ad eā ab intestabili iure cōmuni deuoluta, & quòd nec per anth. ex causa, nec per clausulam codicillarē conseruetur huiusmodi fideicommissum posthumo ignoranter præterito, breuiter probari potest, & probatur ex infrascriptis, & primò per text. not. in l. militis codicillis in § miles ff. de testa. milit. ubi

36 iurisconsultus uult clarè, † quòd similes ignoranter præterijt posthumum, nō ideo debentur legata, & soluta repetuntur ob improuisum casum, id est. ex eo quia testator non præsumitur testando, & legando. uel fideicommittendo, de hoc casu cogitasse Secundò pro ista parte facit

37 tex. in l. si unquam. C. de reuoc. donat. † Nam si donatio facta à patre ipso iure reuocatur p superueniam liberorum, ut ibi, & in l. si totas. C. de inoffi. donat. maximè ubi est magna donatio, ut ibi declarant omnes doct. Ergo etiam

38 idem erit dicendum † in fideicommissis maximè uniuersalibus, etiam si forent expressè relicta, quòd uidelicet per supernascentiam filij ignoranter præteriti ipso iure reuocentur, & ita tenuit Bar. in l. filio ptcrito. ff. de iniust. test. ex quibus eius ratio fortiter ampliatur. Tertiò pro hoc facit text. in l. generaliter §. fi. C. de inst. & substi. sub condi. factis in fine legis, ubi

39 multùm expressè probatur. quod † dispositio. l. eius acutissimi. C. de fideicommiss. habet locum, nedum in uniuersalibus relictis. sed etiam in particularibus, & illa non debentur, si filij postea nascantur, quasi si testator de descēdentibus cogitasset, nō fuisset illa relicturus. igitur eodem modo relicta quæcunque sint, irritantur natiuitate posthumi, ignoranter præteriti. Nec huic conclusioni obstat, quod patet testator post testamentum conditum per aliquos annos superuixerit, etiam post natiuitatem talis posthumi, & sic quòd ex hoc uideatur, ex quo ipsum testamentum non mutauit, perseuerasse in eadem ultima uoluntate, quia secundùm Aret. in consilio 93. incipiente uiso legato, &c. in quarta colum ad finem, istud est falsum duplici ratione. Prima, quia ex quo filius uiuebat, præsumitur semper dilexisse filiū magis q̄ extraneū, & ideo nō mutasse uoluntatem, quia ipse pater sciebat satis esse prouisum filio per remedium

40 iuris aduersus prouisionem primo † factam, sicut in simili dicimus in creditore, qui tacet qui per hoc sibi non præiudicet, quia scit ius suum saluum esse, & saluū durare, ut est aureus text. in l. sicut §. non uidetur ff. quibus modis pign. uel hypot. solut. & ultra hoc facit bonus tex. in in l. filius §. si non nullitate ff. de testat. milit. & ita reperio respondisse Ang. in suo consilio incipiente sola quæstio principaliter, licèt tria puncta per l. idemque erit. ff. de testat. mili. Pro ista parte facit etiam text. in l. filio §. scia ff. de adim. legat. & id quod ibi not. Bart. ubi

41 plùs dicitur, † quòd ex inimicitijs supereuenientibus legatum, uel fideicommissum censetur tacitè reuocatum, etiam si testator nouam faciendo dispositionem legatum expressè non ademerit. Nam hac nōn obstante, adhuc durat tacita reuocatio, quia prima uoluntas, quæ fuit semel rupta, per causam de nouo superuenientem, non uidet amplius subesse, si testator nihil dixisset.

dixisset. Sic igitur dicẽdum in casu nostro. Nã ex hoc prima uoluntas patris ipso iure fuit reuocata, & interrupta durat adhuc interruptiõ, & sic tacita præsumptio mutatę uoluntatis, quamuis pater superuixerit, & nihil penitus dixerit.

42 Secundo responderi potest † quòd si donatio, quæ fuit reuocata per superuenientiam filiorum, non cõfirmatur ex tacita uoluntate donantis, etiã si filius postea moriatur ante ipsum patrem, ut uult Barto. in l. Titia §. imperator de

43 leg. secun. † Ergo multò minùs confirmabitur ultima uoluntas semel rupta per natiuitatem filij posthumi, si ipse filius postea superuixerit patri. Nam non sufficit patrem superuixisse, & non reuocasse, sed tacuisse, cum sufficiat libera sua uoluntas, aqua ipse pater tacens uĩ se conformare, cùm non curauerit aliter prouidere, igitur cessat grauamen, quod prima fronte uidebatur iniunctum tacitè ipsi posthumo ignorãter præterito, uirtute dictę clausulæ codicillaris, cõfirmantur prædicta ex his, quæ dixit Bar. in d. l. filio præterito in uerbo præterea hoc suadet ęquitas, ubi dixit, quòd ubi testator fecit multa legata, & magna, quæ, non est uerisimile, qđ fecisset, si cogitasset de filijs, tunc ęquitas suadet, quòd opinio ipsius Bar. sit uera, quæ est, quòd non conseruentur neque per auth. ex causa, neque per clausulam codicillarẽ, sentit ergo expressè Bar. quòd fideicommissa uniuersalia non conseruentur per dicta duo remedia, neque per alterutrum eorum, quam opinionem sequitur. Aret. in dict. consi. nisi legatum, uel fideicommissum esset paruum, uel nisi remuneratorium, uel recompensatio alicuius renunciationis factę per fideicommissum, uel aliud meritum, propter quod uerisimile esset, quòd etiã si cogitasset de filijs, omnino esset relicturus, & ita etiam declarat Imol. in d. l. filio præterito, & in l. demonstratio. §. quod autem ff. de condi. & demonstra. & sentit, & firmat Ang. in d. consil. in ult. col. ad finem, ubi etiam loquitur in fideicommisso uniuersali, & dicit, quòd si quæritur utrùm inducitur uniuersale fideicommissum ꝑ clausulam codicillarem à filio ignoranter prȩterito, dicendum est, quòd nõ. 44 neque auth. ex causa, nec clausula codicillaris aliqd opera-

45 tur, & † sic ibi expressè deciditur casus noster in posthumo ignoranter præterito, quòd nihil opereutur, & istam distinctionẽ sentit expressè Bal. in l. si cùm uel in utero. C. de test. mil. & in dicta auth. ex causa, & dicit Areti. ubi supra ꝙ ipse credit, quòd ista decisio sit ipsa ueritas, & quòd ipse ita iudicaret, quũ itaque in casu nostro non tractemus de legato particulari, nec de aliqua remuneratioue cuiusque alterius cõmodi, sed simpliciter tractemus de inducendo tacitum fideicommissum uniuersale uirtute di

ctę clausulæ codicillaris, dicẽdũ est, quòd posthumo ignoranter præterito, nequaquam induci posset, & consequenter cum nullum adsit fideicommissum, neque uirtute dictæ clausulæ, neque uirtute dictæ auth. tum seruari poterit

36 ideo nec peti, nec transmitti potuit, quia † non entis nullę sunt qualitates. l. in bello. §. factę aũt causæ ff. de cap. & post lim. reu. nec ullam §. si quis absentis de peti. hęredita. l. nemo plùs iuris. ff. de reg. iur. & in l. si uniuersali C. de legat. cum uulgaribus.

Et istam opinionem, quòd, posthumo ignoranter pręterito non conseruentur legata, neq; fideicommissa per dictam auth. ex causa, ma-

47 ximè uniuersalia. Et † quòd clausula codicillaris nihil operetur. sequuntur latè Moder. & maximè Ias. in d. auth. ex causa etiã si pater superuixit filio tanto tempore, quòd commodè reuocare potuisset testamentũ, & de clausula codicillari penitere Barto. in dict. l. filio præterito, & in quodam consilio incipiente quidam nomine lapus, & Bald. Paul. & Alexand. ibidem. Ita Ias. ibi in ult. colum. dicens quòd siue filius iam natus, siue posthumus fuerit ignorãter præteritus, non conseruantur prædicta, etiã si pater superuixerit ut sup. Et ita dicit esse opinionẽ Aret. singulariter notandã in dicto cõsil. quod dicit esse menti tenendum, de quo ualde lętor, quia D. Iasonem ita comprobantẽ, & sequentem opinionem illam pr.ùs non uideram: amplectendo etiam, ut dixi supra, maximè quãdo essent legata, uel fideicõmissa magna, & habentia maiorem partem hæreditatis, prout esset in casu nostro, si diceremus induci tacitum fideicommissum uniuersale. Non itaque inducitur, quia nec inductum conseruatur, & quòd etiam fideicommissa expressa, uniuersalia non conseruentur per dispositionem dictę auth. ex causa, quando filius, siue natus, siue posthumus est ignoranter præteritus, licèt secus sit, quãdo scienter est præteritus, tenent communiter oẽs in dicta auth. ex causa. Nam si particularia secundùm communem opinionem Bar. & aliorũ non conseruantur, multò minùs uniuersalia, in

48 quibus maius, uel totale est præiudicium, † cũ fideicõmissarius sit loco hæredis. l. si filius. §. 1. ff. quod cum eo. l. quærebatur, uersic. sed si mihi. ff. de test. milit. facit auth. multò magis cum

49 similibus. C. de sacros. eccl. & quòd per † clausulam codicillarem, etiam si pater superuixit, ut supra, non censeatur inductum fideicommissum, latiùs examinauit idem Ias. in dicta auth. ex causa in antepen. col. in uerbo sed succedit alta, & profunda quæstio, cum duabus colum. sequentibus. etiam si pater superuixit ubi dixit, ꝙ opinio Bar. de qua supra, quam etiam tenuit in l. j. ff. de iur. codicil. est ęqua, & tenenda, & ꝙ de facto ꝑ eius ęquitatẽ fuit ita iudicatum

per

per duos senatores sui principis & refert Bald. in d l. si totas dicētem se ita consuluisse, & Bal. in l fi. C. de codicil. & in l. qui filiabus. ff. de legat. j. & Ang. in l. idem eris per illum text. ff. de test. mil. & eundem Ang in l. j ff. de iur. codicil. & Alex. in consi. 41. incipien. uiso tenore, &c. in pen. col. referens etiam Aret. consulentem pro eadem opinione in cons. 14. incip. quatuor dubia, &c. Et dicit pro illa opinione facere legem ex facto in principio ibi neque. n. uerisimiliter est ff. de uulga & pupil. & l. tale pactum. § fi. de pact. & quòd istam opinionem latè defendit Aret in suo ultimo consi. incip. eleganter, præcipuè per unum fundamentum quod dicit pręfatus aureus doctor D. Iaso. ubi supra sibi pla-
51 cere † & ista sententia proculdubio est uera, quando clausula codicillaris nō esset concepta per uerba respicientia futurum tempus, ut quia non esset dictum, si non ualebit sed si non ualet, uel non ualeret, cum isto casu cōmunis opinio est cum Bart. licèt aliqui tenuerint contrarium, & sit magis dubiū, quando apposita fuerunt in dicta clausula uerba respicientia futurum, quo casu Francis. Aret. Ias. & alij prædicti adhuc tenent cum Barto. nam ratio tenentium
52 contra Bart. † est penitus falsa, dum dicunt, ꝙ ubi in clausula codicillari sunt apposita uerba respicientia futurum, tunc saltem in genere uidetur cogitasse de posthumo, & consequenter eum grauasse. Nā licet testator dixerit per uerba futuri temporis, & si non ualebit ut testamentum, ualeat ut codicilli &c. Tamen nō propter hoc infertur ꝙ cogitauerit de posthumo, & sic quòd uoluit dicere, & sic non ualebit, ut quia nascatur posthumus, ualeat in uim codicillorum, nam falsum est, quia id uerbum si nō ualebit, potest aliter euenire, quàm natiuitate posthumi, putà si hæres institutus moriatur in uita testatoris, uel post mortē nolit adire, uel efficiatur incapax, & ponderandum est unum, quod dicit D. Franciscus Aret. in d. consil dum dicit, communem opinionem esse ait Barto. &
53 dicit, † quòd unusquisque debet considerare conscientiam suam secundùm rationem naturalem, & bene uidere, an sit uerisimile patrem prælaturum filio extraneum, eūm non sit uerisimile si de hoc fuisset interrogatus, hoc uoluisse. Ita etiam uoluit Aret. in consil. quod supra allegaui incipiente uiso legato in 3. colum. cum tribus sequentibus, &c. Ita tenet maximè in terminis istis, in quibus pr̄ nullo modo cogitauit de posthumo maximè cum uerba clau-
54 sulę codicillaris non respiciunt futurum. † Igitur siue superuixerit, siue non, non est credendum, per ea, quę dicta sunt supra, licèt dubium sit, quando uerba respiciunt futurum, & postea superuixit, tenuit Bart. opin. Et in dicto consil. incipiente uiso legato in 4. colum. & in dicto consilio ultimo, ubi multùm pulcrè loquutus fuit in proposito secundùm Iaso. in dict. auth. ex causa in ulti. col. ad quod multa allegat Franciscus in dicto cōsi. ultimo, quæ aliter non refero, quia facilè bono, & æquo iudici patere possunt, & non nulla adduxit Ias. ubi supra, ubi dixit hanc limitationem datam, ad opinionem Bar esse multùm dubiam, & ideo in principio huius articuli dicit in hoc, se nūquam uoluisse consulere, & in effectu pro Barto. arbitror esse ueritatem ampliando, siue pater superuixit tanto tempore, quòd potuerit mutare testamentum, siue non, per prædicta, & per multa alia, quæ in proposito adduci possunt, quæ breuitatis gratia prætereo.

Et ponderandum est quòd ista magis procculdubio procederent, si ipse posthumus pręteritus nūquam adiuisset hæreditatem patris ab intestato. uel in ea se non immiscuisset cum ita demum per dictam clausulam codicillarem uenientes ab intestato, intelligantur grauati per fideicommissum, si effectualiter adeant ab intestato, aliàs nisi ab intestato adiuissent, nil deberetur, & nil penitus peti posset, & propterea dicunt doct. quòd sequitur ex hoc mirabile, quòd ipsi adeant ab intestato, & confirmentur dispositia in testamento, ad quę est glo soli taria in l qui filio in §. 1. in uersicu. codicillis. ff. de hæredi. institu. exclamat ad hoc Bald. in dicta auth. ex causa in 9. colum. & quam mirabilē reputauit ibi Pau. de Cast. & sequuntur Moder. Si itaque in casu nostro non est probatum quod posthumus iste, ignorāter præteritus, hęreditatem patris ab intestato adiuerit, uel ei, se inmiscuerit, antequam moreretur, non pōt modo aliquo dici confirmatum fideicommissum, uel aliquod fideicommissum subesse uirtute dictæ clausulæ codicillaris per eum, cui ab intestato tacitē iniunctum uidebatur fideicommissum. Cōfirmantur prædicta, nam licèt testator post testamentum conditum superuixit pannos 15. tamen, posteaquàm cognouit uxorem fore prægnātem, decessit morte subitanea & repentina, illo testamento non mutato, quo casu nō cōstat, an posteaꝙ cognouit uxorē esse prægnantem, illud mutare, fortè uoluerit. n. nō potuit, nec potuisset morte pȳuentus, unde cū non constiterit, nec constet, quòd ião tempore posteaꝙ cognouit uxorem prægnantem, superuixerit quòd cōmodè posset mutare, sumus in casu, in quo data, & non concessa opinione tenentium contra Bar. pro uera, non procederet, cū nihil potuerit imputari patri, cum testamētum in quo erat clausula codicillaris, nō mutauerit, quamuis. n. sciuerit se in testamento prętérijsse uentrem, ignarus fortè an esset in futurum habiturus filium, tamen propterea non probatur eum potuisse mutare cōmodè, etiam si contra Bart.

Bart.esset ueritas unde inconcusse, & firmiter
in terminis nostris nõ puto clausulam codicil-
larem aliquid operari, eo maximè attento qđ
56 antequam eueniret casus rupti testamenti,† qđ
non rumpitur, nisi per natiuitatem, ut in l.post
humo.C.de cõtratab.& in l.j.& 2.C.de posthu.
hæred.instituend.Hieronymus fideicommissa
rius prædecesserit, prędecessit enim ante natiui
tatem posthumi, ignoranter præteriti, & sic an-
tequam locus esset, uel esse posset causę intesta-
ti, & sic antequam fideicommissum posit dici
tacitè iniunctum alicui uenienti ab intestato,
igitur nullo pacto potest dici subesse aliquod
fideicõmissum in personam Hieronymi, quod
fuerit transmissum in Cęciliam eius filiam. Nõ
enim potest dici, quòd posthumus ipse igno-
ranter præteritus, fuit grauatus ante eius nati-
57 uitatem, † cum ante natiuitatem ualuerit insti
tutio de ipso Hieronymo facta, fratre testatoris
ut in l.j.C.de posth.hæred.insti. & not.Moder.
in l.j.C.de codicil.igitur, nec potuit, nec potest
peti, cum expirauerit mortuo fideicõmissario,
antequam fideicommissum sibi deberi potuis-
set, posito igitur sine præiudicio ueritatis, qđ
propter clausulam codicillarem, rupto testa-
mento natiuitatis posthumi, conseruaretur fi-
deicommissum, maximè ubi pater superuixis-
set, tamen secus est, quando iam mortuo testa-
tore, & fideicommissario, natus esset posthu-
mus. Ad quod bene aduertendum puto, cum
iste sit casus noster, in quo non potest dici con
seruatum fideicommissum, quod locum nõ ha
58 buit.† Et ideo Pau.de Cast.in d.l j.C.de posth.
hęr.insti.nõ sine ratione dixit, quòd nato post-
humo, uiuo testatore, fideicommissum uirtute
59 dictæ clausulæ conseruatur † secus igitur, si na
scitur mortuo testatore, & fideicõmissario de-
functo. Et quod fideicommissum importatũ p
clausulam codicillarem nõ transmittatur, si nõ
fuerit agnitum, uoluit apertè Bar.in l.1.de iur.
codicil ff.& habetur per Moder.in l. fi.C.de co
dicil. Igitur in casu nostro Cęcilia filia Hiero-
nymi fratris testatoris, hæredis instituti à patre
ipsius posthumi, in infantili ętate defuncti. Iam
mortuo Hieronymo nihil penitus petere põt,
tum quia nullum fideicommissum adfuit, tum
etiam quia si adiuisset, non fuisset conseruatũ,
tum etiam quia, & si conseruatum aliàs fuisset,
tamen mortuo Hieronymo ante natiuitatem
posthumi, non fuit transmissum, neque trans-
mitti potuit in ipsam Cęciliam, ut patet ex prę
missis.

Ex quibus luce clariùs constat ipsam matrẽ in successione eius filij infantis, defuncti, esse omnibus potiorem, & eis præferendam in tota posthumi hæreditate, & ita dico, & consulo iuris esse ego Bonifacius Elefantucius de Bononia I. V. Doctor, & Comes, & in fidem his me subscripsi manu propria, & consueti sigilli mei impressione muniui, saluo tamen semper consilio Saniori: ad laudem indiuiduę Trinitatis, & diui Laurentij, cuius hodie uigiliam celebramus. Amen.

CONSILIVM D. LVDOVICI Cati Ferrariensis.

ARGVMENTVM.

¶ Substitutio facta cum clausula quandocunque filius decesserit sine liberis, an includat pupillarem substitutionem, uel fideicommissariã sem per: insuper in substitutione filiorum masculorum, exclusis fęminis, an neptis excludat substitutum.

SVMMARIVM.

1 *Consi. Pauli de Castro 112. multùm dubitabile, & parum approbatum, uidetur quàm cõtra cõmuuem opinionem stare. nu. 2.*

3 *Substitutio à testatore facta, quandocunque sine liberis decesserit, etiam pupillarem substitutionem importat, cum sit possibile, & pupillum habere liberos, etiam communi sententia. nume. 4. & 9. sed contra nu. 29.*

5 *Copulatiua requirit ueritatem utriusque particulæ.*

6 *Copulatiuam resolui in disiunctiuam certo casu contra communem opin. scripsit Barto. & numero 26.*

7 *Testatoris uoluntas ut seruetur, licet à proprietate uerborum recedere aliàs secus. num. 8. & c.*

10 *Verba semper aliquid operantur, ubi nihil resultat cõntra ius commune.*

11 *Pluralitas una geminat plures singularitates, ubi aliàs resultaret absurdum.*

12 *Testator uerbis directis, & obliquis usus, substitutionem duplicem uidetur fecisse.*

13 *Fideicommitti etiam in pupillari ętate posse.*

14 *Substitutio directa, & fideicommissaria ecclesiæ congruè fieri non debet.*

15 *In substitutionib. maximè fideicommissarijs magis mens, quàm uerba inspicienda.*

16 *Testatoris mens ubi colligitur, recedere licet à proprietate uerborum.*

17 *Interpretari etiam cõtra naturam uerborum, ex coniecturis licet. nu. 18. 19. & 20.*

21 *Verba ratione subiectæ materiæ impropriantur.*

22 *Copulatiua in disiunctiuam ratione subiectæ materiæ resoluitur. nu. 24. & 28.*

25 *Disiuncta in coniunctam ex mente testatoris interdum resoluitur.*

27 *Coniecturis immutantibus proprietatem uerborum, quando locus sit.*

39 Substitu-

30 *Substitutione fideicommissaria, sola testatoris hæreditas capitur.*

31 *Testator an uideatur uoluisse conseruare bona in agnatione, ex quo substituit filias, &c.*

32 *Renunciatio filiæ substitutæ, quo casu ualeat.*

33 *Statutum excludens fœminas, donec masculi superfiut, his deficientibus, fœminas admittit.*

34 *Fideicommissum, & prohibitio de non alienando extra familiam multùm differunt nec ab uno ad alterum inferri. 37. & 38.*

35 *Prohibitio de non alienando, non inducit fideicommissum absolutum, sed tantùm in casu alienationis.*

36 *Verbum, sine filijs, intelligitur de masculis.*

CONSILIVM LXVII.

Deo Gratias, Dominus erigit elisos, Dominus dirigit iustos. Vidi celeberrimū, ac famigeratissimū consilium Excellentissimi, ac Magnifici Domini Cęsaris de Nobilibus de Luca. consiliarij Illustrissimi Ducis nostri meritissimi, in quo duos potissimū articulos adeò diligenter excussit, ut nulli omnino hominum aliquid superaddendi locus relictus esse censeri possit. Et requisitus ab excellentia sua, potuissem simplici subscriptione fouere eius sententiam, sed postea quàm ad eum apicem adhuc non ascendi, & ne cęcuties atque oculis clausis ad hanc subscriptionem manum apposuisse uiderer, nonnulla & quidem paucula in utroque articulo subdere uolui.

1 Prior autē articulus, † qui uersatur in intelligentia consilij Pau. de Cast. in cōsi. 112. aliàs. 113. substitutio prædicta in ordine meo in antiquis. uisus fuit mihi prima fronte. multùm dubitabilis. Neque enim uideo consilium Pau. de Cast. adeò esse approbatum, ut possimus affirmare pro eius parte stare communem sententiam, ita ut pro eo intrepidè sit iudicandum, licèt enim illud uideantur sequi Deci. uno uerbo aliter non examinans articulum, in l. generaliter. in prin. C. de instit. & substit. sub cond. fact. & Alexandrin in consil. 129. & in hanc sententiam uideatur transiuisse Cap. in consi. 66. colum. 2. & 3. & eidem sententiæ uideatur arrisisse Ripa. in l. Centurio. nu. 9. qui aliter non discutit, sicut nec Dec. Tamen uidemus aliquos ab hac sententia discrepasse maximè Corne in cō fil. 6 t. li. 2. quem allegat Galiaul, & nihil aliud in d. l. Centurio, nu. 69. dicens se nelle articulū examinare. Et pro sententia contra Paul. uidetur stare consil. Cum. 125. & expressè contra eum tenuit Alciat. in d. l. Centurio. dicens non esse recedendum à proprietate uerborum, qui tamen more suo mouetur ex debili regula, ad infringendam opin. tanti authoris. contra quē etiam acriter pupugit Soc. in l. si is qui ducenta. §. item si pater. 3. col. ff. de reb. dub. & licèt so lcam allegare Ias. pro Pau. de Cast. in d. l. Centurio, col. mihi 17. uersi. adde ꝙ istam opinionem. Tamen & ipse unum profert uerbum, sine discussione articuli. Quia ergo, cum authoritates sint dubiæ, ut moueamus iudicem, etiam rationibus niti debemus, meritò hanc rem nonnullis rationibus excutere uisum fuit.

2 Et in primis † contra Paul. de Castr. uidetur stare communis opin. quæ sit posita à Doct. in d. l. Centurio. in conclusione illa, quam ponit Bart. ibi col. 5. uersi. quid si testator sic substituit, quādocunque filius decesserit sine liberis, ubi in tali casu substitutio facta impuberi im-

3 portat pupillarem substitutionem; † quia illa uerba sine liberis, possunt & pupillari ęstati accommodari, cùm possibile sit, & pupillum habere liberos, & ita omnes Moder. ibi tenent, & in l. precibus. C. de impuber. reprehendentes Iac. & Odof. & antiquos qui uolebant illā esse tantùm fideicommissariam omni tempore. ꝓpter

4 illa uerba sine liberis † Cùm ergo ex communi sententia illa uerba pōsint adaptari, & pupillari, ut latè etiam declarat Rip. in d. l. Centurio. nu. 89. & habeamus hic copulam, dēr utrumq;

5 requiri ad ueritatem † copulatiuę. l si hæredi plures de condi. insti. quod fuit argumentum. Soccin. in d. §. item si pater. non tam facilè conuellendum.

6 Et nè uidear uelle moueri simplici regula, (ut isti faciunt,) pro hac opi. stat † illa communis opin. quæ est cōtra Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu. uidelicet quòd si testator instituat Titium, & eius filios, uidetur Titius, & filij copulatiuè uocati. licèt Titius esset frater testatoris, & licèt Bar. ibi teneat contrarium, quia dictio & debet resolui in disiunctam, sicut disiuncta resoluitur in coniunctā ratione affectionis testatoris, ut est casus in d. l. generaliter, in princ. & ideò in casu suprascripto quando Titius est frater testatoris, ratione affectionis, deberet cōiuncta in disiunctam resolui. Attamen Doct. concludunt communiter cōtrarium, quia licèt reperiatur, ꝙ disiuncta ita resoluatur. d. l. generaliter, non tamen id reperitur in coniuncta, & ideo non temerè est à proprietate uocabuli recedendum. Et propterea Soc. hoc uidens in d. §. item si pater, facit aliud obiectum sentiens id quod supra dixi, ꝙ illa dictio sine filijs solet operari contrarium effectum. s. quòd disiuncta resoluat in coniunctā, ergo uoluit dicere Soc. multò magis cōiuncta debet remanere in suo statu, quia illa dictio sine filijs, habet uim resoluendi in coniunctam, ipsam disiunctam. ergo multò magis debet cō seruare cōiunctam in suo naturali significatu, & sic Soccin. non uidetur ita perfunctoriè, sed

multum

multùm doctè loquutus fuisse. Et comprobatur ista conclusio, quia à proprietate uerborũ, & maximè à natura copulatiuę non recedimus nisi ubi tractamus de conseruanda dispositione testatoris, quæ aliàs posset rumpi, uel fieri nulla, & ideo ubi testator institueret filiũ suũ, & eius filios, quia tunc non concurrit necessitas conseruandi testamenti, si filius subducere tur de medio uiuo testatore, quo casu nepos se inueniret præteritum, & testamentũ fieret nullum, ut in d. l. Gallus in prin. & in §. quidam rectè, tunc bene recedimus à proprietate, & coniuncta resoluitur in disiunctam, ut not in dict. §. quidam rectè, ubi Barto. Alex. Aret Soccin. & alij Moder. omnes. Tamen ubi non tractamus

8 de conseruanda† dispositione testatoris, nunq̃ debemus à proprietate recedere, maximè ubi uerba, & natura uerborum uiolarentur, & ita ultra notata in d §. quidam rectè multùm subti liter declarat D. Alex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. col. 7. in prin. uersicu. præterea quamuis statutum, & ponit etiam Soc. in consil. 5 t. in 4. uol & in consi. 90. in j. uol.

Nec obst. quòd uerba nihil operarentur ut

9 dicit Pau. de Cast. in d. consi. quia † immo pos sunt aliquid operari, ut considerat Soc. in d §. item si pater, & colligit ex cõmuni opin. allega ta, ex qua uidemus, quòd ista uerba sine filijs, competunt etiam pupillari substitutioni.

Præterea uerba debent aliquid operari, quã-

10 do nihil resultat, quod † sit contra intellectum iuris cõmunis, c. causam quæ. de rescript. Alex. in consi. 33. uiso thematé, colum. 2. in prin. in j. uolum. Sed hic resultaret quid contra intellectum iuris communis, & contra proprietatem uerborum per prædicta.

Nec obstat alia consideratio Pau. de Cast. q̃ illa est oratio soluta. si decesserit ĩ pupillari ętate, & sine liberis, quæ potest resolui in duas orationes, quasi si dixerit, si decesserit in pupillari ętate, & si decesserit sine liberis, & sic quasi sint copulatę duæ orationes, & ueluti una plurali-

11 tas, geminet plures singularitates, † quia tunc illud est uerum, quando si non geminaret, resultaret absurdum, ut tradit in c. accepta de appella. & in c priuilegia. de priuilegi. & in c. j §. aut si libellario. & ibi per Bald. quib. mo. feud. amit. ponit Soc. in consi. 73. in 4. col. uersi. nec etiam obstat. in j. uol Sed hic nullum resultat absurdum, ut patet ex communi opin. de qua in d. l. Centurio, quia ista uerba possent etiam competere pupillo. Et nescio an talia dixerit Alciat. contra P au. in d. l. Centurio.

Nec clarior redditur opin. Paul. de Castr. in casu præsenti, ex eo quia dictum fuerit substituit uulgariter pupillariter, & per fideicõmissum, quia licet in casu suo posset esse dubium, an traheretur illa substitutio ad fideicommissum post pupillarem ętatem, tamen hic nulla

12 uidetur esse dubitatio, cum dixerit, & per fidei commissum, sicuti in simili Docto. in illa q. de qua supra in d. l. Centurio. Nam ubi utitur testator uerbis directis, & obliquis, uĩ utrãque substitutionem facere uoluisse ut per Barto. in d. l. Centurio. per Bart. & Alex in l. recusare §. Titius. ff. ad Trebell. per Docto. maximè post alios latè Rip. in d. l. Centurio. numero 170. 171. & 172.

Namque cum copulatiuè testator restrinxerit etiam fideicommissariam ad pupillarẽ ętа-

13 tem, † neque enim inconuenit etiam in pupillari ętate fideicommitti ut per Pau. de Cast. & Aret. in l. cohęredi. § cum filio. ff. de uulg. & pu pilla & maximè hoc procedit, si substitutio est facta conditionaliter. puta si filius meus impubes decesserit, prout dicit Aret. ubi supra, & sequitur Alex. in d. l. Centurio. super illa q. quã ponit Bart. ibi col. 11. uersic. item quæro, iuxta prædicta dixi. de quo uidendus est Ripa ibi. nu. 145. & etiam Ias. col. mihi 27. uersi. adde &

14 ad istam decisionem Bart. † nec est congruum fieri directam, & fideicommissariam eidem d. §. Titius per Barto & in d. l. Centurio, & per Rip. d. nu. 170. cum seq.

Quibus tamen non obstãtibus, placet mihi opi. Pau. de Cast. & maximè in casu proposito in quo Magnificus D. Consulens considerat q̃ plurimas, & infinitas coniecturas, ex quibus resultat, quòd testator in casu præsenti uoluit facere fideicommissum, etiam post pupillarem ętatem, quæ sunt tot ac tantę, ut facile trahere possint quemlibet iudicem in hanc sentẽtiam,

15 maximè cum habeamus, quòd † in substitutio nibus potissimum fideicõmissarijs, magis mẽs quàm uerba inspicitur l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. & hãbetur in l. cum proponeretur in fi. ff. de legat. 2. in l. si mihi & tibi. in fi de condi & demon. l. cum qõ. l. cum uirum. C. de fideicom. bonus text. in l. quisquis. de leg. 3. in l. hæredes mei. §. cũ ita ff. ad Trebell. & mentem magis quàm uerba inspi cimus Bald. in 1. not. & ibi Moder. plura accumulant in l. quoniam indignum C. de testa. & habetur in l. 3. ubi Ang & Alex. & Ias plenè. C.

16 de liber. præterit. † Hinc recedimus à proprietate uerborum, ubi mens testatoris colligitur, ut dicit Bald. & Pau. de Cast. in l. fina. C. de i. ñ-

17 pub. † Et ex coniecturis fit interpretatio contra naturam uerborum l pater Seuerinam Proculam. ff. de condi & demon. l. 3. §. conditio. ff.

18 de adimen. leg & ut bene tradit Pau. de Cast. in d. consilio ut deseruiamus menti testatoris, dictiones sępe mutant naturã suam. & una exponitur pro alia, ut est gl. in l. eas causas. ff de condi. & demonstra. cum alijs quæ ponit Alex. in consil. 175. colum. 4. uersic. 3. quia uolum. 5. & consi. 17.

19 conſi.17.colum.6.uolum.7 † & ubi tot,& tan
tę coniecturę concurrunt, ſtamus menti, &
contra præciſam ac propriam naturam uerbo
rum.ut per Galiaul. in d. l. Gallus. §. & quid ſi
tantùm col.5.nu.20.poſt Pau. de Caſt in con-
ſilio 58.in 1.part. in nouiſ. & per Curt Seni in
20 conſi.51.& Per. de Ancha. in conſi.219.† uult
pro conſeruanda mente teſtatoris exponi tunc
pro nunc.& ſequitur Deci. in cõſi.217.& quia
Pau.de Caſt.in d.conſi.113.fundat ſe in uerosi
mili mente teſtatoris, quòd ſe accommodaue-
rit ijs, quæ regulariter, & ſecundùm naturam
ſunt.l nam ad ea.ff.de legi. facit text. in l. fiſtu-
las.§. fragmenta. ff. de contrahen. emptio. &
text in l. Scio §. Medico.ff.de annu. leg.uo.in
l.ſed & ſi quis.§. quæſitum ff. ſi quis cau. Ideo
debemus dicere q ratione ſubiectę materiæ ẽt
21 uerba impropріentur, † & uoluntas teſtatoris
ſit conformis legi.ſicuti in alio propoſito no.p
Doct.in d.§ quidam rectè, ubi illa ſubſtitutio
facta Titio,& liberis facit reſolui copulatiuam
in diſiunctiuam ratione ſubiectę materiæ. Ex
quo ibi illud uerbũ liberos comprehendit plu-
res in diuerſis gradibus conſtitutos, ut ibi de-
22 clarat Soc.& alij Moder.Hinc uidemus† quòd
ratione ſubiectę materię, & copulatiua re-
ſoluitur in diſiunctam Bart. in l.uxore.§.teſta-
mẽto.ff de leg.3.quibus etiam rationibus mo-
uetur Alexandrin.in d.conſi.129.licet non re-
ſpondeat ad obiecta.
Quibus ſtantibus, non obſtant adducta in
contrarium.quia in hac materia conſiderandũ
eſt,quòd licèt dicatur,q copulatiua nõ immu-
tat naturam ſuam ex hoc ſolo, q uideatur teſta
tor ſe uoluiſſe conformare cum diſpoſitione le
gali.alio incontrario nõ apparente,& tunc pro
cedunt not.in d.§.quidam rectè, in caſu conſi-
derato incontrarium, quia licèt Titius frater &
filij eius non eſſent ſucceſſuri pariter ab inte-
23 ſtato fratri.ſed ſucceſsiuè.† tamen iſta ſola cõ-
iectura non eſt ſufficiens ad immutandam na-
turam copulę, niſi ſimus in caſu in quo tracte-
tur de conſeruanda diſpoſitione teſtatoris, ut
per Alex.in d §. cum ita. col.7. Sed quãdo ultra
diſpoſitionem legalẽ concurrunt plurimę aliæ
coniecturæ.tunc etiam recedetur à proprietate
uerborum, ut ex multis ſuperiùs allegatis de-
cerpitur,& ita eſt in caſu iſto, ex cõiecturis po
tentiſsimis ponderatis in iſta materia,& ut etiã
dicebat cum an.in d.§ quidã rectè,ut ibi p Soc.
dictio & ſi reſolueretur in diſiunctam reſulta-
ret abſurdum.ſed hic, ut tradit Paul. de Caſtr.
reſultaret abſurdum.ſi illa uerba ſine filijs refer
rent ad pupillum,cum abſurdum ſit, teſtatorẽ
uoluiſſe illa apponere, ut ſubſtitutio ceſſaret
pupillo habente liberos,uel filios, cum ſi eueni
ret iſte caſus,ſubſtitutio ceſſaret,etiam quòd te
ſtator non dixiſſet. Nec credendum eſt etiam
teſtatorem ita dixiſſe quia putauerit pupillum
poſſe filios ſuſcipere, cùm ſecundũ curſum na-
24 turę hoc eſſe non ſoleat.† Et quòd ex alijs cõ-
iecturis multis ultra naturam ſubiectę materię
dictio & reſoluatur in uel: ponit etiam Soccin.
in conſi. 26.in 4.uolum. & allegat multa ex ijs
quæ ſuperiùs allegaui.
Poſſumus etiam dicere,quòd ſicut in l gene
25 raliter in prin.C.de inſt. † diſiuncta reſoluitur
in coniunctã ex præſumpta mente,& affectio-
ne teſtatoris, quæ colligitur ex illa dictione ſi-
ne liberis poſita in teſtamento,ſecundum com
munem opin.ut per Deci.in d l. in j.not & per
doct.in d.§ quidam rectè,quòd illa coniectura
affectionis colligitur ex ijs quæ ſunt expreſſa
26 in teſtamento, † & ideo in caſu contra Barto.
eſt communis opin. in dict.§. quidam rectè,
coniuncta non reſoluitur in diſiunctam, quia
illa affectio charitatis non colligatur ex ijs quæ
27 expreſſa ſunt in teſtamento, † & ut coniectu-
ris immutantibus proprietatem locus ſit opus
eſt,q colligãtur ex expreſsis,uel ex ijs quæ ſe-
quuntur ad expreſſa in teſtamento. Bald. in l.
unica,in fi.C.de ijs qui ante apert.tabu. Soc in
l.hæredes mei §.cum ita.4 col.uerſi.ex qua cõ-
cluſione infertur ad Trebell. & in conſi.16.in
3.uol. ſed ita eſt in caſu iſto, & in caſu Paul.de
Caſt.quia ex ijs quæ ſunt expreſſa in teſtamen
to colligitur mens teſtatoris,quæ & regulatur
ſecundùm diſpoſitionem iuris communis, at-
tento conſueto curſu naturæ, & iſta eſt etiam
commoda reſponſio.
Nec obſt.q adducebam contra Pau.q uer-
ba debent accipi etiam ut nihil operentur.quã-
do operantũ contra intellectum iuris commu-
nis,quia non eſt contra intellectum iuris com-
28 munis,† q ratione ſubiectę materię,& ex mul-
tis alijs coniecturis una dictio ponatur p alia,
& copulatiua reſoluatur in diſiunctam, maxi-
mè etiã ex tacita mente teſtatoris,ut etiã tradit
Dec.in d.l.generaliter in prin.& fuit oſtenſum
ſupra ex quam plurimis ſimilibus.
Et etiam non obſtat quod dicebatur, quòd
illa oratio non poteſt gemmare plures ſingula
ritates, quia ſi non gemmaret, non reſultaret
abſurdum. Nam certum eſt, quòd licèt non
ſit abſurdum pupillum poſſe aliquo caſu habe-
re filios, eſt tamen abſurdum ſecundùm com-
munem curſum naturæ, uel meliùs dicere poſ-
ſumus, quòd abſurdum eſt dicere teſtatorem
hoc uoluiſſe credere, & ideo apponere talem
conditionem, quæ non erat neceſſaria ſecun-
dùm curſum naturæ in pupillo, ut per Paul. de
Caſt.in d.conſilio.
Non obſt.cõis opin.incontrarium allegata,
ubi illa uerba, ſi ſine filijs conueniunt etiã pu-
pillari ſubſtitutioni, quia ſciendum eſt, quòd
illa uerba faciũt uideri factam ſubſtitutionem
fidei com-

fideicōmissariam post pupillarem ętatem propriè, ut ibi dicunt doct. sed pupillo non accōmodantur propriè, sed secundùm quendam usum loquendi, secundùm quem dicitur mori sine liberis, sicut etiam dicitur mori intestatua, ut per Bart. in illa q. ibi ergo fit illa interpretatio, ad saluandam pupillarem substitutionem, etiam secundùm impropriam naturam uerborum, non secundùm rigidam proprietatem, ut ibi per Bart. sed hic si possumus saluare substitutionem secundùm propriam naturam, certè istud facere debemus; maximè quia aliter faciendo faceremus interpretationē contra consuetum naturæ cursum.

Nec obst. ꝙ potest uideri fideicommissaria restricta ad pupillarem ętatem, per ea quæ in contrarium allegaui. Nam ultra ꝙ in casu illo, quando est dictum si filius meus impubes decesserit, uel in pupillari ętate decesserit sine liberis, uult Galiaul. in d. l. Centurio. nu. 90. ad fi. ꝙ ibi illa uerba stant demonstratiuè, non restrictiuè, & sic illa opin. non est tuta. Attamen ex alio etiam dico ꝙ illa opin. nō procedit in casu isto in quo facta est pupillaris, & fideicommissaria. Nam si restringeremus utramque ad pupillarem ętatem. illa fideicommissaria est superflua, & inutilis. Nec credendum est quemque in pupillari ętate potiùs se uelle succedere ex fideicommissaria, quàm ex pupillari, ut in casu Bart. in d §. Lucius. maximè cùm per pupillarē

30 habeatur etiam hæreditas pupilli † per fideicommissariam sola hæreditas testatoris d §. cū filiæ, & ideo allegata in contrarium procedunt qñ est facta sola fideicommissaria. Nam certè illa censetur ad pupillarem ętatem restricta. si cōditionaliter dictum fuerit. si in pupillari ętate decesserit substitutio, uel si impubes decesserit, quia illa uerba conditionaliter plata stāt restrictiuè, non demōstratiuè, ut in q. illa Bar. sed hic facta est etiam pupillaris, & ideo non sumus in casu.

Circa secundum casum nolo pleniùs insistere, quia per Excellentissimum D. Cōsultorem adeò copiosè fuit excussus, ut nullus unq; meo iudicio hunc casum abundātiùs euoluerit, posſsem multa dicere & implere chartas & uolumē facere per contraria incedens, sed restringendo ad pauca: placuit mihi semp distinctio Pau. de Cast. quam posteriùs fecit in consilio mihi 77. casua iste frequenter contigit in antiquis, ꝙ posteriores communiter receperunt, ut p Soc. in l. cùm auus. ff. de condi. & demon. col. mihi 40. uersic. quartus casus, post Cum. & multos quos allegat ibi, quam opin. ut communiorem postea tenuit Dec. in plurimis consilijs, sed maximè in consi. 270. 380. & in consi. 12. & alibi sępè. Quia aut est institutus extraneus, ut fuit in priore illo consilio Paul. de Castr. tecitato per Soccin. in dict. l. cùm auus. non impresso, & tunc neptis excludit substitutum. aut fuit substitutus alter filius testatoris, & tunc neptis non excludit, quando sunt instituti filij uniuersaliter, filiabus exclusis ab uniuersali successione, quasi uoluerit conseruare bona in agnatione, per rationes Paul. de Castr. deductas copiosè in consilio.

31 Et licèt ego aliquando dubitauerim † an uideatur testator uoluisse conseruare bona in agnatione, ex quo postea substituit filias, & etiā quia in prohibitione de non alienando eas copulatiuè uocauit, ut & dicitur dubitasse D. Maria. Soccin. propter consil Dec. 370. uersua fin. & etiam propter consilium Alexan 38. in sexto uolum. sum tamen nunc extra dubitationē pręditam, quia procederent illa consilia. si eueniffet casus substitutionis filiarum, quia tunc cessaret ratio de qua per Paul. de Castr. sed ex quo euenit casus, quo fuit locus substitutioni ipsius filij masculi, propterea adhuc niget ęquitas ac distinctio Pau de Cast. de qua per Socci. in dict. uersi. quartus casus, quòd ostendo duobus optimis similibus.

32 Primò † quia quando filia renunciauit propter fratres superuiuentes, certè si frater superuiuit patri, talia filia habet renunciationem cōtra se, quia uiuit illa persona propter quam cēsetur renunciasse, ut bona in familia remanerēt sed si fratres tolluntur de medio, tunc quia cessat potissima causa renunciationis. filiæ, renunciatio nō nocet, ut no. Bal in l. pactum quod do tali tertia quæst. C. de colla. & idem Salicet. ibi col. penult. & idem Domi. c. quamuis de pact. in sexto, & sequitur Alexand. in l stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum oblig. colum. quarta, & in consilio uigesimonono, præclarè subtiliter colum. secunda, libro tertio, sic ergo quia hic adhuc superest filius substitutus, meritò durat causa propter quā bona in agnatione conseruentur, igitur &c.

33 Secundum simile est, † quando statutum excludit fęminas, donec masculi extiterint, qa licèt sublatis masculis ingrediantur fœminæ secundum cōmunem opi. quam sequitur Bar. in l. fin. §. primo, ff. ad Tertull ut latè per Brun. in tract. de successio. ab intesta. arti. 10. uersi. alio & secundo casu. non ob id tamē statutum dicitur esse minùs fauorabile, & factū pro conseruatione familiæ. licèt fęminæ sublatis masculis sint successuræ, quia durantibus masculis durat intentio statuti. Nec me mouet quicquam prohibitio testatoris, in qua uocantur et fœminę copulatiuè, quia ultra solennes respōsiones datas in consilio. Ego accomodo unam

34 ualde nouam. † ꝙ inter fideicōmissum & prohibitionem longa est differentia, & unum lōge differt ab alio, in multis. quia primū dr habere

tacitam prohibitionem de non alienando à lege, quæ impedit alienationem eueniente caſu fideicommiſsi,& non antea.l.fin.§.ſed quia.
35 C.commu. de leg. † ipſa nero prohibitio expreſſa non inducit fideicommiſſum abſolutũ, ſed tantùm in caſu alienationis & ſtatim facta alienatione ,& etiã non ſecuto caſu fideicommiſsi abſoluti, poteſt reuocari alienatio Bart. Alex.& doćto.in l. qui Romæ. §. cohæredes.ff. de uerb. oblig.& ponunt repetentes. in l. filiua familias.§.diui.de leg. 1.ubi poteſt uideri Crotus inter alios numero 36.uerſi.tertia cõcluſio & Ferdinan.Loazes nu.55.uerſi. quarta ſit concluſio,& in ſecundo caſu antequàm fiat alienatio, uenientes ab inteſtato poſſunt ſuccedere,
36 & etiã † hæredes, inſtitui. licèt non ſint de familia per text. & ibi Batto. in l.cum pater.§.cũ inter.de legat.ſecundo,& Barto. & omnes in l. ſi ita quis.§ ea lege.ff.de uerbo. obligat. & Bal. & Ang.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.& Cyn. ibi.& Dyn.& Ray in l. pater. §. Iulius Agrippa de lega.3.Sunt etiam aliæ quamplurime differentiæ, de quibus per repetentes in d.§.diui.Ex
37 quibus infertur deciſio præciſa, quod ſi ſint facta hæc duo in eodem teſtamento, ſunt adeò diuerſa, quòd de uno ad aliud non infertur. l.Papinianus exuli.de minori, & dićtum in uno nõ cenſetur dićtum in alio, & utrumque habet locum in caſu ſuo, & poteſt finiri fideicommiſſum, & durare prohibitio, & è conuerſo, & de uno ad aliud non ſit argumentatio, quia nnũ reſpećtum potuit habere teſtator in uno, quẽ
38 nõ habuit in alio.ita declarat in terminis Pan. de Caſt.in conſilio 63.in ſecundo dubio. in nouis,& ſequitur latè Deci.in conſilio 386.in ſecunda colum.& Dec. in conſilio 318. colum. quinta, & ſeq. & in conſilio 473.& in conſilio 422.& Soccin.in conſilio 227.in princip.in ſecundo uolum. & in conſilio 40. inter conſilia Curt. Senior. & Collegium Papienſe inter dićta conſilia Curt.Senior.in conſilio 45.in prima,& 11.colum. &c. ſic ergo licèt in prohibitione uocauerit filias etiam copulatiuè. cum ibi non ſit fideicommiſſum abſolutum, niſi in caſu alienationis, & talis caſus non euenerit,& fuerit locus ſubſtitutioni ipſius maſculi ex abſoluto fideicommiſſo, hanc diſpoſitionem regulare debemus ſecundùm caſum, qui euenit, qui eſt longè diſsimilis,non ex ipſa prohibitione, cuius caſus non euenit.

Poſſem in iſta materia quàm plurima alia
39 dicere,quòd † illud uerbum ſine filijs, debet intelligi de maſculis propter etiam diſpoſitionẽ ſtatutorum.in qua materia ad rem, & ſubtiliter locutus eſt Soccin. tum in d.l.cùm anus, quod in compluribus conſilijs ſuis, ſed quia ſum de ſimplici ſubſcriptione requiſitus. & infinita ſubtiliter cumulauit Excellentiſsimus dominus Conſulens, & ſum lećtionibus meis quotidianis occupatiſsimus, & alijs multis negotijs, ideo ulteriùs progredi nõ poſſum,ſed hęc ſufficiant. Laus Deo.

Ludouicus Catus Ferratienſis.

CONSILIVM D. LVDOVICI Cati Ferrarienſis.

ARGVMENTVM.

¶Hæreditatis petitio quanto tempore præſcribatur, & an in dićto tempore habeatur ratio pupillaris ętatis, præterea ad bona hæreditaria emphyteotica an ſuccedant filiæ fęminæ, itidẽ excluſa aliqua perſona iure communi, uel ſtatutario ab hæreditate, & ſucceſ.an dicantur etiam ſemper excluſæ deſcendentes ab illa:congeruntur non nulla præter hæc notatu digna, & uaria.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis petitioni, ac iuri adeundi, etiam in bonis paternis 30. annis præſcribitur.*
2 *Scientia immiſcentis ſe hæreditati alienæ poſt longiſſimum tempus,non cauſat malam fidem.*
3 *Præſcriptio contra pupillum non currit.*
4 *Filia in hæreditate patris habet 30.annos ad ſuccedendum ex cap. unde agnati, & alios 30. ex unde cognati. Et in hæreditate matris 30. an. ex unde lib. & alios 30. ex unde cognati. numero quinto, mirabile, & eſt communis opin. numero 6.*
7 *Petitio hæreditatis, non niſi adita hæreditate datur.*
8 *Malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit etiã in iure adeundi contra Soc. nu.9.*
10 *Præſcriptio an obſtet in pacto de retrouendendo ad omnem uenditoris requiſitionem.*
11 *Ignorantia præſumitur in dubio.*
12 *Ignoranti iam datur reſtitutio in integr. etiam intra quadriennium à die quo ceſſauit ignorantia.nu.13.*
14 *Petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem nõ competit.*
15 *Emphyteoſis non hæreditaria fœmina, & etiam eccleſiaſtica, non uenit in petitione hæreditatis, ſimiliter feudum.nu.16. & 17.*
18 *Statutis permittentibus fœminas ſuccedere, etiã in feudo, deficientibus maſculis, accepta inueſtitura intelligitur ſecundum ſtatutorum naturam.*
19 *Emphyteoſis hæreditaria uenit in petitione hæreditatis.*
20 *Statuta, quod emphyteoſis competat iure hæreditario,*

rio, ualent super utili dominio laicali, & non potest fieri inuestitura in præiudicium eorum, de quibus in dicto statuto. numero 21. & 24.

22 *Petitio hæreditatis, an detur contra possidentem titulo quæsito post mortem, communis opin. contra Bal. nu. 23. ratio nu. 26.*

25 *Petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, quando titulus ille reducitur ad non titulum.*

27 *Ratificatio tacitè tractu temporis inducitur.*

28 *Tacens & paiens, consentire uidetur. numero 31.*

29 *Ratificatio maioris ętatis firmat actus minorum.*

30 *Minor læsus non præsumitur, nisi doceatur.*

32 *Tacitè consentire, ut sibi præiudicet circa ius reale, quando quis dicatur. 33. distingue 34. 35.*

36 *Donatio coniunctionis ratione, in dubio, præsentis taciturnitate in magnis rebus non præsumitur. 38. secus in modicis. nu. 37.*

39 *Repudiatio iuris delati censetur donatio.*

40 *Tacendo præsens cui hæreditati quis renunciasse præsumitur, eam & adiuisse, & donasse intelligitur.*

42 *Promissio facti alieni nulla.*

43 *Minoris immobilia nec cum decreto, nec sine donari possunt, nec interueniente curatore numero 44. multò minùs sine curat. nu. 46.*

45 *Donare idem, quod perdere.*

47 *Immobilium appellatione, iura ad res immobiles continentur.*

48 *Solennitates seruandæ sunt tam in tacita, quàm in expressa alienatione.*

49 *Renuntiationes in toto etiã iuramento firmatæ, ob enormissimam læsionem, uel sine absolutione à iuramento infringi.*

50 *Renuncians sub alterius authoritate constituta, metu reuerentiali inducta præsumitur, ideo consensus nullus est. nu. 54.*

51 *Renunciationes factæ respectu rei minimè ęquiualentis, sapiunt donationem potiùs.*

52 *Maiores contra renunciationem totius hæreditatis, aut etiam in dotes nihilominus restituuntur, & etiam contra donationem ex consequentia erroris factam, non obstante iuramento. numero 53.*

55 *L. fin. C. si maior factus lib. quomodo inducit ratificationem alienationis solo cursu temporis. & nu. 56.*

57 *L. prima, eod. titu. intellectus optimus. & numero 58.*

60 *Actus secundus ualidans, si habet eundem defectum cum primo, ipsum non ualidat.*

61 *Priuatio præsupponit habitum.*

62 *Ratificatio tendens ad unum, non debet extendi ad alterum.*

63 *Iura diuersa habens, remittendo unum, aliud remittere non uidetur.*

74 *Ratificatio taciturnitate pręsentis simplicioris, & ignari, sine certificatione non inducitur.*

65 *Ratificatio eius, quod nullum est, si confirmans non fuit certioratus de uitio nullitatis, non ualet.*

66 *Iuramentum firmat renũciationes minùs ęquas iure canonico, non autem iure ciuili.*

67 *Iuramentum quando firmat contractum, ei non potest contrauenıri, etiam petita absolutione.*

68 *Iuramento astringente tantùm ratione peccati, petita absolutione potest contrauenıri contractui, cui adycitur.*

69 *Filij intrant in locum parentum in hæreditate patrui, & fiunt ęquales fratribus patrui sui iure communi.*

70 *Statutum ubi non loquitur, neque nos loqui debemus.*

71 *Statuta non extendenda, sed strictissimè interpretanda.*

72 *Statuta mulieres excludentia, odiosa.*

73 *Statutum excludens aliquas personas specialiter, non est generaliter intelligendum.*

74 *Statutum quando excludit unam personam, an uideatur descendentes omnes ab ea persona excludere, & quid de ascendentibus personæ exclusæ. nu. 75.*

76 *Statutum, quando excludit unam personam, an uideatur excludere omnes de illa linea, etiam si non sint coniuncti per illam personam exclusam, &c. nu. 77. & seq. usque 83.*

83 *Statuto persona non nominata, nunquam censetur exclusa.*

84 *Statutum in una persona, non habet locum in alia nomine diuersa.*

85 *Ius commune potentius iure speciali.*

86 *Statuta interpretando strictè, uidelicet ut non comprehendant casum non expressum, quando res est dubia, sumi debet interpretatio, quæ ducit ad ęqualitatem succedendi iure communi.*

87 *Statuta excludentia fœminas, etiam si conseruanda agnationis facta fauorabilia sint, tamen semper interpretanda sunt, ut minùs corrigant quàm possibile est, & aliquid dicitur. num. 88. præcipuè accedente alia ratione in contrarium. nume. 89.*

88 *Statuto admittente fratres, eorumque filios, filiorum inclusio non excludit filiam fratris non nominatam & nu. 89.*

CONSILIVM LXVIII.



DEo Gratias, dominus erigit elisos dominus dirigit iustos. In causa Magnificæ dominæ Cortesię olim filiæ, & hæredis Magnifici Marci Grossi, necnõ & hæredis pro quarta par. quon.

D Gregorij eius patrui. in qua petijt ſe declarari hæredem, tam in hæreditate patris, quàm patrui pro ſuis portionibus contra D. Petrũ eius patruelem filium quon. Baptiſtæ, pro qua ſum requiſitus, ut fauorabile conſilium edam: licèt ipſa in cauſa principali ſententiam in utraque hæreditate contra ſe reportauerit, ita conſulente Collegio Patauino, in eadem cauſa pro conſultore electo per Magnificum D. Poteſtatem Rauennæ hunc ordinem obſeruabo, ut breuitati ac ueritati, quàm maximè poſsim, innitar, qa contentus ero allegationibus Magnificorum ac excellẽtium eius aduocatorum in cauſa, dómini Octauiani Bellini, ac dñi Venerei Cati, quos fraterna & honorabili dilectione proſequor, à quibus fundamenta facta pro intentione dictæ dominæ Corteſiæ actricis rectè poſita, & deducta fuiſſe perſpicuè ac dilucidè apparet.

Verum iactis huiuſmodi fundamentis operæ pretium erit uerè clarè atq; uſq; ad uiuũ reſecare, immo prorſus euertere, ac proſternere ea, quæ adducta fuerunt in conſilio dicti Collegij, ex quibus ipſis doctores Patauini moti fuerunt ad conſulendum, ut dicitur contra dictã D. Corteſiã ad quę tota intẽtio dirigenda eſt, ſiquidem in his totius huius cauſę machina cõſiſtit, & ad hunc ſcopum omnia tela ſunt conijcienda. Eo maximè, quia etiam ipſi Doctores Patauini præſuppoſuerunt probata fuiſſe ea, quæ probanda fuerant ex parte dictæ dominę, ſed illis adhuc ſic ſtantibus, noua argumenta induxerunt, ex quibus cõtra eius intẽtionẽ ueritatẽ ſtare uoluerunt. Meo autem, ſi quis tenui, iudicio credo illa omnia minimè obeſſe intentioni dictæ dominæ, eaque ſatis friuola fuiſſe, pace tanti Collegij dixerim: ita ut ad iudicãdũ contra eam mouere debuerint, ſeu ad perſuadendum, ita debere iudicari. Neque deſino ſatis mirari quo nam pacto tot patres iſta ediderint, neque intus & in cute perſpexerint, quã debiliter moti fuerint nõ cõſiderando aduerſantia, unde omiſsis uerbis ad rem ipſam iam deueniamus. In qua ſequi placuit ordinem dicti Collegij primò inſiſtendo circa hæreditatem patris, ſecundò circa hæreditatem patrui.

Circa igitur hæreditatem patris, primò facta, ut per eos, calculatione mouentur, quia ſecundùm ipſos à die mortis dicti D. Marci patris, qui dicitur fuiſſe mortuus. de anno 1514. fluxiſſe iam uidẽtur plures quàm anni 30. uſq; ad annum 1545. quo anno, & adiuiſſe hæreditatem patris domina Corteſia dicitur, & eam in iudicio petijſſe per hęreditatis petitionem
1 huic autẽ † hæreditatis petitioni, ac iuri adeundi, etiam in bonis patris, ſpacio 30. annorum præſcribi ſolet. l. hæreditatis petitionẽ. cum ibi not. C. de peti. hæredita. l. licet, ubi docto. C. de
iure deliberan. l. ſicut. & omnes. C. de præſcrip.
2 30. anno. † Et non obſtat etiam ſcientia aduerſarij, quæ in effectu in hac petitione hæreditatis, ſeu in hoc iure immiſcendi, non cauſat malam fidem ut per Petrũ de Ancha. in reg. malę fidei poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. aliàs eſt in regula ſine poſſeſſione eo. tit. quem allegat & ſequitur Socin. in conſilio 63. in j. uol in 3. col.

Et hoc eſt primum eorum fundamentum in quo inter cętera requieſcunt, quod quidem ex multis conuellitur, & nihil ualere oſtenditur.

Et in primis approbo ualde reſponſionem datam per Magnificum D. Octauianũ in ſuis poſterioribus allegationibus, factis pro inſtructione facti, poſt emanatum dictum Cõſilium dicti Collegij, quia de dicta computatione debet detrahi tota pupillaris ętas dictę dominæ
3 Corteſiæ contra quam in dicta † pupillari ętate talis præſcriptio non cucurrit l. ſicut. C. de præſcriptio. trig. ann. l. j. in fi. cum ibi not. C. in quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſſa. & ita in indiuiduo in tali pręſcriptione iuris adeundi concludit Alex. in conſi. 89. uiſo puncto. in 2. col. in fi. uerſi. nec obſtabit prædictis agentibus. in 2. uol. unde calculando ſecundũ ipſum D. Octauianum, cũ ipſa non potuerit naſci niſi de ann. 1505 patet quòd uſque ad annũ 1517. extitit in pupillari ętate. à quo anno 1517. citra non fluxerunt 30. anni unde debẽt ſubtrahi oẽs anni pupillaris ętatis, & ſic ab anno. 1514. habebat adhuc tres annos, ad finiendum pupillarem ętatem, qui contra eam non cucurrerũt quæ cõputatio etiam poteſt fieri ex quo in proceſſu apparet, quòd de anno 1545. erat annorum 30. ex quibus ſi deducantur anni pupillaris ętatis non erit contra eã decurſa talis pręſcriptio, & in hac re Doctores Patauini oſcitanter proceſſerunt, quo fundamento uti uolui, tum quia eo utitur ipſe dominus Octauianus huius facti probè conſcius, tum quia ita in tali pręſcriptione computare docet D. Alex. ubi ſupra pater legum, & ueritatis magiſter.

Sed huic ſoli fundamento non inſiſtens dico, & adhuc fortiùs, quòd adhuc poſt fluxum, & lapſum dictorum 30. annorum domina Corteſia ex quo eſt filia primi gradus in hęreditate
4 patris. † habet adhuc alios & alios 30. annos ad adeundum, ſcilicet ex capite unde agnati triginta, & ex capite unde cognati alios triginta, quia iſti triginta anni de iure ciuili ſunt, ſicuti annus de iure pretorio, & filius habet annum de iure pretorio ex capite unde liberi, & alios duos annos ex illis alijs duobus capitibus. l. prima, §. largiùs, & §. ſed uidendum, ubi gloſ. ff. de ſucceſſio. edic. plenè not. gloſ. & docto. in l. unica. C. quan. non
5 pet. par. † & ſi eſſemus in hæreditate matris haberet triginta annos ex capite unde liberi. ſine

unde

unde legitimi,& alios triginta annos ex capite unde cognati,& ita tenent Bald. Ange & Pan. de Cast. in dict. l.licet.& ibi Iaf.ad fin. & ita dicunt consuluisse Barto. & defendisse quandam mulierem,quæ dicebatur tali tempore triginta annorum ab hæreditate exclusa. Et licet Raph. & Pau. de Cast. circa hoc uacillent, & admitten tur.in l. quādiu la prima ff. de acquiren. hæred.
6 tamen † prædicta est communis opinio. licet in hæreditate matris dubitet Salyc. in dict. l.licet. Sed hoc non obstante hanc opin.etiam tenet Alex.in dict. cōsilio 89.in tertia colum.ubi eam latisimè comprobat. quam etiam defendit Balbus in tract. præscriptio. in quarta part. prin quæstione nona,in secunda colum. nume ro sexto,in quinto uolu. tract. carta mihi 241. sic igitur domina Cortesia ex capite unde agnati,& ex capite unde cognati,habet adhuc in hæreditate patris sexaginta annos ad obtinēdum hanc hæreditatem,prout etiam tenet dominus Alex.in consilio 90.in secunda colum.& secundo uolum quam rem non animaduerterunt domini docto. Patauini.

Vlterius in isto fundamento dico, ꝙ etiam omnes hos terminos non animaduerterunt domini Doctores Patauini, quia confundunt terminos petitionis hæreditatis cum terminis iuris adeundi, & ideo decipiuntur (pace eorum
7 dixerim) quia † petitio hæreditatis non datur nisi postquam est adita hæreditas Barto. glos. & docto.in l.prima.ff.de bono.posse.here.peti. unde inquantum dicunt quòd non obstat cap. fina.de præscrip.extra & reg. malefidei possessor.de reg.iur.in 6. possunt fortasse rectè dicere. de quo tamen dubito, ut statim dicam in iure adeundi seu immiscendi, ut loquitur Socci. post Pet.de Anch.in dict. consilio 63. sed in petitione hæreditatis decipiuntur, quia cum detur post iam aditam hæreditatem.si pars aduersa habuit scientiam huius hæreditatis spectantis ad dominam Cortesiam, & ut ipsi præsupponunt, & ut præsupponitur in hoc processu, tunc aduersus præscriptionem quæ datur contra petitionem hæreditatis obstat regula male-
8 fidei.quia de iure Canonico † malefidei possessor.nullo unquam tempore præscribit dictis in ribus,& ita in proprijs terminis declarat Alex. in dict. consilio 89. in tertia colum. si.uersicu. aut nolumus dicere. sequitur appositè Balbus loco superiùs allegato, ex quo etiam contra dictos Doctores potest defendi fundamentum D.Octauiani, circa hanc malam fidem.

Fateor equidem quòd non constat an domina Cortesia adierit seu se immiscuerit ante annum 1545.sed ex quo ipsi loquūtur in petitione hæreditatis dico quòd in hoc decipiuntur:lo quendo autem an ipso iure se immiscendi, seu adeundi, fateor, quòd Soccin.ita consuluit in d consilio 63. sed dico quòd in terminis contra consilium Soccin.stant duo consilia maximorum uirorum.scilicet Pau. de Cast.in consi lio 285.aliàs 287.incip. hæreditas dictæ Puellæ in antiqua impressione, & Benedicti Capræ in cōsilio 40 in quibus patet quòd etiam in tali iure adeūdi nōdum quæsita iā adeptio obstat mala fides de iure Canonico, ut ibi latè p eos. in hoc tamen fundamento non ita me firmo, propter ea quæ tradit Balb.in d.tracta.in secūda par.tertia par.princip.quæstione.tertia,colum.tertia ad fin.& Dec.in l.petens.C.de pact.
10 colum.secunda ,ubi tractat,† an obstet præscriptio in pacto de retrouendendo ad omnem requisitionem uenditoris.

Postremò circa istud fundamentum istorū dominorum concluditur quòd ex quo domina Cortesia fuit hæres, & successit in ius alte-
11 rius & fuit ignara † cùm in dubio præsumatur ignorantia l.ueriùs.ff.de prob.l.qui in alterius.
12 ff.de reg.iur.† aduersus talem præscriptionem etiam incidēter potest petere restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ , ut ꝑponitur p Alex.in d.consilio 89. in quarta colum. uersic.
13 uel dato, ubi per plura hoc comprobat. † & potest peti infra quadriennium à die,quo sciuit se posse petere talem restitutionem, ut ibi per Alex.& profectò hæc domina ante annum 1545. fuit multùm simplex puella ,iuuenis & ignara, ut dicam etiam infra ad aliud propositum , & ab illo anno 1545. citra, adhuc non fluxit quadriennium. Prædicta fundamenta solidisima sunt unde uidemus quot & quanta obijciuntur huic fundamento, in quo acquieuerunt prædicti Domini.

Venio ad secundum fundamentum eorum in quo disputant. non tamen ualde se firmant, an hoc casu in hæreditate patris competat petitio hæreditatis aduersus dictum D.Petrum tā-
14 quam titulo posidentem, constat.n ꝙ † petitio hæreditatis aduersus titulo posidentē non competit. l. regulariter. l.mi nimam.ff.de peti. hæred.d l.hæreditatis petitionem.C.de peti.hæred.l.hæreditatem.C.in quib. cau cess.longi tē por.præscrip. cum alijs allegatis, & uolunt illū D.Petrum intelligi posidere titulo.vt per eos. Circa quod fundamentum concluditur ipsos rectè egisse in eo se non fundando,quia fragilisimum est in hac materia , & ultra ꝙ ad hæc omnia diligenter respondet ipse D. Octauianus, ut latè etiam D.Venereus.

Dico quòd siue intueamur inuestituras antiquas, in quibus uidentur se fundasse domini docto. siue nouam dicti domini Petri. non obstat hoc fundamentum , quia stantibus statutis ac fœderibus & concordijs ciuitatis Rauennæ in toto processu allegatis , uel domina Cortesia tanquam hæres, & successor erat

comprehensa post patrem, uel non extantibus masculis, uirtute dictorum statutorum tanquã hæres patris potuit succedere, unde quia talis emphyteosis, uel iure hæreditario pertinebat ad dominam Corlesiam, uel in parte Marci, stante ipsa domina Cortesia, non erat comprehensus Baptista, nec Petrus Iunior, ideo succedunt duę manifestæ conclusiones, quarum altera est, quòd † hæc emphyteosis est hæreditaria, etiã fęminas quòad ideo uenit in petitione hæreditatis, ut plenè Barto. Alex. & Modet. in in l. si patroni. in princ. ff. ad Trebell. Altera est, quòd in inuestituris antiquis non fuit comprehensus Petrus Iunior, in portione Marci: ideo talis titulus sibi non profecit, & tunc etiam

15 (margin number for the line "tera est, quòd † hæc emphyteosis est hæreditaria")

16 † emphyteosis ecclesiastica uenit in petitione hæreditatis contra non comprehensos, ut etiã appositè tenet, & declarat Alex. in d. l. si patroni, ubi supra colum quinta, uersi. quantùm uerò ad emphyteosim, & ita procedit glo. in l. itẽ

17 uidendum. §. fina ff. de peti. hæred. † Et ita in feudo per easdẽ rationes, quasi in terminis decidit pulchrè Ruinus olim præceptor meus in consilio 45. numero duodecimo, in primo uolum. per not. in dict. l. si patroni, ubi patet quòd eadem militant in emphyteosi, quæ etiam dicuntur in feudo. considerat enim, quòd ex quo nec in inuestituris nouis, nec in antiquis sunt comprehensi ij, contra quos agitur petitione hæreditatis, ideo competit aduersus eos. Hic ita est in proposito, quia declarando hãc rem, prout bene declarat dominus Octauianus in prioribus allegationibus. in portione quond. Marci in inuestituris antiquis non fuit cõprehensus dominus Petrus Iun. ideo potest competere aduersus eum petitio hæreditatis, & ra-

18 tio est, quia ex quo † uirtute statutorum Rauennæ possunt succedere etiam filiæ fęminæ, masculis filijs non extantibus, ut hic in hæreditate Marci, inuestitura accepta pro se & filijs, quæ intelligitur secundùm naturam statutorũ loci, ut per Barto. in l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de iure patr. intelligitur accepta ordine successiuo, pro patre priùs, & postea pro liberis, ut p Barto. ibi & ut habetur per Barto. & alios in l. Gallus, ubi etiam dñs Alex. in §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. & ponit etiam D. Alexan. in d. l. si patroni. in princip colum. tertia, uersi. item addatis quòd immo, & habetur in alijs locis allegatis per dominum Octauianum, quæ non transcribo Quia ergo iste dominus Petrus non fuit cõprehensus in portione Marci. stante filia. meritò non potest dici, titulo possidere propter inuestituras antiquas, sed dicitur possidere pro possessore tantùm, ideo competit aduersus eum petitio hæreditatis, & sic duplici

19 ratione † prima quia talis emphyteosis est hæreditaria, ut per Barto. & alios in dict. l. si patroni. Secunda quia in portione Marci non est comprehensus iste dominus Petrus. ideo pro possessore possidet, & hæc procedũt respectu inuestiturarum antiquarum, quia respectu inuestituræ nouæ, post mortem Marci ab eo procuratæ statim multa dicam.

Quòd autem ista emphyteosis sit hæreditaria, & in ea possint etiam succedere filiæ fęminę, non extãtibus filijs masculis, hoc latissimè probant statuta Concordiæ breuia, & alia uigentia in ciuitate Rauennæ circa istam materiam, in qua sępissimè consuluerunt Docto. & ego etiam bis, aut ter consului, tam in ciuitate Rauennæ, quàm in ciuitate Cęsenæ, ubi eadẽ statuta uigent, & maximè illud sub rubrica, q

20 nemo audeat, &c. † & quòd tales emphyteoses competant iure hæreditario, & ualent talia statuta super utili Dominio laicali, prout in ciuitate Rauennę sępe consuluit Petrus de Anch. ut in consilio 125. & in cõsilio 433. postquam ista domina Lysa. cuius consilia in hoc approbat Soccin. in consilio 99. in prima colum. in primo uolum. & Alex. in cõsilio 27. 6. uolum. & in simili allegari põt consi. Barba. 14. in primo uolum. ad fi. & Pau. de Cast. in cõsilio 116. præsupposito. in fin. & Alex. in cõsilio nono, in quinto uolum. & Deci. in cap. quæ in ecclesiarum hęc approbat numero sexto, colum. secunda, in 3. no. de cõst. & alij dicũt quos allegat et Parisius in consilio 22. numero 85. in secundo uolum. & in consilio 21. numero 60. usque in fi. eod. uolum. & in ciuitate Cęsenæ in statuto sub rubr. quòd nemo audeat, quod est conforme huic existenti in ciuitate Rauennæ consuluit etiam Petr. de Anch. in consilio 89. & Alex. in consilio 93. uisis, & ponderatis in secundo uolum. ubi propriè concludit ualere statutum

21 tale, † & non posse fieri inuestituram ualidam in præiudicium eorum, de quibus in dicto statuto, & ego ita bis consului in ciuitate Cęsenę.

Quibus etiam stantibus, respondeo modò pluribus modis ad inuestituram nouam acceptam post mortem Marci ab ipso domino Petro Iuniore, tanquam de re caduca, & deuoluta.

22 Quia omisso illo articulo, † an petitio hæreditatis detur contra titulo possidentem acquisito post mortem, in qua opin. fuit Bald. in l. fi. C. de edic. di. Adri. tollen. & Paul. de Cast. eam refert, & non improbat in dict. l. regulariter ad fin. & Alexand. in dict. consilio 90. in ultima colum. circa princ. secundo uolum nam in

23 hoc nolo insistere, † cùm ego credam contra Bald. uigere communem opinionem, quia contra ipsum tenent Salycet. Paul. de Cast. & Alex. in dict. l. fin. & faciunt contra ipsum not. per Bart. in l. cogi ad fin C. de peti. hæred. & ita etiam tenet Salyc. in l. secunda. C. de peti. hære. & Alex.

& Alexan.in consilio 73.& 188. in 5.uolum.&
dicit Ruin. in cons. 160.in prin.in 5. uol.ꝙ ista
est opinio communis contra Bal. prout etiam
latè deducit D. Vbertinus Corrigiensis. in d.l.
fin. nu.420. ubi plenißimè tangit istum articu
lum. Dico tamen, quòd ex quo stante illo statu
24 to sub rub.† quòd nemo audeat &c. hæc inue-
stitura non ualet,& sic ille titulus reducitur ad
non titulum, ut plenè docet Alex.in hoc eodē
statuto.in d.consilio 93. in 2. uolum.& Pet.de
Ancha.in d consilio 89. ubi loquitur in eodem
25 statuto.& in d.consi.125.ideo† petitio hæredi
tatis datur etiam hoc casu contra titulo posi-
dentem, quando ille titulus reducitur ad nō ti-
tulum, ut est casus in l nec ullam ff.de peti.hær.
& ut per Ruin. in d.consi.45.nu.12.in 3.uol.&
in consi.160.in 5.uol.nu.6.

Et dico etiam ex alio, quòd datur contra eū
26 petitio hæreditatis,† quia post mortem Marci
priùs possedit sine titulo, unde titulus iste su-
ueniens post possessionem iam habitam sine ti
tulo nihil prodest, quia potest intelligi procu-
ratus ab eo qui sciebat se posse conueniri peti-
tione hæreditatis, quæ petitio hæreditatis iam
contra eum orta fuerat, & ista fuit opin.Saly.in
dict.l.secunda.C.de peti.hæred. uersic.nota ex
uer.emptor.quam latè defendit Ruinus in dict.
consil. 160.numero tertio, in quinto uolum.&
eam etiam defendit multis cōcurrentibus, quæ
hic uidentur concurrere D. Vbertinus in d.l.fi.
numero 428.quæ etiam fuit opin. Ang.in l.si is
qui bonis ff.de acqui hære.& Imo. & Aret.ibi,
& Salycet.in l.quoties. secunda colum.C.de rei
uend.& sic patet quòd iste titulus, qui uerè est,
non est titulus.per pdicta, uel est titulus procu
ratus stantibus supradictis. & nihil officit huic
petitioni hæreditatis, & sic optimè fecerunt
prædicti domini Doctores Patauini, non se fir
mare in hoc fundamento tam friuolo.

Vlterius & ultimo loco super hac patris hæ-
reditate inculcant multa fundata in tribus in-
strumentis. scilicet uno de anno.1521.quando
Domina Cortesia fuit nuptui collocata.in quo
instrumento, recepta dote sua, promisit socer
se facturum, quòd ipsa nihil peteret de dote
materna, nec de paterna hæreditate,& promi-
sit ꝙ durante matrimonio cum eius filio, nihil
petet &c. & se obligauit de suo, & cui instru-
mento simpliciter dicitur fuisse præsens dicta
domina Cortesia, ut in eo. Subinde fundant se
in alio instrumento.1526. & 1544. in quibus
ratificauit uenditionem tornaturarum 16.quę
erant de suo fundo dotali, & sic sciebat illum
esse suum fundum dotalem. Item fundant se in
27 †ratificatione tacita ex tēpore subsecuta.iuxta
titu. C.si maior fact. ex quibus uolunt conclu-
dere, quòd ipsa Magnifica domina Cortesia,
sibi præiudicauit in hæreditate paterna, mater-

28 na,& etiam patrui. Namque † tacens & præ-
sens uidetur consensisse, & sibi præiudicasse,
iuxta not in l quæ dotis ff.sol. matri. & in l.in-
nitus.C de procur.in capit. ex parte decani. de
rescrip. in cap. non ne extra de præsumptio. in
l si fine.C ad Velleia. & in l. Lucius.ff. sol.mat.
in l.Titia § Lucia.ff.de lega.secūdo, in l.Caius.
ff.de pigno. actio. & hæc procedunt stante po-
stea etiam ratificatione de qua in dictis instru
29 mentis. † Item stante etiam ratificatione ma-
ioris ętatis dict.l.prima, & per tot. C. si maior
fact.iunctis not. in l.pactum dotali. C. de col-
latio.in cap.quàmuis.de pact.in 6.in c licèt de
iureiur.eo.lib.& in cap. cum contingat eo. tit.
& quia non apparet tempore processus in cau-
sa principali de aliqua lęsione, quia non sequi-
30 tur† fuit minor, ergo lęsa: nisi doceatur.l.nam
& postea §. si minor cum ibi notatis. ff de iu-
reiurand.

Et ad statutum allegatum, quòd contractus
à minore factus esset nullus sine solēnitatibus
statuti, respondent, quòd illud non uiderunt,
unde non possunt facere fundamentum, & in
ijs dicti Domini ualidißimè firmarunt pedes.

Quæ omnia (bone Deus.) adeò friuola sunt.
adeò confusè inculcata, ut ad ea dissoluenda,
unde sumatur initium uix possit intelligi.

Obseruando tamen salubrem ordinem, pu-
taui ea esse sigillatim conuellenda. Et in pri-
mis incboādo ab instrumento de anno 1521.
cui ipsa dicitur fuisse præsens, & propter quam
præsentiam allegantur not.in dict.l.quæ dotis,
& in d.l.si fine, & in dict. capitu.ex parte, & in
dict.cap.non ne.unde cum ipsa esset de attinen
31 tibus† ob præsentiā solam censetur sibi præ-
iudicasse, iuxta ea, quæ ponunt Docto. in di-
ctis locis, & maximè Barto in d. l. quæ dotis.
32 colum.penult. uersic. secundo casu, † ubi tra-
ctat quando quis censetur tacitè cōsensisse, sibi
33 præiudicando circa ius reale, quia † in dubio
ratione coniunctionis censetur sibi præiudi-
casse, etiam in ijs in quibus contradicere non
potest, & allegat uulg. l.si seruus communis.ff.
de donat. inter uir. & uxor. quam conclusio-
nem latè declarat ibi Ias.colum.13.uersicu ter-
tius casus & latè etiam Felyn. in dict. capitulo
nonne colum.quarta, numero 14.uersicu.fallit
secundò.

Circa istud multę responsiones occurrunt,
& in primis præsupponendo etiam quòd ipsa
fuisset tunc maior, quod minimè est, quia
erat solum adulta & minor, ut satis constat
adhuc: tamen frustra fuerunt prædicta allega-
ta, quia in primis in hac materia est ma-
gna ęquiuocatio. Aliud enim est, cùm quis
tacens & præsens etiam ratione coniunctio-
nis uideatur, & censeatur consentire donatio-
ni iam factæ, ut in dict. l. si seruus communis,

 ubi

ubi ſeruus communis uxori ab attinente fuerat donatus, præſente attinente, & tunc ex illa præſentia cum taciturnitate reſultat conſenſus ſolus donationi iam factę, licèt præiudiciali. ut per Felyn in d. cap cum non in d. uerſicu. ſecundò fallit, & ita intelligit text. in d. l. ſi ſeruus cõmunis, & alia allegata circa hoc per Felyn. & Iaſ. & hic non eſt caſus noſter. Aliud eſt quòd non fiat aliquis actus donationis, ſed alius ex quo tamen inferri poſſet donatio. non tamen eſt actus donationis. & tunc in dubio quis non præſumitur conſentire, ut cenſeatur uoluiſſe donare, & ius ſuum perdere etiam ratione cõiunctionis: quia in dubio etiam ratione coniunctionis non præſumitur donatio. l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. & hoc modo declarat, & tenet Bartol. in dict. l. quæ dotis. in ſecunda colum. uerſi. oppono d. l. ſi ſeruus cõmunis. ubi declarando illum text in d. l. ſi ſeruus communis ita diſtinguit, & oſtẽdit, quòd nec in patre nec in fratre de nouo præſumitur donatio dum allegac in patre l. poſt dotem eod. titu. ſecundum lectu. Dyn. & in fratre allegat l. cum quis. §. nnpturam. ff. de leg. tertio, & diſtinctionem Barr. magis communiter ſequuntur Docto. ibi licèt Pau. de Caſt. ibi eam reprehendat tãquam uerbalẽ, cuius tamen opinio etiam ca lui noſtro opitulatur, ut ſtatim dicam, ita ſecundùm declarationem Barto. conſuluit Ruyn. in conſilio 171. numero 13. in primo uol. ubi etiam con-
37 cludit, † quòd ratione coniunctionis nõ præſumitur donatio, niſi in modicis, ut per Alex. in l. ſi negocium, & in l. ſi filius. C. de neg. geſt. & per Bart. & alios in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & ita intelligendũ eſt etiam conſiliũ Alex. 179. in quinto uolum. & ita etiam ſecundùm prædictam declarationem conſuluit Iaſ. in conſilio 193. concurro in ſecundo uolum. ubi promittens ratione coniunctionis præſumitur donare, & ſolùm in modicis concludit, & ꝙ conſenſus bene donationi expreſsè iam factæ pręſumeretur ex ratione cõiunctionis, ſed ubi nõ appareret de donatione ex illo actu, ex quo poſſet poſtea pręſumi donatio, non intelligeretur
38 in dubio donatio inducta † in multùm præiudicialibus ratione coniunctionis, & hoc modo ultra d. l. ſi ſeruus communis declaratur etiã l. ſi liqueat in ſecund. reſponſ. C. de inoffic. donat. Addens quòd non præſumeretur donatio in magnis, niſi interuenientibus ijs de quibus in l. procula. ff. de probatio. quæ hic minimè interuenerunt, & propterea etiam fruſtra domini Conſulentes ſe fundant in poſſeſsione longi temporis, ut per eos.

Et licèt Pau. de Caſt. in d. l. quę dotis, ut etiã ibi adnotauit Iaſ. colum. ſexta. uerſiculo in eadem glo. ibi numero 11. quaſi trutinetur de hac diſtinctione Barto. ut potè nugatoria, quam tamen opinionem Barto. ſequuntur ibi Imol. Cuma. & dominus Chriſto. de Caſtelliono. & ſic opinio Barto. eſt communis tamen & Pau. de Caſt. non obuiat huic opin. quia dicit quòd quis ſibi non cenſetur præiudicare, niſi in caſu d. l. ſi ſeruus communis & ſimili. & certè hic caſus nõ eſt illi ſimilis ideo ẽt ſcd̃m Pau. de Caſt. talis conſenſus non poteſt eſſe præiudicialis.

Volo modò concludere, ꝙ ex quo iſta fuiſſet quędam repudiatio hæreditatis paternæ, & maternæ, quæ poteſt etiam cenſeri donatio, in
39 quantùm etiam † repudiatio iuris iam delati poteſt cenſeri donatio. l hoc iure §. j ff. de donatio. tradit Alex. in conſil. 22. uiſo inſtrumento
40 olib. j. & Soc. conſi. 18. lib primo: † Quinimo ſi ex tali contractu facto à ſocero in eius præſentia induceretur ſibi pręiudicium, poſſet uideri adiuiſſe, & adeundo donaſſe eius attinentibus, ut per Pau. de Caſt. in l. ſi actionem. C. de pact. & tradit latè Soc. in conſi. 34. in 4. uol. & in cõſil. 206. inter conſilia Ruyn. ubi etiam Corne. conſi. 107. in 1, uol. & declarat etiam Ruyn. in conſi. 170. nu. 8. in j. uol. tũc certè quoquò uer-
41 ſum te flectas, eſt † abdicatio iuris iam delati multum præiudicialis, quæ non debet cenſeri inducta ex eo, quòd fuerit ſolùm præſens huic actui, in quo actu non fiebat per ſocerũ aliqua donatio, ſed quædam obligatio in perſonã ſui, qua promittebat ſe effecturum, ꝙ iſta domina nihil peteret: cui actui, & adeo præiudiciali nõ debet cenſeri in ſui præiudicium tacitè conſenſiſſe, & ſic ex ijs apparet, quã uariè, & extra terminos iuris fuerit ponderata hæc præſentia, & taciturnitas in d. conſi. per not. in d. l. quæ dotis, quæ minimè obſtant. etiam ſi D. Corteſia fuiſſet maior, & iſta procedunt etiam in ijs in quibus non potuiſſet contradicere, ſi uoluiſſet, quia ratio coniunctionis facit induci conſenſum, ſed non præiudicium per prædicta.

Sed minimè obſtant not. in d. l. ſi fine iuxta declarata per Felyn in d. c. non ne. 4. col. nu. 13. uerſi. fallit primò, quia illa procedunt in ijs in quibus ipſa poteſt contradicere, & tacet, & nõ contradicit, quia præſumitur fraus in dubio, ut ibi per Felyn. ſed hic non ſumus in ijs, in quibus ipſa poſſet contradicere, quia non poterat obuiare quominùs ſocer faceret contra ſe ip-
42 ſum, quas promiſsiones nellet. † Nam de ipſa nihil promittere poterat, quod ualeret. cum eſſet promiſsio facti alieni. l. inter ſtipulantem in princip. ff. de uerbo. oblig. promittebat ergo de ſe, quòd ipſe faceret, quòd ipſa nihil peteret, cui promiſsioni non poterat contradicere, unde nõ ſumus in caſu d. l. ſi fine. Præterea quæ fraus poterat cõiecturari ĩ puella minore Ignara, & Neſcia eorum, quæ gerebantur, ut etiam infra latiſsimè tangam.

Quinimo dico, ꝙ ſtante tali iuris ſui remiſſione.

sione. si ea induceret ex illo actu tacito, ex quo saperet donationē. ut dixi, non ualeret ullo pacto, talis donatio facta à minore. ex quo in hæ-
43 reditatibus illis continebantur † multa immobilia, quæ à minore nec cum decreto, nec sine decreto donari possunt de iure communi, ut per Bal. post Iac. Butr. in l. j. C. si aduers. donat.
44 † nec etiam interueniente curatore. l. ab agnato. & l. fin C. de cur. fur. & per Bal. in d. l. j. C. si aduer. dona. Curator enim datur, ut acquirat.
45 non ut perdat, † & donare est perdere. l. contra iuria. ff. de pact. l. prohibetur. §. planè. ff. quod
46 ui, aut clam. l. si filiusfami. ff. de donat. † unde multò minùs ualuit sine curatore, & sine decreto. ut est etiam tex. in l. fi. §. cum autē. C. si ma. fact. & ponit Alexan. in consi. 125. col. 4. uers. quartò & ultimò, primo uolumine.
47 Quinimo † dato, ꝙ non fuerit donatio, sed quędam iurium remissio, ex quo actio talis cōpetebat ad immobilia. meritò ut res immobilis debet iudicari, ut eadem dici debet de ea. ut not. glo. & Doct. in l. j. C. si aduers. trans. & Dy. & Bar. in l. potest pupillus. ff. de autho. tuto. facit. l. si ad resoluendum. C. de prędijs mino. ponit Alex. in d. consi. 120. 3. col. uers. modò sic. & Corne. in consi. 11. col. 17. in litera Q. uersi. nec supra dictis. lib. 3. Et stante etiam statuto sub rub. quæ forma sit seruanda in contractibus minorum, in causa producto. & quod ego uidi, quòd loquitur etiam de remissionibus iurium suorum, & sic cōprehendit hunc casum, talis etiam remissio iurium, posito quòd esset inducta, quod non creditur per prędicta, fuisset ipso iure nulla sine solennitatibus dicti sta-
48 tuti. † Quæ solennitates habent locum etiam in tacita iurium remissione, sicuti in expressa. ut latè consuluit Cor. in consi. 253. & 282. in 1. uolu. & in rebus immobilibus idem est etiā de iure communi. ut per Barto. in disputa sua. mulier habens amplum patrimonium, quem in hoc sequitur Socci. in consi. 70. in 4. uol.

Et ultra prędicta, dicendum est etiam posito, quòd talis remissio, ac renunciatio iurium esset inducta, seu etiam donatio talis, considerando ut supra, quòd non ualeat, non obstante illa dotis constitutione, quæ in illo instrumento sibi fuit facta decatorum mille & tercentum. quia uix illa summa constituit sibi quantitatem dotis maternæ sibi debitæ. Vnde cum sibi deberetur hæreditas paterna: Item & dos, ac etiam hęreditas patrui, hęreditasq; matris. proculdubio ultra illam dotem sibi cōstitutam, quæ uix attingebat dotem maternā, fuit lęsa non tantùm supra dimidiam, sed in toto. & sic fuit lęsa in tota hęreditate paterna sine dubio, & ostensum fuit in processu appellationis, quòd bona paterna ualebant tanti, ꝙ extrahi dos matris inde potuisset & ipsa Dña dotari potuisset. nec non etiam postea paternam hęreditatem consequi & certè reputo etiā, ꝙ iste processus in causa appellationis fuerit superfluus, quia satis constitit de lęsione in toto, si illi iudices hoc animaduertere uoluissent, tanquam si dos constituta uix contingebat dotem maternam, nonne erat lęsa in hęreditate paterna, iam tunc sibi delata in toto. Item nonne fuit læsa in dote sibi constituēda, quia debebat cōpetenter dotari. quia ergo istę lęsiones in toto sunt adeò manifestę: quando mulier ac minor in talibus renunciationibus sunt enormissimè lęsę etiam interueniente iuramento: certè quando læsio est enormissima, & in toto: sępe consului, & sępe consultum
49 uidi, † ꝙ etiam sine absolutione à iuramento tales renunciationes infringuntur. & licèt non eam inficias, quòd stante iuramēto opiniones sunt hinc, inde uarię, & maximè an debeat peti absolutio: Quando tamen est enormissima lęsio, etiam si non sit in toto, sed multùm supra dimidiam, sed multò magis, ubi est in toto, ut hic. tunc etiam sine absolutione, & stante iuramēto, multò magis resiliri potest aduersus eas.

Ponam opiniones hic pro hac parte, contrarias omittam ne sim nimis prolixus. Hanc igitur opinionem saltem in muliere, ac minore tenuit Pet. de Anch. in cons. 36. pro clariore. & in consi. 83. uisis diligenter actis in fi. & in cōsil. 180. uisa diligenter narratione, & in consi. mihi 339. pro maiori intelligētia dicendorū. & in consil. 375. in supradicta quietatione. & hanc opin. tenuit Abb. in c. cum contingat de iureiur. uers. nonus casus. & But. ibi. uer. quarto casu. & Federi. de Senis in consi. 199. quęritur an Domina Margarita. & Paul. de Cast. in consi. 73 contra superiùs consulta. & Calderi. in cons. 8. duę puellę. in titu. de iureiur. & Abb. in consi. 8. Laurentia mulier. & in consil. 107. quatuor sunt. 2. uol. & Cuma. consi. 180. uidetur prima fronte. & Corne. in consi. 27. 147. in 4. lib. et 166. lib. 1. & in consi. 11. & 214. lib. 3. & Barba. consi. 21. 1. uolu. et 53. 2. uol. & But. in consi. 43. Domina Paula. et Socci. cōsi. 263. circa primum. et Deci. in cons. 31. 45. 85. 180. 181. 203. 216. et in d. l. pactum dotali. C. de colla. col. 3. nu. 7. et Parisius in quodam suo cōsilio manu scripto. quod est apud me. quod in uoluminibus suis nō potui perquirere & Alexādrin. consi. 12. et 139. et Ias. in consi. 133. 4. uol. et Fely. in c. in pręsentia. de prob. 4. col. nu. 8. & Aret. cons. 93. uiso legato. in 2. col. et Curtius iuni. consi. 141. 2. col. num. 5. uers. consideratis. et Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 28. uers. Quartò limitatur. ff. de uerb. oblig. et ille authoritates pro maiori parte loquuntur etiam in muliere maiore, quantò magis militāt in minore muliere, & maximè in illa quæ

50 quæ ſit poſita † ſub regimine eorum, quibus
renunciat. ut erat iſta, quia pręſumitur metu
reuerentiali inducta. ut per Soccin. in d. conſi.
263. & per Cor. in d. conſil. 11. in 3. uolu & in
muliere. Idem Bal. in rub. C. de rerum permu.
ad fi. & in muliere minore, ac ruſtico. tandem
poſt longam diſputationem firmat Imo. in d.
c. cum contingat. in 18. car. uerſ quid igitur di
51 rendum in hoc articulo. Et † iſtud utique
procedit, quando fiunt iſtæ renunciationes,
quę ſapiant uim donationis, per reſpectum ad
aliquid quod ſibi datur minimè ęquiualens iu
ribus renunciantis, & ita declarat Aret. in l. qui
ſuperſtitis. col. 6. ad fin. uerſ. pro primo dicto.
ff. de acquir. hęred. & Cur iuni. in d. conſi. 41.
quæ opinio maximè procedit, quando fiunt
iſtę renunciationes ſuper huiuſmodi hęredi-
tatibus uniuerſalibus, quarum ualor probabi-
liter ignoratur. ut declarat Aret. in d. l. qui ſu-
perſtitis d. 6. col. Ruin. pręceptor meus in d. l.
ſtipulatio hoc modo concepta. & Aretin. in d.
conſi. 93. & Pariſ in ſupradicto conſilio penès
me exiſtente. Quę tamen opinio cum ſoli-
dè procedat, etiam dato iuramento, in inſtru-
mento tamen tali de anno 1521. nullum in-
teruenit puellę iuramẽtum & ideo faciliùs de-
52 bet cõcedi reſciſsio, † cum ſit lęſio in tota pa-
terna hęreditate, ac materna, uel ſaltem in do-
te, quo caſu etiam maiori competit reſciſsio.
per not. in l. ij C. de reſcin. uendit. & in c. pẽn. &
in c. cùm dilecti. extra de empt. & uendi. & in l.
53 ſi quis cùm aliter. ff. de uerb. obliga. † Quæ re-
media etiam habent locum in donatione, quæ
uenit ex conſequentia erroris. ut per Bal. in d.
l. ij. in 7. q. & per Bart ibi colu. pen. uerſ. quid ſi
inſtrumentum. & in d. l ſi quis cum aliter. circa
princ. & in penult. q. quod procedit facillimè,
ut inquit Aret. ubi ſupra. in d. l. qui ſuperſtitis.
quando talis renunciatio, uel donatio fit, per
reſpectum ad aliquid, quod donatur.

Ego prędicta autem tetigi de iuramento, ut
confunderem faciliùs Dominos conſulentes
Patauinos, qui ſe fundant in inſtrumentis ra-
tificationum, poſtea factis per D. Corteſiam
de anno 1526. & 1544. ut ipſi pręſupponunt
in quibus erat iuramentum, quę tamen inſtru-
menta nihil faciunt, ut ſtatim dicam poſteriùs.
Sed quò ad inſtrumentum, de anno 1521. pręe-
dicta de iuramento non ſunt neceſſaria.

Sed nec diſputaui. q. de iuramento ad partes,
ſuper quo articulo aliàs latiſsimè conſului,
quia neceſſarium non duxi, niſi ponere remiſ-
ſiones claras, ad reuincendos illos Dominos,
quia ego teneo indubitanter, ꝙ illa præſentia,
ac taciturnitas illius puellę, non induxerit illã
renunciationem, ac remiſsionem, ſeu donatio-
nem iuris ſui. per not. in d. l. quę dotis, quę no-
tata deceperunt Dominos Conſulentes.

Ex quibus etiam not. in d. l. quę dotis infero
54 & aliud, † quòd talis pręſentia, ac taciturnitas
non inducit conſenſum, etiã quando ſunt prę-
ſentes ij, quos reuerentialiter puella timet ue-
rolimiliter. ut tenet Bar. quẽ ſequuntur Doct.
in d. l. quę dotis. col. pen. & dicunt reuerentia-
liter timeri etiã fratres, & patruos, & eos, ſub
quorũ gubernio eſt puella. ut ꝑ Socci & Corn.
in conſilijs ſupra allegatis, & per Ruinum in
conſi. 60. nu 22. in 3. uol.

Inquantum uerò prędicti Domini Conſu-
lentes, pręſupponentes quòd ſit inducta talis
iurium renunciatio, quod non eſt, ut dixi, &
ipſi latè decepti fuerunt, dicunt ꝙ eſt inducta
ratificatio lapſu temporis poſt 25. ann. per tit.
C. ſi maior fact. & in 5. lib. C. & in 2. lib. C. ani
maduertendum eſt, quia Domini Cõſulentes,
allegant dictos titulos in confuſo. qui tamen
55 ſunt aliter, & taliter intelligendi. † Aut enim
uolunt obſtare. l. fi. in tit. C ſi maior fact. lib. 5.
C. in qua inducitur ratificatio ſolo curſu tem-
poris, ſcilicet in alienatione oneroſa, per quin-
quennium poſt 25. annos. in donatione uerò,
per decennium, inter pręſentes. & per uiginti
inter poſt uigintiquinque annos. & iſta lex
multis rationibus non obſtat.

Primò, quia ſiue ſimus in alienatione onero
ſa, ſiue in donatione, ut ſupra dixi, non cõſtat.
quòd poſt uigintiquinque annos D. Corteſię
fluxerit, uel quinquennium, uel decennium. &
ideò talis l. fin. nihil obſtat. Secundò non ob-
56 ſtat, † quia illa lex, & totus ille titulus proce-
dit, qñ alienatio ex hoc ſolo eſt nulla, quia eſt
facta rerum immobilium ſine decreto. ut l. j. &
fin. & per tot. illum tit. non ſi alius defectus cu
iuſcunque nullitatis ſubſit. Sed hic ſunt multi
alij defectus, igitur &c. et ita pulchrè, et labo-
rioſè conſuluit Corn. in conſi. 207. in 3. uol. ui
detur prima facie quem ſequitur Deci. in l. qđ
ab initio in ulti. colu. ff de regul. iur. hic apertè:
ultra defectum decreti, ſunt defectus alij mul-
ti de iure cõmuni, & de iure ſtatutario igit& c.

Pręterea ſecundùm Corn. ubi ſupra procedit
in minoribus, ſub curatore conſtitutis. ſed illa
minor non erat ſub curatore, ergo ille titulus
nihil facit. Eaſdem reſponſiones accommo-
do ad l. j. C. eo. tit. quãdo prędicti Domini uo-
luerũt tractare de ratificatione expreſſa, non
de tacita lapſu temporis tantùm, quia ille titu-
lus militat in caſib. ſupradictis, ideo non obſt.

Sed ultra reſponſiones prędictas, in quãtum
tractetur de ratificatione expreſſa, quam pon-
derant dicti Domini. tam per d. l. j. illius titu.
quàm per tit. in 2. lib. c. Reſpondeo primò ad
57 tit. in 2. lib. C † Quòd ille non loquitur in alie
natione nulla ab initio, ſed in ea quæ fuit ua-
lida, potuit tamen aduerſus eam peti reſtitu-
tio in integrum. ut ibi appoſitè tractat Pau. de

Caſt.

Cast. qui dicit, se hoc docuisse cum rubore magnum quendam Doctorem. unde ille titulus non facit ad propositum, quia loquimur nos in alienatione, quę fuit nulla multis rationibus supradictis. Ad hanc autem ratificationem expressam, posito quòd fuerit inducta per dicta instrumenta, de anno 1526 & 1544 quod expresse negatur, ut statim dicetur, ultra respó
58 siones datas post Corneū. † Rńdeo etiā aliter & ppriè ad d.l.j.C.si maior fact.lib.5.C.ut procedat ad purgandum defectū solennitatis ratione minoris ætatis, sed non ad purgandum defectum, contra quem etiam maior uenire posset. putà si esset deceptio ultra dimidiam iusti pretij, uel in toto, ut ibi Bal. & Saly. declarant. Quia ergo supra conclusum fuit, quòd talis fuit hic defectus, quòd noceret etiam maiori scilicet, q a fuit decepta in toto, meritò quò ad hoc non prodest talis ratificatio, sicuti nec prodesset contra maiorem taliter deceptum.
59 ut est casus in d.l. j. † Sed mulier ista etiam si fuisset maior, & eo modo decepta, ut supra. potuisset cōtrauenire, etiam non obstante iuramento, meritò talis ratificatio etiam cum iuramento non obstat, casus est & ibi Bald. in d. l.j. ubi etiam Salycetus.

Et comprobatur ista conclusio ualidissima
60 ratione, † quia quando in secundo actu ualidante primum est idem defectus, qui est in primo, tunc nunquam ualidat primum. ut per Dyn. & Bar. in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. per tex. in l.j.C. quæ sent. sine appellat. rescind. Sed quia in secundo actu est defectus læsionis totalis, sicuti in primo, ideo primus per hunc secundum non confirmatur, faciunt ea quæ pro hac conclusione ponit Fely. in c. ea, quæ. extra de re iudica. Sed certè, quamuis omnes istæ responsiones accommodari possint, teneo tamen ego firmiter, quòd nulla fuerit inducta ratificatio expressa ex illis instrumentis. Primò quia ratificari non potest illud, quod non fuit
61 introductum in rerum natura, † priuatio enim præsupponit habitum. l. manumissiones. de iusti. & iure l. decem. de uerb. oblig. sed talis donatio, ac iurium remissio non fuit introducta, ut supra conclusum fuit, ergo frustra de illa ra
62 tificatione tractatur: Præterea hæ † ratificationes tendunt ad uenditionem rerum dotalium ratificandam, & sic ad unum, non autem ad talem donationem, seu iurium remissionē, ergo ad eam extendi non debent. arg. text. in l.
63 iubemus. ubi casus. C. ad Velleian. & † qui duo iura habet diuersa, si unum remittit, aliud remittere non censetur. l. si domus, ubi Bart. ff. de seruit. urbano. prædio. Præterea in tali ratifi-
64 catione requirebatur certificatio, † quæ fieret huic Dominæ, quæ fuit præsens actui illi, dum esset puella simplex, & ignara. & ideo sine tali certificatione non potuit talis ratihabitio induci ut appositè declarat Corn. in d. consil. 307 ad fin 3. uol. Quæ conclusio etiam com-
65 probatur, quia † quod nullum est, etiam confirmari non potest, quando confirmans, nō apparet, quòd fuerit certioratus de nitio nullitatis, prout non apparet in casu nostro. Abb. in c. inter dilectos. col. 6. de fide instru. Fely. in c. ex parte. extra de rescri. Deci cōs. 60. col. ult. circa med. uers. & quāuis loquatur Bal. Soccin. in consi. 201. colu. 14. post medium uers. quæ etiam. 2. uol. Alex cons. 39. col. pen. post prin. uers. præterea respondeo. uol. 4.

Et quia postremo loco dicti Domini consulentes allegant text. in c. quamuis. de pact. & in c. licèt mulieres, de iureiuran. in 6 uidentes esse iuramentum in posterioribus illis instrumentis. Vltra quòd, ut dixi, talia instrumēta, non nocent ex multis, & maximè quia tendunt ad aliud ut postea dixi. Tamen ut omnia necessaria excutiantur, pro intelligentia dictorū
66 iurium concedo, † quòd iuramentum firmat tales renunciationes de iure canonico. secus de iure ciuili, ut habetur in d. l. pactum dotali.
67 C. de coll. & concedo etiam quòd † quādo iuramentum firmat contractum, ei non potest contrauenire, etiam petita absolutione, ut tenent communiter Doct. in d. c. quamuis. ut Io. Andr. Dom. Philip. Fran. Georg. Natta in d. c. quamuis. Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. & declarat Crot. in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. nu. 22. uers. secundò ex dictis Bar. & ita etiā tenet Imo. in d. c. cùm contingat. in 3. mēbro. & in c. Quintauallis. eo. ti in ult. car. Alex. in cons. 220. aliàs 221. uisa facti narratione 2. uol. Roma. in d. l. qui superstitis. Imo. in l. cum uir. ff. de usucap. Ias. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. uendi. & Abb. in cōs. 71. quin
68 que dubia lib. 1. † secus si esset iuramentum astringens tantùm ratione peccati ad obseruātiam. ut in c. debitores. de iureiurand. & ut per Innoc. in c. ueritatis de dolo & contuma. & ut per D. Christoph. Por. instit. de hære. qualita. & diffe. §. extraneis & per Crot. ubi supra. Nec prædicta conclusio procedit, ubi in tali renunciatione non est enormissima lęsio, quia tunc iuramentum sine spe absolutionis firmat contractum, sed ubi adest enormissima læsio. ut hic. tunc etiam sine absolutione potest contrauenire, & multò magis absolutione petita, quæ tamen hic non est necessaria. & ita declaratur in omnibus locis & cōsilijs supra allegatis.

Et sic ex infinitis patet, quo nam pacto Magnifica D. Cortesia nullo modo potest censeri sibi præiudicasse in hæreditate paterna, quicquid dixerint multùm inaduertenter, meo iudicio, Domini Cōsulentes Patauini, de quibus non desino admirari. & quòd tot & tanta non uiderint,

uiderint, quæ erant ualde neceſſaria. & hęc circa hæreditatem paternam.

Circa uerò hæreditatem patrui minor labor incumbit, quia iactis optimè fundamentis pro Magnifica D. Corteſia in allegationibus Magnifici D. Octauiani, & Magnifici D. Venerei. ſolùm reſtat ſubuertere unum fundamentum dictorum Dominorum Conſulentium factū ſuper ſtatuto ſub rub. quòd nemo audeat in fi. in uerſ. uolumus & firmamus, & in quo ſtatuto in effectu fratres maſculi excludunt ſorores fœminas à ſucceſsione parentum. Quò ad collaterales etiā excludit dictum ſtatutum ſorores à ſucceſsionē fratrum, & ſororum, pariterque deſcendentes ab ipſa ſorore extātibus fratribus, ſeu deſcendentibus ex fratribus per lineam maſculinam maſculis: Superquo ſtatuto multùm ſe fundant arguendo ab unica ratione ſtatuti à maiori, & ab abſurdo ut p eos, quorum argumenta ſigillatim non repeto ad euitandam prolixitatem. Iactis igitur fundamentis de quibus ſuprà, φ iſta D. Corteſia eſt neptis ex fratre maſculo dicti D. Gregorij eius patrui. & quòd ſuccedit, tam de iure communi, quàm etiam de iure ſtatutorum in lo-
69 cum patris ſui in hæreditate patrui. † ſcilicet quòd filij intrant locum parentum in hæreditate patrui. & fiunt ęquales in ſuccedendo fratribus patris ſui, pariter ſunt æquales in ſuccedendo cum patruelibus ſuis, qui & ipſi ingrediuntur locum parētum. ut in §. cum filius. inſti. de hære. q ab inteſta. ager. & in § reliquū in auth. de hęred. ab inteſta. & latè per Deci. in conſi. 1. & per Soccin. in conſil. poſito poſt lecturam tituli de uerb. obligatio. & uti optimè deduxit Dominus Octauianus. In hac que ſucceſsione ipſa de iure communi poteſt concurrere cum patruis. Item cum patruele D. Petro iuniore aduerſario, cum quo eſt in pari gradu, quòd & ipſe ſine dubio ingreditur locum patris ſui in ſucceſsione patrui: uidendum modò eſt de ui, & potentia allegati ſtatuti & ponderati. In quo Dominus Octauianus breuiter
70 & bene ſeſe expedit. † dicendo quòd ubi ſtatutum non loquitur, nec nos loqui debemus, l. illam. ubi materia habetur. C. de colla. ſed in iſto ſtatuto excluditur quidem ſoror & deſcēdens à ſorore à ſucceſsione fratris & ſororis, ſtantibus fratribus, ac deſcendentibus ex eis maſculis, ſed nullibi excluditur filia fratris maſculi à fratre patris ſui defuncti. & ſic neptis ex
71 fratre, propterea † ſtatutum quod eſt ſtrictiſſimè intelligendum, non eſt extendendum ad caſum in quo non loquitur. ut per Imo. in l. ſi
72 uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matri. † & quia uidetur odioſum hoc ſtatutum. ut habetur in l. maximum uitium. C. de liber. præterit. & hæc generaliter dicta bene ſe habēt. Sed Domini Conſulentes uoluerūt arguere ab unitate rationis, & à maiori, & ab abſurdo, & à fauorabilitate huius ſtatuti, quòd debeat extendi de filia ſororis ad filiam fratris maſculi, ſtātibus fratribus duobus, ſcilicet Octauiano & Cæſare, & ſtante etiam D Petro iuniore, qui deſcendit à Baptiſta uno ex alijs fratribus. Credo autem, φ ipſi in hac materia ualde fuerint hallucinati, eamq; penitus in cute, non intus pſpexerint, ideoq; nimis faciles fuerint ad ita cōſulendū.

In qua reueniendo ad rem omiſsis uerbis, & non perſcrutando nunc caſus ſingulares, in quibus uariè conſuluerunt Doct. & de quibus caſibus habetur latè in d. l. illam. C de colla. & in l. j C. de ſucceſſo edicto. & in uarijs conſilijs in diuerſis locis allegatis. de quibus latiſsimè per Brun in trac. de ſucceſsio. ab inteſt. ſecun. ſtatuta in 6. artic. princi. in 3 memb. in 1. 2. & 3. q. Neque inſiſtendo in ijs regulis generalibus, quæ non ſemper militant in iſta materia. Nos proculdubio uerſamur in ſtatuto, & in materia in qua perſona, de qua agitur, non reperitur expreſsè excluſa, nullibi mentionem facit ſtatutum: facit quidem mentionem de ſorore, ac filia, ac deſcendentre ſororis, ſed de filia fratris nullum uerbum. Vnde licèt regula
73 ſit pro nobis. † quòd ſtatutum ſpecialiter aliquas perſonas excludens, nō ſit generaliter intelligendum ſecundùm Cor. in conſ. 147. inci. conſtat. 1. col. 3. uol. & Imo. in l. ſi uerò §. de uiro. ff. ſolu. matr. & Bal. in l. maximum uitium. C. de liber. præterit. tamen quia iſta ſtatuta uario modo intelligūtur. & ſi uellem omnia adducere quæ dicuntur à Docto. amplum facerē tractatum. Ideo ſuccinctè, & pro ueritate procedendo interim non abſcedam ab ijs, quæ tradit ille Brunus in d. tract. d. 6. arti. prin. d. 3. memb. princ. d. q. 1. 2. & 3. in quo loco ad præcidendas haſce difficultates tres inter altas poſuit quæſtiones principales.

74 Prima eſt quid dicendum, quando † ſtatutū excludit unam perſonam, an uideatur excludere omnes deſcendentes à perſona excluſa, licèt non nominatas: & iſte proculdubio non eſt caſus noſter. ſed hunc caſum latè tractat Brunus in d. 1. q cum infinitis allegationibus.

75 Secunda q. eſt, quid dicendum de aſcendentibus perſonę excluſæ, quam tractat idem in 2. q. in d. 3. memb. nec hic eſt caſus noſter.

76 Tertia quæſtio principalis eſt, quando ſtatutum excludit unam perſonam, an uideatur excludere omnes de illa linea, etiam ſi nō ſint coniuncti per illam perſonam excluſam, ſcilicet quia non ſunt aſcendentes, uel deſcendentes, ſed collaterales. & hic eſt caſus noſter difficilior cæteris: Nec ualde miror ſi Domini Doctores Patauini noluerunt hunc laborem, qui eſt difficillimus, ac longus in tractando articulus.

culus. Hic enim soror & descendentes à sorore sunt personæ exclusæ, filia autē fratris, quæ non coniungitur alteri fratri. & sic patruo per sororem, sed per fratrem cui est descendens, non reperitur exclusa expresse. in hoc igitur
77 casu, † quid dicendum sit. tractat latissimè Brunus in d.3. membro. in d.6. artic princi. in d.3.q. princ. uers. tertiò dubitatur. & in hac q. solet recurri ad illam subtilem distinctionem, quam posuit Pau. de Cast. in d.l. illam. In qua ut refert Bru ubi supra sic distinxit. quia aut persona à statuto nominatim exclusa. ut hic
78 est soror, † & descendentes ab ea, excludebat de iure communi non nominatam à successione, ut figuratur casus, quia stante patruo, mater excluditur. sed reperitur extare mater, frater consanguineus tantùm, & patruus. & sic non est nominatus frater consanguineus, sed mater nominatim exclusa, excludit de iure cōmuni non nominatam, quæ non est exclusa, si cuti excludit mater fratrem consanguineum tantùm, & tunc si mater non reperitur in rerum natura. frater consanguineus non censetur exclusus. quia est casus omissus. & hanc conclusionem tenent communiter Doct. ubi per Brun. colu. 1. uers. assumendo igitur primū membrum. & licèt opponat ibi Brunus de unica ratione statuti. ut ibi per eum. col. 2. uersic. sed prædictis obstat, tamen non recedit propter hoc ab opi. communi. Et ita debebant facere Domini Consulentes Patauini, quia propter hanc rationem. quæ sæpe fallax est in hoc statuto, non debebant recedere à communi opinione, ut statim dicam. & hic adhuc non est casus noster. quia persona hic nominatim exclusa, scilicet soror, ac descendentes ab ea, non excludit, non nominatam à successione fratris de iure communi, scilicet filiam fratris. immo de iure communi succedit pariter cum sorore & fratre. quia intrat in locum patris, ut dictū
79 est superius. † Alius casus est, quando superest persona exclusa nominatim. & in casu illo, quando non nominata excluditur à nominatim exclusa de iure communi insurgunt uariæ opiniones. quia Pau. de Cast. uoluit, q super existens persona exclusa, excludat non nominatam, & faciat locum agnato uocato. licèt remotiori, ut latè tractat Bru. in d.3.q.2. col. uers. secundo casu &c. sed tamen in hoc etiam contra Pau. de Cast. stat Alex. cum communi opinione in d.l. illam. ubi uult, q tali casu persona exclusa iuuetur à non exclusa. & faciat sibi locum fauore personæ non exclusæ: excluso agnato remotiore uocato: de qua re me remitto ad Brun. in d. 3. q. uers. secundo casu. in 3. col. uers. Alex. autem in d.l. illam. & licèt ista cōclusio faueat opinio. nostræ, tamen non est casus noster, duplici ratione, tum quia hic non superest persona exclusa nominatim, scilicet soror, tum quia persona non exclusa nō est exclusa à sorore de iure communi, immo cum ea pariter concurrit, ut dictum est.
80 Tertius casus est, † qui est casus noster ad scopum quem ponit Brun. in d.3.q princi. col. 4. ad fi. uers. tertio casu. scilicet quando persona nominatim exclusa per statutum non excludit de iure communi, aliam non nominatam. de qua est dubium, an etiā censeatur à statuto exclusa, sed pariter succedit. & hic propriè est casus noster, quia hic soror nominatim exclusa, non excludit filiam fratris de iure communi. non nominatam in statuto, sed pariter succedit. Et in hoc casu etiam uariæ agitantur opiniones, quæ tamen omnes deseruiunt intentioni nostræ, quia Pau. de Cast noluit quòd si superest in rerum natura persona nominatim exclusa, tunc agnatus uocatus habebit solūm portionem. quæ de iure communi spectasset isti nominatim exclusæ, sed si non superest persona exclusa. tunc est locus iuri cōmuni, quia est casus omissus. ista opinio hucusque nobis non officit nullo pacto. quia hic non superest persona exclusa, scilicet soror, nec aliquis descendens ab ea, secundùm istam opinionem debet esse locus iuri communi. & sic contra Docto. Pataulnos.

Quando etiam superesset persona exclusa, scilicet soror non multùm obuiaret huic opi. quia agnatus uocatus haberet portionē illius sororis & suam, sed non excluderet à sua portione non nominatum. sed hunc casum considerare non oportet, quia non superest persona exclusa, sed adhuc etiam iste non est omnino casus noster. quia Paul. de Cast. in hoc loquitur, quando agnatus excludens erat remotior, utraque persona exclusa & non exclusa, quod non est hic. quia agnati succedentes sunt pares in succedendo personæ exclusæ, & nō exclusæ.
81 Quo casu † succedit illa opin. Bald. in consi. 157. inci. Gilius in 5. uol. secundùm ultimam impressionem. ubi Bald. uoluit, q isto casu si superest persona nominatim exclusa, agnatus excludens habet duas portiones, scilicet suam, & portionē personę exclusę persona uerò non exclusa habet tantùm unam portionem suam, quæ sibi obueniebat de iure communi, si omnes pariter successissent.
82 Sed in hoc † adhuc uerior est opi. quòd non attenta persona exclusa omnes pariter succedant. & ita consuluit Corn. consi. 12. incip. in hac uol. 1. & hanc opi. multi tenent, quos allegat Bru d. tertiò casu. in 5. col. à uers. pro qua opi. usque ad 7 col. in uers. redeundo ad propositum. & ibi adducit multos similes casus in infinitis cōsilijs Cornei. Soccini, Capræ, Barbatij & aliorum, de quibus ibi per eum. quæ transcribere

ſcribere magis eſſet laborioſum, quã ſubtile.

Sed in effectu licet iſta opi. teneatur à mul-
tis, quam tamen ipſe non tenet, hæc omnino
non deſeruit caſui noſtro. quia hic non ſuper-
eſt perſona excluſa ſcilicet ſoror, uel ab ea de-
ſcendens. ideo licet teneatur opi. quam tenet.
in d. uerſ. redeundo ad propoſitum. quæ fuit
Bal. in d. conſi. incip Gilius. ſcilicet quòd ma-
ſculus habeat ſuam portionem, & perſonæ ex-
cluſę, remanente ſua portione perſonæ non ex-
cluſæ. Hęc tamen opi. nobis nihil officit. tum
quia non eſt caſus noſter, tum quia ſemper
83 ſequitur hæc concluſio † quòd perſona nõ no
minata nunquam cenſetur in totum excluſa.

Caſus uerò noſter eſt omnino, quia non ſu-
pereſt hic aliqua perſona excluſa, ſed eſt con-
flictus inter excludentes, & non excluſam, qui
ſunt in pari gradu, ſeu in pari potentia ſucce-
dẽdi de iure communi quia ſiue cum patruis,
ſiue cum patruele, ęqualiter patruo ſuccedit.
ut dictum eſt. & hoc caſu non exiſtente perſo
na excluſa, ut hic de iure cõmuni, tanquàm iſte
ſit caſus omiſſus, pariter omnino ſuccedunt. ut
concludit expreſsè Brun. in d. uerſ. tertio caſu.
col. 8. d. 3. q. uerſ. ubi autem perſona nomina-
tim excluſa non ſupereſſet. & ibi multa exem-
pla particularia. Pau. de Caſt. Bal. Cornei Ca-
prę & aliorum adducit, quę ibi uideri poſſunt.
& ſic ex iſto diſcurſu apparet, quòd hic ſumus
in terminis iuris communis, & illi termini ha-
bent rationes pulchras. quę tollunt uulgaria
fundamenta Dominorum Patauinorum. & in
primis deſeruit huic intentioni una regula.
Quia quãdo iſta nomina appellatiua omnino
84 diſcrepant, † ſtatutum in una perſona, non ha
bet locum in alia. ut uoluit Cy. in l j. circa fi. C.
quæ ſit longa conſue. ſed hic uade diſcrepant
filia fratris à ſorore, atque deſcendente à ſoro-
re, ut eſt notiſsimum, in ijs nominibua appella
tiuis igitur. &c. Præterea & alia regula deſer
uit, quia in ijs perplexitatibus, quæ uigẽt in ſuc
ceſsionibus iſtorum collateralium potiùs ſem
per inſpicienda eſt perſona quæ excluditur de
iure communi, quàm quę de iure ſpeciali. &
ideo filia fratris, quæ à portione ſua propria
excludit patruelem de iure communi, uel pa-
truũ debet magis attendi. quàm patruus, uel
patruelis, qui tendit excludere ſororem de iu-
85 re ſpeciali, ac etiam filiam fratris, quia † poten
tius eſt iua commune, quàm ius ſpeciale, ut di
xit Capra in conſi. 39. extant duo inſtrumen-
ta ulti. col. ſequitur Brunus ubi ſupra d. 3. q. d.
uerſic. tertio caſu. col. 6. uerſ. per prædicta di-
xit Dominus Philip Corneus.

Item facit alia theorica, per quam dicitur.
86 quòd † quando interpretando illa ſtatuta ſtri
ctè, ut non comprehendat caſum non expreſ-
ſum, res redigitur in dubio ad æqualitatẽ ſuc-
cedendi de iure communi, ſemper debet ſumi
talis interpretatio. ut præſupponit Corne. in
pluribus conſilijs. ut in conſi. 98. in hac 2. uol.
61. & 82. 4. uol. & de hoc eſt etiam pulchra de
ciſio Neapolitana Capycij in filia fratris. deci
ſio. 2 in cauſa Liſę Scuerinę, & in filia fratris
non nominata ꝙ non cenſeatur excluſa plenè
in terminis conſuluit Corne. in d. conſil 82. 3.
uol. Et facit etiam alia theorica, quę ponitur
per Soccin. in conſ. 9. 3. uol. per Pariſi. in conſ.
110. 3. uol. & per Iaſ. conſ. 24 in 1. uol. quòd li
87 cet † iſta ſtatuta habeant unicam rationẽ con
ſeruandę agnationis, & ſint fauorabilia & ex-
tendenda tamen ſemper debent interpretari.
ut minùs corrigant quàm ſit poſsibile. prout
etiam tenent Doctor. in d. l. illam. & in d. l. j. C.
de ſucceſſo. edicto. Et ijs ſtantibus, non ob-
ſtant rationes adductę, ſatis uulgares & gene-
rales à dictis conſulentibus. dũ ponderant uni
cam rationem illam fauorabilem, quam non
nego, nec excludo, quia ita eum latè defendit
etiam Bru. in d. tract. in 3. & 4. artic. princi. ubi
88 latiſsimè. † Ad illam enim rationem unicam
fauoris agnationis dico. quòd non eſt tanti, ut
debeat operari, ꝙ fiat extenſio ad caſum, in
quo ſuadeat alia ratio, ut non debeat fieri ta-
lis extenſio, ut eſt glo. in c. conſtitutio. de elec.
in 6. quam not. Imo. & Gemi. ibi, & ſequitur
Alex in l. ſi conſtante. in 2 col. ff. ſolu. matr. &
ita etiam ad illam rationem reſpondet Bru. in
d. uerſ. ſecundo caſu ad fin. Sed hic ratio per-
89 plexitatis, † & æqualitatis ſeruandę de iure
communi ſuadet extenſionem non fieri: Item
ratio illa, ꝙ iſta non eſt coniuncta per ſororẽ,
ſed per fratrem, quam rationem conſiderat
Pau. de Caſt. in conſil. 119. in nouis in 1. uolu.
nec eſt perſona deſcendens à ſorore, & ita pun
ctaliter ibi Paul. de Caſtr. quaſi decidit caſum
noſtrum. & caſus Decij allegatus in cõſilio Pa
tauino. in conſi. 330. ubi conſiderat iſtam ma
ioritatem rationis, nõ ſimilis caſui noſtro. cui
etiam rationi reſpondet Corne. in ſupradictis
conſilijs. & potiſsimùm in d. conſi. 82. In quo
decidit caſum noſtrum, ſcilicet quia habet lo-
cum, ubi perſona ad quam fit extẽſio compre-
henditur, ſaltem ſublata ſignificatione uocabu
li, quod non eſt in filia fratris. ut ibi per Corn.
& per Paul. de Caſt. in d. conſi. 119.

Nec obſtat ratio ab abſurdo, ab eis conſide-
rata, quòd ſoror excluderetur, & neptis remo
tior admitteretur, quia iſta abſurditas ceſſat
multis rationibus: Primò, quia hic non ſuper
eſt perſona ſororis excluſa. Secundò, quia li-
cet filia fratris ſit remotior, eſt tamen ęqualis
in ſuccedendo, unde non eſſet abſurdum, ꝙ di
mitteretur in ſua ſucceſsione de iure commu-
ni. Hoc autem abſurdum militaret in ea quæ
deſcenderet à ſorore excluſa. ut per Bru. in d.

1. q.

1.q.3.memb.6.arti.de quo supra.quod non est hic. immo absurdum esset, quòd filia fratris non nominata excluderetur cùm sit equalis,& exclusæ,& excludentibus, per ea quæ dixi supe riùs.Immo secundùm opi.Bru.si superesset so ror, neptis ex fratre non impediret eius portio nem accrescere excludentibus. sed ipsa remaneret in sua portione. Modò,ꝙ non adest soror,nihil uetat,quominùs redigantur ad æqua litatem,ex quo hic est casus omissus à statuto. & sic satis latè patet, quàm supinè dicti Domini processerunt,in considerando hoc statutum in casu: Possem hic applicare infinitas.q.ꝙ exclusio patrui non excludit patruum magnũ, exclusio fratris nõ excludit sororem, exclusio aui paterni non excludit maternum, nec auiæ paternę excludit auiã maternam,exclusio materteræ non excludit materteram magnam, cum multis alijs quę ponuntur per Brunũ ubi supra. sed eas omitto, ex quo habemus terminos, & theoricas proprias: Et hæc dicta sunt considerato capite exclusiuo huius statuti.

Sed hæc procedunt etiam respectu capitis
88 inclusiui. † quia licèt admittantur & uocentur fratres,ac filij fratrum,non tamen inclusio eorum excludit filiam fratris non nominatã, quia doctri. Barto.in l.ij.§.sed uidendum.ff.ad tertullia.ubi uult agnatas fœminas excludi respectu capitis inclusiui agnatorum masculorum, procedit quò ad personas nominatas, sed non quò ad non nominatas. & ita respondet Corne.in omnibus prędictis consilijs. & potissimùm in d.consi.82.in 3.uol.ubi latissi-
89 mè uideri potest. † Nec etiam ex eo capite, quo uocantur filij fratrum,qui sunt patrueles, excluditur patruelis filia fratris, quia communis est opinio, quòd non fiat talis exclusio. ut latè Docto. in l.j. C. de successo. edict. & latè Corne.in consi.57. uidetur in fi.in 1.uol.160. in consilijs.2.uol.169.multæ.in fi.4. uol. Marian. Soccin.consi.30.& latissimè,ac pulcherrimè Brunus in dicto tracta. 12.artic.q.16. 2. col.uers.an autem quod conclusum est,de nepote.& ista est ueritas. Ex quibus meo iudicio quàm latissimè patet de optimis iuribus Magnificæ Dominæ Cortesiæ in remedijs intentatis, quicquid in contrarium cõsuluerint Doctores Patauini. Quorum consilium iudicio meo lethaliter uulneraui, ac prostraui. et expecto huius causę Victoriam coram nouo iustissimo iudice: Laus Deo Amen.

Et ita dico,& cõsulo ego Ludouicus Catus, Iurisconsultus Ferrariensis, Comes, Eques & Ducalis Consiliarius. Primam sedem tenens in Vespertinis lectionibus iuris Cęsarei, in almo Ferrariẽsi gymnasio. ideò subscripsi, ac subsignaui saluo &c. Ad laudẽ summi Chri. Iesu seruatoris nostri.&c.eiusq; Deiparæ Virginis.

CONSILIVM D. ANDREAE Alciati.

ARGVMENTVM.

¶Donatio pro filijs, & descendentibus masculis in infinitum facta, an extendatur ad filios masculos,seu nepotes ex fœminis.

SVMMARIVM.

1 *A uerbis in dubio, nec ob extraneas phantasias est recedendum.*
2 *Verba descendentibus masculis in materia feudali, quomodo intelligantur.*
3 *Clausula ea,etiam descendentibus masculis,quos comprehendat.*
4 *Clausula, pro se & descendentibus, comprehendit fœminas, & earum descendentes cuiuscunque sexus.*
5 *Filia exclusa, & eius filios, quamuis masculos excludi,regula quando procedat.*
6 *Clausula, hæredibus & successoribus, quid importet.*

CONSILIVM LXIX.



DEI Optimi Max. nomine inuocato: Verba donationis, de qua agitur,sunt,quòd Comes Laurentius Strozza donat Tito fratri acceptanti pro se, fuisq; filijs masculis,legitimis & naturalibus,& descendentibus,ac etiam descendentibus masculis usq, in infinitum, Qui suprascriptus Titus reliquit filium Guidonẽ, qui decessit absque filijs masculis, sed reliquit nepotes masculos ex filiabus fœminis. Quæritur an tales nepotes comprehendantur in donatione, adeò ꝙ ius in eos transierit. secundũ l.Quoties. C.de donat. sub. mod. Et putauerim,ꝙ sic. moueor † quia in dubio non est recedendum à uerbis. isti enim sunt descendentes & masculi, & sic uerificantur uerba secundùm Corne.consi.246. in 2.litera G.& propter extraneas phantasias Doctorũ, non est facilè recedendum à ui uerborum. ut dicit Bal. in l.precibus.col.6.C.de impub.facit l.non aliter.ff.de leg.3.l.ille aut ille.§.cũ ĩ uerbis eo. ti.

1 (margin)

Et pro hac opinione est tex.in c.1.de eo qui sibi & suis hæred.in usib.feu. qui tex.probat à
2 fortiori. † ut in materia feudali illa uerba, descendentibus masculis,intelligantur de nepotibus ex filia,cùm tamen in feudis, non solùm fœminæ,sed omnis earum linea excludatur c. 1.§.hoc autem.qui feu. da. poss. & tamen propter uim illorum uerborum. etiam in materia feudali tales nepotes admittuntur: Suadeturq;

hoc

hoc ex ratione in textu posita ibi nō enim patet locus fœminæ, donec masculus superstet. & sic probatur ibi, ꝙ talis masculus comprehēditur in illis uerbis descendentibus masculis, & solutio Aretini & Iaf. in l. Gallus §. nunc de lege. ff. de liber. & posthu. est contra uerba ipsius tex. Confirmatur hęc opi. per Bal. in authen. cessante. C. de legit hære. ubi distinguit, an masculus uocetur ex persona matris & tūc non admittatur, an uerò ueniat ex persona propria, & tunc secus. quia tunc non consideratur persona à qua descendit allegat Iaco. de Are. & Cy. ut ibi per eum: Cum hac opi. transit Alber. de Rosa. Fulgo. & Corneus. in auth. post fratres eo. tit. licet aliqualiter dubitet refert & sequitur Soccin. in d. § nunc de lege. uersi tertio. ubi pro hoc dicto allegat Bar in l. qui superstitis, de acqui. hære. & uidetur hoc esse communiter approbatum, quicquid dixerit ibi Areti. Clarum est autem in casu nostro suprascriptis uerbi uocari masculos ex persona sua, non tanquam hæredes, nec ex persona matris.

Ad idem faciunt uerba ipsius donationis, si quis ea rectè consideret, in ea iteratione uerborum, pro se & filijs. & descendentibus, & etiam
3 descendentibus masculis, † illa enim clausula, & etiam &c. esset superflua, & nullius effectus, nisi diceremus includi istos quamuis ex fœminis natos. arg. l. si quando. ff. de legat 1. cum ibi notatis. Et quia cùm primùm stipulatus fuisset & pro descendentibus, quo casu non intelligerentur secundū istos Doctores nisi descēdentes ex masculis, subijcit ampliando, & etiam descendentibus masculis in infinitum, ut dictio etiam secundùm suā naturam stet ampliatiuè, oportet dicere, quòd hac clausula cōprehendantur descendentes masculi etiam ex fœminis, ut implicet casum magis dubitabilē, glo. cle. 2. uersi. ecclesiæ. de hæreti. Alex. consi. 23. col. 2. in 5. Doctor. l. qui se patris. ubi Deci. t. nota. C. unde lib. Pro eadem sententia
4 etiam facit talis ratio, † nam si simpliciter dictum esset pro se, & descendentibus, proculdubio comprehenderentur fœminę, & earum descendentes, cuiuscunque sexus. l. j. C. de condi. infer. ubi Castr. Bald. l. ij. col. 2. C. de iure emphyt. Cast. & Alex. in l. quia tale. ff. solu. matri. Imo. consi. 62. Soccin. 26. in 1. 51. in 4. Corne. 51. in 3. 233. in 4. sed in casu nostro dictio masculis solùm aducitatur fœminis, ergo debet stare firma dispositio, respectu nepotum masculorum, prout etiam sentit Castren. in d. l. j. C. de condi. infert. Soccin. in d. §. nunc de lege.

Non obstat, quòd in emphyteosi accepta nomine filiorum, & descēdentium masculorum, non ueniant masculi descendētes ex fœminis: ut est communis sententia, per Alex. consi. 38. in 6. uolu. & Docto. in d §. nunc de lege. Alex. Iaf. Cæteros in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius uocan. cum alijs concordantibus.

Respondeo, præfati Doctores non loquuntur in casu nostro, id est in casu donationis, quæ fauorabiliter accipitur. d l quoties. nec loquuntur in casu, in quo masculi ueniūt ex persona sua, sed in emphyteosi, quæ ex persona antecessoris per mortis causa capionem accipitur. ut declarat Bar in l si mihi & titio. in fi. de uerb. oblig. Prgterea respondeo, ꝙ dicta per supradictos Doctores innituntur uarijs rationibus, quæ ad casum nostrum non pertinent, excepta tamē ratione l. si uiua. C. de bon. mater. in fin. unde debet limitari in casu nostro per ea, quæ mox dicemus, respondendo ad dictam legem. Non obstat d. l. si uiua, ubi exclusa radice, excludantur omnes rami, unde
5 † exclusa filia, etiam eius filij quamuis masculi uidentur excludendi, ut dicit Castren. in l. maritus. C. de procurato. & tradunt omnes in d §. nunc de lege. Nam respondeo, quòd regula illa procedit, quando durat causa propter quam radix excluditur, putà in casu nostro si adessent alij masculi ex masculis descendentes, si uerò alij non adsint, propter uim uerborum etiam isti uidentur admittendi. & ita propriè loquitur tex. in d. c. 1. de eo qui sibi, & suis hæredi. & ita etiam loquitur Bal. in d. authen. cessante cum concordantibus, & puto quòd hæc solutio sit communis, & uera: quia Doctores contradicentes loquuntur, quando extant alij masculi. Præterea difficultas tollitur ex geminatione uerborum, per fundamentum, de quo supra. Nec obstat, quòd in donatione fit mentio de masculis contemplatione agnationis, ut in pacto, quòd bona transeāt in fratres donantis, & masculos ex eis descendentes, nā respondeo, quòd si ipsi extarent, posset procedere argumentum, sed cùm nō extent, nihil impedit, quin isti nepotes ex fœminis admittantur. per tex. expressum in d. c. 1. & rationes supra allegatas. Prgterea stant simul, quòd istam agnationem considerauerit donator respectu aliorum fratrum, & non respectu descendentium Titi, quem prędiligebat, ut apparet ex tenore donationis: ut in simili dicunt Docto. de qualitate masculina, quam considerat testator excludendo proprias filias. & non tamen ad exclusionem neptis ex filio, de quo per Io. de Ana. consi. 22. & per Alexan. consi. 38. in 6. 17. in fi. in 7. Iaf. 142. in 2. Curt. iuni. 163. colu. pen. cum simil. Præterea etiam si fauor iste agnationis in casu nostro fuerit consideratus, tamē cessantibus agnatis, includentur isti alij, propter generalitatem uerborum, sicut dicimus in l. h. C. de institu. & substit. ubi si mater non extet, interpretamur semper adfuisse pupillarem substitutionem, secus si extet. & sic ex

ijs,quæ ex postfacto contigerunt, declaramus ꝙ retrosenserit testator.l.pater.§ ij.ff.de cond. & demõ Bar.l.Cẽturio.col.4.uer.simile habes.

Non obstat, ꝙ Dominus Guido aliter disposuerit condito testamento, instituta in ijs bonis una duntaxat filia, quę est nupta in familia Strozzarum. quia respondeo, quòd cùm ex donatione uocentur isti nepotes masculi, ex filiabus non potest testator aliquid ordinare in præiudicium iuris acquisiti istis donatarijs, d. l.quoties.C.de donat.quæ sub modo,facit regula quæ ponit̃ in c.1.de succesio.feu.ibi nulla ordinatione &c. Et quia ius quęsitum ex donatione istis masculis non potest per testatorẽ tolli.d l.id quod nostrũ.de reg.iur.l.j.§.uideamus.C.de rei uxor.actio.Bart.l. ut iurisiurãdi. §.si liberi.ff.de oper.libert.Alex.cõsi.101.in 5. Corne.110 in 4.37.in 5.Deci 389. Et in donatione consi.607.in secundo dubio.

Præterea inuestitura emphyteoseos est facta Laurentio pro se, & suis hęredibus & successoribus, necnon illis, quibus ipse, seu successores dederint, & hęredibus, & successoribus eorum. Vnde per donationẽ factam Tito uerificata est clausula, & quib.dederint &c. de qua c.1.de feu.nõ haben.propri.natu.igitur donatio nostra fit secundùm uerba illorum uerborũ,

6 & hęredibus & successoribus &c.† per quę uerba non habent hęredes Titi facultatem liberè disponendi, unde non possunt in extraneos disponere, sed relinquere tenentur, prout ab intestato eis succedi potest. secundùm D. Deci.cõ si.171.col.2.uers.secũdò respondetur, & uers. Pręterea & secũdò, sequitur Ripa l.ex facto.§. si.col pen.ff.ad Trebellia.de quo dicendum, ut p eos.& Iasl.l.ij ad fi.C. de iure emphyte. Alex. consi.28.& 113.col.fi.in 5. & certè periculosa est ista sententia. unde prima rãtio est tutior.

Et hęc omnia, saluo semper saniore iudicio, Ego And.Aleiat⁹ I.C.subscripsi, & subsignaui.

CONSILIVM D. ANTONII de Aleutis.

ARGVMENTVM.

¶ Testes discordes à dicto p̃tis, aliquem testatum, uel intestatum decessisse, an fidem faciant, ita ꝙ idem principalis suam ualeat reuocare confessionem. præterea in fideicommisso uniuersali multiplex assignatur loquendi formula, ex qua fideicommissi dispositio, eiusque in successione ordo possit percipi.

SVMMARIVM.

1 *Testibus à dicto & confessione partis discordantibus non est standum.contra nu.2. & 3.*

4 *Confessio facta, ut reuocari possit, re per testes diuersa probata, quid requiratur.*

5 *Testibus clarè probantibus, ambiguum partis dictum declarari potest.*

6 *Sapiẽtib. occulta, Deus interdũ reuelat paruulis.*

7 *Bonus quandoque dormitat Homerus.*

8 *Iudicandum ex multitudine authorum non est, sed ex meliori sententia unius, quantumuis minoris.*

9 *Iudex considerare debet, non quis dicat, sed quid dicatur.*

10 *Testari quis non potest de fideicommisso, cuius dies sibi necdum cessit.*

11 *Testatus, & intestatus diuersa consideratione, quis dici potest.*

12 *Testatoris uerba, ne exeant bona extra familiã, important fideicommissum in agnatis.*

13 *Filiæ nuptæ, non dicuntur de familia.*

14 *Testatoris uoluntas seruanda. nu.20.& 36.*

15 *Substitutio hæredum certæ familiæ, comprehendit etiam nascituros.*

16 *Conditio, si uidua permanserit, si deficiat, intelliguntur uocati ab intestato uenientes. & n.17*

18 *Relictum ad tempus, uidetur fideicommissum restituendum hæredi legitimo post tempus.*

19 *Intestatus intelligitur quis de his tantum, de quibus potuit testari.& nu.27.*

21 *Grauari non potest, qui non est honoratus.*

22 *Grauamen post mortem, si uidua manserit, et in uita, cessante uiduitate, contingere potest.*

23 *Testator plùs filium, quàm substitutum dilexisse præsumitur.*

24 *Institutio, si uidua permanserit, perseuerante uiduitate sortitur effectum, et post mortem censetur fideicommissum.*

25 *Cautela bona, ut id, quod subintelligitur, clariùs exprimatur.*

26 *Ordo uerborum testamenti declarat, quando censeatur induci fideicommissum.*

28 *Bartoli intellectus ad l. quoties. §. si duo. ff. de hæred. instit. & num.29.*

30 *Codicillari quis etiam ab intestato potest.*

31 *Testator non põt disponere, ꝙ postq̃ quis hæres factus fuerit, ad certũ tẽpus desinat esse hæres.*

32 *Lex interpretans intelligitur in casu legis interpretatæ. & nu.33.*

34 *Codicillorum uerba ex contentis testamenti interpretationem sumunt.*

35 *Testatoris dispositio quos grauat, comprehendit.*

37 *Libertate in bonis data, intelligitur data facultas super ijs testandi. item aliter, nu.46.& 48*

38 *Substituto primo grauato decedente, secundus non admittitur, sed fideicommissum fit caducum.nu.39.& 40.*

41 *Testatoris dispositio non includit casum contingentem præter ordinationem disponentis, & si in eo fuisset maior ratio disponendi.*

42 *Testator priuationis pœnam testamento potest imponere*

imponere legitimis, si molestent legatarii, &c.
43 *Regula etiam generalis, non debet trahi ad non uerisimilia.*
44 *Testator in dubio an præsumatur à priori uolun tate recedere uelle.*
45 *Liberalis in necessitatibus nemo existit.*
46 *Responsio ad interrogata est aptanda.*

CONSILIVM LXX.

IN causa magnificorum Dñorum ..... cũ nobilibus & Magnificis de Costabilis, quia tractatur de duplici hæreditate, siue duplici specie bonorum: Primò uidelicet de hæreditate q. Alberti filij olim Magnifici Domini Pauli, & hoc iure intestati. secundò de hæreditate, siue de bonis dicti D. Pauli, uirtute fideicommissi: Ad omnia enim ipsa bona prætendunt prædicti Domini de Costabilis, præsertim uidelicet dictus Dominus Raynaldus: Prętendit igitur primo loco præfatus Magnificus Raynaldus, tanquam proximior ab intestato, debuisse & debere succedere dicto. q. Alberto, cùm asserat testamentum conditum per dictum Albertum non ualuisse ex defectu solennitatis, & ex alijs causis in specie deductis, ex parte dicti Raynaldi. de quibus apparet in processu: sed ego non intendo aliquid attingere de ueritate, & ualiditate dicti testamenti Alberti, cùm de hoc appareat publicum instrumentum: & pars aduersa ad positiones responden do, aliàs confessa fuit dictum Albertum fuisse testatum. & in capitulis per eam productis, deduxit prædictum Albertum fuisse testatum, & dixisse uelle testari, & probatum fuerit per omnes testes examinatos ad instantiam partis aduersæ indistinctè super capitulis ipsius partis, continentibus Albertum dixisse uelle testari, & testatum fuisse. Quòd prædictus fuerat testatus in antiquo iudicio, licèt in præsenti causa testes pro parte dicti Raynaldi examinati, nitantur probare, quòd dictus Albertus nõ fuerit legitimè testatus, tanquam dolosè inductus, per matrem ad testandum, & quòd testes non fuerint rogati, immo quòd nec aliquo modo responderit ad interrogationem
1 notarij. † & sic testes uidentur discordes à dicto, & confessione partis, & sic ipsis non uidetur quoquo modo standum, per id quod not. Innocen. & Docto. in capitulo cùm contingat. de offic. delega. & per Barto. & Docto. in l ij. §. creditum. ff. si cert. peta. Sed ad hoc respondebat Excellens Doctor Do. Ioannesmaria
2 Riminaldus, † quòd pars poterat dictam suã confessionem, & responsionem iam factam, ad dictas positiones reuocare: ex quo testes dicunt contrarium, tanquam factam per errorem, & ad hoc allegabat Anton. de Butri. in capitulo cum tu. de testib. ubi columna ante-
3 penultima dicit in fine formaliter. † quòd si esset confessio contra se, & testes deponerent pro se, licèt fortè testes concordarentur ad eius tandum falsum, non tamen putat, quòd fieret concordia ad decisionem causæ, uel probationem, quia uel staretur confessioni si ipsam non reuocaret, uel probationi si ipsam reuocaret, allegat notata in capitulo fi. de confessis. de hoc dicto meminerunt Modern. scilicet Bellenzin. in capitulo cùm Ioannes eremita. de fide instrumen. in 28. colum. no. 8. Item etiam allegauit idem Riminald. ad hoc in simili, quod dicit Barto. in l. si quis intentione ambi-
4 gua, ff. de iudic. † Sed ad primum posset responderi, quòd immo non sufficeret reuocare dictam confessionem, probando rem aliter se habuisse per testes, sed esset necesse probare alias circunstantias ex quibus potuerit induci uerosimiliter ad sic confitendum, uel respondendum, iuxta ea, quæ pulchrè tradit Abb. in c. fi. de confess. in ultima columna.

Ad secundùm dico, quòd Barto. in dicta l.
5 si quis intentione, bene dicit, † quòd dictum partis ambiguum bene potest declarari, per testes clarè & explicitè probantes: Non autem dicit, quòd ubi dictum partis esset clarum, possit reuocari per testes, aliter clarè deponentes, sed esset necesse recurrere ad materiam d. cap. finali. de confess. & l. non fatetur, & quod ibi per Barto. ff. de confess. de quo supra dixi: cùm igitur, prout uerificatur etiam per capitula ipsius partis in iudicio antiquo producta, & per testes tunc examinatos in casu isto confessio illa, & responsio ad positiones fuerunt clara, testes aliter deponentes nihil agunt contra supradicta, sed ut supra dixi, supra hunc articulum quia plenè per alios collegas meos, & coaduocatos discussum est, aliter progredi non intendo.

Ad secundùm igitur articulum principalem condescendo, uidelicet de uirtute fideicommissi, uigore dispositionis dicti Domini Pauli, sed ante omnia unum præmitto, quòd licèt præfatus Dom. Ioannesmaria Riminaldus uoluerit Illustrissimo Principi nostro impressionem magnam inferre, & persuasionem non mediocrem de iustitia suæ partis, asserendo, quòd uiri Excellentissimi Italiæ, & per consequens totius mundi consuluerunt in hac causa ad suum fauorem, tamen ex hoc non est nimis magnum fundamentum sumendum, cùm
6 † in Euangelio Matthæi 11. scriptum sit, quòd Deus quandoque sapientibus, & prudentibus occultat, quæ reuelauit paruulis. Et ideò dicit glos. in capitulo cum nouerca 32. quæst. 7.
7 † Bonus quandoq; dormitat Homerus. & Imperator

perator. in l.ij.§. neque. C. de nete. iur.enucle.
8 Neque † ex multitudine authorum indicabo
cùm nnius forsitan sententia multos & ma-
iores in aliqua parte superare ualeat: Facit
quod dicit Augusti. in capitulo. Ego solis.
9 undecima distinct.& ibi glo. † Non est consi-
derandum quis dicat. sed quid dicat, facit in si-
mili cap.non quales. 1. quæstio. 1. Vnde profe-
ctò si aliud in prædictis consilijs excellentissi-
morum uirorũ non reperitur, nisi qnod à præ-
fatis aduocatis partis aduersæ enunciatum est,
maxima spes uictoriæ nobis affertur.

Capiendo igitur in substantia fundamenta
adducta per eos, quæ secundùm ordinem
meum snnt quatuor, ant quinque. Videlicet,
Personæ testantis conditio, seu qualitas: Te-
stamenti nerborum plnralitas, Codicillorum
claritas, Dominæ Ludouicæ ultima uoluntas,
Fideicommissi caducitas.

Circa antem personæ testantis conditionẽ
& qnalitatẽ non insistam, cũ iam pars aduersa
talibus obiectis per eam cesserit tanq̃ frinolis.

Ad secundùm igitur accedo assumptum ex
tenore, & uerbis testamenti, quod dicitur uer-
borum pluralitas. Multifariam enim, plnri-
busq̃ne modis ponderarunt nerba testamen-
ti, quæ sunt huiusmodi, in omnibus antem a-
lijs snis bonis mobilibus, & immobilibus &c.
dictus testator, sibi uniuersalem hæredem in-
stituit, reliqnit, & etiã uolnit. &c. Ponderatur
enim secundùm eos & primò, qnòd testator
uocauerit dictum Comitem Rainaldum ad
prædicta bona, nbi dictus Albertus prædeces-
sisset ipsi Dominæ Ludouicæ intestatus, & si-
ne liberis. Vnde cùm dictus Albertus præde-
cesserit ante dictam Dominam Ludouicam si-
ne liberis, & intestatus secundùm eos, qnia in
ueritate nullum fecit testamentum, per dicta
in primo membro & articulo, & dato quòd a-
10 liqnod testamentum fecisset, † tamen non po
tuit intelligi testatus, respectu istorum bono-
rum fideicommissi, cum dies eiusdem non-
dum cessisset: ideo testatus non potest dici re-
spectu bonorum, de quibus agitur: ut sic illa
conditio intestatus decesserit, non dicatur de-
fecisse, immo uidetur purificata. Ad quod ui-
detur decisio Raphae. in dicta l.generaliter in
principio. C.de institut. & substitut. sub con-
11 ditio. fact. † Nec inconueniẽns uidetur quòd
aliqnis dicatur secnndùm quid testatus, & se-
cundùm quid intestatus. ut est casus notabilis
in l.in testamento.§. 1. ff. de legiti. tut. & pul-
chrè ponderat ad aliam quæstionem Domi.in
c.episcoporum.de priuileg.in sexto.

Secundò ponderabant illa nerba, ea tamen
conditione & lege, quòd extra domum & fa-
miliam illorum de Costabilis exire non pos-
sint, per quæ nerba clarè datur intelligi, quòd
intentio testatoris fuit ne exirẽt familiam ipso
12 rum de Costabilis, & † sic uidentur ex fideicõ-
misso uocati. ut not. in l.cùm pater. § libertus.
ff.de leg.2.& in l.filiusfamilias §. Diui. ff. de le-
gat.1.& in l.uoluntatis. C.de fideicommiss. Si
enim residerent penès ipsas filias alibi nuptas,
siue eorum filios, certè dicta bona essent extra
13 familiam de Costabilis, cum dictę † filię non
dicantur amplius de familia Costabilium, per
not.instit. de legiti.agnat.successio. & ex con-
sequenti esset contra mentem & uoluntatẽ te-
14 statoris, & uerba supradicta, † quod fieri non
debet.in § disponat in auth.de nupt.& in c.ul-
tima uoluntas.13.q.2.cum uulgaribus.

Pro quo facit, quod in simili dicit Pet. de An
char.in consi. 129. incip. Pro & contra subti-
lem &c. Vbi loquens in specie de familia Co-
15 stabilium dicit, † ꝙ si quis substituat tales hę-
redes de Costabilis, comprehendit non solùm
super existentes. Sed qni primo loco nascẽtur.
arg.l.si cognatis.ff. de rebus dubijs.

Tertio uerba apposita in clausula codicillari.
si non ualet, uel ualebit iure testamenti, ualeat
iure codicillorũ &c.coniuncta institutione fa-
16 cta ad tps, uidelicet † donec uixerit, & uitá ui-
dualem & honestam seruauerit, per q̃ uerba, &
clausulam in casu tali uidentur uocati uenien-
tes ab intestato, per id qnod in terminis uoluit
Ang.in d.l.certi iuris. C.de testa.mili. & quod
pro corroboratione addncebat. . . . . alle-
gando dictũ Bar.in l.quoties.§.si duo. ff.de hę
17 re insti.& Pau.de Cast.in cons.200. † Bar.eñ
nolnit in d.§.si duo.in fin. ꝙ ubi testator insti-
tuisset unũ in certa re, & prohibuisset eũ plus
petere non posse, ꝓuidendo ẽt de alio uniuer-
sali hęrede, quem tñ cogitauit non omni casu,
debere esse hęredem, sed certo casu uel cõditio
ne, putà quia instituit uentrem uxoris quá pu
tabat prægnantem, si ad lucẽ deuenerit, ꝙ tunc
si contigerit ad lucem non deuenire, uerba illa
uidẽtur prolata fauore uenientiũ ab intestato.
arg.d.l.peto.uers.idem dicebã.ff.de leg.2.ma-
ximę, ubi apposuit clausulam codicillarem. Vn
de cùm Albertus non esset omni casu uocatus
ad hęreditatẽ. sed sub conditione, cum instõne
de matre ad tps. arguendo de re ad tps.l.miles.
ita.§.1.ff.đ testa.mili.& fuit adiecta c. a codicil
laris, vr̃ igit̃ testantẽ adiecisse fauore uenientiũ
ab ĩtestato. & sic ad fauorẽ d. Comitis Raynal
di. ut admittatur post mortem ipsius D. Ludo
uicę institutę ad tempus: Item Pau.de Ca.in d.
cons. explicat, ponẽs de testatore, qui instituit
Dñam Sitam uxorem suam, & Do. Gaudentẽ
uniuersales hr̃des in uita sua tm̃. quo casu Dña
Gaudens, quę instituit d. Dominam Sitá, præ-
mortua est. & concludit, ꝙ hr̃des dictæ Dñæ
Sitæ teneantur restituere uenientibus ab inte-
stato, propter illam clausulam. & not. per Bar.

in dicto.§.si dno.argumen. l.si.C. de legat.& l. Titia cùm testamento.§.si.ff.de lega.2. ubi ille cui relinquitur ad certum tempus, uidetur rogatus restituere hęredi post illud tempus.

Sed pro rñsione pdictorũ,ordinatim capiẽdo singula,ante omnia præmitto, quod ex uerbis supra positis dicti testamenti clarè colligũtur tres conclusiones & sic tres dispositiones.

Prima ꝙ Domina Ludouica prædictis bonis succedit,& gaudet etiam uiuẽte filio scdm debebat, donec uiueret uidualiter & honestè.

Secunda ꝙ ubicunque dicta D. Ludouica non seruasset uitam uidualem & honestã, uel ꝙ præmoreretur dicto Alberto, præfatus Albertus ut substitutus,in dicta hęreditate,& bonis haberet succedere. Tertia ꝙ ubicunq; dictus Albertus substitutus decederet intestatus & sine liberis,quod intelligo per infra dicẽda, quando hæreditas ad ipsum in casib. supra positis, deuoluta fuisset, tunc prædicta bona, de quibus in dicto fideicommisso, deuenire deberent ad dictum Comitem Raynaldum, & cæteros. Iis igitur præmissis pro clara responsione ad primum dico, quòd illa uerba

19 † intestatus &c.de necessitate debẽt intelligi, quando de illis posset testari, sicut etjam propriè,ita sumitur l.j.ff.de suis & legi.facit etiam tex.& quod ibi Pau. de Cast.in l.pater Seuerinam.in prin.de condi.& demonst.& sic in casu quando ad ipsum Albertũ bona ipsa & hereditas ex fideicõmisso deuenisset,uidelicet,uel qñ ipsa Domina Ludouica præmortua fuisset,uel quando noluisset transire ad secunda uota. Quorum casuum neuter contigerat tempore mortis dicti Alberti, ergo nec ex morte dicti Alberti,licèt intestatus decessisset,& sine liberis, non fuit locus fideicommisso, & quòd ita debeat intelligi patet manifestissimè,q a si morte secuta dicti Alberti, dictus Comes debuisset habere dicta bona, dicta Domina Ludouica non potuisset frui dictis bonis, licèt uitam uidualem seruasset. quod de directò fuisset con

20 tra prædictam primam conclusionem, † & contra uoluntatem ipsius testatoris, quod nullo modo dicendum est, & interpretandum. l. in conditionibus primum locum. in princip. ff.de conditio. & demonstratio. & l.cum uirum.C.de fideicommis. cum similib. & ex hoc patet clara responsio ad unum quod dicebat Domi. Ioannes maria Riminaldus: dum pro corroboratione fundamenti huius,& responsionis ex parte nostra dicebatur, quòd non poterat esse locus fideicommisso per mor-

21 tem dicti Alberti, quia † cùm non esset honoratus non potuit grauari.l.ab eo. C.de fideicommis. quia dicebat, quòd ipse non erat grauatus, sed magis Domina Ludouica, cum uerba clarè contrarium hoc non exprimerent:

Nec erat inconueniens, quòd idem uerbum Domini Pauli in uita importaret grauaminis impositionem ipsi Dominæ Ludouicæ. & post eius mortem, superstite dicto Alberto, uideretur impositum grauamen ipsi Alberto, non Dominæ Ludouicæ, quæ iam prædefuncta fuisset. argumen.in simili,quod dixit glos. & Doctor. in l.precibus. C. de impuber. ubi idem uerbum substituo uno tempore &c. respectu conditionis unius personæ, potest importare directam, Videlicet infra pupillarem ætatem, & post illam ætatem importat fideicommissariam: quia ad hoc faciliter respondetur, quòd illud toleratur seruando uoluntatem testatoris in utroque casu, non deueniendo contra dispositionem iuris. Quod hic, ut supra dixi non contingeret, nec seruaretur. nam si uidetur impositum grauamen dictæ Dominæ Ludouicæ, ubi filius præmoreretur intestatus, & sine liberis, non seruaretur uoluntas defuncti. quæ fuit, ut donec uitam uidualem & honestam seruare, debet uti,& frui dictis bonis.

Et ex ijs etiam patere potest responsio ad aliud fundamentum partis aduersæ, quod coloratum uidebatur, uidelicet, quòd ista uerba, etsi prædictus Albertus prędecederet ipsi Dominæ intestatus, & sine liberis, non debẽt intelligi solùm, quando non seruasset uitam uidualem. Sed indistinctè etiam, ubi seruasset, quia supra clarè dixerat, quando in uita seruasset ipsam uitam uidualem.

22 † Preterea grauamen impositum post mortem uxoris institutæ, uel relictæ usufructuariæ, donec uitam &c. uendicat sibi locum etiam in uita, ubi seruasset dictam uitam uidualem. ut est decisio Ioan. Andr. in additio. Specul.in rubric. de secun. nupti. & not. Paul. de Moder.in l.si mater.C.de institutio.& substitutio.sub condit. cum simili. concordanti. Ergo secundùm eos,ista uerba debent aliquid operari, nec esse superfluò posita. & sic uidentur ponere tertium casum, uidelicet, ubi prædecessisset Albertus ante matrem, seruantem etiam uitam uidualem, & honestam. &c. quia ut dixi, capiendo istum intellectum, & interpretationem esset contra primam conclusionem, & uerba & mentem testatoris, qui uoluit ipsam seruantem uitam uidualem, nõ posse in uita molestari, etiam uiuente filio, multò ergo magis, & uiuente substituto filij, cum

23 plùs dilexerit † testator filium quàm substitutum. argumen.l Publius.§.primo.ff.de conditioni. & demonstrationib. quæ lex etiam ad hoc fuit allegata per unum ex collegis nostris coniuncto dicto Bartio.in l.finali.ff. ad trebellianum. Pro quo etiam est addendum, quod dicit Alexan.consi.130.in 2.uol.

Et

Et quod iste intellectus sit uerus, scilicet quod morte dicti Alberti uiuente matre honestè, nõ esset locus fideicommisso, etiã pars aduersa ne gare nõ potest, cùm morte secuta dicti Alberti mouisset litem contra dictam Ludouicã, dicta meliori cõsilio destitit. Videns dictam D. Ludouicam, donec uiueret seruando uitam uidualem, nõ posse molestari in prædictis bonis iuxta uoluntatem defuncti. & sic infertur corollarium, quod de hoc nõ debuit dicta D. Ludouica habere conscientiam grauatam in uita. Nec dicatur prout pars aduersa asserebat, quod dicta D. Ludouica uideatur saltem rogata post mortem suam restituere dicto Comiti Raynaldo, eõ casu quo dictus Albertus decessisset intestatus, & sine liberis sicut euenit in casu præsenti. licèt uerba uideantur inferre, quod statim moriente dicto Alberto intestato, & sine liberis locus esset fideicõmisso in personam dicti Comitis Raynaldi, quia ne deueniat cõtra uoluntatem defuncti, qui uoluit præferre dictam D. Ludouicam etiã proprio filio, & ipsi

24 Alberto † ipsa seruãte uitam uidualem, debet huiusmodi fieri interpretatio, ut non in uita, sed post mortẽ ipsius D. Ludouicę censeat im positum fideicõmissum. arg. d. l. Publius. §. 1. ff. de cõdi. & demõ. quem ẽt ad hoc plurimũ pars aduersa ponderabat. Sed ad hoc potest clarissimè responderi: Primò, quia in casu isto uerba ipsa non patiuntur, quod ipsa Dña uideatẽ esse grauata. Sed Albertus, quia licèt sint ipsa uerba impersonaliter prolata, magis denotatur imposi tũ esse grauamẽ ipsi Alberto post eius mortẽ, & ita fieri debet interptatio p ea quæ tradita sunt supra, & p alios Dños collegas, & uerba Dñi Pauli in codicillis hoc expressè inferre uidenẽ de quibus per testes. s. Alberto, noglio &c. benche nel testã ti habbia lassato libero, Sed in casu dictæ l. Publius. §. 1. clarè impositũ erat grauamen illi Septitiæ. Secundò tps appositũ 16. annorũ, de quo in d. l. Publius. §. 1. fuit appositum gratia, & fauore dictę Septitię grauatę ut ibi clarè asserit iurisconsultus, sed in casu nro illa uerba & cõditio si intestatus, & sine liberis decesserit, fuerunt prolata nõ fauore dictæ D. Ludouicę. Et ad superiùs adducta est facilis rñsio, quia ista uerba, & si d. Albertus, nõ sunt superflua, quia sicut uerba dum dixit, si uitam uidualem & honestam non seruauerit, fuerunt prolata ad effectum uocandi d. Albertum, ad fideicõmissum: hęc uerò uerba, & si dictus Albertus &c. fuerunt prolata ad effectum & finẽ uocãdi d. Comitem Raynaldum exinde ad fideicõmisũ. Et sic ẽt nõ obst. decisio Io. And. in rub. de sec. nup. cũ dicaẽ nõ tractari de indu cẽdo fideicõmisso in psona uxoris istatutę, sed in persona Alberti. Preterea non est incõue-

25 niens, immo cautela est, ut id quod subintelligitur clariùs exprimatur, iuxta l. qui mutuam in prin. ff manda. & l. nõ rectè. C. de fideicõm.

Ex quibus omnibus infertur, & hic est unus tertius casus omissus uidelicet, quando dictus Albertus prædecessisset intestatus, & sine liberis ipsa, matre uitam honestã & uidualem seruante. & sic non suppositus fideicommisso. Ex quo etiam infertur, quòd licet dicta Domina Ludouica, fuerit instituta solùm in uita, tamen perpetuò debet esse hæres. & de illa potest disponere sicut fecit. ut not. per Docto. in d. l. hæreditas ex die. ff. de hæredi. instituen. & in l. extraneum. C. de heredi. instituen.

Ex ijs ergo sequitur contra partem aduersam, quòd hic testator uoluit apponere grauamen dicto Alberto, non autem Dominę Ludouicæ. Quod etiam ostenditur ex ordine utrorum ipsius testamenti, ubi primò testator instituit uxorem, demum substituit filium, tertiò uocauit dictum Comitem Raynaldũ. &c.

26 ut supra dixi: Ordo † uerò uerborum in testamento per testatorem appositorum, declarat & dat intelligi, quando inducatur fideicommissum. Facit quod dixit in simili glo. & Docto in l. recusasse. §. si Titius. ad Trebellian & in l. cùm uirum. C. de fideicommiss. & sic cùm fuerit ei impositum onus intelligitur in casu quo & ipse fuisset honoratus. arg. d. l. ab eo. C. de fideicom. & sic ubi mater transiuisset ad secunda uota, quod hic non ambigitur. igiẽ. &c.

Item & tertiò, uerbum si intestatus hoc si-

27 gnificat ut eius natura † propriè adaptetur, ad eum qui potest testari, & non testari. l. j. ff. de suis & legiti. sed de talibus bonis effectualiter testari non poterat dictus Albertus, antequam ad ipsum peruenissent, uidelicet in casu, quo mater transiuisset ad secunda uota. uel decessisset &c. per uerba testamẽti, de quibus supra, ergo illa uerba si intestatus prędecessisset, de necessitate debent intelligi, ubi scilicet mater non duxisset uitam honestam uel ad secunda uota transijsset. &c.

Ad secundùm quod ponderabant ea tamen conditione &c. quòd extra familiam &c. facilis est responsio, quia istud exprimiẽ solùm quando ad dictum Comitẽ Raynaldum bona prædicta peruenissent ex fideicommisso per mortem dicti Alberti, decedẽtis sine liberis, & intestati in casu uidelicet, ubi dicta mulier non seruasset uitã uidualem &c. ut supra declaraui. ad quod cons. Alex. 59. in 3. uolu. Pręterea etiã pars aduersa huic cesit. Et quod hoc sit uerum euidentissimè ostenditur per uerba superiùs dicta ex quibus colligitur, quod d. Albertus, ubi dicta bona peruenissent ad ipsum, potuisset de illis testari, uirtute ipsius testamẽti. & sic extraneis relinquere, ergo nõ fuit indistinctè & totaliter intentionis d. testãris, quod bona pdicta

remanerent in familia ipsorum de Costabilis: Ad tertium, dum dicebatur de clausula codicillari, per dictum Ang. in d. l. certi iuris. C. de testa. mili. aliter non respondeo, nisi quod dictum illud secus habetur, alias falsum esset per duo fundamenta, quę ponit Alex. in l. certi iuris. Videlicet quia immo per clausulam codicillarē uidentur rogati reddere scripto hæredi instituti: ut not. in l. ex ea. ff. de testā. item quia clausula operatur ubi testamentum non ualeret.

Secundò respōdeo, quòd illud procedere potest, ubi testator nullam fecisset prouisionē de alio hęrede, & substituto post illud tēpus, quod
28 non cōtingit in casu isto, facit notatorum per Bar. in l. quoties. §. si domino. ff. de here. instit. & licèt dicta prouisio non sortita fuerit effectum, quia dictus Albertus predecessit. tamen ex prędictis uerbis constat, quòd testator non habuit mentem ad uenientes ab intestato.

Ad dictum Bar. in l. quoties. § si duo, respon-
29 detur breuiter † quòd Bart. loquitur, ubi quia per dictionem taxatiuam tantùm instituit aliquē in re certa, puta fundo, prohibens ne plus petere posit, uel iubens quod ea sit contenta, quia tunc non dato alio hęrede uniuersali, uidet illa uerba apposuisse ad fauorem uenientiū ab intestato, arg. l. peto. in princ in §. idem dicebam. ff. de legat. 2. & maximè ubi testator dixisset: dictam suā dispositionem uelle ualere, ēt in nim codicillorum, non aūt dixit cōditionaliter, ut in casu nro, si non ualet iure testamēti &c. quo casu uoluntas defuncti cum causa, siue cum dictione taxatiua. operatur prohibitionem iuris accrescendi. ubi alias dubitabatur, per ibi notata per Barto. Sed in casu nostro non erat dictio aliqua taxatiua, in uita tm̄, uel similes. Item ibi non resultabat aliquid, quod esset cō-
30 tra dispositionem iuris. quia ēt † ab intestato quis potest codicillari. l. si quis cùm nullum. in prin. ff. de iure cod. unde licet instituat in fundo. patet quod uoluit testari, per uerba subsequētia, uidelicet quod plus petere non posit, & quòd ualeat in uim codicillorum. sed in casu nro fecit testm̄ ualidum, & instituit uxorem in uita,
31 sine dictione taxatiua, † Item etiam non potuisset expressè disponere, quod postquā fuisset hęres, ad certum tēpus diffiniisset esse hęredē. l. ei qui soluendo. ff. de hęre. insti. immo tempus de medio aufertur. d. l. hęreditas ex die. & inter utrumque casum est longa differentia. & non procedit argm̄, de re ad tempus. iuxta l. miles. ita. §. 1. ff. de testa mili. pp rationem diuersitatis de qua supra. & pulchrè declarat etiā Paul. de Cast. in d consi. 200. in 3. colu. licèt in fi. uideatur aliud concludere in casu illo titubādo, dicens ita sibi uideri, salua correctione meliùs sentientis. & nō reperit tactū ab aliquo, & ,pfectò sua decisio nō vr̄ uera, ut sapiēti patere pt.

Venio modò ad tertium fundamētum partis aduersę, cùm dicitur codicillorū claritas; Dicebat enim pars aduersa, quod dato per uerba dicti testamenti, quòd dictus Comes Raynaldus non esset ex fideicommisso uocatus in casu isto, per mortem dicti Alberti: tamen clarè hoc infert per codicillos ex post emanatos per dictum D. Paulum, dum dixit Alberto, quod licèt in suo testamento reliquisset ipsum liberum, & in facultate testandi, & disponendi de prædictis bonis, tamen nunc hortabatur eum si decederet sine liberis, quòd prædicta bona relinqueret dicto Comiti &c. per quæ uerba expressè colligitur fideicommissum. l. & eo
32 modo. ff. de legatis primò † & l. unum ex familia in princip. cum simili. ff. de legat. secūdò. & sic cum dictus Albertus decesserit sine liberis, dato, quòd testatus fuisset de prædictis bonis. tanquam subiectis fideicommisso, non potuit testari &c. Quia ad hoc etiam clara responsio datur, quia illud intelligitur in casu, ubi priùs uigore dicti testamenti poterat liberè testari de ipsis bonis, ubi dicta bona peruenissent ad dictum Albertum, per mortem matris, uel per transitum ad secunda uota: & nunc per dictos codicillos ademit illam facultatem: &
33 ita clarè uerba illa indicant: † Ad quod facit quod habetur in authent. de fili. ante instrumenta dota. nat. ubi lex interpretans, intelligitur in casu legis interpretatæ. Secundò hoc ostenditur per rationem, de qua supra dixi. uidelicet quia cùm testator prędilexisset ip-
34 sam † uxorem in dictis bonis magis, quàm filium. & uolebat ipsam non posse in uita molestari, donec uitam honestam, & uidualem seruauerit, non est credendum per ista uerba, aliter non concludentia, uoluisse se corrigere, & suam uoluntatem mutare. l. sancimus. C. de testa. facit l. ei qui dicit. ff. de probat. & quod habetur in l. non ad ea. ff. de cond. & demon.

Et perche respondeatur ad fundamenta Riminaldi, quibus, dicebatur, non dum fuisse datum responsum allegando distinctionē Bart. in l. Centurio. ff. de uulga. & pupilla. substitut.
35 & consilia sua & aliorum, † quòd liberi uidentur tunc in dispositione, quando grauātur per limitat. glo. in l. Lucius. ff. de uulga. & pupilla. Item per doctrinam Barto. in l. cum tale. §. fin. ff. de conditionib. & demonstrationib. quòd p uerba enunciatiua, ubi quia dixit se legasse, uel testatum fuisse, cum careat subiecto inducitur dispositio: & sic per illa uerba Domini Pauli posita in codicillis, lo ti haueua lassato uoglio. &c. Quia respondetur, quòd aut Domin. Ioan. maria de Riminaldis intellexit, quòd per dicta uerba declaratoria inducatur dispositio, quòd per uerba prędicti testamenti uideatur uoluisse onerare, & grauare filium,

aut

aut per uerba codicillorum hęc indicantur.& utroq; casu impossibile foret intelligi, grauamen impositũ fuisse dicto Alberto per supradicta uerba,q̃a si uideretur grauasse,fieret prę iudicium primæ disp. quia priuaretur mater, siue uxor testatoris in uita, seruando uidualem,ergo intelligantur illa uerba cùm posset testari: Et notandum est ex istis uerbis codicillorum, ut supra dixi, quod ad boc non est ponderatum contra aduocatos partis aduersæ, qui uolebant quòd per ista uerba testatoris, si intestatus decesserit &c. posset uerificari, etiam ubi non potuisset de illis bonis testari, sicut contigit in casu isto. Videlicet quòd tali casu uideatur grauata,non in uita sua, sed post mortem, ne priuetur in uita dictis bonis,
36 contra uoluntatem defuncti.† argumen. d.l. Publius.§.1.ff.de conditioni. & demonstratio. quia per supradicta uerba prolata per D.Paulum in dictis codicillis patet, quòd intellexit illud uerbum intestatus, quando de illis bonis posset testari, & non testaretur: Dum testes deponũt, quòd dictus D.Paulus dixerit,auenga ebe nel testamento ti habbia lassato libe-
37 ro. † Sed uerbum liberè importat facultatem testandi. l. j. C.de sacrosanct. eccles. ergo non debent intelligi prædicta uerba in casu,in quo non potuisset testari, quia non fuisset liber. & sic in casu isto, ubi prædecessit ante matrem seruantem uitam uidualem, quæ prędictis bonis priuari non poterat: Intelligi ergo debẽt de necessitate illa uerba, si intestatus decesserit &c. ubi prædicta bona ad ipsum Albertum peruenissent. uidelicet quando mater prædecessisset, uel quando non seruasset uitam bonestam, & uidualem &c.

38 Et ex ijs clarè, † & de facili infertur ad decisionem, & responsionem ultimi fundamenti adducti per partem aduersam,quæ appellat fideicommissi caducitatẽ,hoc est quia ex quo dictus Albertus prædecessit, & sic eius substitutio euanuit per uiam quasi caducam, debeat remansisse dicta substitutio penès dictam Dominam Ludouicam, ut hæredem uniuersalem, cum onere dicti legati & fideicommissi, scilicet de præsentando dictum legatum, uel fidei commissum dictæ domus magnæ. argumen.l. j.§.sin autem sub conditione.C. de caduc. tollen.& per id quod dicit Barto. in l.quamdiu la secunda in fin. ff. de acquiren. hæredita. dum dixit. per illum text. quòd ubi primus substitutus hæredi moritur in uita ipsius hæredis,admitti debet secundus substitutus &c. nam il-
39 lud non habet † locum, ubi primus substitutus est grauatus sub conditione dare. Secundò quia si non purificaretur talis conditio, remaneret penès hæredem sine onere. ut in indiuiduo, limitando Barto. in d.l. quamdiu tenuit Paul. de Castro consil. 200. dum concludit, quòd si primus substitutus post mortem hæredis fuisset grauatus sub conditione. si decesserit siue liberis dare secundo, quòd si contingat ipsum primùm decedere in uita hęredis cum liberis, non tenebitur hæres dare secundo substituto. & in hoc tenet contra Rapha.Cuma.in dicto consi.121.incip.Gerardus de Mascharellis. Pro quo etiam dictus Paul. de Cast.allegat in simili quod habetur per Bartol.in l.peculium §.final.ff.de legatis secundo. & Bald. in l.multùm. in 4. colum. C. si quis al-
40 teri, uel sibi. † Et tu potes addere, quod dicit Bartol.in l. Caio.in princip. ff.de alimen.& cibar.legat. in quibus probatur. quòd ubi legatum, uel dispositio fit cum aliqua conditione respiciente personam ipsius legatarij, uel hæredis,si contingat tale legatum, uel hæreditatem ex uolũtate testatoris, seu substituti transferri in alterum, intelligitur translatum, sub illa conditione, & illa conditio considerabitur, & uerificari debebit in persona ipsius grauati, exemplum ponit ibi. & quod ponit Alexand in authen.ex causa.in sexta colum. de liber. præteritis. Sed ita est in casu nostro: Quia Albertus per supradicta fuit grauatus sub conditione si decesserit sine liberis, supple eo casu, quo peruenissent bona ad ipsum, quia ut probatum est uerba testamenti hoc indicant per illa uerba, si decesserit intestatus, ponderãdo. prout supra dictum est, uerba etiam codicillorum Domini Pauli: ubi essent probata per partem aduersam, cùm in hoc testes uarij reperiantur hincinde, per quæ uidetur ademta illa conditio intestatus, reseruando solùm illam si decesserit sine liberis, aliter non important, cum postea fuerint ad interpretationem, seu magis in hoc: not. per Barto. post glo. in authen. offeratur. de lit. contesta. & in l.sciendum ff. qui satisda.cog. per l.nam & posteriores.ff. de leg. & sic debet intelligi in casu, in quo loquebatur testamentum. Videlicet ubi bona peruenissent ad ipsum Albertum,pro ut supra induxi.unde cum ipsa bona nunquam stantibus prædictis potuerunt peruenire ad dictum Albertum, quia prędecessit ante matrem uitam uidualem, & honestam seruantem, igitur &c.

Non obst.quod allegabatur per gloss in l. tale pactum.§. finali.ff.de pact. quòd si testator fuisset interrogatus de isto casu, idem respondisset, quia negatur, quia resultat longa ratio diuersitatis, ubi enim potuisset ipse Albertus testari, uoluit sibi refrenare potestatem disponendi in extraneos, sed ubi non potuisset testari, Videlicet quia bona remansissent penès Dominam Ludouicam, uoluit aliter disponere: quia cogitare poterat, uerosi

militer in extraneos de sanguine prædicta bona non debere deuenire, sed ad filias proprias, & nepies ex eis, mediante persona ipsius Do. Ludouicæ, sicut factũ est, & cõtigit in casu isto.

Præterea ut pulchrè dicit, & probat in casu simili in materia testamentaria Pet. de Archa.
41 consi.257. † casus contingens præter ordinationem disponentis, etiam si in eo fuisset maior ratio disponendi, non includitur sub dispositione. allegat nota per Cyn. in l. quod fauore C. de legi. & l commodissimè. ff. de liber. & posthu. cum alijs adductis per eum facit quod habetur in l. quidam cum filiũ ff de hęr. instit.

Ad aliud, de ultima uoluntate Dominæ Ludouicæ, per illa uerba liberamente, aliter non respondeo, quia per alios coaduocatos rectissimè uidei responsum, & quia ẽt alias prima uice dixi, non debet cadere in mentẽ alicuius rectè sentientis ꝙ illa uerba dictę D. Ludouicæ uideantur remisisse onera & conditiones, quæ priùs in suo testõ apposuerat, & priuatiuè si cõtingat per dictum Comitem Raynaldum, siue per eius filios quoquo modo molestari dictas
42 suas filias hæredes, † quę pœna potuit in dicto testamento apponi. per uulgaria. & per id quod Alex. consi.52. & 57. in 2. uol. tum arg. l. quero. §. inter locatorem. ff loca. tum arg. gl. in l. fideicommissa. C. de fideicom. & in l. sororẽ. C. de ijs quib. ut in dig. Item per regulam generalem l. iij. in fi. ff. de adimen. legat. & quod per gl. & Bar. in l. ex parte. ff. de adim. legat. & facit etiam in simili, quia generalis liberatio nõ extenditur ad ea, in quibus captio esse posset. l.
43 cum Aquiliana. ff. de transac. & † ubi non est uerosimile, trahi non debet regula in generali. Facit quod dicit Alex. consi.46. in 1. uol. & tãtò magis, cum talia uerba sint prolata ab infirma fœmina, in ultimis cõstituta, quę significatum ipsius uerbi ignorat. Item uulgariter facit; qđ dicit Bar. in l. quòd si nepotes. ff. de testa. tutela.
44 † Item quia in dubio non pſumit̃ uelle se corrigere, & à primo testamento discedere. l. sancimus. C. de testa importabunt ergo uerba illa liberamente. hoc est non quòd quis me ad
45 hoc arctet & cogat. sed liberaliter, † quia in necessitatibus liberalis existit. l. rem legatam. ff.
46 de adim. lega. † Vel poterunt importare libere, idest quòd propria authoritate, possint dicta legata capere, iuxta testamentum Bart. in l. precib. C. de impube. & in l. Centurio. circa fi. ff. de uulg. & pupil. cum simi. Et hæc tantò magis procedunt, & uerificantur. quia cũ præfatus Comes Antonius dixerit illa uerba, uidelicet. Madõna Ludouiga, uoi sapete, che ui hauemo fatto coscientia de quelli beni &c. uoi ne hauete risposto, mò de si, mò de nò, lassateni mò liberamente. &c. & ipsa Dña ad hæc uerba respondit, ꝙ sic, uidelicet ꝙ liberamen-
47 te &c. ad hoc ut † responsio adaptetur ad interrogata l. si defensor. §. 1. ff. de interrogat. actio. & § præterea. insti. de actio. cum simil. habemus concludere, ꝙ ad alia nõ posit adapta-
48 ri: † & sic ꝙ uideatur facta remissio onerum appositorũ in dicto testamento. Ad hoc quod pulchrè dixit Alex. in simili consi. 8. col. antepen. in 1. parte. Cętera supplebit summa sapiẽtia & integritas Domini Consultoris.

Antonius de Aleutis I. V. D.

D. IOANNIS BONASONI. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶ Exceptio, seu ius prælationis dotis confessatę, in testamento, & inibi relictæ, licèt non appareat de numeratione, an ualidè possit opponi per hæredes contra tertios creditores.

SVMMARIVM.

1 *Leges de indubitabilibus non loquuntur.*
2 *Contractus ultima uoluntate roborati, uim habent fideicommissi.*
3 *Maritus confitens constante matrimonio, se dotem accepisse, quam non habuit, non præsumitur confiteri animo donandi, sed spe futuræ numerationis. contra nu.4. & 5.*
6 *Dotis numeratæ confessio, cõstante matrimonio, spe futuræ numerationis facta, non confirmatur morte mariti, sed potest opponi exceptio non numeratæ dotis. & nu.10.*
7 *Dotem datam infra decennium à confessione facta, incumbit onus probandi uxori, si opponatur exceptio.*
8 *Dotis confessio, ubi præsumitur donatio, morte cõfirmatur.*
9 *Dotis confessio, existentibus creditoribus, præsumitur fraudulenta.*
11 *Dotis numeratæ hæredibus incumbit probatio, ubi creditores opponunt se.*
12 *Donatio in fraudẽ facta, nec morte confirmatur.*
13 *Ex non ente, non resultat aliquid.*
14 *Donatio à marito uxori, ea præmoriente, non confirmatur.*
15 *Dotis numeratio satis ultra confessionem facta apparet, ex eo quòd uir alimenta exhibuit uxori, & alijs coniecturis. nu.16.*
17 *Pro dote in ambiguis est respondendum.*
18 *Probatio legitima etiam coniecturis inducitur. & num. 20.*
19 *Probatio difficilia legitimè, & plenè coniecturis etiam in criminalibus probantur.*
21 *Probatio inducitur ex eo, quod communiter, aut frequenter fieri solet.*

22 *Leges ad ea, quæ raro accidunt, non adaptantur.*
23 *Consuetudo attendenda est in his, quæ rarò accidunt.*
24 *L. assiduis. C. qui pot. in pign. priuilegia habent locum tam in confessata, quàm in numerata dote.*
25 *Præsumptio uaria circa dotis numeratæ confessionem.*
26 *Coniectura una aliam tollere potest, si sit uiolentior. nume. 27.*
28 *Dotes promissas habere debent mariti, alioqui repellere possunt uxores.*
29 *Statuta secundùm uarietatem temporum, & consuetudinum uariantur.*
30 *Morbis nouis noua debentur antidota.*
31 *Creditoribus concurrentibus cum muliere dotem confessatam repetente, qui præferantur, distinguetur nu. 32. 33. & 34.*
35 *Exceptio non numeratæ dotis intra decennium opponenda.*
36 *Præsumptioni iuris & de iure nulla probatio officit, nisi partis confessio.*
37 *Fraus quibus indicijs probari potest.*
38 *Fraudis præsumptionem allegans probet.*
39 *Creditores an possint quandocunque opponere, etiam post decennium, exceptionem non numeratæ dotis.*
40 *Dotis confessio cum renunciatione except. non numeratæ facit præsumi donationem.*
41 *Donationis, uel fraudis coniectura non præsumitur, ubi alia potest admitti.*
42 *Bonam fidem tenetur maritus in dote recepta agnoscere, & etiam quilibet alius. numero 43.*

CONSILIVM LXXI.



ITVLVS præsentis dubitationis sic se habet. Vincentius maritus confessus est, se & magistrum Sanctum eius patrem habuisse, & recepisse à ser Delphino lib. sexcentas. tempore contracti matrimonij inter ipsum Vincentium, & D. Panthasileã filiam dictę ser Delphini, in his computatis libris quadringentis per ipsum Sanctum patrem aliàs habitis, & relictis, ac in eius testamento confessatis, & his in dotem, & nomine dotis d. Pãtasileę in matrimonio ipsi Vincentio prædefunctæ. Laura eius filia adulta relicta hærede. Contra quam nunc agitur p quendam Albertum quondam præfacti Vincentij creditorẽ nitentem sibi adiudicari facere quandam domum dicti Vincentij hæreditatis, & negantem tale instrumentũ posse quoquo modo opitulari Lauræ, dicti Vincentij filiæ pro dote materna se opponenti, cum dos ipsa licèt apparéat confessata, tamen nullibi constat de uera numeratione, & consequenter tanquam inefficax non probat, nec ullum hypothecæ & prælationis priuilegium mereatur, quæsitum fuit quid iuris.

Primò quãtùm attinet ad dictas libras 400. per Sãctum dicti Vincentij patrem, Pantasileę eius nurui in testamento eo modo relictas, & confessatas, rem paucis cõferam, cùm casus nõ
1 sit dubitabilis, † & de indubitabili leges nõ loquuntur. l. quod labeo, ad carbonia ff Cõstat. n. satis apertè, & probabiliter de ea quantitate ex actu dicti Sãcti Soceri cõfessata tã inter uiuos, quàm in ultima uoluntate solenniter, & ualidè
2 celebrata & sic † tam ex cõtractu, quàm ex ipso testamento. uel ultima uolũtate, quę uim obtinet fideicommissi, & legati ut per glo Barto. & alios in l. hæredes palam. §. fin. de testa. in l. eũm antiquitas. C. eod. tit. plenè. Paul. de Cast. in consil. 127. in prima. colum. Ias. in l. quæstionem. C de fideicommiss. & in l. quoties in 4. colum. ante fin. C. de rei uend. Alex. in consi. 45. secunda colum. 1. uol. & consilio 153. in 1. col. 2. uol. Me igitur ad casum dubitabilem conuertens, uidelicet ad lib. 200. per ipsum Vincentiũ maritum cõfessas unà etiam cum dictis libris quadringentis, ut apparet ex publico instrumento dotali, pro faciliori intelligentia præmittam duas conclusiones inter se diuersas, cùm materia ista sit omnino in iure profunda, & scribentes uariè in hoc scripserint, de quibus in c. si cautio. ibi per Felyn. in 19. & 20. col. de fi. instru. & per Alexan. in l. si diuortio. in uersi. & iuxta. de uerb. obligat. & Soccin. latè in l. prima, sol. mat.
3 Et prima conclusio est, † quòd si maritus constante matrimonio confitetur se dotem accepisse, quàm non habuit, non præsumitur confiteri animo donãdi, sed spe futuræ numerationis, secundùm Dyn. in consi. incip. instrumentum dotis, Bald. in consi. incip. constante matrimonio &c. Ang. in cõsi. 5. incip. Andreas, &c. Pet. de Anch. in consi. 302. incip. nulli dubium &c. Roma. latè in consi. 445. incip. consultatio præsens &c. sentit Barto. in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habeantur.
4 Alij autem dicunt, & hæc est † secunda conclusio, quòd talis confessio præsumitur facta animo donandi, & in fraudem donationis pro habitæ inter uirum, & uxorem, & ita tenuit Io. And. in Spec. super rub. de donatio. inter uir & uxor. Bal. in l. j. C. de donatio. ante nupti. Ang. in l si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. de uerbo. obliga. Pau. de Cast. consilio 120. incip. uisis, & consideratis. Maria. consilio, 135. incip. circa primam, Barto. in l. cùm quis decedens. §. Titia de legat. 3. Bald. in l. 1. §. creditum. si cert. pet. not. Bart. in l. si fortè. de Castren. pecu. Bar. & Bal. in auth. si qua mulier, ad uelleia. & in l. si quis pro co. ff. de fideiussori. Bar. in l. Papin. de donatio.

donatio. inter uir.& uxor.Imo.in l.si constante.solu.matrimo.Io And.in rub.de donat.inter uir.& uxor.in addi.ad Spe.Abb.in c.si necesse, 5 de dona.inter uir.& uxor.† Et hæc opinio, uidelicet quòd confessio dotis receptæ facta con stante matrimonio psumatur facta animo donandi,uidetur probari per tex in d.l. cùm quis decedens.§ Titia.de leg.3. & in l.qui testamentum. de probationib. ubi inter personas,inter quas est prohibita donatio,confessio debiti cēsetur facta in fraudem donationis. Et utraque 6 opinio est diuersi, & magni effectus. Si † enim præsumitur facta confessio spe futuræ numerationis non confirmatur morte mariti, sed potest opponi exceptio non numeratæ dotis usq; ad tempora præfixa in l. fina.& in auth.ibi posita. C. de dote cau. non numera. quæ sunt decennium. à die dotis constitutæ, quo clapso confitenti querela denegatur,siue cōstante matrimonio,siue soluto,id tempus effluxerit. secū 7 dùm glo.ibi in d.auth.† Sed infra id tempus do tem datam fuisse,incumbit onus probandi uxori,si opponatur.l.j.C.de do.cau nō nume.post uerò illa tempora cessat exceptio dotis non datæ,& necessaria est restitutio in casu dotis resti 8 tuēdæ,ea exceptione reiecta. †Si autem præsumatur donatio,ut supra in secūda opinione potest maritus etiam quandocunque reuocare eo uiuente, sed post mortem confirmatur, si non fuit per eum reuocata, hoc probat text. in l.qd de suo.C.de do.cau. non numera. & in l. Papinianus,& omnes tit.de do.inter.uir. & uxo.

Tertia potest addi conclusio,videlicet ꝙ existentibus creditoribus Mariti prout est in casu nostro,talis cōfessio præsumitur facta in eorum fraudem & præiudicium, & tam priorum 9 & præsentiū † quàm futurorum,& sequētium. Et hoc secundo casu quando subesset aliqua fraudis suspicio.tex.est in auth. sed iam necesse & ibi gloss.& Barto. C. de dona. ante nup.& in corpore vnde sumitur.in auth. de ęqualita.dot. §.illud,Bar & alij in l.si constante.in prin.uersi. quartò quæro & e.solu.matrimo.

Modò his sic necessariò præmissis, insurgit dubietas casus propositi, uidelicet secundùm quam ex istis conclusionibus præsumatur iste maritus confessus fuisse, habuisse, & recepisse huiusmodi dotem respectu ducentarum librarum prædictarum,& si uolumus dicere, ꝙ præsumatur confessus spe futuræ numerationis & dotis soluendæ, & sic secundùm primam conclusionem, & consequenter quòd ipse Vincentius, seu eius hæredes efficaciter teneantur ipsi D.Pāthasileę seu Laurę eius filię,& hæredibus ad restitutionem dotis prædictæ, uigore illius instrumenti confessati:cùm non sit amplius locus opponendi talem exceptionem non numeratæ dotis, & tempora sint lapsa, respectu dicti mariti & eius hæredū,& nedū decē anni sed decē & octo,ut constat ex instrō dotis prædictæ.

10 Ad hoc † responderi potest,esse uerum ipsū maritum lapsu decēnij, & dicti temporis, otio excludi ab oppositione exceptionis prædictæ, & consequenter ut supra remanere efficaciter obligatum ipsum, & eius hæredem hæredibus præfatæ D.Panthasileæ,ita pbat tex in d.auth. 11 & clariùs in corpore unde sumitur. Sed † quòd creditores ipsius Vincentij,ad eius bona anhelantes, tanquam sibi hypothecata, & de damno euitando tractantes, excludi debeāt,quominus opponere possint huiusmodi exceptionē,hoc negari potest quia secundùm nonnullorū opinionem, non obstante quocunque lapsu temporis, possunt creditores quandocunque exceptionem prædictam opponere, unde succedit quòd isto casu incumberet hæredibus D.Panthasileæ onus pbandi de uera numeratione dotis,quod si non probarent,succūbetent ipsi heredes scilicet Laura,secūdū Aretin. in §.fuerat. instit.de actioni.in 2.col.in prin.& Fely.in d.c. si cautio.col.23 de fide instru. Roma.in consi. 453.licèt Bal.contrarium tenuerit in l.j.in uer. uel pone quòd aliqua indicia.C.de priuile.dotium,& Alex in l. 1.in 17.col. solut. matri.unde uidetur quòd ex isto primo capite Laura habet succumbere, si iste Albertus opposuerit prædictam exceptionem, nisi ipsa de uera numeratione dotis probauerit.

Idem etiam uidetur ex capite secundæ con 12 clusionis,† hoc est,si præsumatur iste Vincentius confessus fuisse animo donandi, & in fraudem donationis prohibitæ, quo casu clarū est in iure, quòd talis nunquā ualet in uita donantis,nec etiam morte confirmatur, nisi maritus prędecesserit uxori,sed uerbo fertur,quòd ipsa D.Panthasilea uxor fuit morte præuenta, unde talis præsumpta donatio remanet inefficax, & nulla, nullam expectans confirmationem ex morte mariti superuiuentis,ita inquit Bald. in l.j.C.de donatio.ante nupt.in fi.Probantur hęc in l.quod de suo.C de dote cau.non numera.in l.Papinianus,& ibi Bar.de donatio.inter uir.& uxor.& in l.cū quis decedens.§. Titia de leg.3. & in l.qui testamentum.de probationi. faciunt oēs tituli de donationi.inter uir.& uxor. Vnde patet ex prædictis,quòd respectu dictarum du centarum librarum nulla potuit succedere præ 13 sumptio donationis.Confirmatur † ex nō ente non resultat aliquid iuxta illud Philosophi, & probatur in l nam & si sub conditione, uersic. post defectum de iniusto testa. Meritò uidetur quòd si ista Laura uult consequi dotem maternam, respectu dictarum ducētarum librarum, de uera numeratione probare tenetur: quia si confessio Vincentij eius patris superuiuentis non prēiudicauit ipsimet cōfitenti,nec et obligauit

gauit ad dictæ dotis restitutionem respectu dictæ partis. multò minùs præiudicat creditoribus etiam postrà creatis. Et hæc talis conclusio infertur ex alia ratione. nã ista Laura nullo alio iure potest excludere istam Albertũ, nisi ex eo quòd dicat Vincentium eius patrem sibi obligatum ex dicta confessione, & habere priora, & potiora iura, sed cùm reperiatur in dicto instrumento dotali fuisse renunciatum exceptioni prædictæ non numeratæ dotis, necessariò ergo sequitur, quòd non fuit facta dicta confessio spe futuræ numerationis, cui fuit renuntiatum, sed animo donandi ipsi mulieri, quæ donatio non tenet, ut supra. Nec isto casu non potuit expectare confirmationem ex morte mari-

14 ti, cum ipsa uxor, ut supra † marito prædecesserit, & hoc ultimum se tenuisse, & allegando, & consulendo dixit Alex. in consil. 141. in j. & 2. colum. 5. uolum.

Puto tamen præmisis non obstantibus ex confessione Vincentij mariti satis liquidò probari de uera numeratione dotis prædictæ ad fa-

15 uorem Lauræ prædictæ † iunctis tamen aliquibus indicijs, & coniecturis de quibus per Bal. in l. 1. colum. 2. in fin. C. de priuile doti. uolentem quòd satis appareat de uera numeratione dotis ultra simplicem confessionẽ, quando uir exhibuit alimenta uxori, & eam tractauit tanquam dotatam, allegat. C. de non numera. pecu l. cùm

16 ultra. l. cùm de in rem uerso, C. de usur. † quibus coniecturis & indicijs dixit ipsam confessionẽ iuuari. & talem dotem habere iuris priuilegia, & liquidò probari per legis dispositionem, allegat not. maximè per glo. in l. si tutor. C. de periculo. tuto. & ibi idẽ Bal. & in l. 1. & 2. C. de test. milita. idem Bal in l. ita demum. C. de procurato. Pau. de Cast. in consi. 150. pro quo bene fa-

17 cit l. in ambiguis. C. de iure doti. † ubi in ambiguis melius est pro dote respondere, quem tex. in proposito allegat. Alex. in consil. 121. col. 3. in fi. 2. uolum. Si in ambiguis quantò magis in

18 his † quæ ex coniecturis probantur, quæ dicun- a tur legitima probatio, ut patet ex proximè ad

19 ductis, sed D. Panthasilea semper † alimentata fuit à suo marito, & bene tractata tanquam dotata, nec unquam ei obiectum fuit nec per maritũ, nec per alios de dote non soluta. ergo, &c.

Accedat alia coniectura, nam constat ex testamento Sancti patris Vincentij, & ex contractu in eo celebrato, ipsum patrem præsenti numeratione, & non futura habuisse dictam partem dotis ut infra patebit, & propterea mandasse in eodem testamento restitui, Pari ratione dicendum est in Vincentio filio. ne patris, & filij confessio diuerso iure censeatur, l. eũ qui ędes.

20 de usucapioni. Ita † in simili concludit Aret. in §. fuerat. Instit. de actioni. 8. colum. ubi tractat de coniecturis in similibus casibus, quæ dixit probari in l. fina. C. de dote cau. non nu & hæc cõiectura maximè procedit, quia iste maritus cõfessus est se nõ habuisse ab uxore, sed à Delphino eius patre. quò circa cessare dẽt oĩs suspicio.

Tertia coniectura. nam huiusmodi confessiones quotidie fiunt in ciuitate Bononiæ, & longè frequentiùs præmissa dotium numeratione, & solutione & prehabitis dotibus quàm non habitis, & quàm sub spe futuræ munerationis, quod nunquam uel rarò contingit. ut est notorium, præsertim apud eos qui instrumenta

21 conficiunt, † & ex eo quod continuè conuenit, & frequenter fieri solet, probatio inducitur. ita dixit Roma. in consi. 445. 2. colum. in princip. allegat text. in l. sufficit, ibi quotidie fieri solet. ff. de sponsali. & in l. certi cõditio. §. si nũmos. si cert. pet. ibi in uer. cum quotidie credituri pecuniam & c. cum multis alijs de quibus ibi per

22 eum, & † ad ea quæ rarò accidunt, leges non adaptantur. l. nam ad ea, de leg. & dixerit Oldr. in cons. 127. 3. seu 4. col. quòd ea quæ semel, uel rarò eueniunt, non habentur in consideratione

23 † unde in talibus consuetudo attendenda est, vt inquit Alex in simili. in l. si donatio, in 3. col. C. de colla. allegat tex. in l cęterum C. de dona. contra quam consuetudinem malum esset iudicare, ut dixit Bart. in l. asiduis. 2. col. C. qui potior. in pigno. habeant. alio tamen proposito allegat l. minimè, de legib. plus ibi subdens, & simpliciter affirmans, esse de cõmuni obserua-

24 tione. † quòd tacita hypotheca, & omnia priuilegia illius legis asiduis ita habent locum in dote confessata, sicut & in uera numeratione, respondens ad illum text. & glos. ibi qui uidentur innuere contrarium, qui text. & glo. debet intelligi quãdo est renunciatum exceptioni nõ numeratę dotis. Nec lapsa sunt tempora de quibus in l. fi. iuncta auth. ibi posita. C. de do. cau. non numera. quæ omnia sunt in casu proposito, quia renũciatum est dictæ exceptioni, Item lapsa sunt tempora prædicta, ut patet in instrumento dotali, & hanc sententiam Barto. firmat Imo. in l. 3. §. siu. de fideiussori. Alex. apertis uerbis, in consi. 25 col. 2. uol. . . licèt in l. j. col. 17. solu. matri. referat opiniones, & transeat cũ distinctione, de qua ibi per eum, & quam inferius subnectam. Firmat etiam opinio. Bar. Ias. in l. duobus. in 3. col. de iureiuran cum infinitis alijs non leuis authoritatis scriptoribus in dictis locis per eos relatis, quæ sententia licèt forte dici posset dubitabilis ita simpliciter intellecta per tot contrarias opiniones superiùs relatas pro ratione dubitandi, quarum una est ut

25 supra, quòd immo præsumatur † talis confessio potiùs facta spe futuræ numerationis. Alia est quòd præsumatur in fraudem prohibitæ donationis. Alia & ultima quòd præsumatur facta in fraudẽ creditorũ: attamen si fuerit adiuncta

cum

cum alijs admiuiculis, coniecturis & indicijs
de quibus proximè dictum est iudicantibus ue
ritatem uerę solutionis & numerationis dotis,
tunc puto sentētiam Barr.& sequacium carere
omni scrupulo,& fore tutissimam, quia talis ꝓ
batio resultans ex coniecturis à iure dicitur li-
quida probatio, iuribus de quibus supra in pri
26 ma coniectura. † Nec abhorrēt iura quòd una
b coniectura tollat aliam, [b] & præsertim qñ est
fortior & urgentior, ut dixit Bart. in l. cùm de
indebito, de probatio. Cardi. in cle. . . col.2.
de re iudi. Bartho. Veronen. consil. 70. col. 1. in
fin. & in prin. 2. Ias in l si extraneus, in 4. colum.
de condi. ob cau Fely. in c. fi. de præsumptio. 3.
& 4. colum. & in rub. de proba. cum alijs infini-
tis, de quibus apertè demonstratur, quòd sicut
iuris cōditores facile induxerunt illas tres prę-
sumptiones ad effectum ne uir & uxor mutuo
amore spoliarētur, vt in toto tit de donationib.
inter uir. & uxor. Et ne creditores suis creditis
fundarentur auth. sed iam necesse. C. de dona.
27 ante nupti. & in corpore unde sumitur, † ita &
eadem facilitate tolli posse uoluerunt surgenti
bus contrarijs coniecturis, præsumptionibus,
& signis, & præsertim humanioribus, & deli-
cti purgatiuis & fraudis, & non inductiuis,
prout inducunt illę superiores, arg. l. nemo. pro
socio, per quem tex. ita dicit Alex. in prædicto
consi. 142. in 2. colum. prout in casu nostro. Et
ꝑfecto uix puto quemq̃ sani capitis posse con
sentire ꝙ temporibus nostris cōfessio dotis re-
ceptæ facta à marito cōstante matrimonio prę
sumatur emanasse spe futuræ numerationis,
aut animo donandi, cum hodie tanta sit census
auiditas communiter inter homines, ut potiùs
& in primis aspirent ad dotes quàm ad uxores,
& de quibus & earum pudicitia ultimò quæri-
tur. iuxta illud iuuenal. Protinus ad sensus de
moribus ultima fiat quæstio. licèt contra text.
in l. fin. C. de repu. ubi pro affectibus non doti-
28 bus contrahuntur matrimonia, tamen † dotes
promissas debent habere mariti, aliàs non te-
nentur illas alere, & possunt repellere l. fi. C. ad
Velleia. l si donatarius. §. j. de condi. ob cau. &
ibi Ias. cum simili. Et hoc quod dico bene do-
cet experientia rerum efficax magistra. c. quàm
sit, de electio. in 6.

29 Non † erit igitur iuri dissonum, si secundùm
ueritatem temporum, & consuetudinum statu
ta quoque uariantur humana. c. non debet. de
30 consangui. & affi & alibi dicitur, † quòd nouis
morbis noua conueniūt antidota ꝑparari, c. cę-
terum, de iuramen. calum. c. ut cum constitue-
retur. l. dist. Sic igitur cōcludo quòd ex hac cō-
fessione Vincentij patris dictæ Lauræ iunctis
coniecturis, & præsumptionibus de quibus su-
pra probatur uera numeratio dotis dictę dñæ
Panthasileæ eius q. uxoris ad fauorem eiusdem
Lauræ, & consequēter præiudicat dicto Alber
to creditori contra dictam Lauram agenti.

Verùm quia iste Albertus dicitur creditor
eiusdem Vincentij iam defuncti, & ex simili cō
31 fessione, meritò uidendum est, † quando cre-
ditores concurrunt cum muliere quis corū de
beat pręferri, de quo cumulatissimè locutus est
Alex. in d. l. j. 16. & 17. col. solu. matrimo. refe-
rens omnes. & demum se reducens ad unā con
clusionem quam quò breuiùs potero duxi rese
candam, uidelicet quòd † aut confessio dotis
emanauit ante, quàm maritus cōsentiendo siue
contrahendo se obligaret alijs creditoribus, &
tunc præfertur mulier, quia ius postea acquisi-
tum fuit creditoribus in bonis mariti, cum affe
ctione obligationis dotis ante contractæ, alle-
gat text in l. si superatus in fin. de pignorib. &
not. per Bart in d auth. sed iam necesse. C de do
33 na. ante nupti † Aut confessio emanauit post
ius quæsitum creditoribus, & tūc si lapsum est
tempus opponendi exceptionem non numera
tæ dotis, & tunc idē. quia adhuc præfertur mu-
lier, quia imputandum est creditoribus si non
interrumperunt cursum dicti temporis, quod
facere potuissent, ut probatur in l. si cui iuncta
glo. in uersi creditores. C. de non nume. pecu.
ubi apparet quòd creditores uiri non possunt
opponere exceptionem non numeratæ dotis,
nisi quando competit principali debitori, & sic
marito. Et si allegaretur quòd creditores igno
rabant sibi competere facultatem interrūpen
di cursum dicti temporis, & opponendi exce-
ptionem non numeratæ dotis, & sic lapsum es-
set tempus ipsis ignorantibus. d. l. fi. cum auth.
34 ibi posita. C. de do. can. non numera. † Si uerò
non esset lapsum dictum tempus, tunc possent
opponere dictā exceptionem, & repellere mu-
lierem, ut supra. Si per maritum fuerit renuntia
tum dictæ exceptioni non numeratæ dotis, qa
renunciatio mariti non potuit obesse credito-
ribus l j §. si culpam, si quid in frau patron. Sed
in casu nostro iste maritus iam confessus fue-
rat, & se obligauerat ad restitutionem dotis, ut
patet ex instrumento dotali antequàm confi-
teretur, & contraheret cum Alberto. Item &
35 lapsa erant & sunt † tempora opponendi exce-
ptionem non numeratæ dotis, quæ sunt decem
anni d. l. fi iuncta auth. ibi posita, & nedum de-
cem anni, sed decem & octo, ut patet ex instru-
mento ꝑdicto. unde infertur ex primo isto fun-
damento quòd Laura præferatur in hypoteca,
& in bona Vincentij eius patris, & quod Alber
tus inaniter agit, nec obijciantur ea quæ haben
tur, & not. in d. auth. sed iam necesse C. de don.
ante nupti quia ea intelligūtur in creditoribus
anterioribus, & pręsentibus, & tunc militat illa
36 † præsumptio iuris & de iure, contra quam nō
admittitur probatio. nisi partis confessione, ut
ibi

ibi plenè not.Bar. ſed in caſu de quo agitur eſt
longè poſterior & futurna creditor, ut patet ex
inſpectione amborum inſtrumentorum, quo
caſu cõfeſsio Vincentij ſibi præindicat, niſi ap
37 parerent aliqua † indicia & ſigna, ex quibus
fraus præſumi poſſet.de quibus in l.ſi maritus,
cnm glo.ff.qui & à quib & in c.2. de renuntia.
in 6.par.Bart. in l.ait prætor.§ ita demum, quæ
in frau.creditor.quia tanqnam facta in fraudẽ,
tunc non præiudicant creditoribus ita conclu-
dunt omnes maximè Bart.Bald.Ang.& Saly.in
d.autb ſed iam neceſſe, ſic reſpondentes ad gl.
ibi, quæ uidetur tenuiſſe contrariũ, de quo ple
niùs, & clariùs per Aretin in d §. fuerat. Inſtit.
de actioni. 8. col. Nec iſto caſu dicatnr de ali-
38 qua † fraudia præſumptione, qnia illam opor-
tet probari.d.l ſi maritus, in fi.& arg.l.quoties
§.qui dolo... & ita conclndit idẽ Areti.in loco
præallegato.9. col. Immo ex coniecturis ſupe-
riùs narratis excluditur omnis fraus, quæ præ-
ſumi poſſet, qnocunq; igitur ſe uertat iſte Al-
bertus petendo adiudicationem ſibi fieri de di
cta domo, de qua in proceſſu, mea ſententia in
caſſum laborat.

Ad contraria reſpondetur. Et primò dum
39 dicebatur q† creditores quandocnnque etiam
poſt lapſum decennij poſſunt opponere exce-
ptionem non numeratæ dotis, quod nõ poteſt
ipſe debitor niſi infra dictum decennium d.l.
fi.iuncta auth.ibi C.de do.can.non numera.re-
ſpondetur hoc non eſſe nerum, quia contrariũ
optimè probatur, per tex.in d.l.ſi cui, iuncta gl.
ibi in uer.creditores.C.de non nume. pecunia,
ubi apparet quòd creditores non poſſnnt op-
ponere exceptionem non numeratæ dotis, niſi
quando competit principali debitori, & ita in-
telligit illum text. Alex. & ad hoc eum inducit
in præallega.l.j.17.col ff ſol.matrimo.& ita ſu-
periùs eum retuli, ſed cõſtat ex inſtrumento do
tali, & ex ſuperius adductia quòd iſta actio am-
plius non poterat competere Vincentio debi-
tori, nec eius hæredibus propter lapſum tempo
ria decem annorum, ergo nec creditoribus. p
Bar.in l.extra uectigal. de pignorib.

40 Ad illud dum dicebatur quòd † renunciatũ
fuit per maritum iſtum exceptioni non nume-
ratæ dotis, unde amplins dici non poterat cõ-
feſsionem illam emanaſſe ſpe futuræ numera-
tionia, ſed fniſſe factam animo donandi, ut cõ-
cludit Alex.in d.conſi.142.reſpondetur prout
idem Alex.dicit in præallegato conſilio 142.2.
41 uol. uidelicet qnòd † ubi poteſt præſumi alia
coniectura quàm donationis uel fraudis legis,
illa eſt præſumenda.allegat l.cum de indebito,
in prin.de proba.l.ſi cum aurum, de ſolutioni.
l.meritò, pro ſocio, ſed ex ſupra adductis appa-
rent plures coniecturæ, quæ arguunt neram nu
merationem, ergo iſtæ coniecturæ ſunt præiu-
mendæ, & non illę, quæ inducunt fraudem, &
delictum, iuxta d.l.meritò.In propoſito ergo ſi
fuit renunciatum per maritum exceptioni nõ
numeratæ dotis, id facit maritus non in fraudẽ
legis, ſed quia in ueritate fuit ſibi ſatisfactũ de
integra dote, computatis dictis libris quadrin-
42 gentis, habitis per Sanctum eius patrem, & † be
ne fecit maritus uolens agnoſcere bonam fidẽ,
ut tenebatur l. quoties. §. ſicut, & ibi Barto. de
adminiſtra.tuto.quã unuſquiſque debet agno-
ſcere, ut latè per Roma.in conſi 329.2. colum.
& in conſi.186.Oldra.in conſi.304. latiùs Soc.
conſilio 60.4.& hac ratione motus Bart.in d.l.
aſsiduis, concludit tunc maritum uerè habuiſ-
ſe dotẽ, quando apparet quòd dictæ exceptio-
ni renuncianit, & dixit ita intelligi debere illũ
tex.& glo.ibi, & hoc puto uerum concurrenti-
bus aliquibus ſignis, & coniecturis ueritatem
iudicantibus, & frandem legis excludentibus
prout eſt in caſu noſtro, ut ſuperiùs dictum
eſt, & hac ratione potiſsima cætera obiecta tol
luntur.

Et ita ut ſuperius per me concluſum eſt, pu-
to iuris eſſe ego Ioannes Bonaſonua I. V. D.
Bononienſis, & in fidem præmiſſorum me ſub
ſcripſi, ſignumque meum conſuetum apponi
feci, ſalua ſemper Saniori ſententia. Laus Deo.

a Adde doctor.in l.in illa.de uerb.oblig.ubi di-
cunt quòd in his quę ſunt difficilis probatio-
nis, ſufficit iudicare per coniecturas, & dicitur
plena probatio, & hoc procedit etiam in crimi
nalibus qnod eſt plus. Iaſ. etiam in l. ſi quis ex
argentarija.§ fin de eden. & in l.cum ead.ſecun
da colum.C.de tranſ.

b Adde Barth.Soc. hoc idem dicentem. in l.j ff.
ſol.matrimo.propriè in caſu, de quo hic.

CONSILIVM D. FRANCISCI Foreſti. V.I.D.

ARGVMENTVM.

¶ Fideicommiſsi clauſula, quòd ſuccedant filij maſculi, & legitimè nati, an excludat natos ex damnato coitu, legitimatos tamen, & in dicto fideicommiſſo an includantur bona quæſita induſtria, & labore filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale important uerba, ut ex inſtitutis ſi filius decedat ſine liberis, alter ſuccedat.*

2 *Conditio, ſi ſine filijs ex legitima uxore natis deceſſerit, non uerificatur in ſpurijs, quamuis legitimatis, communi opinione.nu.3.*

3 *Conditio in ſpecifica forma adimplenda.*

3 *Teſtator*

4 *Testator non potest disponere de bonis filij, acquisitis sua industria, & labore.*
5 *Titulus importat ius in re intitulata.*
6 *Pater, & filij in fratris hæreditatem succedunt per uiriles portiones.*
7 *Pater dans filio mille florenos in mercaturam, mediam lucri obtinet, & filius alterã partem.*
8 *Hæreditatis diuisio contra ius, & nomen hæredis fieri non debet.*
9 *Fideicommissaria testator de bonis hæredum tam quam de proprijs disponere potest.*
10 *Propositio indefinita æquipollet uniuersali.*

CONSILIVM LXXII.

DVm quæritur, an filij Faustini, quõ. Gasparini de Paganinis de Cignis uirtute substitutionis, & fideicommissi de quo in testamento dicti Gasparini, succedere debeant in bonis in trãsactione assignatis Paganino filio dicti Gasparini in ciuitate Venetiarum, & alibi, ex eo quòd dictus Paganinus hæres institutus cum dicto Faustino in testamento dicti Gasparini decessit siue filijs, de legitima uxore natis. Quoad primum quæsitum, an euenerit casus fideicommissi in personis filiorum dicti Faustini prædefuncti, per mortem dicti Paganini, sine filijs ex legitima uxore natis, defuncti. Cùm in testamento dicatur, quòd si unus ipsorum fratrum, & hæredum decederet sine filijs ex legitima uxore natis, alter succedere debeat, seu eius hæredes, & sic filij, & hæredes dicti Faustini intelliguntur uocati, & ius fideicommissi conditionalis intelligitur transmissum in filios, & hære-
1 des dicti Faustini, ex eo quòd sit dictum † alter succedat, seu eius hęredes ut per Bal. in l. unica. C. ut actiones ab hæredi. & contra hæredes, & in l. si pater in 4. q. C. de insti. & substi. & per Soc. in l. hęredes mei. §. cùm ita. in 4. col. uersi. aduer te tamen. ff. ad Trebellia. & sic clarum est, quòd filij dicti Faustini sunt uocati ex dicto fideicõmisso, loco eorum patris ut supra.

Item clarum est, quòd cùm dictus Paganinus decesserit sine filijs ex legitima uxore natis, licèt reliquerit post se, ut dicitur, filium, tamen ex muliere uxorata, & ipso uxorato, & sic ex duplici adulterio, & damnato coitu natum,
2 & spurium, & licèt, ut dicitur, legitimatum, † tñ illa conditio si decesserit sine filijs ex legitima uxore natis, nõ uerificatur in filijs spurijs, licèt legitimatis ex priuilegio imperiali, uel alio priuilegio, cũ non dicatur natus ex legitima uxore, licèt sit legitimatus ut per Alex. in l. generaliter. in §. cùm autẽ uersi. & quòd ea quę fuit cõcessa C. de insti. & substi. & per eundem consil. 121. prope fi. in 2. lib & per Soc cõsi. 63. col. 5. uersi. circa tertium in 3. lib. & per Alex. consil. 92. prope fi. 2. col. lib. 4. & per Fran. Aretin. in l. ex facto in prin. in 7. colum. ff. de uulg. & pu-
3 pilla. † ubi dicit istã esse communem opinionẽ, cùm conditio debeat in specifica forma adimpleri. l. qui hæredi, & l. Mæuius. ff. de condi. & demon. & sic cũ non sit natus ex legitima uxore, non põt dici conditionẽ uerificatam esse de natis ex legitima uxore, ut uolunt doct. prææallegati, & per consequens euenisse casum dicti fideicommissi auiti in personam filiorum dicti quond. Faustini, & quia adducitur in controuersiam, quòd bona de Venetijs, & alijs terris acquisita (ut dicitur) per dictum quon. Paganinum nõ sint subiecta dicto fideicõmisso, ex eo quòd in institutione facta per dictum q. Gasparinum de ipsis fratribus dixerit, in omnibus suis bonis, & sic noluit intelligere institutionẽ de bonis acquisitis per dictum Paganinum. tñ dicendum est in contrarium, quòd immo dicta bona acquisita per dictũ Paganinũ in Venetijs includãtur, maximè ea quæ acq̃sita fuerũt ante mortem dicti Gasparini testatoris, tùm quia in ipso testamento se ipsum declarauit dicendo, quòd bona intelligerentur, tàm quæ erant in ciuitate Venetiarum, quàm in alijs terris, & sic denotauit quòd habuit ꝓ bonis suis bona sita in ciuitate Venetiarum. per declarationem per ipsum factam modo, quo sup.

4 Nec habet obstare, si diceretur, quòd † testator non potuit disponere de bonis acquisitis per filium ex sua industria, & labore, quorum ꝓprietatẽ sibi acquirit l. cũ oportet in prin. & ibi gl. Bart. & alij. C. de bonis quæ liber. quia respondetur, quòd extiterunt tres fratres uidelicet Iacobus. Hieronymus, & Paganinus, qui ad longum tempus simul in ciuitate Venetiarum se exercuerunt imprimi faciendo libros cõtinuatẽ, & titulus ipsius impressionis in ipsis libris inscribebatur quondam Hieronymo, donec uixit per quem titulum denotatur, quòd erat principalis artifex, & dictam artẽ impressionis exercens. Cùm † signum & titulus importet ius in
5 re signata, seu intitulata, ut l. j. & 2. C. ut nemini liceat signum sine iudi. atno, & per Bar. in l. patruus in 2. col. C. cõia utriusque iudi. ub. loquitur de inscriptionibus, & titulo imposito in libris rationum, quia per talem titulum denotetur, cui spectent res mercantiales descriptę in libro habente signum uel titulum inscriptum, eiusmodi & sic in casu nostro talis titulus, & inscriptio denotabat ipsum Hieronymum fuisse principalem artificem, & gubernatorem dictæ mercantiæ, & nõ ipsum Paganinum, qđ apparet quia post mortẽ dicti Hieronymi tũc inscriptio facta fuit de ipso Paganino, & subinde inscriptio facta fuit de Alexandro filio spurio dicti Paganini, & per consequens mercantia ipsa librorum spectabat principaliter dicto

Hierony-

Hieronymo, & sic pars spectabat dicto Paganino, spectabat etiam dicto Iacobo, & consequenter duæ partes dictæ mercantiæ spectabant dictis Hieronymo;& Iacobo, & cùm dicti Hieronymus, & Iacobus fratres decesserint superstitibus dictis Gasparino eorum patre, & Faustino, & Paganino remanet quòd dictis Ia
6 cobo † & Hieronymo successerint dicti Gasparinus pater, & Faustinus & Paganinus fratres, per uiriles, & æquales portiones, ut in auth. defuncto. C. ad tertullia. & in auth. de hære. quæ ab intesta. § consequens col. 9. & per statutum Brixiense in rub. quo successiones deferatur. in princip. ubi expressè habetur, q alicui decedenti sine liberis pater. & fratres succedunt æqualiter, ut in ipso statuto. Etsi fortè statuta in ciuitate Venetiarum aliter disponerent, quàm statutum Brixiæ, quod tamen non credo, quin admittantur pater, & alij fratres dictorum decedentium? & sic duæ partes dictæ mercantiæ spectantes dictis Hieronymo, & Iacobo spectabant dicto Gasparino eorum patri. & Faustino fratri, & alia tertia pars spectabat iure hæreditario dicto Paganino eorum fratri, & cū post mortem dictorum Hieronymi, & Iacobi dictus Paganinus processit in dicto exercitio dictæ mercantiæ librorum, & eorum impressionis. in quibus dictus Paganinus plurimū lucratus est, ut est notorium, & cùm ex mercātijs prædictis quæ olim spectabant dictis Hieronymo, & Iacobo, in quibus successerunt dicti Gasparinus pater & Faustinus pro duabus partibus, ut supra dictum est, & lucrum quod subinde factum est post eorum mortem similiter spectauit pro dictis duabus partibus dictis Gasparino, & Faustino eorū hæredibus pro dictis duabus partibus ut supra, intelligendo tamē, quòd de dicto lucro, quod peruenit ex partibus dictorū q Hieronymi, & Iacobi, diuisio fieri debuisset hoc modo, uidelicet dimidia ascriberetur ꝑsonæ, & sic dicto Paganino, qui talem artē sua ipse industria exercuit, alia uerò dimidia diuidi deberet inter ipsos hæredes dictorū Hieronymi, & Iacobi pro hæreditarijs portionibus, & sic dictus Paganinus, ex quo est hæres etiam dictorum fratrum præmortuorum pro tertia parte, iuncta alia dimidia lucri, quæ sibi spectaret pro industria sua, consequi debuisset de dicto lucro ex sex partibus quatuor partes, & aliæ duæ partes dicti lucri spectassent dictis quond. Gasparino, & Faustino, usque ad mortem dicti Gasparini, sic enim dictæ partes mercātiales dicti Hieronymi, & Iacobi datæ fuissent tertio ad lucrum, unde ipse tertius poneret industriam, & dictæ partes mercantiales fuissent pro sorte, & capitali ad dictam mercantiā exercēdam, & dimidia lucri data fuisset extraneo, & alia dimi
7 dia pro capitali, & rebus mercantialibus, † sic in simili decidit Bar. in l. cùm oportet in prin. in j. col. C. de bo quę liber. & ibi Bal. col. 3. in illa q. qua dicitur, quòd si pater dedit mille florenos filio, & filius mercatus est, quòd dimidia lucri asignabitur industriæ personæ, & alia dimidia ipsi pecuniæ, & ita communiter ibi transeunt doctores, & per cōsequens in casu nostro quod prouenit ex partibus mercantialibus dictorū quon. Hieronymi, & Iacobi, diuidi debuisset in ter ipsos quon. Gasparinum, & Faustinū ꝑ duabus partibus, & dictum Paganinum pro tertia parte, uidelicet de parte lucri asignanda ipsis rebus mercantialibus modo, quo supra dictum est, & sic ex prædictis patet, quòd cum dictus testator in testamēto instituerit hęredes ęqualiter dictos Paganinū & Faustinum eius filios. intelligendo de bonis tam existentibus in ciuitate Venetiarū quàm in alijs locis. quod illud saltem intelligi debuit de ijs partibus quæ fuerant dictorum quond. Hieronymi, & Iacobi, quæ spectabant pro duabus partibus dictis q. Gasparino, & Faustino, unà cum lucro subsecuto à morte dictorum fratrum Hieronymi, & Iacobi usque ad mortem Gasparini eorum patris, modo quo supra dictum est. Et sic clarè respectu dictarum partium bona de Venetijs, & alibi acquisita usque ad mortem dicti Gasparini uidetur fuisse subiecta dicto fideicommisso, cum de eis disponere potuerit, & ei spectarēt modo, quo supra dictum est. Sed fortiùs dici potest, quòd in totū bona de Venetijs quæ fuerunt acquisita tempore mortis dicti quond. Gasparini fuerint subiecta dicto fideicōmisso, quia cùm dictus Paganinus fecerit diuisionem bonorum existentium, tam in terra de Cigulis, quàm in ciuitate Venetiarum, & alibi, ut bona de Cigulis spectarent dicto Faustino, & bona de Venetijs spectarent dicto Paganino, & sic ipse Paganinus partem, quam habebat in terra de Cigulis, de bonis paternis, cū esset hęres institutus ęqualiter cùm Faustino fratre, tā in bonis de Cigulis q̄ in bonis de Venetijs ut in ipso testō idē Faustino cessit, & sic ipse Faustinus intelligit attribuisse ipsi Paganino partē, quā habebat in bonis de Venetijs per dictam diuisionem, & transactionem factam super bonis hęreditarijs, & in ipso instro trāsactionis intelligun tur ambo fratres fecisse se hæredes per diuiso-
8 nem dictorū bonorū, cū nihilominus talis † diuisio inter eos fieri non potuerit contra ius, & nomen hæredis. l. pro hærede, & l. gerit. ff. de acqui. hære. cum uulg. & sic cum fecerint se hęredes dicti eorum patris sine confectione inuētarij, intelliguntur omnia bona de Cigulis, & de Venetijs fuisse comprehensa in institutione hęredum, & fideicommisso, cùm expressè dixerit in ipso testamento, intelligendo bona sua, tā sita in ciuitate Venetiarū q̄ in terra de Cigulis,

& alia terra,& sic uoluit disponere de omnibus prædictis bonis, & per consequens intelliguntur omnia subiecta fuisse dicto fideicommisso,
9 cùm testator † ita posset disponere de bonis suorum hæredum, sicut de bonis suis proprijs ut est tex. in l unum ex familia §. si duos. ff. de leg secundo,& instit eo. tit de legat. in §. nõ solùm res proprias, sed & hæredis res uel alienas legare potest, & late per Iaſ. in l. cum aliorum in 4. colum. C. de lega. ubi expresſè hoc dicit,& maximè cum in ipso testamento expresſè se declarauit dicens, intelligendo de bonis sitis in ciuitate Venetiarum,& in alijs terris ut sup. & po
10 suerat dicta uerba indistinctè † & indefinitè, quæ æquipollent uniuersali l. si plures hęr. ibi late per Barto. in 2. col. ff. de leg. 2. & per Dyn. in rub. de reg. iur. in 6. cum alijs uulgari.

Et ex prædictis concludi potest, quòd casus dicti fideicommissi euenerit in personas filiorum dicti Faustini. per mortem dicti Paganini sine liberis, ex legitima uxore descendentibus, & omnia bona de Venetijs,& alijs locis, quę fuerunt acquisita tempore mortis Gasparini subiecta dicto fideicommisso fuerint.

Et licèt hoc uideret forte alicui habere difficultatem de toto, tñ nulli est dubiũ quin saltẽ partes prædicta hęreditatis dictorũ bonorum Hieronymi,& Iacobi, tum sortis & capitalis, q̃ dictorum lucrorum pro partibus de quibus supra, spectantibus dictis quond. Gasparino, & Faustino modo pdicto fuerit subiecta dicto fideicommisso, sed iudicio meo potest firmiter teneri dicta bona in totũ fuisse subiecta dicto fideicommisso, per rationes, & authoritates prædictas. Et ita iuris esse censeo, saluo semper Saniori consilio, cui prædicta submitto. Laus Deo.

Ioannes Franciscus Forestus. Doctor.

CONSILIVM D. TVLLII PEtrucij. Adidem. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris mens ubi est manifesta, non est locus interpretationi.*
2 *Hæres hæredis testatoris hæres dicitur.*
3 *Fideicommissorum materia in uoluntate defuncti fundata est, & quibusuis coniecturis induci potest.*
4 *Verbis existentibus claris, non est ab ijs recedendum.*
5 *Spurij, & bastardi non succedunt patri, sed indigni reijciuntur.*
6 *Testatoris uoluntas ad odiosa non debet extendi.*
7 *Hæredum masculorum institutio, tantùm filios, & descendentes continet, non autem extraneos.*

CONSILIVM LXXIII.

IN Christi nomine inuocato. Amẽ. Factum ita se habet. Quidam dominus quond Gasparinus de Paganinis laicus Brixiẽsis in ultimis constitutus suum ultimum condidit testamentum, in quo inter alia relicta & legata ab eo facta istituit suos hǣdes uniuersales. in omnibus suis bonis Faustinũ, & Paganinum suos filios legitimos, & naturales, ut clarè cõstat ex dicto suo ultimo testamento confecto per egregium notarium Andreã de Turinis de terra Cigulis districtus Brixiensis, & uoluit dictus testator, quòd si aliquis de dictis Faustino, & Paganino suis filijs & hæredibus decederet, absque hæredibus masculis legitimis de legitima uxore, q̃ unus succedat alteri, uel aliquis ex suis hǣdibus, pueniens de dictis suis filijs & hǣdibus, ut sup. & ex facie dicti testamẽti clarè liquet, ibi dũ dicit itẽ semper saluis, &c. quo testatore mortuo, relictis suis uniuersalibus hǣdibus supradictis Faustino, & Paganino suis filijs legitimis. & naturalibus ut supra: mortuus fuit dictus Paganinus, relicto quodam Alexandro eius filio spurio & ex damnato coitu suscepto, qui Alexander sic ex nefario, & damnato amplexu adhuc uiuente præfato testatore eius auo natus, dictam hæreditatem occupauit, & in præsenti occupat exclusis, & reiectis Hieronymo, & Iacobo filijs legitimis, & naturalibus dicti q. Faustini de Paganinis, & dicti testatoris nepotibus, ex legitimo matrimonio natis, q̃ Hieronymus & Iacobus de Paganinis superstites nellẽt dictam hæreditatem dicti testatoris eorum aui recuperare, & dicti Faustini eorum patris. Quaritur quid iuris, & nunquid hoc facere posśint.

Quamobrẽ non eundo per mendicata suffragia, sed bñ ponderãdo mẽtẽ, & uerba ipsius testatoris, & eius dispõni, ut par est, adhęrendo, res iudicio meo erit in claro, & ueritas in hoc multis allegationibus non indigebit. Et in primis si rectè considerantur illa uerba testatoris dicentis, q̃ si aliquis de d. Faustino, & Paganino suis filiis, & hǣdibus decederet absq; hęredibus masculis, legitimis de legitima uxore, quòd unus succedat alteri, uel ex eorũ hǣdibus, &c q̃ nõ solũ uoluit esse suos hęredes d. Faustinũ, & Paganinum suos filios legitimos, & naturales, sed ẽt per fideicommissum uocauit d Hieronymum, & Iacobum eius nepotes ex d. Faustino
1 suo filio, & hærede, & † ubi mens, sensus, & uoluntas testatoris est manifesta, nullus est locus interpretationi. p no. doctrinã. D. Alex. in cõsi. 52. nu. 3 t. in 4. uol. quæ uoluntas qualiscũq; sit sufficit inter ipsos liberos, p notata p eundẽ in cõs. 104. nu. 4. in 2. uol. & in cõsi. 12. uol. j. in 1. uolu. ubi dicit ipse, q̃ mens testantis in ultimis uolun-

voluntatibus prædominatur, quod omissũ sit expresione uerborum, saltem quando agitur de fideicommissaria substitutione, ut ibi per eũ, ut in casu nostro, in quo uidetur ꝑ fideicõmissum substitui dicti Hierony. & Iacobus de Paganinis dicti testõris nepotes, per mortẽ dicti Faustini eorũ patris, & mortẽ dicti Paganini eorũ patrui, attentis & cõsideratis uerbis ipsius testatoris, & eo maximè, cũ d. Paganinus mortuus fuerit, nullis superstitibus eius filijs legitimis, & naturalibus ut ipse testator uoluit. nisi supra dicto Alexãdro, qui tanq̃ spurius, & ex dãnato coitu susceptus non poterat, nec põt de iure ad dictã hrditatẽ in pٛiudicium dictorũ Hierony. & Iacobi de Paganinis testõris heredum ullo
2 modo admitti cũ † hæres hæredis. testatoris dicatur heres. per no. iex. in l. fi. C. de here insti. l. pſfamilias. ff. de uul. & pupil. in l. j. ff. de castren. pecu. l. si qs filiũ §. si ff. de acq. here. & no. in l 2. & 3. ff. de pet. here. ponit Iaſ in d. l. fi nu. 3. C. de hære. insti. & in l. si filius hæres. nu. 12. ff. de lib. & posth. & ponit D. Alex. in consil. 23. nu. 11. in 2. uol. & in consi. 173. nu. 6. in 5. uol cũ sim.

Et casu quo reuocaretur ĩ dubiũ, an hic simus in fideicõmisso si uel ne, dico ꝙ quis consideratis uerbis ipsius testamenti sine dubio hoc sit purum, & merum fideicõmissum, nihilominus adhuc dico ad tollendũ omne dubiũ, ꝙ fideicõmissorum materia est taliter fundata in uolun-
3 tate defuncti, † ꝙ quibuscunq; uerbis coniectu ris, seu pſũptionibus põt apparere; sufficit ad inducendũ fideicõmissum, ita notanter determinat D. Alex. ĩ cõs. 100. nu. 7. in 4. uol. & tãtõ magis debemus dĩe hic esse fideicõmissum, cũ hic habeamus verba clara ipsius testõris, hoc de
4 mõstrãtia, & ubi † uerba sunt clara, & aperta. nõ est ab eis recedendum. per text. in l. ille aut ille. §. cũm in uerbis, & in l. non aliter. ff de leg. 3. & in l. j. §. si is qui nauem. ff de exercito. cum simi.
5 Et ꝙ præfatus Alex. dicti q. Paganini † filius bastardus, siue spurius non potuerit de iure dictam hæreditatem occupare, nec possit in pñti detinere, nec possidere iura in hoc sunt clara, tam Canonica, q̃ ciuilia, & ideo nõ multum istandũ, cum huiusmodi filij sint omni substantia indigni. per text. not. in auth. ex complexu, & ibi per scriben. ultra Bar. C. de incest. nup. latẽ ponit D. Abb. ĩ c. cũ haberet, & ibi ꝑ doc extra de eo qui dux. in uxor. quam pol. per adulter. latissime ponit D. Alex. in consi. 174. in 5. uol. & per oẽs scribentes. in c. in præsentia ex t. de pb.

Non obst. si ex aduerso diceretur ꝙ d. Alex. tanq̃ legitimatus, ut asseritur, potuerit & possit dictã hrditatẽ detinere, & possidere, quia de facili rñdetur, ꝙ hmõi legitimatio qualiscunque fuerit. non potuit nec potest d. Hieronymo, & Iacobo de Paganinis hrdibus legitimis, & naturalibus, & ex masculina linea descẽdentibus ullo modo præiudicare contra mentem, & dispositionem dicti testatoris eorum aui paterni, ut ex dicto suo ult testamento clarius colligit. Nam si iste Alex ut spurius, & bastardus dictã hæreditatẽ haberet, nihil aliud pro facto esset
6 dicendum, nisi ꝙ † dispositio testatoris comprehenderet personas odiosas ipsi testatori, ꝙ nullo modo esse dẽt ad notata per D Alex. in cõsi. 213. nu. 4. in 6. uol. & eo maximẽ cum hic simus in dispositione, in qua fit solùm mentio de hæredibus masculis. in qua solùm cõprehenduntur filij, & descendentes masculi, nõ autem
7 extranei heredes, ẽt si essent agnati collaterales, ut uoluit Bal. in l. Caius in penul. col. ff sol. matri. & per Pau. de Cast. in consilio 95. incip. proponitur, quantò magis sub dicta dispositione non debet ullo modo comprehendi dictus Alexander spurius, & bastardus omni iure damnatus, & dicto testatori omnino odiosus, & à sua dispositione penitus exclusus. Et ita iuris esse consulo ego Tullius Petrucius de ciuitate uelitrarum I. V. Doct. licèt minimus; Saniori iudicio semp saluo. & in fidem me subscripsi;

Tullius Petrucius qui supra manu propria.

Laus Deo.

CONSILIVM D. MATTHEI de Aduocatis. I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶ Vxor relicta usufructuaria, & domina omnium bonorum, extantibus filijs, & hæredibus institutis, quid consequatur.

SVMMARIVM.

1 *Vxor usufructuaria quorumcunque bonorum relicta, non consequitur nisi alimenta, cũ illa praeminentia, & regimine domus, & quomodo procedat. nu. 2. & 3.*

CONSILIVM LXXIIII.



Viso legato facto per Stephanellũ de Serena D. Dianę eius uxori ꝙ sit dña, & usufructuaria oĩum, & quorumcumq; bonorũ suorũ, mobilium, & immobilium, & ꝙ possit de introitibus bonorum suorum disponere pro libito, demum filias & neptem ex filio pręmortuo ęqualiter instituit heredes, requisitus de efficacia dicti legati, breuibus dico, quòd supposita ẽt opinione Bulgari, qui dixit ita seruari per totam
1 Italiã, ꝓ cõi, † ꝙ ex tali legato, institutis liberis, uxor nõ cõsequatur nisi alimenta, cũ illa pęminẽtia, & regimine domus, ꝓut faciebat tpe mariti. prout uoluit gl. in l. Titia cũ testõ §. Titia, ubi Bar. & alij ff. de leg. 2. & in auth. hoc locũ, ubi oẽs doct. C. si secun. nupse. mulier plenè ꝑ Alex. in cõsi. 58. in 4 uol. incip. ponderatis per

T D. Fran.

D. Fran. de Aret. consi. 40. plura per Ias. in l. cũ hi. § si in annos. uersus finem. ff. de transact. tñ cùm hæc opinio sit cõtra proprietatem uerborum, & solùm fundetur super quadam coniecturata uoluntate testatoris. ut dicunt Doct. in locis præallegatis, si appareat ex uerbis testa-
2 mẽti de uoluntate testatoris, † ꝙ debeatur usufructus non alimenta, ille debebit, dr antè appa rere ex mente testatoris, ꝙ debeat ususfructus, qñ apposuisset aliqua uerba, quę aliàs nõ operé-
3 tur, nisi usufructus deberetur, ut esset, † si testator primò reliquisset uxori alimenta, siue uictũ, & uestitum in domo, in alia parte relinqueret ipsam dñam, & usufructuariã, hæc. n. uerba forẽt superflua, si intelligerent solũ de alimẽtis cùm iam essent relicta. & ita consuluit Paul. de Cast. consi 389. incip ꝙ uxor dicti, & no. sequitur Alex. consi. 57. in 3. uol. incip perlectis uerbis, & i casu nostro testõr post illa uerba dñam & usufructuariã, subiecit & de introitibus bonorũ suorũ disponere pro libito, per copulã, & de cuius natura est legatum augere. l. ea tñ adiectio. ff. de leg. 3. si ergo poterit disponere de introitibus pro libito uoluntatis, quia indefinitè dicitur, iux. l. si plures. ff. de leg. 3. cui dubiũ ꝙ illa uerba forent superflua. si sola alimẽta iã legata ei forent debita, & ꝙ qñ conceditur talis licentia disponẽdi post tale legatũ, ut in themate nostro: testõr cẽseatur uelle, ꝙ habeat plenũ usumfructũ ne sint superflua, elegãter, & in terminis consuluit D. Maria. Soc. consi. j. in 4. uol. cum duobus sequenti, ubi in tertio consilio, idẽ dicit, qñ põt legari, diceretur, ꝙ non posset impediri, quominus posset uti & frui, cõsequẽ ergo integrũ usumfructũ, excepta legitima filiarum, & neptis, in qua computantur dotes, & legata habita à testatore, quæ legitima est tertia pars bonorum dicti testatoris, tam in proprietate, quàm in usufructu, detracto ęre alieno ut uolunt Bart. & alij in locis supra allegatis, & in consilijs supra adductis.

Et ita, ut supra, consulo iuris esse ego Mattheus de Aduocatis, doctor, & eques, in quorum fidem me subscripsi, ac sigillaui, saluo meliori iudicio. Laus Deo.

CONS. D. ANTONII CROTI I. V. D.

ARGVMENTVM.

¶ In fideicommisso uniuersali, ꝙ decedentibus filijs masculis, & legitimè conceptis, superstites masculi, ut supra, succedãt in stirpes, exclusis fęminis, quòd patrui non admittant nepotem.

SVMMARIVM.

1 *Concessio facta uni pro se, & fratribus filijs legitimis, & descendentibus masculis, qd importet.*
2 *Nominatum specialiter, tanquam prædilectum pri ùs admitti.*
3 *Substitutio filiorum reciprocè facta, an extendatur ad nepotes non institutos.*
4 *Filij etiam expressè uocati in genere, an intrẽt in locum patris in fideicommisso, & an in dispositione feudali. nu. 5.*
6 *Prædilectos in substitutione, in dubio, censeri, qui in institutione prædilecti fuerunt.*
7 *Gradus longiùs distantes, minùs descendentes efficere.*
8 *Filius in fideicommissis nõ obtinet locum patris, sed in gradu proximiores admittuntur. & n. 9.*
10 *Nepotes ex fratre non admitti cum patruo, secundùm Parisium, & nu. 12.*
11 *Sanguinis ordine, & affectione per testatores plures uocati non admittuntur pariter, sed primò nominati, & descripti.*
13 *Filiorum appellatione in fideicommissis, an & quando ueniant nepotes, & num. 17. & quid, si tempore testamenti filij non erant nati. nu. 14. & quid in substitutionibus. nu. 18.*
15 *Conditio à testatore prolata, in forma specifica adimplenda.*
16 *Nepotes succedere in filij præmortui locum, quãdo agitur de aui, uel proaui carnalis tantùm successione.*
19 *Dulcedo non tanta uersatur in nepotibus, quanta in filijs.*

1 CONSILIVM LXXV.

DIVINO implorato suffragio. anno 1504. 30. Decembris. Magnificus D. Michael Tõsus ciuis Mediolanensis cõdidit testm̃, in quo instituit Magn. D. Ioannem. Benedictum, Marcũ Antonium, Ioannem Franciscum. Ioan Baptistam, & Cęsarẽ Ludouicum eius filios, quos inuicem substituit per fideicommissum, hac cõditione, qđ si contigerit unum, uel plures ex eis decedere sine filijs, & descendentibus masculis, legitimis, & legitimè conceptis, ita ꝙ legitimati non comprehendantur, nec etiã fęminæ, taliter descendenti, uel descẽdẽtibus, substituit uulgariter, & per fideicommissum, & exemplariter, eorũ filios superuenientes, & descendentes ex eis, masculos, usque in infinitum, in stirpes, & non in capita. Posteà mortuo testatore, decessit unus ex dictis filijs, duobus relictis filijs, & alter, unico relicto filio, duo filij relicti à Magnifico D. Benedicto decesserũt nullis relictis masculis. Quæritur modò in eorum portionibus per testatorem relictis utrùm patrui excludant nepotem, & excludere clarum est, nam talis substitutio non egreditur nominatos, nec ad filios nominatorũ transmittitur, donec supuiuunt nominati, in terminis Alex. in feu-

in feudo, in consi. 204. incip consideratis uerbis. col. j. nu. 3. uersi. sed præmissis. uol. 2. ubi di
1 cit probatiorem esse sententiam, † ut concessio facta uni pro se, & fratribus, & filijs legitimis, & descendentibus masculis nō censeatur importare, quod decedente aliquo ex eius fratribus sine liberis, uideantur uocati filij alterius fratris ad partē decedentis, sed solū operabit, ut filij intelligantur uocati ad partem patris sui tantùm. Et in eodem consilio Alexand. in c. 2. numero 6. uersiculo confirmantur, allegando Bal. in l. cū ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. secundo, dicit in dispositione hominis, per quam uocātur aliqui ad successionem, non indicari de filiis fratrum præde functorum, prout de fratribus extantibus, & pro se allegat text. in l. Lucius. §. pater. ff. ad senat. consul. Trebellia.
2 Secundò † regulariter specialiter nominatus, tanquam prædictus, prius admittitur. l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. & ibidem omnes doctores Deci. consil. 1. incipient. memini in fin. Idem uoluit Dec. in consi. 408. incip. in præsenti consultatione, in fin. ubi dicit Alex. magis adherere huic opinioni, & ita iudicatum fuisse in Rota Curię Romanæ, dū ipse legeret Florentiæ. Idem attestatur, & affirmat fuisse iudicatum ut supra. in cōsilio 412. incip. uiso eleganti consilio colum. secunda, numero sexto, uersi. quòd in fideicommisis, & quanquā Deci. uideatur tenere contrarium in successione aui, uel proaui. in consi. 217. nihilominus se cōuincit, quia dicit se secutū fuisse opinionem Bald à qua non recedere, sed Bald loquitur indistinctè, tam in auo, & proauo, quàm in patruo magno, nec facit illam distinctionem, & Alexan. in consilio 123. uolum. primo, & idem Deci. consilio 465. incipient. perscrutatis uerbis. colum. secunda, numero 9. uersi. quo casu. uolum. quarto, ubi uult appellatione filiorum nominatorum proprijs nominibus in fideicōmisso aui, non uenire nepotes, existentibus filijs, cui consilio tanquam posteriori magis inhęrere debemus, quàm dicto cōsilio 217. arg. l. pacta nouissima. C. de pact. cum simi.

Præterea in d. consilio 465. nume. 10. uersi. substitutio, adducit. Deci. aliud fundamētum,
3 quod maximè ad usum nostrum facit, † quia substitutio istorum filiorū est facta reciprocè, & tunc non extenditur ad nepotes non institutos, secundùm Castren. quem allegat Deci. in consilio 38. incipient. dubium facit per text. in §. nos autem instit. . . cùm glo. ibi, & respondet nō obstare, si diceretur institutos fuisse nepotes si filij priùs instituti non uiuerent, quia talis institutio, facta ad prouisionem, in defectum filiorum, deficit, & euanuit. l. posthumorum. ff. de iniusto. irri. testa. & idem in terminis nostris consuluit Alexand. consilio 30. incip. uiso testamento. colum. prima, num. secundo, & Ruin. consil 181. incip. uisis consilijs col. j. nume. secundo, uersi. succedant, & colum. 2. nume. 3. uersi. & confirmato. uol. 2. & consi. 101. incip. super ijs. col. 3. & 4. numero 8. 9. & 10. uersi. & dubium. 5. uol. qui semper loquitur in fideicommisso aui, in hanc sententiam transit
4 Rubeus consi. 4. col. 3. Et † quando filij etiam expresse uocati, in genere uocantur, quòd non intrēt in locum patris in fideicommisso, tenuit Alex. in d. consil. 30. nu. 1. ubi uult in fideicommissis primò nominatos alijs præferri, & Alex. consilio 16. uolum. 6. & idem Dec. consi. 318. incipien. in causa istorum. colum. secunda, numero 50. uers. præterea dato, ubi allegat Cum. in consil. 106. incip. mulier instituit maritum. col. 1. nu. 2. uersi. pręterea. hoc attestatur Corn. in consi. 200. incip. circa præsentem consultationem col. j in prin. & per totum illud consilium uol. 2. & in terminis Cur. Iun. in tract. feu
5 do in 3. part. 3. part. principal. † ubi dicit in dispositione feudali filius non intrat locum patris, & allegat in specie dict. consilium D. Alexand. 204 facit dispositio regulæ l. fi. ad Treb.
6 ubi Bart. & Castrens. & alij dicunt, † in substitutione in dubio prędilectos censeri illos, qui fuere prædilecti in institutione. Ancha in consilio 68. incip. subtiliter. Castren. consil. 142. incip. uiso testamento, per totum part. 1. Ias. in consilio 77. inter consilia Rubei ad fi. Crauet. in cōsilio 147. incipient. Catherina colum. prima, numero secundo, uersicu. & quia. cum sequitur Alcia. in l. iuxta. nu. 5. ff. de uerb. signi. ubi alle-
7 gando. l. lege Iulia. ff. de ritu nuptia. dicit † quòd gradus longiùs distant minùs descēdentes effi ciūt, & idem Alcia. in l. liberorum. colum. pen. in fi. nu. 28. uersi. quartus casus. ff. de uerb. sign. ubi tenet in filijs, & descendētibus quòad fidei cōmissa, admitti primò filios, quàm nepotes, & cum hac sententia ipse transit.

Est insuper potens ratio, quæ oritur ex præsumpta mente testantis propter ordinatam charitatem, ut dicit Barto. in l. Gallus §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. Corne. in consilio 47. incipient. in præsenti consultatione. colum. secunda, numero 48. uersic. ubi formaliter. uolum. 2. & Dec. in d. consilio 412. incipient. uiso eleganti colum. pen. nu. 6. uersi.
8 quod in fideicommisis ubi dicit † in fideicōmissis filium non obtinere locū patris, sed admitti proximiores in gradu, & allegat ipsius consilium, & dicit secundùm illud fuisse iudicatum in Rota Curiæ Romanæ.

Idem affirmat Curt. Iun in consi. 59. incip. habita diligenti consideratione colum. fin. nu-
9 mero quarto, uersic. tertiò, suadetur, † ubi uult in fideicommisso filium nō ingredi locum patris, & uult quando fuerunt expressa propria

nomina,conditionem non purificari in personam filiorum.

In hanc eandem pedibus cadit sententiā Paris.consil.54.incip.pater facit.col.3.nume.30.
usque ad 345 uers. cum in fideicōmissis uol.2.
10 ubi expressè dicit. † nepotes ex fratre non admitti cum patruis. Istudmet idem affirmat Paris.consi.90.incip uiso testamento col.penult.
nu.46.uersi.nec prædicti.uolu.2.ubi cōprobat consilium decimumprimum,& idem Paris.cōsil.92.incip.prima dubitatio col.pen. num.65.
uersi.nam in successione,co.uol.2.vbi expressè dicit istam esse communem opinionem. Idem uoluit Paris.consi.21.incip.requisitis cum domino uidens colum.2.in fin. 3. & 4. & per tot.
11 uolum.3. ubi concludit † quotiescunq; plures inter quos cadit ordo sanguinis,& affectionis, per testatorē sunt uocati non admittuntur pariter, sed illi primò nominati, & descripti. Et respondet omnibus, quæ in contrarium adduci possunt.

Hoc idem sentit Paris.consi.90.incip olim.
col.3.nu.20.uersic.ut in fideicommissis.uol.2.
12 † ubi dicit in fideicommissis nepotem ex fratre non succedere cum patruo, & istud Aret.affirmat in d.consi.nu.120.130.& 140.& in cōsil.37.incip.si bona col.antepen.num.69.uersi.
præterea in successione.uol.2.

Et quamq̄ satis demonstratum sit, hanc cōmunem esse.tamen & Bald consulendo hoc tenuit in consil.13.incip punctus talis est,in fine uersi.& est ratio.uol.3.idem Bal.in consi.186.
incipien.quidam magni doctores, per tot.uolum quarto,& in consi.302.incipien non continentur, circa medium uolu.quarto, ubi dicit quando testator sentit de certis, non contineri alios,& si sentit de præsentibus, non contineri futuros.Cum.consilio 119.incip. testator instituit colum.j.numero secundo,uersi.circumscripto, ubi dicit,quando testator expressit substitutum,se retulit ad filios institutos, cùm dicit quandocunque contingat unum, uel plures ex eis decedere,& appellatione filiorum ad certas personas,non contineri nepotes.

Non obstat cōsilium Gozadini.4.incipien.
prima facie colum.3.num.130.uersi.secundo,
13 quò ad indicium, † ubi plura allegando vr tenere in fideicommissis appellatione filiorū cōtineri nepotes,quia illud procedit quotiescunque filij non fuerunt nominati à testatore, sed quando specialiter sunt nominati, tunc mens est,ut interpretatur, ut ipsemet Gozadi. in cōsilio 36.incip.in facto proponitur.col.2.in fi.
nume.9. uersi. septimo, quotiescunque,& 3.in prin.nu.10. uersi 8. considero, & ita intelligitur consilium Bal.362.& 364.& 408.in quarta parte.

Et quòd hoc sit uerum comprobat ipse Gozadin.in d.consi.36.col.2.nu.7. uersic.quinto,
14 quoties,ubi dicit † quando tempore testamēti nepotes non erant nati.nunq̄ appellatione filiorum cōtineri nepotes in fideicommissis. Facit quod uoluit in simili Goza. in consi.53.incip.
Ioannes Turcus.col.3.circa mediū nume.120.
15 uersi & conditio.ubi dicit,† quando à testatore est prolata conditio, debet impleri in forma specifica,non autem per æquipollens secūdùm Bart.in l.pater.ff.de cond.& demon.Quinimo idem affirmat Gozadin.in consi.29.incip uidetur prima facie,colum.quarta, circa medi. nu-
16 me.18.uersi.corroboro ubi dicit † nepotes succedere in locum filij præmortui, quādo agitur de successione aui,uel proaui carnalis tantùm, quòd illud limitatur procedere, ubi tractatur succedere iure hæreditario, sed secus quando iure fideicommissi.

Signorolus etiam Homodeus in consi.247.
incip quidam col.fin.nume.2.'uersi.si uerò pro
17 fertur,dicit,† quū ab homine profertur,nunquā appellatione filiorum contineri nepotes, per text.in l. quid si nepotes in fin. ff.de testa.tutel.
& in §.fi.instit.qui tut. da. poss. Idem consuluit Ancha.consil. 82. incip. dicta facti narratione col pen.nu. 11.uersi.quia sic surgit.

Et quanq̄ Ias.in consilio 52.incip. materia præsentis consultationis colum.3.num. primo,
18 uersi.unde testator. uol.3.† uideatur tenere in substitutionibus appellatione filiorum contineri nepotes,tamen non audet firmare pedem, sed solùm dicit illud procedere qn̄ fuerūt cōie curæ, fuisse talem uoluntatem testatoris.

Nec obstat consilium Marian. Soccin.144.
incip.nisi ac maturè consideratis colum.3.nume.9.uersi.sed ita uidisse.uol.primo, quia non dicit cōtrariam opinionem esse ueram, nisi cū declaratione Imo.in l.Gallus.§.institutione.ff.
de lib. & posthu. uidelicet ꝙ procedat quando non reperiuntur filij,sed tantum nepotes,quod non est in casu nostro, ita dicit ibi Maria.in d.
consilio 106.col.pen.in fi.nu.31. uersi.& hoc eo maximè, & etiam respondetur magis commune esse cùm Bal.quàm cum glo.uti clarè patebit siquis pondere, & mēsura examinabit, & enumeret Docto. in hac materia disputantes, & ipse Maria.Soccin.contrarium tenuit consi.
149.incipien.proposita quæstio. colum. antepen.in fi.numero 7.& ultima per totam,uersic.
& cum propriè, uolum. secundo, ubi allegans eius patruum Barto. Soccin. in dict.§.institutione.concludit in prouisione testatoris,appellatione filiorum non contineri nepotes, & sic est sibi contrarius.

Nec obstat consilium Barto.Soc.nume.17.
incip.casus super quo uolum.4. quia loquitur, quando nepotes excludunt extraneū & qn̄ cōditio nō fuit facta de præsenti filio, sed collata in futu-

in futurum euentum, & qñ testatori nulli erant filij, qđ non est in casu nostro. Et Bart. Soc. pro filijs tenet cõtra nepotes in isto casu. in cõ sil. 51. incip. uisa facti naratione col. 4. in fi nume. 23. uers. tertiò principaliter, ubi dicit hanc esse magis communem, uol. 4.

Hanc eãdem opinionem consulendo tenuit idẽ Barto. Soc. pp multa fundamenta in consi. 73. incip. capiendo col. 2. nu. 18. uersi circa secundam dubitationem nolu. 4. ubi dicit istam esse ueritatem, præsertim quia tpe facti testamẽti in rerum natura nepotes non. & c. & ibi Soc. col. 6. num. 21. uersi. cùm ego Allegando Ang. in consi. 108. incip. super puncto. num. 2. uersi. contrarium dici, licèt dulciora nomina filiorũ & nepotum non possumus. hrẽ l. liberorũ. ff. de

19 uerb. significa. † non tamen tanta dulcedo uersatur in nepotibus, quanta in filijs nobis appropinquantibus, idemmet attestatur cõsulendo Soccin. in consilio 152. incip. casus iste per tot. & maximè in col. 6. in subscriptione dominus Angel. de Aretio nol. t. ubi dicit omnia cessare, quando nepotes non erant nati, ut in casu nostro.

Et Franc de Aret. in consi. 145. incip. respõdendo col. 2. circa medium uersi. præterea, dicit istam opinionem esse magis iuridicam, quã nulla est coniectura pro nepote, uel quando testator non solebat apponere nepotes pro filio sed in nostro casu; etiam non poterant, Quia fortè non erant nati.

Idẽ consuluit Cald. ẽt in contractibus cõsi. 11. incip. si emphy. Hiero. Crotus in consi. 60. inci. uisis col. pen. nu. 23. uers. & qñ uol. j. dicit non solũ in hæreditate, sed ẽt in feudis, primã causam filiorum esse; & ab eis omnes excludi. extant ultra supra dicta, quæ etiam tenuit noster Mediolanensis, & senator Bellonus in consi. 50. incip. in præsenti difficultatẽ. col. 2. nu. 1. uersi. altera principalis, quã dicit tenuisse Ias. Ant. Rubeum & Crot. & esse sequendã tanquàm magis communem, & idem replicat in d. consi. col. pen. nu. 5. uersi. accedit aliud. Concludẽdum est igitur ex doctorũ omniũ magis recepta sententia filios Magnifici dñi quondã Michaelis Tonsi Senioris in bonis Magnifici domini quond. Alexandri, quæ fuerant fideicõmittentis, & Magnificos filios Magnifici dñi Marci Antonij admitti, & ita uerba præscribã.

Ego Ant. Crotus I. V. D. Anno Dñi. 1553.

CONSIL. D. IOANNIS MERICI de Chartularijs Patauini. I. V. D. cum subscriptionibus.

ARGVMENTVM.

¶ Legatum alimentorum de bonis subiectis fidei commisso, & alienari prohibitis per testatorem an sustineatur, & an saltem ualeat quoad ratam Trebellianieæ.

SVMMARIVM.

1 *Testari liberè cuique conceditur.*
2 *Testator relinquens usumfructũ uxori, & postea filiũ hæredem instituens, filius solùm proprietarius est, & integrum usumfructum uxor hẽbit.*
3 *Legatum rei alienæ à sciente alienam ualet.*
4 *Legatum rei alienæ quando præstabit hæres.*
5 *Legatorum diminutio ob defectũ facultatũ faciendа, nu. 29. inuentario facto. nu. 30.*
6 *Alienationis prohibitio extra familiam ex causa facta ualet.*
7 *Testator ut Falcidiam, ita & Trebellianicam potest prohibere, ut in prohibita alienatione, & nu. 8. 9. & 20.*
10 *Alienatione prohibita extra familiam, prohibere extranei institutionem, & legatum &c.*
11 *Alienata per hæredem imputant ur in quartam Trebellia. si non excedant. in nu. 12. & 27.*
13 *Legare quis omnia sua nõ potest, exclusa filia, cui legitima debetur.*
14 *Legitimã filio tollere, est contra officium pietatis, & grauari non potest. nu. 20. & 21.*
15 *Altare unum spoliare, & alterum cooperire non licet.*
16 *Dotare filiam ad patrem pertinet, & unde numero 18.*
17 *Dos loco alimentorum succedit.*
19 *Dos grauari non potest.*
22 *Legando usumfructum, legare uidetur quis id iuris, quod in re habet.*
23 *Vsumfructum morte mea periturum legare non possum, longè minùs rem ipsam. nu. 24.*
25 *Legatum emphyteosos morte perituræ, uel etiam eius usufructus non ualet. & nu. 26.*
28 *L. uxori. ff. de usufruc. lega. correcta per auth. nouissima. C. de inoffi. testa.*
31 *Hæres hæredis censetur primi testatoris hæres.*

CONSILIVM LXXVI.

IN Dei nomine amen. Casus, super quo dubitatur, talis est. Quidam ser Bartolomeus Ricius Pelliparius quondam Magistri Ioannis Ricij textoris pannorum lini. Die 2. Iunij 1486. suum condidit testamentum, in quo dominã Perinam uxorem suam uniuersalem fecit hæredem in uita sua tantùm, & post eius mortem ei substituit hæredes uniuersales Iacobũ, & Gulielmum fratres in domo ipsius testatoris habitantes, filios quondam Laurentij de Cumo, qui erant extranei ipsi testatori. Disponens etiam, ut hæreditas sua prædicta uadat, & perueniat in filios, & hæredes ipsius Iacobi, &

Gulielmi prohibens dictorum suorum bonorum immobiliũ alienationẽ, sed ꝙ debeant successiuè transire de hærede in hæredem usq; in infinitum, & casu, quo dictus Iacobus, & Gulielmus decederẽt sine filijs, uoluit quòd dicta sua hæreditas peruenire déret in certas fratalias de quibus in dicto testamento mortua ipsa domina Petra uxore. & hærede dicti testatoris, Iacobus, & Gulielmus substituti multa bona immobilia prædictæ hæreditatis alienauerũt. Accidit, quòd Iacobus mortit, relicto filio suo sancto, similiter autem moritur Gulielmus, relicto artium docto. domino Petro Ant. Qui dominus Petrus Antonius ueniens ad mortem, licèt nihil, uel parũ haberet in bonis, ultra bona fideicommissaria dicti primi testatoris, fecit testamentum, in quo legauit uictum, & uestitum cuidã D. Triuisanę materterę suę in uita sua, in oĩbus autem alijs bonis uniuersalẽ hæredem fecit uentrem uxoris suæ plenum, mortuo autem dicto domino Petro Ant. nata est puella nomine Antonia Gasparina.

Quæ puella, uel eius gubernatores facto inuẽtario timore litis futurę, & expensarũ superuenientiũ occasione pfactæ hæredit. q. ser Bartolomęi Ricij hẽditatẽ pdictã adierũt, Sanctus dicebat ad se spectare, q̃a masculus, & gubernatores posthumi dicebant ꝙ ex mente d. ser Bartolomęi Ricij iã masculi, q̃ fęmine erant noçatę, deuenerunt tãdẽ ad pactũ, & transactionem ꝙ dicta hẽditas dicti Bartolomęi Ricij, uel portio peruenta in dict. D. Petrum Ant. deberet remanere & pertinere ipsi Antoniæ posthumæ.

Oritur modò quæstio inter prædictos gubernatores Antoniæ posthumæ, & præfatam D. Triuisanam legatariam, quæ petit præfatũ legatũ alimentorum. Et pro ipsa domina Triuisana facit, ꝙ prædictus D. Petrus Ant. de sua quarta Trebellianica, quam uidebatur habere in dictis bonis fideicommissis dicti ser Bartolomęi primi testatoris, & q̃ potuit detrahere de dicto fideicommisso uniuersali iuxta illud, ꝙ habeatur in §. sed q̃a instit. de fideicom. hær. & toto titu. ff. & cap. ad Trebel. ad libitum suum potuit disponere, & maximè ad pias causas,

1 & pro anima, quia † unicuique est concessum liberè testari, & iudicia sua nemini debent esse cassa, sed unicuiq; sit libera uolũtas &c. ut in l. 1. & per ea quæ notantur ibi per scribentes C. de sacro. sanct. eccles.

Amplius dico pro ipsa D. Triuisana. Quod

2 si testator reliquit usumfructum omnium suorum bonorum uxori sui, & postea filium suũ uniuersalem instituit hæredem, ꝙ ipsa uxor debet habere integrum usumfructũ ab ipso filio hærede, & sic onus legati usufr. ualeat, & tenet casus est not. in l. uxori l. ultima. ff. de usufruc. legat. quem text. exclamant ibi doct. & Bal in l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testa. modò in proposito nostro ipsa D. Triuisana debet posse cõsequi legatũ prædictum ab ipsa Antonia posthuma uirtute dicti testamẽti domini Petri Ant.

Itẽ multùm stringit pro ipsa D. Triuisana,

3 Nos † habemus ꝙ legatum rei alienę ualet, & tenet factum à sciente rem esse alienam, uel factum coniunctæ personę, Casus est de utroq; ad literam in l. cũ alienam. C. de legat ubi Bar. Ange. Alex. Pau. Bald & omnes ibi notant, sed ita est ꝙ ipse D. Petrus Ant. sciebat se relinquere uictum. & uestitũ de usufruc. rerum subiacentium fideicõmisso. q. ser Bartolomęi primi testat. Item legauit non extraneę personę, sed sibi coniunctę. s. materterę suę, ergo &c.

4 Vlteriùs dico quòd testator † potest legare rem alienam, & hęres tenetur eam rem emere, & legatario pstare. Et si dominus illius rei nolit eam uendere, hæres tunc tenere ad eius ęstimationem, ut l non dubium. §. fina. ff. de lega. 1. l. qui concubinam. §. fina. eo. titu. §. non solùm instit. de legat.

Nec obstat si diceretẽ, in themate præmisso dicitur ꝙ ipse D. Petrus Ant. parũ aut nihil habebat in bonis, quia hoc nõ obstante bene ipse potuit disponere, & legare præfatę D. Triuisanæ habito tamen respectu ad facultates suas.

5 † Quia bene uerum est, & fateor diminutionẽ legatorum fieri propter defectum facultatum pro rata ut l si quis testamento §. fi. ubi Bart. & doct. ff. de leg. 1. Bal. Bart. in l. cum quæstio per glo. ibi. C. de legat.

His tamen non obstantibus, & alijs quæ pro ipsa D. Triuisana possent aduci in contrarium, puto de iure forte uerius, & firmius teneo, ꝙ ipsa filia posthuma Ant. nullatenus teneatur, & obligata sit præstare tale legatũ alimentorũ præfatæ D. Triuisanæ, & ad istud tenendũ me mouent infra urgentia, & rat. infrascrip.

Et primò quia in themate supradicto dictũ fuit expressè per præfatum ser Bartolomęum Ricium primum testatorem, ꝙ nolebat bona immobilia suę hæreditatis alienari, sed ꝙ debeant successiuè trãsire de hærede in hæredem descend. ex Iacobo, & Gulielmo in infinitum

6 quæ † prohibitio quando est facta ex causa ualet per ea, quæ habentur, & notantur per Bar. in l. filiusfam. §. dini. ff. de legat. primò, sed in casu nostro patet ipsum testatorem prohibuisse alienat. ex causa quia habuisse uĩ respectum ad descendẽtes familiæ Iacobi, & Gulielmi dũ subdit, quòd dicta sua hæreditas uadat in filios suos, & descendentes ex eis &c. sed ita est, quòd

7 sicut testator potest prohibere Falcidiã, ita potest prohibere, & Trebell. per ea, quæ habentur & notantur per Bald. & docto. in authen. sed cùm testator. C ad l. Falcid. & in §. fin uerò

expressim

exprefsim in auth. de hæredi. & Falcid. Modò
8 nos habemus quòd † qñ testator in testamen-
to suo prohibuit alienationem bonorum suo-
rum, tunc non detrahitur Trebel Casus est no.
quem Bald. ibi ad hoc exclamat dicens esse ibi
not. casum, ad quem communiter doctores, &
aduocati non aduertunt in authen. sed & in
ea C. ad l. Falcid. & ibi dominus Alexand.
& Bartol. & Paul. de Castr. si ergo non de-
betur Trebellianica hoc casu quia fuit pro-
hibita, ergo legatum prædictum factum per
9 dominum Petrum Ant. est † inane, & maximè
cũ dictus dominus Petrus Ant. nil aliud ultra
fideicommissum habeat in bonis, iuxta ea quæ
habentur per doct. per illum text. in l. si uniuer
sę. C. de legatis.

10 Amplius dico, ꝙ † prohibita alienatione bo
norum suę hæreditatis per dictum testm̃ cense
tur prohibita hæredis extranei institutio, & le-
gatum in extraneũ, quia legando extraneę per
sonę quo ad agnatos Gulielmi D. Petrus Ant.
uidetur alienare, ut habetur per not. per Barto.
in l. filius fam. §. diui ff. de legat primo, latè in l.
peto. §. fratre de legat secundo, & in l. si ita q. s.
§. ea legè, ff. de uerbo. obligat. per Dynum in l.
pater. §. Iulianus. ff. de leg. 3.

Dato etiam, quòd non fuisset prohibita Tre
bel. per dictum primum testatorem, præsuppo
nitur in dicto themate, Iacobũ, & Gulielmum
prædictum multa bona prædictæ hæreditatis
11 alienasse, quo casu alienata per † primum hę-
redem imputantur sibi in quartam Treb. & am
plius non debet detrahi, ne annihiletur fidei-
commissum per ea, quæ habẽtur per illum tex.
in l. marcellus. §. resquę. ff. ad Treb.

Item dictus Gulielmus pater Petri Ant. ha-
buit dotẽ ab uxore sua, quã consumpsit in uita
sua, & cũ pueniret ad mortem, uxor sua fuit sa
tisfacta, de bonis fideicommissis dicti Barto-
lomęi Pelliparij primi testatoris, quæ bona de-
bent imputari in Trebellianicã tangẽtem dicto
Gulielmo iuxta ea q̃ habentur in auth. res quæ.
12 C. communia de leg. Ergo † si fuit detracta per
Gulielmum patrẽ dicti D. Petri Anto. ampliùs
non debet detrahi per Petrum Ant. consequen
ter ipse tanquam nihil habens, non potuit le-
garet dominę Triuisanæ supradictę.

Amplius dico ꝙ si dictus dñs Petrus Anto.
aliqd habuisset in bonis, uidelicet quòd Treb.
per testat nõ fuisset prohibita, uel quia nõ fuis
set per Gulielmum patrẽ suum detracta, aduc
autem non potuisset legare pro anima sua, put
fecit præfatę dominæ Triuisanæ exclusa ipsa
13 posthuma, cui debebatur † legitima sua per di
ctum Sãcti Augustini, qui nolebat patrẽ exclu
dere filium instituta ecclesia. per ea, quæ dixit
glos. in l. si quis ad declinandam & docto. ibi.
C. de episc. & clericis. 17. quæstione quarta, ca-
pitulo fina. & rationem assignat Bart. in l. 1. in
14 prima col. C. de sacro. san eccles. † quia auser-
re filio legitimam suam, est facere contra offi-
cium pietatis l. nam & si parentibus. ff. de inos.
testamento, & sic contra pietatem non est piè
15 relinquere, est enim. † Vnum altare cooperire,
& aliud discooperire, quod nõ licet. l. assiduis.
16 C. qui poti. in pig. hab. Et eò maximè quia † ad
eum spectabat filiã alere, & eam dotare iuxta
ea, quæ habentur in l. fina. C. de dot. promis.
17 † quæ dos succedit loco alimentorum per ea
quæ habẽtur in auth. res quæ. C. commu. de le-
gat. & in dict l. fina. de dot. promis. quæ omnia
debebantur ipsi puellę loco legitimę suæ quam
18 de iure debebat hr̃e † nõ aliunde, q̃ de patrimo
nio, & de bonis paternis. l. scimus ubi Bal. Bar.
Pau. de Castr. & dominus Alexand. de Imo. C.
de inofficio. testamento. & Bar. in l. in quartam
19 in 4. col. C. ad l. Falci. † Adeò quòd filia nulla-
tenus potest grauari in dote quatenus est infra
legit. suam. l. penult. §. filiæ, & ibi Barto. ff. de le
gat. secundò Bald. in l. quoniam nouells. C. de
inoffic. testamẽto. in legitima enim nullum de
bet esse grauamen. l. quoniam in prioribus. C.
20 eod. titu l. pen. § filię de legat. secundò. † Adeo
quòd in ea non potest fraudari usufructu per
21 ea, quæ habentur per † Bart. Alex. & communi
ter omnes in auth. nouissima. C. de inofficioso
testa. & in d. l. quoniam in prioribus eo. tit. Ad-
ducitur etiam pro ipsa filia posthuma tale fun-
22 damẽtũ. Quia † quotiescunq; aliquis aliquod
ius habet in aliqua re duraturã in uita sua, puta
usumfructum, quia legando usumfructum il-
lius rei uidetur legare ius, ꝙ habet in illa re tex.
est not. in l. quod in rerum. §. primo, ff. de legat.
23 primò, † ideo illud legat. non ualet, nec te-
net, quia quando testator habet ius in re, quod
finiebatur morte sua, si tale ius legat, nil legare
uidetur ita dicit Barto. & doct. ibi in dict. §. pri
24 mo, & in l. sticho. ff. de usufructus leg. † Et eo-
dẽ modo quando quis habet usumfructum in
re, & legat illam rem simpliciter, quia legatum
non ualet, ut l. uxor patrui. C. de legat. & ibi
Bart. Bald. Alexand. & omnes Moderni in d. l.
sticho de usufruct. legat. sed palam est ipsum
dominum Petrum Ant. solum habuisse ius in
dictis rebus fideicommissis, quõdam ser Barto
lomęi Ricij, & sic erat tanquam fructuarius, q a
ea bona fuerunt per dictum testatorem pro-
hibita alienari, sed successiuè debere transire
de hærede in hæredem, & succes. domini Iaco-
bi, & Gulielmi. Ergo legando usumfructum,
uel uictum &, uestitum dictæ dominæ Triui-
sanę, uidetur factum legatum extraneę perso-
nę, quo ad Gulielmum quia uidetur legasse il-
lud ius, quod habebat. Ergo nil legasse uidetur.
Et per hæc dicit Barto. se pluries consuluisse
in dict. §. uxor patrui, & per l. quod in rerum

25 §. 1. de leg. j. quòd † quando quis testator conduxit in emphyteosim fundum, quę emphyteosis morte sua finiebatur, & in testamento suo legauit illum fundum in cap. uel usumfructum illius fundi quòd tunc tale legatum perimitur, & non ualet its Bario. ibi in locis suprallegatis quem sequuntur Bal. & dominus Alex. in dicta l. uxor patrui.

Ex quibus & alijs, quæ pro hac parte adduci possunt, concludo tale legatum alimentorum factum per dictum dominum Petrum ante dictæ dominæ Triuisanę non ualere, tanquam Inane, & consequenter ipsam Antoniã posthumam, uel eius gubernatores non esse obligatos ad eius legati præstationem.

Non obstant modò deducta in cõtrarium, & primò non obstat quod dicitur, quod dictus D. Petrus Ant. potuit ad libitum disponere de quarta Trebel. Quia uerum esset, si posset detrahi de 26 tali fideicommisso † sed quia fuit prohibita per testatorē primū, ex quo prohibuit bonorū suorū alienationē auth. sed & in ea. C. ad l. Falc. Itē 27 apparet quod fuerunt multa † bona alienata per patrem suum Gulielmum, quę imputantur in quartam. l. Marcellus. §. res quę ff. ad treb. & sufficit una detractio. ne fideicommissum annihiletur, & sic dictus D. Petrus Ant. nil habebat de quo posset ad libitum disponere.

Non obstat secundum fundamentum. d. l. 28 uxori. ff. de usufructus leg. Quia respōdeo, † quod illa lex hodie est correcta per auth. nouissima. C. de inoffic. test. ut dicit Bald. in l. quoniam in. prioribus C. de inoffic. test. ratio quia filius debet habere legitimam suam absque ullo grauamine ut d. l. quoniam in prioribus.

Non obstat tertium, & quartum fundamentum pro domina Triuisana. Dum dicebatur quod rei alienæ ualet relictum coniunctę personę, & quod hęres tenetur redimere, & si non potest, te29 net ad ęstima. Resonpedo. † uerum esse, si hæreditas sit soluendo, non autē ultra uires hæred. l. si uniuersę, & per ea quæ habentur ibi per do30 ctores. C. de legat. & † maximè quando hęres fecit inuentarium, pro ut in casu nostro, iuxta ea, quę habentur in auth. sed cùm testat. C. ad l. Falcid. sed dictus dominus Petrus Anto. nil habebat, ergo nil potuit relinquere. l. si uniuersę supra allegata. Nec obstat, si diceretur uentrem plenum fecit hæredem in omnibus alijs, & sic ipsa puella posthuma habet totam hæreditatē. Quia respōdeo quòd ipsa posthuma non capit dictam hæreditatem tanquam propriam Petri Antonij patris sui, licèt ueniat mediante persona sua, sed capit tanquam de bonis ipsius Bar31 tolomęi Ricij primi testatoris † quia hæres hæredis censetur hæres primi testat. l. fi. C. de hæred. Inst. glos. & cano. in c. ex transmissa extra de filijs præsbyterorū: si ergo ipsa filia non fuit honorata à patre, nec etiam potuit grauari, ex quibus concluditur dictum dominum Petrum Ant. inutilit. legasse uictum prædictum dominę Triuisanę, & consequenter ipsam pupillam non teneri ad aliquid. Laus Deo.

Et ita iuris esse, & de iure dico Ego Ioannes Mericus de Chartularijs I. V. D. Patauinus: in quorum fidem hæc propria manu scripsi, & sigillari feci: saluo semper.

Et ita dico ego Annibal Roggerius I. V. D. Patauinus requisitus.

Et idem dico ego Bartolomęus de Vrbino I. V. Doct. Patauinus.

Et idem dico ego Bartolomęus ab horariolI Doctor Patauinus.

CONSILIVM D. BARTOLOMAEI de Vrbino Patauini. I. V. D. in casu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione institutionis, censentur uocati tacitè.*

2 *Substitutio de gradu in gradū, ad priorem in gradu porrigitur.*

3 *Testatoris iudicium sequendum est, quod etiam ab intestato uenientes sequi uidentur.*

4 *Familiæ dignitatem conseruare satis est honestum.*

5 *Filiorum appellatione ueniunt tam mares, quàm fœminæ, maximè in fauorabilibus nu. 6.*

7 *Statuta excludentia fœminas stantibus agnatis non uigent, ubi extranei instituuntur. & nume. 8. & 11.*

9 *Fratris appellatione, & soror continetur, sed non perpetuò.*

10 *Testator si legat fratri, cū plures habeat fratres, quis admittatur.*

12 *Indefinita non ad omnia, sed ad aptiora tantum extenditur, ubi non est uniformis ratio inclusorum.*

CONSILIVM LXXVII.



IN Dei nomine. Casus, super quo petitur consilium, talis est, quidam ser Bartolomęus Ricius pelliparius quondam Magistri Ioannis Ricij textoris pannorum lini die 2. Iunij 1486. suum condidit testm̄, in quo dominam Petram uxorem suam uniuersalem fecit hæredem in uita sua tantùm, & post eius mortem ei substituit hæredes uniuersales Iacobum, & Guliel-

Gulielmum fratres in domo ipsius testatoris habitantes filios.q Laurentij de Cumo qui erant extranei ipsi testatori, disponens etiam, ut hereditas sua prædicta uadat, & perueniat in filios, & hæredes ipsius Iacobi, & Gulielmi. & sic successiuè de gradu, in gradum, usque in infinitum, & casu, quo morirētur sine filijs, uoluit, quòd hæreditas sua perueniret in certas fratalias, de quibus in testamento.

Accidit quòd Iacobus moritur relicto filio suo Sancto, similiter etiam moritur Gulielmus relicto Petro Antonio, qui Petrus Antonius ueniens ad mortem uentrem plenum uxoris fecit heredem, & post mortem Petri Antonij nata est puella. Oritur quæstio inter Sanctum, & gubernatores illius puellæ posthumę, quis sit potior in bonis & hæreditate Petri Antonij, siue partis eidem Petro Antonio proueniente ex bonis, & hæreditate ser Bartolomæi testatoris, an ipse Sanctus uigore testamenti & substitutionis, an uero ipsa puella posthuma.

Pro dicto Sancto multùm facit, quia iste testator substituendo filios, & heredes Iacobi, & Gulielmi uidetur eos uocasse secundùm dispositionem statutorum Paduę, cùm ipse testator esset Paduanus, & In ciuitate Paduæ suum fecerit testamentum. Sed statutum nostrum Paduanum de successionibus mulierum, & reformatio, expresse excludunt filiam fœminam, extante aliquo descendente, usque ad tertiū gradum, de iure canonico. cùm ergo extent descēdentes Iacobi, uidelicet Sanctus nō erit locus huic filię Petri Antonij, quia testator uocauit filios eorum secundùm formam statutorum, & sic mares tantùm, eos præferendo fœmiuis, quia dicit glo. communiter approbata in l. Lu-
1 cius in fi. la ultima. ff. de heredibus instit. † φ filij positi in conditione, censentur uocati tacitè, licèt non expressè. Præterea facit pro Sancto, quia ipse est anterior in gradu, quàm sit posthuma habito respectu ad testatorem.
2 † Et ideo cū testator uocauerit istos filios, & hæredes de gradu, in gradum successiuè, apparet quòd priorem in gradu, prætulit iuxta § si uerò neque fratres in auth. de heredit. quæ ab intestato. Et tantò magis hoc dicendum est, quia illud statutum, & etiam reformatio, expressè loquuntur tam ex testamēto, quàm ab intestato, et ideo licèt iste Petrus Antonius testatus fuerit in uentrem, tamen non potuit præiudicare Sancto uocato ex dispositione testatoris, fundata super statuto pręcludente etiam uiam testari. Amplius dico, quòd esto, quòd statutum loqueretur ab intestato tantùm, ta-
3 men ex † quo testator Bartolomæus habuit intentionem ad dispositionem sui statuti, uidetur uoluisse excludere fœminas, ut dicit Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad trebell. & ibi Ange. & Rapha. & dominus Alex. plenè, & per Bart. in l. heredibus. §. 1. eo. titu. & per Ioan. de Imo. in l. fi. ff. de cond. & demon. quia et regula iuris. in l siquis cùm nullum. & in l cum fictitur. §. 1. ff de iure cod. φ etiam uenientes ab intestato, dicuntur succedere ex iudicio testōris.

His tamen non obstantibus, & alijs quæ adduci possent, puto contrarium de iure uerius esse, & constanter teneo, quòd ista filia posthuma succedere debeat in omnibus bonis paternis excluso Sancto. Et ratio est, quia hoc statutum Paduanum loquitur de descendentibus tantùm, dicens quòd tales descendentes fœminæ, etiam per lineam masculinam prouenientes non succedant patri, aut matri, uel ascendētibus, stantibus fratribus, uel alijs agnatis masculis, & consequenter habuit respectū ad statum, & dignitatem familiarum, & ut bona conseruentur in agnatione, ut expressè dicit refor-
4 matio incipiens, † Cùm satis honestum sit dignitatem familiarum cōseruari, & facit l. j. sed si seruus. ff. de uentre inspi. Sed quando extraneus extraneum heredē instituit, & eius filios substituit, non habuit respectum ad familiam hæredis sui, ad quā ipse erat extraneus, immo uidetur loquutus esse testator secūdùm dispo-
5 sitionem iuris communis, secundùm quā † appellatione filiorum ueniunt tam mares, quàm fœminæ. l filij appellatione. ff. de uerb. signifi.
6 et maximè in fauorabilibus, prout est institutio, & substitutio, et datio tutoris. l si quis ita dederit ff. de testamen tutela. & l. si ita scriptū in princi. ff. de legat. 2. ita dicit eleg. mer Pau. de Cast. in suo consilio in libro meo. 79. Incipiente Casus iste frequenter contingit &c. Ita etiam tenet dominus Alex de Imo. in d. l. hæredes mei. §. cū ita, in 5 col. in uersic. pro hoc etiā
7 facit, † quòd dixit Petrus de Anch. ubi refert dominum Pet. de Anch. ita dixisse in l. tres fratres. ff. de pact. uidelicet, quòd statuta quæ excludunt fœminas, stātibus agnatis, non habēt locum ubi extranei instituuntur hæredes, quia tunc testator non præsumitur habuisse respectum ad agnationem extraneorum. Ita etiam consulendo, dicit dominus Alex. in suo consi. 15. in 4. uol. incip. uiso testamento Ioannis de
8 Montolinis, ubi dicit, quòd † licèt testator uocando filios alicuius, uideatur esse loquutus de masculis tantùm, secundum formam sui statuti: Tamen hoc non haberet locum quando instituisset Petrum extraneum, & substituisset ei filios Petri, quia isto casu uidetur uocasse tam mares, quàm fœminas, secundū dispositionem iuris communis, ita dicit Petr. de Anch. in d. l. tres fratres, quod probat per ea, quæ dicit ibi
9 Bal. in primo nota. † ubi tenet, quòd licèt appellatione fratris contineatur soror, ut ibi, attamen illud non habet locum, ubi ex cōiecturis, aliud

aliud apparet. l. si quis seruum §. si inter duos. ff. de legat. 2. iuncta l. falsa. §. 1. ff. de condit. &
10 demonst. † Vbi si testator legat fratri, & plures habeat, ille qui probat ex coniecturis, quòd testator de se sensit, est præferẽdus. sic & in proposito, ex quo extraneus erat testator, apparet
11 tum non considerasse agnationem, † sed oẽs æqua lance uocasse, secundùm quod ius commune disponit, de quo dicto domini Petri etiam fecit mentionem dominus Alex. in l gallus. §. 1. in fi. ff. de libe. et posthumis, & d. Iason in d. l. tres fratres, sexta limitatione. Hinc dicimus
12 † quod indefinita non extenditur ad omnia, sed ad aptiora, ubi non est uniformis ratio inclusorum, ut dicit glo. in c. ut circa de elect. lib. 6. in uerbo coram, et Dy in rubri. de reg. iu. lib. 6.

Nec obstat, quod iste Sanctus erat proximior testatori, quia ad proximitatem testatoris non debet haberi respectus, cum esset extraneus, sed proximitas debet considerari respectu ipsius Petri Antonij, Vltimo loco morientis, quia de eius nunc hæreditate, & successione tractatur, palàm est autem, filiam ei proximiorem esse, quàm consobrinum: ergo.

Item non obstat, quòd statutum excludit fœminas, tam ex testamento, quàm ab intestato, quia statutum loquitur in patre testante, non autem in extraneo. Ex quibus concluditur istam posthumam esse potiorem Sancto in bonis Petri Antonij patris sui. Laus Deo.

CONSILIVM V. I. D. BALTHAsaris Cardutij Florentini.

ARGVMENTVM.

¶ Renunciatio futuræ successionis, quando ualida sit: & statutum excludens fœminas ob superexistentiam masculorum, an uerificetur in masculis religionem ingressis: necnon si fructus cum legitima compensentur, cum alijs casibus pluribus ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de futura successione non ualet iure ciuili, attamen iuramento ualidatur. & nu. 2.*
3 *Iuramentum contra bonos mores, non est obligatorium.*
4 *Pacta in præiudicium tertij, nec iuramento uallata ualẽt, & sine interitu salutis æternæ. nu. 5*
6 *Pactum renunciationis hæreditatis iuramento uallatum, sit ne firmum & licitum. & nu. 7.*
8 *Pacta captatoria de futura successione, non, nisi consensu illius, de cuius hæreditate agitur, ualent. & nu. 9.*
10 *Statuta excludentia ab hæreditate ingredientes religionem, non ualent.*
11 *Pacto fieri nõ potest, quod lege fieri prohibetur.*
12 *Dispositio omnis, quæ libertatem matrimonij interdicit, est nulla.*
13 *Statutum auferens dotem clandestinè contrahẽtibus, non tenet.*
14 *Pacta ne bona ad monasterium transeant, ualent, si ingrediatur monasteriũ paciscens. n. 16*
15 *Argumentum à contractibus ad ultimas uoluntates, ualidum.*
17 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
18 *Religionem ingredi quis dicatur.*
19 *Pactum, ne quis ingrediatur monasterium, non ualet, quia per hoc impeditur uita contemplatiua.*
20 *Renunciatio ubi non sortitur effectum, an dispositio ibidem seruanda sit.*
21 *Renunciatio de hæreditate uiuentis censetur collata in tempus, quo defertur successio.*
22 *Monasterium ingressus, si sibi hæreditas aliqua contingat, non potest illam repudiare, communiori opinione. nu. 24*
23 *Pater hæreditatem repudiatam à filio, nihilominus adire potest. & nu. 27*
25 *Religionis ratio summa.*
26 *Renunciatio filij super hæreditate materna, an præiudicet patri. & nu. 27*
28 *Filia renuncians, uiuente patre, hæreditati cum iuramento, habetur pro mortua. Paul. Cast. contra. num. 29*
30 *Renunciatio matris, an præiudicet filijs.*
31 *Renunciatio hæreditatis uiuentis, tanquam facta respectu iuris futuri, non ualet, tamen uidetur inducere pactum de non petendo. num. 32. præcipuè si iuratum sit. nu. 33*
34 *Iuramentum actus illicitos non roborat.*
35 *Hæredes non ligari ratione iuramenti auctoris, sed bene ratione pacti iuramento uallati.*
36 *Derelictam rem in dubio nemo habere præsumitur. & nu. 47*
37 *Renunciatio hæreditatis per filiam, patri facta uidetur.*
38 *Causa finalis expressa regulat causatum, non autem impulsiua. nu. 46*
39 *Causa potentior effectu.*
40 *Renunciatio fratris in fauorem fratrum facta, bis præmorientibus resoluitur.*
41 *Renunciatio etiam generalis, restringitur à causa expressa.*
42 *Præsertim, & maximè dictiones casum ubique comprehendunt. limit. nu. 44. & 45*
43 *Causarum altera deficiente, remanet nihilominus firma dispositio.*
48 *Causa finali renunciationis cessante, cessat & renunciatio.*
49 *Clausula, omni meliori modo, rebus sic stantibus, intelligenda.*
50 *Statuta, & dispositiones non comprehendunt dispositiuè non subditos.*

51 Clerici

51 *Clerici, & monachi non subijciuntur laicali dispositioni.*
52 *Beneficijs non fruitur, qui non contribuit oneribus.*
53 *Clerici, & monachi non subeunt onera ciuitatū.*
54 *Statuti ratio ubi non militat, ibi nec eius dispositio.*
55 *Agnatio diuitijs conseruatur.*
56 *Ratio unica quoties reddi potest, habetur pro expressa.*
57 *Causa limitat dispositionem.*
58 *Fratres prædicatores bonorum, etiam immobiliū capaces sunt ex priuilegio põtificali. & nu. 59.*
60 *Statutum concedens priuilegium generaliter, etiam comprehendit clericos.*
61 *Laici possunt clericos priuilegiare, communi opinione.*
62 *Statuta contra clericos, uel ecclesiam, ne ualeãt, quomodo intelligatur.*
63 *Clerici immunes ab oneribus sunt ex priuilegio, sed non ab honoribus.*
64 *Populi appellatione, in odiosa materia, non uenit clerus, sed bene in fauorabili, communi opinio.*
65 *Ratio ut sit bona, debet esse necessaria, & generalis, & ea habet locum, ubicunque & lex.*
66 *Professio non potest allegari, ad exclusionem à successione.*
67 *Statuta excludentia fœminas agnationis conseruandæ gratia, quando rationem habeant fauorabilem.*
68 *Dos competens non uidetur, quæ est minor legitima.*
69 *Statutum fauore masculorum excludens fœminas, deficientibus masculis, fœminas præfert extraneis. & nu. 70*
71 *Exclusa ab uniuersali successione, potest supplementum legitimæ petere.*
72 *Statutum excludens fœminas, intelligitur excludere à leg itima, uel supplemento legitimæ, reducendo eam ad competentem dotem. & nu. 73. & nil amplius petere possunt. nu. 74.*
75 *Statutum patitur passiuam interpretationem à iure communi.*
76 *Statuta quæ non dicunt, nec nos dicere debemus.*
77 *Loquutio generalis non restringenda. & nu. 78. si non apparet mens contraria. nu. 79*
80 *Proœmium principalem causam statuentium cōtinet.*
81 *Statutum potest minuere legitimam, & reducere eam ad dotem competentem. 86.*
82 *Dos competens intelligitur, quæ danda foret, si nuberet pari.*
83 *Statuto excludente fœminas, si filius sit in re particulari institutus, & alius in uniuersali, perinde obstat filiæ, ac si uniuersalis esset.*
84 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
85 *Legitimæ fructus ubi possunt peti, ita etiam fructus dotis.*
87 *Dotis legatum regulariter conditionale.*
88 *Argumentum à legitima, ad dotem non ualet perpetuò.*
89 *Testatore legante dotem filiæ, & eidem alimenta, uidetur dos dilata in tempus, quo nubet, & alimenta dotis loco. & nu. 95*
90 *Testatoris mens, & uoluntas seruanda.*
91 *Legatum alimentorum primo anno est purum, cæteris conditionale.*
92 *Legitima conditionem non admittit.*
93 *Legitima succedit loco alimentorum.*
94 *Pater alere liberos tenetur, nedum in uita, sed etiam post mortem.*

CONSILIVM LXXVIII.



IN Dei nomine Amen. De pluribus contingit dubitari in præsenti consultatione.

Primò, utrùm renunciationes factæ, per Christophorum, aliàs fratrem Christophorum, nondum professum, ualuerint à principio, uel ne: & posito quòd aliqua earū naluerit, an fuerit ante mortem Thomasij eius patris resoluta.

Secundò, utrùm posita nullitate renunciationis maternæ, & fraternæ succeßionis, hæreditates Dominæ Brigidæ, & Marci patris huius Brigidæ agentis, dictę Brigidæ agenti sint delatæ, an uerò dicto fratri Christophoro, professo in conuentu sancti Marci ordinis prædicatorum. Tertiò posita nullitate, seu resolutione renunciationis paternę succeßionis, an Brigida neptis ex filio D. Thomasij, cui in testamento dictus Thomasius eius auus paternus iure institutionis reliquit dotes. & alimenta quousque nupserit, poßit petere supplementum legitimæ in hæreditate D. Thomasij eius aui paterni. Quartò, utrùm relictum factū d. Brigidæ nepti pro dote fuerit purū, uel conditionale. Quintò & ultimò, posito, quòd deberetur legitima d. Brigidæ utrùm alimenta eidem relicta, & per hæredem soluta, debeãt compensari cum fructibus legitimæ dictę dominæ Brigidæ.

In primo articulo uidebatur prima facie dicendum, renunciationes prædictas nō ualuisse, licèt enim de iure ciuili renunciatio † futurę
1 succeßionis, siue pactum de non succedendo in hæreditate uiuentis non ualeat. l. qui superstitis. ff. de acquir. hęre. l. pactum, quod dotali. C. de coll. l. pactum & l. fin. C. de pac. & utrobiq;
2 doct. † tamen si interpositum fuerit iuramentum, firmatur, & prætextu huiusmodi iuramenti seruari debet. c. quamuis de pac. in sexto, tradunt doct. in locis allegatis supra. et in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig.

Sed

Sed hoc non obstante cõtrariam sententiam in hoc articulo veriorem arbitramur de iure. Et primò quantum ad hæreditatem matris, & fratris dicimus renunciationes prædictas, licèt iuramento uallatas nō ualuisse à principio, propter absentiam eorum, de quorum successione agebatur, cum dicti mater & fratres nō interfuerint, non appareat, ꝙ aliquo modo cōsenserint, unde succedit regula.l.fin.C.de pac. & l.qui superstitis cum alijs allegatis. Scilicet quod talis renunciatio, seu pactum de non succedendo in hæreditate uiuentis, factum absente, & ignorante eo de cuius hæreditate, & successione tractatur, non ualet, nec iuramento fir
3 matur, quia est † contra bonos mores cap.non est obligatorium, de reg.iu. in sexto, ita tenuit d.Pet.de Ancha.in dicto c.quamuis, dicens, se ita consuluisse, licèt aliqui noluerint se subscribere. Et sequuntur ibi Io.de Imo. & Gemi.re
4 spondentes ad textū ibi, quòd loquitur † quando fit pactum illi, cui iuratur, & de cuius successione tractatur, & non de hæreditate alterius tertij. Hoc etiam tenuit Fulg. in l pactum. C.de colla. & Cuma. & D. Alexā. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. & Areti. in d.l.qui superstitis. & licèt Rom. ibi tenuerit opinionem contrariam, dicens, eandem rationem militare
5 in utroque casu, uidelicet iuramentum, † qđ pariter in utroque casu seruari potest sine interitu salutis æternę, prout etiam uidetur tenere Phi.de Peruſ. in d.c.quamuis. in primo uersic. et etiam in ultima colu. in uers. tertio casu pari modo dicens, quòd textus facit mentionem de patre, cui factum fuerat pactum, et narrat contingentiam facti, prout etiam facit, dū dicit de filia nōdum nuptui tradita. Cum siue factum fuerit à filia iā nuptui tradita, siue fuerit factum alteri, quàm patri, Idem erit dicen-
6 dum ex quo se in ratione iuramenti, pro † quo facit. cap.licèt mulieres de iur. iurand. eodem lib.6. & c.cum contingat.eod.tit.in antiquis.tamen.d.Aret.in d.l.qui superstitis inhęrens opinioni magis communi, respondet, ꝙ immo assignari potest ratio differentiæ inter unum casum & alium: Nam quando filia renunciat patri, non inducitur uotum captandæ mortis in
7 aliquo. et ideo † facilius confirmatur renūciatio iurā secundùm Bar.in d. l.fina.C.de pac. at cū fit tertio, qui sperat se successurum, uel filios
8 suos, tunc inducitur † uotum captādę mortis, non quidem in renunciante, sed in eo, cui fit, quod etiam uidetur tenere. D Alex.in d.l.stipulatio hoc modo concepta, dicens, limitationem prędictam ad d.c.quamuis. saluari posse, per rationem d.l.fin.C.de pac.quia respectu fratrum dicitur esse pactum de succedendo.l.si actionem. C.de pac. ideo non debet ualere sine uoluntate illius, de cuius successione agitur,
quia negari non potest, quin uotum captandæ
9 mortis inducat, & ideo † non ualet pactum tā quam contra bonos mores.d l. fi. etiam inspecta dispositione iuris canonici. c ne captandę. Et c.detestanda.de elect.in sexto. et propterea iuramento non firmatur d.c. non est obligatorium, cum simili. ex quibus patet, quòd illa expressio, quòd pactum fuerit à filia factum patri, non cōtinet facti narrationem, sed ministerium iuris, licèt respectu eius, quòd filia nondum esset nuptui tradita, posset dici, ꝙ esset facti narratio, prout uidentur sentire Io. mo. & Archi. licèt Phil. de Peruſ. extendat uel dicat, ideo posse dici, quatenus dicitur, ꝙ pactū fuerit patri factum. Nec obstat ratio iuramenti, super quo uidetur se defendere textus, quia ideo tunc debet seruari: quia non est contra bonos mores. Nec obstat secundùm eum illud quod dicit Bar. ibi circa limitationem.d.c. quamuis: dum dixit, quòd pactum iuratum sororis factū fratribus de non succedendo patri, excludit eā à successione intestati: nam illud intelligitur, patre consentiente per prædicta, unde, cum ut diximus, non reperiatur matrem dicti fratris Christophori, neque etiam fratres fuisse præsentes dictis renunciationibus, seu pactis de non succedendo, uel de succedendo: nihil habet obstare, quin ipse, seu cōuentus ex persona sua admittatur ad successionem maternam, & fraternam. Præterea renunciatio prędicta, seu pactum de non succedendo licèt iuratum, tam quò ad hęreditatem patris, q̃ matris, & fratrum fuit nulla à principio, quia fuit facta casu, quo dictus frater Christophorus faceret professionem, & nō aliter, nec alio modo, ut in instrumento renunciationis appa ret, & sic per istam renunciationem, seu pactū effectualiter excludebatur. Ex quo infero, ꝙ
10 † sicut non ualet statutum excludens ingredientem religionem ab hęreditate paterna, uel materna, ut dicunt doctores communiter in d.l. fi. et in d.l. stipulatio. & in cap. in pręsentia. de prob. & in alijs locis relatis ibi per modernos, ea ratione uidelicet, quia tale statutum esset intimidatiuum uitę contemplatiuę, ita etiam nō debet ualere pactum, per quod ingrediendo quis religionem, uel faciendo professionem priuetur successione, & non ingrediendo non pri
11 uetur, quia † non potest fieri per pactum, qđ per legem fieri prohibetur. l.fi. et ibi not. Bald. C.de fideiuss. not. glo. C.de decur. lib.10. in rubrica. immo ut optimè probat Felyn. in d. c. in pręsentia, in 1.q. de statuto disponente ut sup. Non est datum laicis, ut possint talia proposita aliquo ingenio intimidare, pacto, ultima uoluntate, seu statuto, prout de statuto plures autores adducit, prout dixerat in quęstione p̄dicta, si testator dedit substitutum sub condi-
tione

tione,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs,ex eo le-
gitimè deſcendentibus,uel ex ſuo corpore na-
tis,teneas partem illam , quòd nō obſtantibus
illis uerbis , adhuc monaſterium admitiatur
motus hac ratione , nam ex quo eadem liber-
tas eſt data in ingreſſu religionis, & matrimo-
nio carnali per d.§. ſed hoc præſenti, iuncto c.
gemma de ſponſ. & l.titia de uerb.obliga.om-
12 nis † diſpoſitio,per quam libertas matrimonij
impeditur eſt nulla,intantum ꝙ non attendi-
tur utrùm cauſa impediendi ſit iuſta,uel non,
quia ſolus defectus poteſtatis diſponentis at-
13 tenditur. Vnde ſtatutum quamuis † rationa-
bile,puta auferens dotem clandeſtinè contra-
hentibus,non tenet, ſecundùm Io.Andr. in c.
ſtatutũ de reſcri.in 6.dixit idē Fely. in c.1.de
ſponſ. ſic in propoſito attēdere unũ, rectè uel
iuſtè intimidetur quis ab ingreſſu, uel non, &
an iuſtè timeat relinquere bona , uel non, non
habetur in conſideratione,ſed ſatis eſt, ꝙ quo
quo modo non intimidetur illa libertas. Meri-
tò cum negari non poſsit , quin pacto illo de
non ſuccedendo. ſi profiteatur, non potuiſſet
intimidari dictus frater Chriſtophorus,cogi-
mur fateri pactum ipſum cum patre initum ,
& ſic renunciationem ipſam non tenuiſſe,eſto
ꝙ cauſa renunciationis potuiſſet dici iuſta,ſa-
tis eſt quòd in paciſcentibus defectus poteſta-
14 tis concurrit, † & licèt ſit uerum,quòd in con
tractibus poſsit apponi conditione res tran-
ſeat ad monaſterium. ut prob.glo.& doc. in l.
ſi ita quis. & ea l.de uerb. oblig. & probatur in
c.1.de milite uaſſal. qui arma belli.depo. & ua
15 lidum ſit , † argumentum de contractibus ad
ultimas uoluntates.l.ſeruum filij.§ cum qui. ff.
de leg.1 .ita quòd ſicut in contractibus talis cō
ditio poteſt apponi, ita & in ultima uoluntate
uideatur dicendum . Reſpondet ipſe ultra re-
ſponſionem datam per Areti. ꝙ non ſolùm in
ultimis uoluntatibus, ſed etiam in contractib.
ſtabit firma ſnīa. Nam licèt,quis poſsit prohi-
beri alienare in eccleſiam, tamen talis prohibi
16 tio ceſſat, quando † prohibitus alienare ingre
ditur monaſterium, ita expreſsè uult glo. fina.
ante medium.in d.l.ſi ita quis. dum allegat di-
ctum §. Sed hoc præſenti . Nec obſtat quòd di
ctus renuncians iam aſſumpſiſſet habitum di-
ctorum fratrum ſancti Marci, Et diſpoſitus eſ-
ſet ad profitendum , ut ipſemet in dicta atteſta
tione ibi nolens,& intendens deo famulari, &
ſeruire & ingredi,& profeſsionem facere . &c.
17 & † mutatio uoluntatis non præſumitur. l.cū
mixtum.ff.de leg.3 .quia reſpondetur, quòd il-
la aſſumptio habitus non tollit diſpoſitionem
d.§.ſed hoc præſenti & aut. niſi rogati,ſi non-
dum erat ſecuta profeſsio, quia utuntur uerbo
ingrediantur,quod uerbum ita congruit ei , q
habitum citra profeſsionem aſſumpſerat tem-
pore teſtamēti,& mortis teſtatoris, qui poſtea
profeſſus fuit , prout alij qui habitum non aſ-
ſumpſerat,ſi poſtea aſſumpſiſſet. & profeſsio-
18 nem feciſſent , quia † ingredi religionem ille
propriè dicitur, qui profitetur , antea uerò nō
dicitur ingreſſus, cùm non omnino gratia re-
manendi ibi,ſed experiendi quis intrauerit, ut
per Bar. in auth.ſi qua mulier ad ſi . C. de ſacr.
ſanc.eccleſ. facit authentica ingreſſi eod. titu.
illa igitur habitus aſſumptio non uidetur ali-
quid operari.& tollere, quominus ſecuta pro-
feſsione ſubmoueatur dicta conditio, poterit
enim renuncians mutare uoluntatem, & in ſę-
culo remanere, & ſic retrahi à propoſito profi
tendi, ſciens ſe bona recuperaturum , ſeu po-
tius non amiſſurum . Quæ poſsibilis retra-
19 ctio eſt cauſa annullādi renunciationē, ne † im
pediatur uita contemplatiua , ut habetur in d.
§.ſed hoc præſenti , de ſanctis.epiſcopis, per
quem textum ita in terminis tenuit Soc.conſi.
183. eleganter ſunt omnia diſcuſſa.& in fin.in
ferens,ita etiam tenuiſſe Ang.in ſua diſputatio
ne quæ incipit Nobilis quidam genere &c. &
reſpondens ad auctoritatem Bar. & Bal.in d.l.
fin.dicentium,quòd licèt non ualeat ſtatutum
quòd ingreſſus religionem non ſuccedat, ta-
men poterit ingrediens priuare ſe per pactum,
nam dicit Soc in loco allegato, ꝙ ipſi loquun-
tur, quando filius pacto iurato ſe excludit, ita
quòd reperit ſe excluſum, ſiue ingrediatur reli
gionem,ſiue non . unde nō poteſt inducere im
pedimentum uitæ contemplatiuæ , ſed in caſu
noſtro, illo non profitente renunciatio nō ſor
20 tiebatē effectū , ergo † nulliter, ratio eſt de qua
in d.§.ſed præſenti . Ideo militare debet etiam
diſpoſitio arg.c.translato. de conſt. cum ſimi-
libus . Confirmatur quæſtio ſupradicta alia ra
21 tione. Nam † renunciatio facta de hæreditate
uiuentis cenſetur collata in tempus,quo defer-
tur ſucceſsio ſub conditione, ſi defertur, ut di-
xerunt Pau.de Caſt.Imol.& D. Areti in d.l.q
ſuperſtitis.& D.Alex.in l.pactum. C.de coll.&
Paul.de Caſt.in l.fi.in prin.C.de bon. quæ lib.
& in conſi.307.uiſo puncto colu.pen.Vnde cū
frater Chriſtophorus iam feciſſet profeſsionē
22 quando † cęperūt ſibi deferri hæreditates prę
dictæ,non potuit in præiudicium monaſterij
repudiare.c.nolo.& c.non dicatis.12.q.2.im-
23 mo ſicut † pater ſolus poteſt adire hæreditatē
filio delatam poſt factam repudiationem per
filium.l.fin.§. ſi autem. in ſecunda ętate & §.ſi-
24 mili quoque modo.C.de bon.quæ libe.ita † &
monaſterium inuito monacho poteſt hęredi-
tatem monacho delatam adire , ut dixit Bart.
quem ſequuntur magis communiter docto. in
l j.ff.de uulg.& pupi.& Cano.in c.in pręſentia.
de proba.ubi dixit d.Aret.hanc eſſe magis cō-
munem opinionem,quæ cum etiam ſit pro re-
ligione

25 ligione,ideo tenenda est quando † summa est ratio,quæ pro religione facit, ut dixit Socci.in repet.d.l.primę de uulg.& pupil.col.17. uers. circa secundum,& ita in terminis nostris uidetur decidere Paul.de Cast. in filio renunciante hæreditati maternæ uiuente patre, cum iuramento.in l.fi.in princi.C.de bon.quæ libe. ubi
26 uult,ꝙ † si uiuente matre, filiusfamilias cum iuramento renunciauit maternæ hęreditati,poterit pater solus illam adire,mortua matre, si filius ipse matri superuixerit, quia censetur collata renũciatio in tempus delatæ successionis, quæ post mortem matris fuit delata filio, & in continenti per præcedentem renunciationem ab eo abdicatur, quæ tum incipit sortiri effectum,ut in simili,cùm sit stipulatio animo nouandi super obligatione conditionali, uel in diem.ut l in diem, de noua.et l.sub conditione de solut. Et sic censetur filius renunciasse post mortem matris, quo casu pater solus adire potest per tex d.§ fin autem in secunda ętate. Si
27 ergo † renunciatio facta per filium cum iuramento de hæreditate matris, non nocet patri, quin ipse solus,mortua matre, possit illam adire, non nocebit etiam renunciatio facta per ingressum ante professionem monasterio, quin possit adire per prædicta.& hanc rationem assignat punctaliter Socci. in allegato cōs. 163. Nec obstat, si in contrarium adduceretur dict. Bald.in l.j.in 6 q. in fi. C.quand.non per.part. & Pau.de Cast.in l.planè.§.si duobus.ff.de leg.
28 1.dum dicunt,quòd † filia,quę uiuente patre renunciauit eius hęreditati cum iuramēto,habetur pro mortua,uiuo patre, quo casu non haberet locum dispositio d.§.fin autem in secunda ętate. Quia respondetur, quòd in terminis nostris illud dictum non procedit, & contrariũ dixit ipsemet Pau.de Cast.in d.l.j.in princ. C.de bon.quę liber. & in allegato consil. 307.
29 ubi dicit, quòd † filio repudianti in uita matris cum iuramento defertur successio matris, sed immediatè propter pactum iuratum excluditur. si autem mortua, uiuēte matre, censeretur,utique sibi non fuisset delata successio, & pater non admitteretur ex dispositione d.§.fin autem in secunda ętate,quia non habet locum in filio non adeunte, quia præmortuus fuit matri.ut per Paul.de Cast.in d.l.fin in prin.col.2. uers. tertia quęstio. & eandem sententiam tenuerunt Paul.Imol.& Aret.in d l.qui superstiti-
30 tis.& Alex.in d.l.pactum dotali.C de coll.† dũ quęrunt,an renunciatio matris noceat filijs, & distinguunt,an mortua fuerit,uiuente patre,cuius hęreditati renunciauit. et non nocet, aut mortua fuit post patrem,& nocet, si sunt alij eiusdem gradus,qui uenire possint ad portionē renunciantis per ius accrescendi. & sic uidentur præsupponere pro constanti,quòd filia renuncians hæreditati paternę, eo adhuc uiuēte, cum iuramento, non censeatur defuncta in uita patris. quia si censeretur defuncta in uita patris, filij uenire possent ex propria persona, & eis renunciatio non noceret,prout nocet.quando uiuente adhuc patre, eius hæreditati renunciauit filia & moritur.Apparet ergo,quòd successio,prout dicunt doct. allegati.defertur renuncianti,sed immediatè sibi aufertur propter renunciationem,& pactum iuratũ.Quod
31 etiam alia ratione ostenditur,nam † renunciatio hæreditatis uiuentis, tanquam facta respectu iuris de futuro,non ualet.l.qui potest.§.qđ quis ff. de reg iur.l.j.§.decretalis ff. de success. edic.not doc. in l.j. C. de pact.& bene proba-
32 tur in d.l.qui superstitis,sed ne † actus renunciationis sit in totum nullus & frustatorius interpretantur doct. talem renunciantem fecisse pactum de non petendo illi, cui renunciauit, ita dicunt doct.in d.l.j. C.de pact.ubi concludunt talem renunciationem factam iuri de futuro,ualere in uim pacti de nō petendo, quod pactum de non succedendo,seu de non petendo successionem de iure ciuili,etiam si esset iuratum non ualeret,ut per doc. in d.l qui superstitis,& in d.l.fin C.de pac. & in locis supra deductis,sed tamen de iure Canonico confirmatur.Tamen non propter hoc est dicendum ꝙ non deferatur successio per text. in d.l.qui su-
33 perstitis. sed † petenti obstaret exceptio pacti iurati.argu. tex. in l iurisgentium.§. igitur nuda.ff.de pact. cum simılib. ita bene inuenti probat text.in d.ca quanuis. Ex quibus in effectu concludimus monasterium, non obstante renunciatione ingressi, posse adire hęreditatē per ingressum ante professionem renunciatā, non obstante,ꝙ renunciatio fuerit iuramento
34 firmata, quia † tale iuramentum monasterio nullo modo nocet.l.3.§.pen.de iur.iuran not. Abbas & alij in c.uenientes eod.titu & in proprijs terminis decidunt Petr.& Gemin.in d.c.
35 quanuis,dicētes † hęredes,& successores renũciantis non ligari ratione iuramenti auctoris eorum. Sed uirtute pacti, iuramento firmati, & in indiuiduo decidit Paul.de Cast.in d.l.j.in princ.C.de bon.quæ liber.concludens, patrem ex sua persona posse adire hęreditatem matris filij sui, per ipsummet filium cum iuramento renunciatam,ea adhuc uiuente, non obstāte iuramento ipsius filij. Præterea dato sine præiudicio ueritatis, quòd renunciatio prædicta ab initio ualuisset:tamen fuit ante mortem Thomasij,quò ad eius hæreditatem resoluta,ita ut non obstaret renuncianti, quin succedere posset ab intestato, ac si nulla facta fuisset renũciatio probatur, quia frater Christophorus non simpliciter renũciauit, ut se omnino priuaret, & hęreditatē prædictam patris haberet omni-

no

no pro derelicta. Sed ad hoc, ut in filios ma-
36 sculos ipsius Thomasij deueniret. Nō † enim
censetur quis in dubio babere rem pro dereli-
cta arg.l.cum quærebatur. C unde ui & l.cùm
de indebito.de probar. & uidetur textus in l.si
quis merces.ff.pro derelic. ideo ad propositū
dixit Paul.de Castr.in l.pactum. C. de colla.q
37 † renunciatio facta per filiam patri, de hæredi
tate ipsius, uidetur facta contemplatione ma-
sculorum, & ita per patrem recepta, ut ad filios
masculos perueniat quod sequitur ibi Corne.
& Gemi.in d.c.quamuis.in ultima col. & Are.
in d.l.fina.C.de pac.ubi refert Cald.ita consu-
luisse, & quòd frater Christophorus fecerit hu
iusmodi renunciationem contemplatione fra-
trum in sęculo remanentium: Ne dum colli-
gitur ex præsumptione iuris, de qua supra, Sed
ex proprijs uerbis positis in instrumento renū
ciationis, & præsertim considerans, quòd bo-
nor domus, & familiæ per masculos sęculares
conseruatur, & ob summum amorem, & affe-
ctionem quem, & quam gerit in domum suā,
seu familiam de Gnidis, ex qua progenitus
est &c. Quæ uerba ostendunt causam, qua mo
tus fuit ad renunciandum, uidelicet, ut median
te eius renunciatione successio paterna, pro
portione sibi contingente, ad monasteriū non
deueniret, sed ad fratres suos, per quos putauit
dignitatem, & honorem familiæ conseruari.
38 Quæ † causa finalis in renunciatione expressa
regulat causatum, prout not.cap.cùm cessante
de appell. & in l.adigere.§.quamuis de iur.pa-
tro. & in l.cancellauerat. & in l.fin. ubi etiā boc
not.Bar.ff.de his quę in testa.delen. Quoniam
39 † potentior est causa, quàm eius effectus, ut in
auth.multò magis.C.de sacr.sanc.eccle.l.si pa
ter.in princ.de adop. & l.cùm pater.§.dulcissi-
mis de leg.2. faciunt not.per Bal.in l.iubemus.
C.ad Vellei.l.j.uers.quò ad tertium.C. qui ad-
mitti. Vnde cùm fratres ipsius fratris Christo-
phori prædecesserint Thomasio eorum patri,
40 ut in processu liquidabitur † talis renunciatio
eorum contemplatione facta, resoluta fuit, ita
dixerunt Bal.Paul. & alij.in d l.pactū.D.Alex.
in l.stipulatio hoc modo concepta, & Aret.in
41 d.l.qui superstitis, dicentes talem † renuncia-
tionem licèt generalem restringi à causa in ea
expressa.per l.iubemus.C.ad Vell. & ibidem at
testatur D.Aret. bauc esse communem opinio
nem, & respondet ad aliqua, quæ in contrariū
adduci possent, ut ibi. Nec obstat, si dicatur,
quòd ex lectura instrumenti renūciationis ap-
paret fratrem Christopborum renunciantem
fuisse motum, non ea ratione tantū, ut ad ma-
sculos perueniret; sed etiam, ut se penitus pa-
ternis, & maternis bonis priuaret, ut Deo a-
ptiùs famulari posset, quod satis ostendi uide
42 tur ex illa † dictione præsertim, de cuius natu
ra est includere utrumque casum, sicut dictio
maximè.l.quod & l.iuncta glos præsertim ff.
de libero.ho.exhiben c.illud. iuncta etiam gl.
pręsertim de pręsumpti.cum concor. Quo fit,
43 ut † licèt altera ex causis deficiat remanere ta
men debet firma dispositio: arg § affinit insti.
de nupt. Nam respondetur ad hoc, quod non
semper dictio pręsertim, stat implicatiuè: sed
quandoque exponitur pro tantùm cap. discre
tionem, & ibi not.glo. & Docto. de eo qui co-
gnouit consanguineam uxoris suę & cap.licèt
de foro competenti. Quandoque dictio præ-
44 sertim † abundat, ut in l fi. iuncta glo. in uer-
bo constituantur.ff.de his, quæ in testa. delen.
& l.datio.§.fin.iuncta glo ff.de actio.emp. & l.
fina §.1.iuncta glo.etiam. C.de testam. manu.
45 Cū ergo posit diuersimodè accipi † hoc uer-
bum præsertim, accipere debemus eo modo,
ut sermo proferentis minus uitij accipiat.arg.
tex.in l.in ambigu.ff.de leg. sed profectò si ac
ciperemus illud, ut comprehenderet etiam a-
liam causam, scilicet quia intenderet pro famu
lari, ingredi religionem, & ideo renunciat etiā
si contingat fratres suos pręmori. Vtique ista
renunciatio contineret causam falsam & profe
ctò damnabilem, falsam dicimus: quia ex quo
in particulari non poterat proprium retinere,
non poterant hæreditates ipsę illi esse impedi-
mento ad seruiendum Deo, Damnabilem au-
tem diximus; quia si non fuisset motus sola af-
fectione domus & familiæ de Guidis, utiq; re-
nunciasset, ea sola ratione, ne in monasterium
hæreditates ipsę deuenirent, & in fraudem mo
nasterij factum principaliter uideretur. Vnde
potiùs dicendum est, quòd illa fuerit sola cau-
sa finalis, ut perueniret in masculos, licèt pro-
46 positum ingrediendi fuerit † causa impulsiua,
sed causa finalis est illa, q̄ ampliat, seu restrin-
git dispositionem, non autem impulsiua, ut di
cunt Docto.in locis allegatis supra.

Præterea si diceremus illam nō fuisse causam
finalem & unicam, oporteret dicere quòd re-
nunciasset, quia hæreditates ipsas, pro dereli-
47 ctis, habere uoluisset, † quod in dubio nō præ
sumitur d.l. cùm indebito, & in d.l.cùm quęre
batur, C. unde ui: benefacit quod dicit Bar. in
l.quod seruus.in fin ff.de stipul.seruo. uolens,
quòd ubi quis rem habuit, pro derelicta non
simpliciter ut se priuet, sed ut alter acquirat,
hoc non est habere rem pro derelicta; sed est
quædam donatio, sed negari non potest, quin
frater Christophorus intellexerit, quòd p hu-
iusmodi renunciationem, hęreditates prædictę
in totum peruenirent ad filios masculos dicti
48 Thomasij, ergo si pręmortui fuerint † cessat
causa fin. renunciationis, ergò cessat etiam re-
nunciatio: d.c.cùm cessante de appellat.
49 Nec obst. † clausula, & omni meliori modo.

quia

quia illa intelligitur, rebus sic stantibus, ut dixit Paul. de Castr. in d. l. pactum. & sequuntur Doct. ibi. & in d. l. qui superstitis. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta, ex quibus cõcludimus in hoc primo articulo renunciationes prædictas fuisse nullas, uel saltem ante mortẽ ipsius Thomasij resolutas.

In secundo articulo præsentis consultationis uidebatur primo aspectu dicendum, Brigidam non fore exclusam pro rata, sibi de iure communi tangente ab hæreditate Amitæ paternæ, nec ab hæreditate patris sui, propter superexistentiam fratris Christophori filij masculi d. Brigidæ, & fratris utrinque coniuncti dicti Marci patris d. Brigidæ iunioris agentis, quia licèt statutum huius ciuitatis excludat filiam, & neptem in hæreditate matris & auiæ, propter filium masculum superexistentem tẽpore mortis illius, de cuius hæreditate agitur, & filiam ab hæreditate patris, propter fratrem defunctum & patruum d. filiæ, tamen non uidetur comprehendere clericos, seu monachos duplici uel triplici ratione.

50 Et prima: quia † statuta & constitutiones non comprehendunt dispositiuè non subditos. l. j. in prin. C. de summa trinit. l. atque C. de incolis lib. 10. 1 a. q. ... multi & cap. gaud. de diuort. c. a. de constitu. in sexto cum infinit. cõ
51 cor. † clerici autem, & monachi non sunt subditi laicali dispositioni. 11. q. 1. inclyta. de for. competen. cap. placuit, ergo non subijciuntur dispositioni statuti, & uidetur de hoc casus expressus in c. ecclesia S. Mariæ de constitu.

Secunda; quia solet dari pro regula, quòd non subiens onera in ciuitate, ex præsumpta uoluntate statuentium, non debet uti beneficijs, & priuilegijs d. ciuitatis: quia secundùm
52 naturam est, † quod qui non contribuit in oneribus, non fruatur beneficijs. l. manifestissimi. §. sed etiam in 2. C. de furtis cum simili. per quem Bar. in tractatu repræsaliarum in 1. & 2. quæst. 5. q principalis dicit, quòd nedum qui est omnino forensis, sed etiam qui est incola, si non subit onera ciuitatis, & non est descriptus in libro talium onerum, non potest à tali ciuitate impetrare ius repræsaliarum pro iniustitia, quam alibi passus fuerit: quoniam non gaudet beneficijs talis ciuitatis, sed ita est qđ
53 † clericus & monachus non subeunt onera ciuitatis. l. placet. C. de sacrosanc. eccles. c. nõ minùs. & ibi glo. & Doct. de immunit. eccles. c. ex literis, & ibi not. Abb. de uita & honesta. clericorum: ergo ex præsumpta mente statuẽtium non uidetur uocati ad beneficia, & priuilegia ciuitatis. Tertia ratio, quæ ptonunc assigna
54 ri potest pro ista parte, est. † Quia in clerico, & monacho non militat ratio statuti: ergo nec dispositio l. adige. §. Quamuis allegata supra cum concordan. Nam statuentes ea sola ratio-
55 ne moti uidentur, ut † agnatio conseruetur, quæ per diuitias conseruatur, ut dicunt Bal. in l. maximum uitium, in 4. col. C. de libe. præterit & in l. titia cùm testamento. §. Lucius. el 2. ff. de legat. a. Imol. in l. si uel ò. §. de uiro ad finem soluto matrimonio, & alij relati. per Moder. Papien. in l. j colum. 3. C. de successo. edict. immo plus dixit Bal. in d. l. maximum uitium, qꝫ ista ratio est, ac si expresiè fuerit apposita
56 in testamento. Quia † quoties unica ratio reddi potest, illa habetur pro expressa, ut dicunt Doct. in l. quamuis, per glo ibi C. de fideicommissis: sed ita est, qꝫ agnatio conseruatur per masculos seculares dumtaxat, qui filios legitimos, & naturales, idem nomen agnationis, & familiæ retinentes, generare possunt; ergo de his solis loqui uidetur statutum: quia ut est dictum supra in primo articulo, causa limitat & restringit dispositionem, ut per Bar. in d. l. fin. de his quę in testamento delentur, & per alios in locis allegatis supra. Tamen prędictis nõ obstantibus contraria pars uidetur de iure ue-
58 rior, & pro intelligentia præmittimus. † Quòd fratres prędicatores sunt capaces, ut acquirant hęreditates delatas fratribus suis, saltem ut uẽdant, & se alant, si consisterẽt in bonis immobilibus, ut uoluit glo. notabil. in ca. 1. in uerbo domum. de religio. domi. lib. 6. quam sequitur in hoc Cardi. consil. 102. super dubijs colu. 2. uersiculo ad secundum, quod opponitur: & alij relati per Fely. in d. c. in præsentia colum. 2. uers. 8. quęro, fortiùs dixit Cardinal. ubi supra: quòd quando fratres prædicatores essent de iu
59 re incapaces, † tamen ex priuilegio concesso per Nicolaum Papã facti sunt capaces. Quod fuit eis ẽt concessum à Clemen iiij. & à Bonifacio 8. & à Sixto 4. Cõfirmatum in priuilegio rũ uolumine, qđ dr̃ marem magnum. Quod etiam uidemus in plerisque locis obseruari: in quibus succedũt, et bona etiam immobilia retinent. Hoc igitur ita præmisso, dicimus statutum ipsum priuilegians masculos contra fœminas pariter comprehẽdere clericos, seu monachos, sicut seculares, ea potissimũ ratione i
60 quia † statutum concedens priuilegium generaliter comprehendit etiam clericos, c. dilecti, & ibi notat. de foro competenti, ubi priuilegium Anglicis concessum, extenditur ad clericos, & possunt uti illo statuto in quodam pri-
61 uilegio. † Nam certum est laicos posse priuilegiare clericos: argu. c. nouit de iudicijs. Hãc opinionem in proprijs terminis tenuerunt. Lap. alleg. 10. an statutum exclusorium fœminarum, & allegat. 10. 1. in ciuitate Florentiæ, & Franciscus de Albergot. & Ioan. de Lignano; ut refert Lapus ubi supra. & d. Antonius in ca. Quod clerici, de fo. compe. & Bal. in l. cunctos populos.

populos.C.de summa trinitate, quos refert & sequitur Abbas in d.cap quod clericis. col. 10. & alij. quos refert Felyn. in cap.ecclesia sanctæ Mariæ. colum.63. uersiculo septimo: Quæro, stante dicto statuto, ubi dicit hanc partem tenendam esse per rationes solennes deductas, per Lapum supra, & ibi refert multos hac partem sequentes. ex quibus patet, quòd est plus quam communis opinio.

Non obstant adducta in contrarium. nam primo loco obiecta procederent, quando statutum specificè disponeret de clericis, seu ecclesijs, tunc enim non ualeret, ne notetur superioritas statuentis in personis non subiectis, & hoc uult tex.in d.c ecclesia secúdum Fely. ibi.
62 & si dicatur, † quòd ratio ibi posita in princi. procedit etiam, Quādo statutum loquitur generaliter, prout disponebatur ibi, respondetur secundum.d.Abb.in d.ca.quod clericis. quòd procedit, quando statutum nō aufert commodum simpliciter: secus si simpliciter affert commodum, prout facit statutum de quo agimus.

Non obstat secunda ratio, quia illa procedit de iure ordinario, quòd qui non subit onera
63 non gaudet priuilegio ciuitatis, † tamen hoc fallit in clericis, qui gaudent omnibus priuilegijs ciuitatis suæ, & hoc causatur à priuilegio: quia ex priuilegio sunt immunes ab oneribus, non autem ab honoribus, ut dicunt Doctores in dicto capitulo ecclesia, & in alijs locis, et ad hoc facit communiter, quod dicūt Doctores;
64 quòd in materia † odiosa appellatione populi non uenit clerus, sed in materia fauorabili secus, ut per Abb.in capitulo primo, de uita, & honestate clericorum. Quem sequuntur communiter Doctores, ut refert Fely. in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ, in tertia quęstione principali, est enim monachus ciuis priuilegiatus quò ad onera, ut dicit Lapus in dicta allegatī. 101. in fine penult. colum.

Non obstat etiam tertia ratio, quia responde tur, quod licèt per monachum, uel clericum non conseruetur agnatio in prole, conseruatur tamen in honore, & ista fuit ꝑpria ratio statuti: illa uero scilicet productionis prolis non est bona, quia non est generalis, idcirco non designat causam finalem, sed impulsiuam, ut tangit Cyn. in l.sancimus.in fin.C.de nuptijs;
65 † ut enim ratio sit bona, debet esse necessaria, & generalis, ut ubicunque habet locum lex habeat locum ratio.l.prima. C. de interdict. l.illud.ad leg. Aquiliam notat in l. non omniū. ff. de legibus. sed ista ratio non est huiusmodi, quia sic hoc statutum, & similia non porrigerentur ad steriles, & ad multos siue de iure, siue de facto non aptos ad successionem prolis. quod esset absurdum, & insolitum, & pro ista parte est regula, lege Deo nobis. C. de episco-
66 pis & clericis, quæ uult † quòd professio non posit allegari ad exclusionem professi à successione, & ita in effectu respondet Lapus in dicta sua allegatio. 101. Pro quo facit, quia multi dixerunt, quòd ratio dicti statuti non sit
67 fauor agnationis, † nisi statuto fuerit expressa, nam hoc dixerunt Barto. in l.libertorum, columna sexta, uersiculo his præmissis.ff.de uerborum significatio. Aretin. consilio uigesimo septimo, proponitur in facto. columna tertia. in fine, Alexand. consil.80. uiso & opportunè, columna sexta, in primo libro. & Bald in l.si defunctus. in ultima columna. C de suis & legitimis. et sic patet, quòd talis ratio coniecturata non obstat, quin clericus, uel monachus excludat filias fœminas, ac si essent sęculares. & ex consequenti, patet resoluta secunda difficultas præsentis consultationis, uidelicet quòd Brigida quando fuisset cōcepta tempore mortis auiæ paternæ, excluderetur ab hæreditate ipsius dictæ Brigidæ auiæ suæ, propter existentiam fratris Christophori, qui etiam exclusit illam ab hæreditate Marci eius patris, iuxta formam statuti pręallegati.

In tertio articulo huius consultationis, uidebatur prima consideratione dicendum, dictam Brigidam petere posse suppletionem legitimæ in bonis Aui, dato etiam, quòd renunciatio fratris Christophori non ualeret. Primò quia filia, uel neptis, quæ per masculos excluditur à statuto, debet competenter dotari, ut dicit statutum huius ciuitatis sub rubrica, qualiter mulier ab intestato succedat,
68 † dos autem competens non uidetur arbitranda minor legitima, secundum Salycet. in authenti.res, quæ.C.communia. de lega. & in sua disputatione, incipiente statuto cauetur: quem sequuntur Alexander in consilio sexagesimonono. super primo dubio, libro primo. & in consilio septimo, uisis & diligenter. in secundo libro, & alij relati per Alexand.ibi. & per Soccinum consil. 182. licèt filia fœmina, columna secunda, in principio. & in consi. 188. circa primam quæstionem col.8. uersi. circa secundam quæstionem. uol. . . .

Secundò uidetur, quod Brigida posit petere supplementum legitimæ in hæreditate Thomasij eius aui paterni: quia non uidetur exclusa ab intestato, propter superexistentiam fratris Christophori, qui non fuit uniuersaliter institutus per ipsum Thomasium. Nam dispositio statuti militare uidetur: quando instituti sunt filij masculi, succedentes ab intesta-
69 to, exclusis fœminis. † Sed si institutus fuerit alius, qui filiam, uel neptem non excluderet ab intestato, tunc secus: quia d.statutum emanauit fauore masculorum. l.seruo legato. §. si testator cum ibi not.per Bar.ff.de legat. 1. & l.ij.

& ibi Bart.ff.de colla.bono. & Bar.in l.ij.ff.ad
70 Sena.consul.Tertullia † ubi ergo instituta est alia persona, filiam, uel neptem non excludena ab intestato, cessare uidetur mens statuti, excludentis fœminas propter masculos, & ita concludit Ange & Ioan.de Imola in l.Gallus. §.& quid si tantum. ff.de liber. & posthu. Romanus in l.ut liberis C.de collatio. & Paul.de Cast.in l.j.in 3.col.circa finem ff.de inofficio. testamen. refert & sequitur Alexand. in dicto consi.69. lib.1. benefaciunt notat: per Bar. in lege prima §. si pater. ff. de coniungen. cum emancipat. liber.

Verùm prædictis non obstantibus, contrariam partem de iure arbitramur ueriorem. Nam licèt de iure communi illa successisset auo, unà cum filijs, & filiabus testatoris. §.cùm filiua institutio. de hæred quę ab intesta. defe. quia tempore mortis Thomasij iam erat mortuus eius filius, & pater huius Brigidæ
71 agentis † & sic exclusa ab uniuersali successione per testamentum Thomasij posset petere suppletionem legitimæ. l. scimus. §. repletio. C.de inofficioso testamenio, tamen secundum formam nostri statuti, de successionibus ab intestato Rubric. 130. huic Thomasio ab intestato non successisset neptis ex filio, stante filio masculo, sed filius masculus eam. ex-
72 clusisset, † & statutum excludendo filiam à successione patris intelligitur illam excludere à legitima, uel supplemento legitimæ, secundum Baldum, & Paulum de Castro. in lege cùm lege. & in authentic. nunc autem. C. de episcopis & cleri. & in l. lege duodecim tabul. & in lege si defunctus C. de legitimis hæredibus. & in lege prima. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. Baldus, & magis communiter Doctores. in lege Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. & est conclusio satis firmata in hac ciuitate, & præsertim in terminis nostris. cùm statutum minuat legitimam
73 † reducendo illam ad congruam dotem, quod facere potuit statutū ipsum, ut dicunt Docto. in locis allegatis, & Dyn. in capitulo indultum. de regulis iuris in sexto, & Barto. Pau. de Cast. & moderni in l.Titio centum. §. Titio generò. ff. de condit & demonstra. & infra etiam dicetur In responsionibus ad contraria.

Præterea in casu nostro nos non sumus in successione ab intestato, sed ex testamento: Vnde succedit dispositio dicti statuti. in uersi. si uerò testatus decesserit, ubi cauetur, quod si quis decesserit, facto testamento, relictis filijs, uel descendentibus masculis, relicta muliere, quæ de iure communi illi succederet ab intestato, cui aliquid quoquo modo relicti titulo dederit, quòd illa amplius nil petere possit, sed esse debeat contenta tali relicto, sibi facto.

Quod & clarius declaratur per legem editam in anno millesimo, quatercentesimo, septuagesimoseptimo, inter Platonis præcepta. in uers. & deinceps: qua cauetur quòd tale testamentum, seu ultima uoluntas, si extent filij, uel descendentes masculi, uel alij qui filiam excluderent ex dispositione dicti statuti, non possit in totum, uel in partem aliquam infringi, mutari, uariari, alterari, seu aliqualiter uiribus uacuari, directè, uel indirectè, tacitè uel expressè, aut sub aliquo prætextu, quæsito uel colore, aut quoquam modo aliquo, causa uel occasione alicuius legitimæ, uel competentis dotis, uel causa alicuius præteritionis, uel alterius cuiuscunque similis causæ, cum clausula decreti annullatiui &c. Vnde cum Thomasius fecerit testamentum, & reliquerit filium masculum, & reliquerit quantitatem, de qua in testamento, Brigidæ eius nepti pro
74 dote, utique habemus casum clarum † & apertum, quòd ipsa uirtute supplementi legitimæ, uel competentis dotis, nil ulterius quam dispositum fuerit per testatorem, petere potest: argument. lege continuus. §. cum ita. de uerborum obligation. & lege prospexit. ff. qui & à quibus cum concordan. Ideo dixit Socci. in allegat. consilio. 288. columna duodecima in principio, quod ista quęstio hodie est sopita ex forma Florentinæ reformationis, quæ incipit ut supra. & si dicatur, quòd statutum, & reformatio prædicta debent intelligi, exstan-
75 tibus agnatis † excludentibus mulierem, & succedentibus: quia patitur passiuam interpretationem à iure communi lege secunda C. de noxalibus. l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberand. & utrobique per Baldum, & per Bartolum, in lege omnes populi. columna decimaquarta, uersiculo, tertio quæro, utrùm statuta recipiant interpretationem: respondetur, quòd statutum hoc non dicit; sed solum considerat superexistentiam, & exclusionem, quæ fieret de fœmina ab intestato. Quasi iudicauerint statuentes, mulieris non interesse, siue instituat masculos excludentes, siue non, cùm ipsa ab intestato fuerit exclusa, & debeat competenter dotari, si non fuit dotata. Vnde
76 † cùm statutum hoc non dicat, nec nos dicere debemus. l. illam. C. de colla. cum uulga.

Accedat ad hoc: quia reformatio illa confirmat statutum ipsum sub Rubrica, qualiter mulier ab intestato succedat, & disponit, quòd ab omnibus in qualibet sui parte inuiolabiliter obseruetur, absque aliqua sinistra, aut mala interpretatione, & prout iacet, & scri-
77 ptum est ad unguem. † Quò fit, ut nulla fieri possit restrictio ad masculos tantum institutos, cùm generaliter loquatur: argum. l. j. §. generaliter de lega. prestan. & l. depretio

de pu-

de publi. Nam solum deber intelligi statutum ad unguẽ prout scriptũ est, & sicut oculo cor-
78 porali legi potest. † Si aũt restringeremus sta tutum ad masculos institutos, utique hoc non oculo corporali, sed mentali legeretur, contra l.j. in principio. ff. de his, quæ in testamento delen. & tradit Bartol. in l. qui liberis. §. hæc uerba de uulgar. & pupilla. et sic esser contra reformationem prædictam: quia non intelligeretur statutum, prout scriptum est: quod quidem fieri non potest, ut dixit Bald. in l. ij. in fine. C. de patribus. qui filios distra & Bald. in l. precib. C. de impu. & ali. substit. Alex. in l. post aditam in fi. C. eo. tit. & in l. iam hoc iure. de uul. & pupil. & alij relati latissimè per Fely. in c. 2. col. 14 uers. uerbum precisè. de rescript.
79 Quod maximè † uerum est, cum nõ appareat de contraria mente statuentium, ut dixit Bald. in l. non dubium. C. de leg. et potius præsumendum est, mentem statuentium fuisse, ut simpliciter, & indistinctè intelligatur statutum, maximè cũ in reformatione simpliciter dixerint, quòd testamentum non uicietur aliquo modo per fœminam, si decesserit quis testatus, relictis agnatis, excludentibus mulierem, secundum formam statuti ueteris, & tamen fuit condita lex illa ad tollenda dubia, quæ fieri potuis
80 sent in testamento, ut ex † proœmio. d. l. apparet, ex quo sumitur causa finalis statuentium, ut dixit gloss. notabi. in l. finali. in uerbo modus. ff. de hæredibus instituen & Bald. in §. quibus. in prima constitut C Vnde non debemus aliter intelligere statutum, quàm expressè loquatur per prædicta.

Non ob adducta in contrarium: quia ex pdictis paret responsio: sed aliter responderi põt & primò. Ad primum fundamentum dicimus, quòd illa opi. quòd dos in terminis nostris debeat ascendere ad legitimam, nõ est uera: quia satis est, quòd fuerit congrua, seu competens.
81 Nam ut est dictũ supra † statutum põt minuere legitimam, & illam reducere ad dotem competentem, ẽt si dos sit minor legitima. ut latissimè declarat Socci. in d. cons. 288. col. 14. uers. circa secundã quæst. dicens, semper sibi uisum fuisse unum somniũ, & quod uehementer errarent illi, qui dicunt, quòd bonus uir non debet arbitrari, quòd dos cõgrua sit minus legitima per rationes, de quib. ibi per eũ, allegat pro cõfirmatione Pau. de Cast. in pluribus consi. & maximè in cons. 113. super 1. quæsito &c. in 2. dubio, qui loquitur in statuto Florentino, dicens filiam non posse petere supplementũ legitimę, si illa transcendat congruam dotẽ: quia nõ debetur ei legitima, sed tñ dos. Quinimo dicit, quòd si pater eam dotauit, illa haberi debet p cõpetenti dote, quæ illi tributa fuit in uita, uel relicta in testõ patris, per ea, quæ latiùs deducit ibidem Pau de Cast. in 7. dubio, quẽ ẽt refert, & sequitur Alex. in consil. 33. uidetur super d. quęsito, in 4. lib. Cùm ergo Thomasius in eius testõ reliquerit competentem dotem Brigidæ nepti suę ex filio, non poterit aliud petere per pdicta. Nec uidetur extra propositũ, illud qđ dixit Petrus de Vbaldis in repet. c. Raynutius. de testa. col. 17. quòd dos relicta in testõ p patrẽ uel auum filiæ suę quę uulgariter. & regulariter est congrua, scđm qualitatem & conditionem suam, non debet incongrua iudicari, licẽt post mortẽ testatoris, filia nubat uiro magis digno, & cui, inspecta cõditione mulieris, debebatur maior dos, q̃ si uxorem sibi condignam accepisset: debuit enim pater cõsiderare
82 uel auus, † quòd nuberet pari, non impari. l. si curatores. ff. de admin. tut. & l. tam dementis. C. de episcop. audientia. Non ob etiam 2. fundamentum: quia rñdetur primo, quòd contrarium apparet ex facie statuti, & reformationis prædictæ, in quibus consideratur solum super existentia masculorum. Secundo respõdetur, quòd illud fortè procederet, qñ filius esset exhæredatus, quo ca'n actus priuationis, & actus assignationis factę alteri, essent diuersi, tunc enim fœminæ non excluderẽtur, sed in casu nostro filius non fuit exhæredatus. sed institutus in certa quantitate, quo casu nisi fuisset datus cohæres uniuersalis, fuisset hæres in uniuersa hæditate. l. j § si ex fundo ff. de hęred. inst. Vnde actus assignationis factæ alteri, & priuationis factæ filio uniuersalis successionis, fuit unus, & idem, uidelicet institutio hæredis uniuersalis, quò fit, ut portio, qua fuit priuatus filius, translata fuerit in hæredem uniuersalem cum uirtute exclusionis ipsius filiæ, ut Bart. in l. j §. si pater, de coniungen. cum emanc. libe. & sequuntur Alexan. & Moderni. in d §. & ouid si tantum, & hoc in specie dicit Bart. in l j § quòd si habebat in fine ff. de bonorum posse. contra
83 tabu. † ubi dicit, quòd stante statuto, quòd si ista fœmina non succedat, stante masculo, si filius masculus sit institutus in testõ, & in re certa, & alius uniuersaliter, pinde obstat filiæ, ac si esset institutus in uniuerso. p text. in l. j §. aduers. nequid in frau. patro. quẽ refert & sequit Are. in cõs. 49. licẽt cõtinuisset. col pe. uer. 2. pro illa conclusione. Cùm igitur frater Christophorus fuerit in testamento Thomasij instiututus in certa quantitate, Ita obstet ex forma statuti huic nepti, ac si fuisset institutus in uniuerso. et sic per prædicta concludimus in hoc tertio articulo, Brigidam nullum petere posse supplementum legitimæ, & quamuis excederet dotem sibi in testamento relictam.

Circa quartum quęsitum, uidebatur etiam prima consideratione dicendum, quòd relictũ ipsum fuerit purum: quia cum fuerit factum

ab auo nepti, quam pater nõ præcedebat, dos
ipsa in locum legitimæ sibi debitæ iure naturę
succedit · ergo tanquã de legitima omnis con
ditio deduci uidetur, per l. quoniam in prio-
84 ribus.C.de inoffi. testam. † quia subrogatum
sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur
l.si eum.§ qui iniuriarum.ff. si quis cautio. et
hanc opinionem uidentur tenuisse Bartol. in
consil. 193. incipit quæritur. de legatis filia-
rum. & d.Alexand in consilio sexagesimono-
85 no, allegat. supra in secunda colu. † ex quo in-
fertur secundum Alexand. ubi supra, quòd si-
cut possent peti fructus legitimæ, ita etiam pe
ti possunt fructus dotis, maximè quando est
relicta res apta de sui natura fructus reddere,
ut fuit in casu nostro, in quo fuit relictum cre-
ditum montis, ex quo paghæ quolibet anno
percipiuntur seu percipi potuerunt.

Sed tamen his non obstantibus, contraria
pars de iure uidetur uerior. Nam cùm dos ab
intestato non debeatur filiæ exclusæ, nisi tem-
pore contracti, seu contrahendi matrimonij,
ut ex forma prę allegati statuti cauet, in uersi.
possint tamen & debeant, dum dicit, quòd ta-
les mulieres exclusæ, si non fuerunt dotatæ, de
beant competẽter dotari, & interim donec nu-
ptui tradantur, percipere alimenta de bonis pa
tris uel Aui, de cuius successione tractatur. Ex
quibus uerbis manifestè ostenditur, intentio-
nem statuentium fuisse minuere legitimam in
86 tempore, † quod fieri potuit per statutum, ut
dixit Bart. quem sequitur Paul. de Castro in
allegato §.Titio genero. cum alijs adductis su
pra in pręcedenti artic. Vnde sicut non debeba
tur huic nepti dos purè ab intestato, non de-
betur etiam condito testamento, sed remansit
87 † legatum conditionale, prout regulariter est
natura huius legati pro dote, iuxta notata per
88 Bart. & alios, ubi supra. † Ideo non ualet ar-
gumentum, conditio reiicitũ de legitima, ergo
& de legato isto pro dote: quia ab intestato,
prout est dictum, debebatur Brigidę dos sub
eadem conditione. & hanc cõclusionem in ter
minis ponunt Barto. in d §.Titio genero. in fi.
& Paul de Cast. in consi. 230. pro latiori respõ
sione, quę conclusio maximè uera est in casu,
de quo agimus, in quo apparet, quòd mens te-
89 statoris fuit, † quòd legatum dotis factũ Bri-
gidæ, per hęredem solui deberet tempore con-
tracti matrimonij, cùm interim reliquerit ei a-
limẽta. Nam si uoluisset legatum solui statim,
utique non reliquisset alimẽta interim, donec
nuptui traderetur: quia de d. legato, & fructib.
eius quomodo uiuere potuisset. Videtur enim
testator uoluisse idem, quod statutũ dispone-
bat, ut dixerunt Bar. Ang. & Imol. in l.hęredes
mei §.cùm ita.ff. ad Trebel. & Bart. in l.iur.iur.
§.si liberi, de operis libertorum, & sic relinque-
re dotem, cùm nuptui traderetur. Igitur uolun-
90 tas ipsius † sequenda est. l.in conditio. primũ
locum.ff de conditio. & demon. cum uulgar.

Non ob. adducta in contrarium: qa ex supra
scriptis patet rñsio. Nam procedit inspecto iu
re cõi, non autem inspecta statuti nostri dispo
sitione, iuncta etiam clara, & manifesta intẽtio
ne testatoris conformi statuto, quæ attẽdi dẽt.

In quinto & ult. artic. præsentis consultatio-
nis uidebatur primo aspectu dicendum, dictũ
legatũ alimentorũ nõ fuisse necessariò cõpen
sandum cũ fructibus legitimę, ex duobus, &
91 primò quia † legatũ annuũ pro primo anno
est purum, & pro sequentibus conditionale l.si
in singulos.ff. de annu. lega. unde non uidetur
92 operari, quin detrahi † debeat omnis cõditio,
quatenus capit legitima ipsius Brigidę. l. sci-
mus.§.cũ aũt C.de inoff. testa. ubi dicit tex. qđ
licèt filio fuerit per patrẽ relicta portio legiti-
ma sua, transcendens, sub aliqua conditione,
uel onere, pro quanto capit legitima, reijcitur
omne grauamen, & purè debeť. Nec est in con
sideratione illud plus, qđ fuit filio relictum, li
cèt cũ onere, quod ẽt dixit glo. in auth. nouiss.
in fi. per illũ tex. quã approbat ibi Bal. & Pau.
de Cast. Ita in ꝓposito Thomas ius reliqt Bri
gidę flore. 1020. ad rõnẽ septẽ pro cẽtenario,
& florenos 200. auri ꝓ dote, & interim alimẽ-
ta, licèt forte oĩa relicta per testatorẽ, si ad quã
titatem numerabilem reducantur, transcendãt
legitimam, q̃ ipsi Brigidę deberet in hẽreditate
Thomasij. tñ pro ea parte, q̃ capit legitima, vř
omnis cõditio reiecta, & reliquum ẽt debetur
scđm ordinem traditum à testatore, & ex con
sequenti vř detrahẽda legitima de illo legato
pro dote, q̃ pure debetur, reliquum uero tẽpo-
re nuptiarum, et alimenta quolibet anno, dum
manet in nupta pręstari debent. Secundò uide
batur posse probari hęc cõclusio alia ratione.
Nã Thomasius nõ erat debitor in summa legi
timæ, q̃ nepti deberi ĩcipiebat post mortẽ suã.
Vnde cùm ipse non teneretur, sed alius, non ui
detur potuisse relinquere animo cõpensandi. l.
in rem.§ creditor.ff. de compensat. & l. si cùm
militi. in princ. eo. tit. Contrariam tñ opinio.
in casu isto ueriorẽ arbitramur, uidelicet, qđ
stante statuto prędicto, ut dictum est, filio ex-
tante masculo, non debetur legitima, sed debet
competenter dotari, tñ posito sine præiudicio
ueritatis, quòd legitima deberetur huic nepti
ex filio, alimenta relicta per testatorẽ deberẽt
cum fructib. ipsius legitimę cõpensari. Quod
93 optima ratione probatur. † Nã legitima succe
dit loco alimentorũ. l. q sqnis. C. ad leg. Iul. ma
iesta. & dixerunt Bart. in d.§. Titio genero. &
Bal. C. de episco. & cleric. in l. fratris. in 2. col.
uers. si tu dicis. & in l. cùm. l. in fine. C. de inof-
94 ficioso testamen. & est notorium. † Tenetur

enim

enim pater ex necessitate, nedum alere filium in uita, sed etiam post mortem.l. si quis à liberis.ff. de liberis agnoscendis in uita, ut alat præstando alimenta, post mortem relinquendo legitimam, ut inde percipiat alimenta. Cùm igitur Thomas ius negauerit qualitatē illam pro dote, sub conditione nuptiarum, ex qua fructus interim non pertinebāt ad filiam, sed ad hæredem.l.cedere diem de uerborum si-
95 gnificat: † uidetur reliquisse alimenta, ut ea percipiat loco fructuum ipsius legati dotis, & consequenter in compensationem cum fructibus ab hærede de legitima l.si cùm dotem. §. si pater.soluto matrimo. & ibi not. Doctor. dicentes legatum factum creditori ex causa necessaria, censeri factum animo compensandi, sed fructus ipsius legitimæ, ut dixi, debentur filio ex causa necessaria, ut inde percipiat alimenta: ergo legatum ipsum alimentorum uidetur factum à testatore animo compensandi eum fructibus legitimæ.

Non obstāt adducta in contrarium, & primo primum: quia respondetur, quòd nos non agimus, quando debetur Brigidæ legitima in bonis Thomasij eius Aui paterni, de compensando illud plus, quod est in legato cum inter usurio medij temporis inter legatum, & matrimonium contractum: sed dicimus, quòd intentio testatoris fuisset, quando fuisset coactus relinquere legitimam, relinquere alimenta loco fructuum ipsius legitimæ, & consequēter animo compensandi cum fructibus ipsius legitimæ, ad quos tenebatur defunctus, seu eius hæres, & sic non obst.textus in d.l.scimus. §.cùm autem, quia sumus in diuersis terminis.

Non obstat, etiam aliud fundamentum: quia licèt ad fructus legitimę non teneretur
96 defunctus, † tamen tenebitur hæres post mortem defuncti, ideo reputatur debitum defuncti, quantum ad hoc, ut defunctus censeatur reliquisse animo compensandi cum illo, ad quod hęres ueniebat post mortem suam obligandus, ne hæres duplici onere grauaretur. l. Titia § quę in uita. ff. de legat. 2. ubi ponitur ista ratio, quando erat debitum, ad quod defunctus non tenebatur: sed hæres eius erat facturus obligatus post illius mortem, facit ꝙ habetur in l.penul.de dote prælegata, & istam responsionem posuerunt Paulus de Castro in consi.62.uidetur dicendum, in 3.col. & Ang. in consi.78.ad istud dictum.

Ex quibus concludimus, quando Brigidæ deberetur legitima, quod negamus, ut supra in penul.dubio diximus, quòd alimenta pręstita per hæredem ipsi Brigidę, debent compensari cum fructibus ipsius legitimæ. Laus Deo & Virgini gloriosissimæ.

Balthasar Cardutius. V. I. D.

CONSILIVM V.I.D. BALTHAsaris Cardutij Florentini.

ARGVMENTVM.

¶ Filia exclusa à successione patris, an saltim debeat dotari, uel legitimam habere: & cuius an possit petere supplementum, in casu non receptæ, ad competentem summam. per totum consilium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas, intelligitur de dotatis, non de indotatis.*
2 *Statuto excludente fœminas, quas mandat arbitrio propinquorum dotari, hi non possunt arbitrari minus legitima.*
3 *Dos si minor sit legitima, agere licet ad supplementum, secundum Saly. & nu. 70*
4 *Statutum non uidetur minuere legitimam, nisi specialem faciat mentionem.*
5 *Filia à statuto exclusa, potest nihilominus agere ad legitimam. & nu. 7. & 10.*
6 *Facultates alicuius intelliguntur, deducto ære alieno, & funeris impensa.*
8 *Casus omissus statuto, remanet in dispositione iuris communis.*
9 *Iura iuribus concordari, & non corrigi expedit.*
11 *Impedire quis non admittitur ea in re, in qua sibi nihil prodesse potest.*
12 *Domini in solidum duo esse non possunt, nec eandem rem possidere. nu. seq.*
14 *Legitima non debet dari in pecunia, sed in rebus corporalibus hæreditarys. au & dos. nu. 15*
16 *Legitima de singulis rebus detrahi iure potest, sed arbitrio iudicis moderatur, ut ex certa una ea re tollatur. nu. 55*
17 *Legitimæ assignatæ tempus attenditur, nec considerator augmētum, uel diminutio facultatū.*
18 *Statuto mandante congruenter dotari fœminas, legitima non attenditur.*
19 *Dos condecens quō intelligatur. & nu. 21. et 24*
20 *Dotata fœmina, statuto exclusa, legitimæ supplementum petere non potest, si hæc dotem congruam excedat. nu. 35*
22 *Filia in dotis causa, seu legitimę, onerari nō pōt.*
23 *Dos tanta sit, quanta legitima iuxta Bald.*
25 *Legitima est uelut æs alienum, & debetur iure naturali, & necessario.*
26 *Dos succedit loco legitimæ.*
27 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
28 *Dos loco legitimæ subrogari non potest, ubi nul la debetur legitima.*
29 *Legitima ad congruam dotem restringi potest.*
30 *Filia dotata, exclusa à successione, non uidetur exclusa à legitima. contraria opinio, & communis, & uerior quæ, nu. 31. & 40*

32 *Legitima & in tempore, & in quantitate potest minui.*
33 *Legitimam dare, & dare dotem congruam diuersa sunt.*
34 *Patris appellatione, & auus repræsentatur.*
36 *Leges, & statuta rebus, non uerbis ponuntur.*
37 *Dotata congruè filia, statuto exclusa, quod super est ad legitimam accrescit masculis.*
38 *Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.*
39 *Dos congrua quæ dicatur. & nu. 40. & quomodo constituenda. nu. 43*
41 *Statuto filia exclusa à successione, intelligitur & exclusa à legitima.*
42 *Testatori quæ uisa sunt competentia, alteri non debent incompetentia uideri.*
45 *Amorem paternum nullus alius uincit.*
46 *Dos congrua attenditur ex uarijs.*
47 *Dos parua, uel magna ex qualitate personarum attenditur.*
48 *Legitima ex bonis in morte relictis æstimatur, deducto ære alieno, & funerum impensa. nu. 49*
50 *Legitima non mutatur ex augmento, uel diminutione facultatum post mortem defuncti. nu. 51 & communis opinio. nu. 52*
53 *Legitima non attenditur ex bonis ante mortem habitis.*
54 *Subrogatum non idem est cum eo, in cuius locũ subrogatur.*
56 *Statuto filia exclusa, an dos, & ornamenta in legitimam computentur, frustra quæritur.*
57 *Relicta filiæ exclusæ non reijciunt conditionem.*
58 *Suppleri legitimam cupienti dos, uestes, & mundus omnis muliebris computatur, commun. opi.*
59 *Dote soluta in pecunia prætextu restitutionis pecuniæ, non possunt peti corpora hæreditaria.*
60 *Scienti, et uolenti non infertur dolus nec iniuria.*
61 *Testamentum rumpere non potest, qui ab intestato non est successurus. & nu. 66. & 67*
62 *Testamentũ rumpi non põt ab his, quibus legitima non debetur, ut à filiabus statuto exclusis.*
63 *Exclusus ab actu & potentia succedendi ab intestato, non potest præteritus rumpere testamentum. & nu. 84*
64 *Disponere de rebus suis liberè quisque potest.*
65 *Pater filiam præteriens, non facit ei iniuriam.*
67 *Statuto filia exclusa, intelligitur etiam exclusa iure ciuili & prætorio, quibus derogatur.*
68 *Statuto filia exclusa, an possit contra tabulare.*
69 *Testamentum nullum ex præteritione dici non potest. & nu. 70*
71 *Statuto excludente filiam, si illa testamento præterita agat ad dotem congruam, quid iuris.*
72 *Legitima hodie quanta. & nu. 79. & 80*
73 *Partem de nihilo dicere non possumus.*
74 *Corrigens in uno, dicitur corrigere in alio consecutiuo necessario.*
75 *Materia ex qua sublata, tollitur materiatum.*
76 *Legitimam petere potest, qui & queri contra testamentum potest.*
78 *Correctio facta in uno correlatiuo, extenditur et ad alterum.*
80 *Statuta priuando filiam successione, priuant & legitima. & nu. 81*
82 *Testati causa tollit, causam intestati.*
83 *Matrimonij fauore filij à successione excludunt per l. si qua. C. ad Senat. cons. orf. an & à petitione legitimæ.*
84 *Statutorum ui frater dotando sororem competẽter, eam excludit, uide Doctorum cõtentiones usque ad nu. 89*
89 *Monachus quò ad potentiã succedendi, pro mortuo iudicatur.*
90 *Institui debent liberi titulo honorabili.*
91 *Consuetudo, optima legum interpres.*
92 *Ius commune dicit etiam consuetudo loci, in quo uiget. & nu. 99*
93 *Consuetudo loci in omni casu sequenda.*
94 *Dos profectitia, decedente filia in matrimonio cum liberis, an debeat redire ad patrem, exclusis liberis, uaria opinio.*
95 *Consuetudo exorbitans non extendenda.*
96 *Consuetudo idem, quod statutum.*
97 *Consuetudo interpretatur ius commune, et de ea iudicandum, uti de iure interpretante.*
98 *Arbitri electi ad arbitrandum secundùm ius cõmune, sequi debent ius municipale.*

CONSILIVM LXXIX.


EX Dei &c. Parum ni fallor difficultatis uidetur præsens casus habere, dicit enim ista d. Flora se à patre preteritam, & à Nicolao fratre uniuersali hærede incompetenter dotata, cùm utroque respectu dos non debuerit esse minus legitima, prout fuisse dicit, quare agit ad supplementum, cuius quidem petitio & intentio uidetur primo aspectu fundari; quia eũ fuerit à successione per statutum Taruisinum exclusa per masculos, ut in statuto sub Rubrica de masculorum successione &c. propterea debuerit competenter dotari, cùm ut dicit notabiliter Baldus in l. j. C. de legit. hęredibus
1 post glos. ibi † statutum debet intelligi de dotatis, non autem absolutè etiam de non dotatis, & prout dicit d. Decius in consi. 105. col. secunda, uers. non obstat, quòd filia excludatur ab intestato &c. quod etiam expressè requirit statutum prædictum Taruisij, dum mandat illas, quibus nihil apparet relictum, dotari
2 arbitrio propinquorum, † unde succedere uidetur notabilis illa doctrina Salyceti, & Fulgosij, quos omnes ferè sequuntur in authenti. res, quæ. C communia de leg. argum. illius textus, & Salyceti in l. sancimus. C. de nuptijs dicen-

2 dicendum, † quòd quando statutum repellit fœminas à successione per masculos & mandat illas dotari arbitrio propinquorum; propinqui non debent arbitrari minus legitima; quia in ea non est excessus, immo poterunt etiam arbitrari in plus, si legitima non fuerit sufficiens. Ita ut possit reperire ultum sibi cōdignum, secundùm statum, & conditionem personæ, argum. dicti textus & in corpore unde sumitur, & in l quæro. & l. cùm post. §. Gener ff de iure dotium trsdit Alexand. in consi. 69 super primo dubio &c. libro primo, et ut dicit Paulus de Castro in consil. 131. licèt ista d. Lysa, quando filia excluditur à statuto per masculos, negari non potest, quin dos subrogata censeatur loco legitimæ, quæ debetur de iure communi, ergo non debebit esse minor

3 legitima † & quamuis esset minor, non uetabitur petere supplementum iuxta legem omnimodo, & l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamen. prout etiam uoluit Bald. in l. final. colum. secunda, uers. sed pone, quòd ista filia, C. de dotis promiss. latè tradit præceptor d. meus Soccinus in consi. c. super controuersia &c. libro tertio. Alexand. in consil. 7. uisis, & diligenter animaduersis, &c. columna tertia, lib. secundo, dicens post eundem Salycet. in dicta l. sancimus quòd licèt statutum excludar fœminas, et ultra disponat, eas à fratribus ultra dotem condecentem nil petere posse, nō

4 † per hoc dicitur statutum minuere uoluisse legitimam, nisi de ea specialiter faciat mentionem per l si quando §. primo. C. de inoff. testa. et potissimè ut iuris correctio euitetur, in quantum potest, & pulchriùs repetit idem Alexan.

5 in consi 87. uiso statuto &c. lib 4. † Concludens, filiam à statuto exclusam, petere posse æquari, et suppleri usque ad quantitatem legitimæ. & ita pulchrè consuluerant per prius Baldus et Salycetus in eademmet quæstione facti, ut patet in consilio 408. et sequen. libro tertio, quorum primum est Baldi, aliud Salyceti, et firmat primus præceptor meus excellentissimus Corneus in pluribus consilijs suis, uidelicet in consilio 197. libro primo. et consilio 77. in principio. libro secundo, ubi dicit. Ita consuluisse unà cum Baldo Nouello. et in consilio 91. 107. et 162. eodem libro, et in cōsilio tertio, libro tertio. ubi dicit, ita uidisse sæpius consultum per integerrimum consulentem, et optima fama fulgentem, præceptorem suum dictum Benedictum Capram, et in consilio primo, columna sexta, libro quarto. Decius etiam in pluribus consilijs suis, maximè in consil. 180. ubi multos pro more adducit; quos, ne sim longior, non recenseo. Vnde consequens esse uidetur, quòd ubi dos ista à dicto quondam Nicolao fratre d. Floræ constituta, et tradita fuisset incompetens: quia minor legitima, habito respectu

6 † facultatum paternarum, deducto ęre alieno, et funeris impēsa, iuxta legē Papinianus. §. quarta autem. ff. de inofficioso testamento. et in lege cùm quæritur, et authent. nouiss. C. eodem. petitio supplementi eidem competierit & competat. secun do uidetur ista eadem petitio, et intentio iu-

7 stificari: quia cum dict. d. Flora † habeat ius istud succedendi, saltem pro mensura legitimæ, à iure communi uulgat. leg. omnimodo & sancimus C. de inof. test. statutum istud Taruisinum excludens fęminas, excludit illā ab intestato, quo casu fatendū est statutū ipsum derogasse iuri communi; ergo ex testō secus.

8 † cùm talis casus, tanquā omissus, remaneat in dispositione iuris cōis. l. commodiss. de libe. & posthu. & pro omisso debet haberi. l. si seruū. §.

9 non dixerat prætor. ff de acquiren. hęre. † & sic expedit iura iuribus concordari, & non corrigi. cap. cùm expediat de electio. in sexto. ita & statutum cum iure communi cap. cùm dilect. de consuetu. & l. si serui uestri. C. de noxalib. Ita firmat Baldus & Salycetus in consi. allegat. pluribus alijs concludentissimis medijs, & Salycetus in authē. nouiss quæstio. 11. in ultimis

10 uerbis ibi sed sciens, dicens † quòd si statutum diceret, quòd filia non succedat ab intestato cum masculis, & pater fuit testatus, filio uniuersaliter hęrede scripto, & filia in dotem, non prohibetur filia petere supplementum legitimæ, & ultra rationes allegat. in primo themate d. 11. quæstiō. adducit: quia statutum non prohibet filiam succedere ex testamento, ergo non prohibetur petere supplementum legitimæ, & omne id, quod sibi debetur ex testamento, ut sic legum correctio euitetur, et casus omissus remaneat in dispositione iuris cōmunis, & quia causa testati, & intestati, inuicē sibi contrariantur, & p multa alia fundamenta dicens, ita consuluisse in ciuitate Mantuæ, & idem fecisse Bal. existentem Papiæ, & d. Ioan. de Rieijs de Florētia, & Doctor. etiam Paduanos, quorum consi. Bald. & Saly. retuli supra, & prędicta refert, & sequitur etiam Iason in dicta authentica nouissi. in fine commenti, ergo &c. Idipsum in pulchra quęstione firmauit Soccinus. in consil. 182. columna tertia. uersi. postremò. & 4 &c.

Et in tantū uidetur procedere, quod supra dixi, quòd non uendicet sibi locum statutum in causa testati, ea ratione, quia statutum exorbitans debet ad proprium casum intestati restringi, ut eadem ratione filia in co. prætermissa possit dicere nullum, & rumpere, & rem ad causam intestati reducere: & si diceretur quid proderit, uel quod commodum portabit filia ex tali testamenti ruptura, cum omnino

ab intestato filij ex eodemmet statuto sint
successuri, exclusa filia, & dici consueuit,
11 quòd † non admittetur quis ad rumpendum,
dum,ut alteri noceat, & sibi non prosit, ut in
c.cùm ecclesia Vulterrana de electione & in l.
j.ff.de aqua plu. arcend.l. qui uias. ff de damn.
infect. dicunt Docto:maximè Bald. in l.maximum
mum uitium in fi.C.de libe.præterit.quamplu
ra commoda posse considerari, inter quę saltem
tem est commodum satisfactionis iniuriæ. iuxta
xta legem pen.ff.de condi. ob cau. & ad materiam
riam optimè faciunt uerba notabilia Bal. in l.
in suis.de libe.& posthu. & in l. pater filium in
repe.ff de inoffi.testam.dicentis,quòd filij prę
teriti sine dubio dicunt testamentum nullum
ea ratione: quia dominium rerum paternarum
rum in eos confirmatur, nisi exhæredentur: er
go alius licèt institutus non poterit effici do-
12 minus: † quia duo insolidum domini esse nõ
possunt c.inter dilectos de fide instrumentor.
l.si ut certo.§.si duobus uehiculum.ff.commo.
13 sicut † nec duo possunt eandem rem insolidũ
possidere.l.iij §.ex cõtrario. ff.de acqu. possess.
Vnde ratione impossibilitatis testamentũ uitiari
tiari uidetur,cùm debuerit filia institui uel exhæredari,
hæredari,ita quòd apparere uidetur, quod omni
mni respectu possit filia ad legitimam aspirare,
re, seu saltem ad supplementum ipsius, prout
ut aspirare uidetur ista. d.Flora. Vnde stantibus
bus prædictis,quòd dos debeat æquari legiti-
14 mæ, & in eius locum subrogari, † & legitima
dari non debeat in pecunia,sed in rebus,& cor
poribus hęreditarijs.l.scimus.§.repletionẽ. C.
15 de inoffic.testa. † non debeat iudex arbitrari,
quòd detur pecunia,& assignetur isti d. Floræ
aliqua pars bonorum hęreditariorũ,iuxta notata
tata per glo.& Doc.in l.non amplius.§.fina.de
16 legat. 1. † Et licèt de rigore iuris in qualibet
re hæreditaria deberet assignari legitima, attñ
de æquitate debet detrahi ex una, uel duab.rebus
bus iudicis arbitrio per l. cũ pater.§.si tñ. ff. de
lega 2.ne inducat omnimoda cõmunio, in maximum
ximum filiorum dispẽdium, de quo plenè per
Bart.& omnes in l.in quartam.ff. ad leg.Falci,
ubi latè, & stante hoc, augmentum ualoris
bonorum,uel diminutio non erit in consideratione:
ratione:quia poterit ista petere tertiam partẽ
eorum bonorum paternorum, quam cõsecuta
fuisset ab intestato,iuxta singularem decisionẽ
Iacobi Butriga.in l.pactum,quod dotali.C.de
17 coll.dum uult,† quod attendatur tempus assignatæ
gnatæ legitimæ, nec consideretur diminutio,
uel augmentum facultatum paternatũ, cuius
decisionem secutus fuit Bal.in l.ij.C.de reuocã
dis his, quę in fraudem creditorum. & in l. iij.
in 3.col.C.de usuris rei iudicatæ, & in d. auth.
res,quæ.uers.quæro statuto cauetur, & Ang.in
l.si proponas.§.si hęreditatem.ff.de inoff.testa.

& in l.stipulatio hoc modo concepta. de uerb.
obliga. Sed prędictis minimè aduersantibus,
prout reuera in casu isto non aduersantur puto
to petitionem, & intentionem ipsius non exaudiendam,
diendam,sed penitus excludendam. Tum quia
fundamenta præmissa sunt falsa, quòd stãte sæpe
pe dicto statuto filias per masculos excludente,
te,filia competenter dotanda, debeat etiam in
causa testati absolutè pro mensura, & quantitate
tate legitimæ dotari,uel testamẽtum rumpat:
Tum etiam,quia quando sine pręiudicio ueritatis
tatis prędicta essent uerissima, fuit ista d.Flora
ra plusquàm competenter dotata, etiam quan
titate legitima respecta. Quòd enim pręmissa
sint falsa ostendo. Nam certum est,ꝙ in considerando
deranda congruitate,& condecentia dotis,nõ
est habẽdus pręcisè respectus ad legitimã,aliâs
18 filiæ debitam,cessante statuto,sed ut† dicit no
tabiliter Paul.de Cast.consi. 10.col.2.in termi
nis statuti Florentini excludentis filias à successione,
cessione,& mandantis illas condecenter dotari,
ri,filia debet esse contenta dote sibi cõstituta,
19 dummodo† sit condecens,inspecta cõditione
personarum,& quantitate bonorum, iuxta d.
l.quæro.ff.de iure dotium ibi, modus ex facul
tatibus,& dignitate mulieris,maritiq; statuen
20 dus est &c. † Vnde subdit filiam non posse pe
tere supplementum pro mẽsura legitimæ, si le
gitima transcendit congruam dotem: Nam urgente
gente d. statuto,filiabus non debetur legitima,
sed dos tantum, & tunc relictum pro dote est
conditionale, si matrimonium cõtrahatur,qđ
non esset,si deberetur legitima,prout determi
nat Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de
condit.& demonst. Quare concludit, non esse
tractandũ de legitima tali casu, quod etiam apertiùs
pertiùs dixit in authent. nouiss.C.de inoff.testa.
sta.& idem refert,& sequitur præceptor meus
Socci.in consi.288.col.8.uers.circa.2.quæstio
nem,ubi latissimè exorditur articulum istum,
& ad aperiendam materiam istam, libet eius
dicta referre, dicit enim se aliàs uidisse consul
21 tum,quòd dos competens † est arbitrio boni
uiri,secundum qualitates, quę habentur in d.
l.quęro.& in l. siue generalis. eodem titu.& in
l.filia.ff.de legat. 3. dummodo bonus uir non
arbitretur minus legitima, ut per Salycetum,
& Fulgosium in d.authen.res,quæ,in secundo
notabi. quos supra retuli. Attamen dicit idem
Soccinus illum textum, cuius argumento id
dicunt,cum reuerentia nihil facere. Nam licèt
cèt in causam dotis bonorũ restitutioni subiacentium
iacentium alienatio absolutè uideatur ꝑmitti
ad legitimam usq;, ultra autẽ non,& sic saluo
si legitima nõ esset sufficiens: attamen non ꝓcedit
cedit ex eo, quia dos minor legitima competens
tens esse non possit: sed ex eo, quia usque ad le
gitimã simpliciter ꝑmissa est alienatio in oẽm
causam

22 causam † cum in ea non potuerit filia onerari ut in l. quoniam in prioribus, & in l. scimus. C. de inoffi. testa. secundò adducebant præfati consulentes Bal. in consi. incip. materia diuiditur,
23 ubi dicit, † si quæris quanta debeat esse dos, respondeo cùm succedat loco legitimę, erit usq; ad legitimam, arg. auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. & si pater habet multas filias, seruabitur ille modus in distributione dotis, qui seruatur in distributione legitimæ p id, quod habetur in l. t §. si pater. ff. de coniun. cū emanc. liber. attamē dicit Soccin. quòd illa auth. si qua mulier nihil probat: quia ibi excluderetur à successione patris ingressi religionem, & l. filijs ex presse reseruat legitimam, & in casu istius statuti filiæ simpliciter excluduntur à patris successione, nec illis aliqua reseruatur legitima, sed intelliguntur ab ea exclusę, ut infra dicetur, debent tamen condecenter dotari. Ita quòd quæ sit ista condececentia, non ostendit dicta auth. si qua mulier, ergo.

Adducebant ijdem consulentes Bal. in alio consilio incipit, quia statutum habet tria capi-
24 ta dicentis, † quòd dos ęqua arbitrio boni uiri est constituenda d. l. filia, & l. prima. ff. de legat. secundò. Item cùm in eo casu unica tantùm esset puella, pinguius erat dotanda. Itaque saltem ad integram legitimam, & quòd nusq; bonus uir arbitraretur, quòd legitima esset filiæ auferenda,
25 quæ dicitur ęs alienum, † debebatur iure naturali, & necessario. l. cùm ratio de bonis damnat. & l. si quis in suo. C. de inoffic. testam. Attamen ista etiam nullo modo probant secūdùm eum, quòd conueniens dos debeat ascendere ad legitimam, quæ licèt sit, ut consulentes dicebāt, iure naturali debita, tamen ratione cōseruandæ agnationis à statuto censetur sublata, quatenus cōpetētem dotem excederet, unde ista dicta secundùm eum sunt potiùs authoritate firmata, quàm ratione, uel lege, refert etiā multos consuluisse maximè. D. Alex. in consil. 69. incipiente supremo dubio, quod supra retulit, In secundo libro, qui ultra authoritatem Salyceti adducit consil. Angeli 32. incipient. dictus Gregorius, quod tamen consil. dicit se in suo uolumine nō reperisse, nec ego in meo, licèt ferè omnes allegēt, refert tamē d. Alex. eū dicere quòd quando statutū excludit filias pp masculos, & mandat eas dotari arbitrio bonorum uirorum propinquorum, quòd ꝑpinqui non debent arbitrari, quòd sit minus legitima, cùm appellentur munuscula d. l. si quis in suo, sed adhuc ista ratio nihil ualet secundùm eum, quia illo iure legitima erat quarta, quæ dicitur parua pars, respectu totius, non tamē absolutè. Nam posset esse magna quantitas, & maior quàm tota hæreditas alterius hominis locuples, & excederet quantitatem congruę dotis, secundùm consuetudinem regionis, & qualitatē & dignitatem personarum. Item loquitur de iure communi, quo bona pariter ad masculos & fęminas transeunt, non attenta consuetudine italica qua fęminæ excluduntur ad conseruationem agnationum: quia congruè dotata etiam citra dimidiam, non diceretur munusculum habere, stant enim ista simul, quòd mulier habeat duo millia in dote & quòd habeatur ꝓ diuite: quia cōmuniter à successionibus excludantur, & tamē illa duo millia sunt in legitimā
26 Adducebat etiam idem D. Alex. † ꝙ dos succedit loco legitimę. l. quoniā nouella. C. de inof-
27 fic. testa. unde conueniens est † quòd subrogatum naturam sapiat eius, in cuius locum subrogat. l. parabolanos, & ibi Bal. C. de epis. & cler. & ista etiam ratio nihil ualet secūdùm eū, quia non est uerum, quòd subrogetur, sed imputatur in legitimā. Ista enim sunt omnino diuersa. Nam in legitimā imputantur multa, de quibus in l omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testam. & tamen nemo diceret, quòd illa subrogantur, Ita quòd non possint relinqui, uel constitui minora legitima, quinimo d. l. quoniam nouella, uidetur probare contrarium. Nam si dotes imputantur in petitione supplementi, ergo considerat, quòd dos potest esse minor legitima.
28 Præterea ex † quo nulla legitima debetur, nō possumus dicere, quòd dos subrogetur loco ipsius, ut uidetur esse de mente Bart. in d. §. Titio genero, & ita formaliter dicit sentire Paul. de Cast. in cōsi. mihi 108. super eo, de quo quęritur, & consi. mihi 120. si dicta Cornelia, &c. & in consil. 333. super eo, quod quæritur, an D. Ioāna & c. col. 2. in uersi. labitur in hoc passu, licèt Soc. non alleget. Immo posito quòd assumptum esset uerum, dicit Soccin. scilicet, ꝙ dos subrogetur loco legitimæ. Attamē in casu statuti debet ista subrogatio hoc modo intelligi, quòd statutum possit minuere legitimam ipsam in re, & in tempore, modò dos constituta sit congrua, licèt minor sit legitima, & in ea quantitate fieri exinde uř subrogatio, & sicut legitima non patitur onus, Ita nec dos, & ita dicit colligi ex dictis Bart. in d §. Titio genero
29 ubi uult, † quòd legitima dicatur restricta ad congruam dotem, prout etiam uidetur ponere Salyc. in d. l. sancimus. C. de nuptijs, & in terminis Bald. in suo solenni consi. incip. antiquum statutum, ubi dicit legitimam diminutam esse, & redactam ad ipsam dotem, quia statutum arbitratur dotem esse congruam portionem mulieris, & legitima non est aliud, nisi quædā congrua portio taxata. l. arbitrio, ut ibi per eum latiùs. Et sic apertè uult, quòd citra legitimam sit congrua dos: ergo &c.
30 Ultimò adducebant dicti consulentes, † ꝙ

filia

filia dotata exclusa à successione, non censetur exclusa à legitima, & per multas rationes probat Saly. in d.auth.nouissima.C.de inoffi.test. in d.1 1.quæstione, secundùm quam dicit eum etiam consuluisse, & tenuisse in l sancimus C. de nuptijs,& in l.si serui uestri.C. de noxali, iō inferebat dotem debere ascēdere ad legitimā, aliàs poterit supplementum petere,& hoc etiā fundamētum dicit Soccin. est falsum, maximè
31 in successione ab intestato,† quia exclusa à successione ab intestato, censetur exclusa à legitima, ptout concludunt Bart. Bal.& communiter Moder. in l. Gallus. §.& quid si tantùm.ff. de libet.& posthumis, & ibidem præceptorem suum dicete quòd propter rationes Bar.& Bal. ibi, nunquam uoluit pro d. opinione Salycetti consulere, etiam in causa testato in qua est maior dubitatio, ubi idem etiam Are.tenet, quàm etiā Bald.in d.l.maximum uitium in d. ultima quæstione,& in l. Sancimus in prin.C.de inof. testa & Angel. consi 105. statuto cauetur,&c. col.2.& Paul.de Castro in d.§. Titio genero,& Bald.& Ang.in l posthumus.§. si quis ex his.ff. de inoffi.testa.& plures alij, ut infra, quare dicit semper fuisse sibi uisum unum somniū,& grauiter errare illos, qui dicunt, quòd bonus uir non debet arbitrari minus legitima, uidemus enim dicit ipse, quòd Laurentius de Medicis babebat 300.millia in bonis, si habuisset unam filiam tātū, & fratres à quibus illa fuisset per statuta Florent. exclusa diceremus nunc, φ debuisset habere cētum millia flore.in dotem, quam dotem reges vix cōstituunt filiabus suis, quasi dicat minimè unde subdit opinionē contrariam esse contra mentem doct. & in primis contra mentem Bart.post Rayn.in l.si fil.de legat.3.ubi dicit illum text.facere ad quæstiunē. Nam statuta sunt in Italia, quòd fęminę nō succedāt cum masculis, sed debeant dotari. Certè dos erit constituenda arbitrio boni uiri, inspectis facultatibus, ac dignitate testatoris, & numero filiorum per illum text. allegat etiam l. quęro.ff.de iure dotum, ubi etiam idem uoluit ex quibus patet, φ Bar.non restrinxit arbitrio boni uiri, ut non possit arbitrari minus legitima, sed simpliciter uult, quòd attentis facultatibus, dignitate testatoris, & numero liberorū. Idem Ang.in auth.de restitut.& ea quæ parit.§. quamobrem per illum tex. Bald.in d.auth.res, quæ col.3.ibi ultimo not & quòd ita etiam cēsent Bar.in d.§. Titio genero.s.quòd dos possit esse minor legitima, apparet ibi in ultima col. ubi uult φ ubi statutum excludit fęminam dotatam, legatum dotis est conditionale nec de-
32 betur ante tempus nubilis ętatis, † quia sicut legitima minui potest in quantitate. Ita etiam in tempore, ut scilicet ante tempus legitima nō petatur, institut. de actionibus.§. plus: ex quo sequitur, cū statutū intelligatur respectu dotis minuere posse legitimam in quantitate, & in tēpore φ Pater nō teneatur date legitimam fi-
33 lię.& certè si uerū esset, quòd pater habens dare filiæ congruam dotem, teneretur dare usque ad quātitatem legitimæ, esset in effectu dicere, quòd teneretur date legitimam, quod est contra Bart. ibi quem cōmuniter sequuntur doct. & eandem partem dicit sentire Bald. in d l.scimus.C.de inoffi. testa.in fin principij in septima quæstione: dum quærit: dictat statutum, qđ frater possit repellere sororem à successione patris, dotādo eam cōgruè an idem obtineat, si auus decessetit relicta nepte ex filio pdefuncto, p hoc enim facit: quia statutū loquitur de fratre,& sorore, nō autem de nepote, & nepte. Attamen super eadem quæstione dicit Iaco.de Are. dixisse, quòd hic nepos, & neptis fratres appellantur, ut instit. de gradibus § quarta, &
34 quòd † auus repręsentatur appellatione patris ut ff.de uerbo.signi.l iuxta: ergo eadem sit ratio in hijs, quæ in primis filijs, & sic possit nepos repellere neptē congruè eam dotādo, ergo huic nepti non debetur amplius nomine legitimæ, cùm debeat esse contenta dote, cùm uerba statuti concordent, & mens non repugnet, ut agnatorum salua sit dignitas,&c.ut l.ab omnibus. ff. de legat.j. & sic apparet secundùm eū Bal.sentire quòd dicatur conuenienter dotata & quòd non possit petere aliquid nomine legitimæ, & consequenter dotem esse conuenientem,& tamē non ascendere ad legitimam, aliàs frustra dubitasset, an aliquid amplius nomine legitimæ petere posset. Quod etiā uoluit Ang.
35 in d. consil.105. dum dicit † quòd filia dotata non possit petere supplementum legitimæ allegans Guliel.de Cun in d auth nouissima. I ecce quòd dotata congruè, etiam quod dos fuerit infra legitimam, supplementum non petit: & hoc dicit ratione comprobari, nam filia dotata à statuto exclusa, dicitur à legitima exclusa, ut sępius dictum est, & sic nulla sibi debetur legitima, quod procedit ea ratione, ut agnationis salua sit dignitas, allegat Io.And.in additionibus speculat.in rubrica de successione ab intesta. ubi refert disputationem quandam Iac.de Are.ad id, unde si intentio statuentium fuit excludere filias à legitima, modò dotētur, & congruenter dotentur, utique constat, quòd intellexit dotem fore conuenientem etiā infra legitimam, aliàs enim si sub nomine congruę
36 dotis posset legitimam petere † tunc statutum esset impositum uerbis,& non rebus, contra.l.2.C.cōtra de legat.& quod una uia denegaretur, alia concederetur, contra regulam illam cùm quid de reg. iur.in sexto, & pro prædicta quæstione dicit, facere opinionē eorum qui dicūt, quòd stāte dicto statuto filias excludente,

filiæ

filiæ computãtur in numero filiorum, quantũ scilicet ad hãc finem, ut sciatur an legitima sit triens, uel semis, non autem ad fin ut capiat, quæ
37 proponitur exclusa, † & portio ipsius à dote supra usque ad legitimam, accrescit fratri tanquam defecta, prout consuluit Pau. de Cast. in cõsil. mihi 203. quoniam fundamentum &c. Et eandem partem cõsulendo tenuit stellus de S. Geminiano. Ant. de Rosellis Ioan. Paglaren. dt senis d. . . . de monte Politiano, & plures alij, & dicit fuisse etiam de mente Bald. in l. si de fundus. C. de suis & legiti. & Paul. de Castr. in l. huiusmodi. § si Titio. ff. de lega. j. & Romanus in l. t. C. quando non petentium partes: præterea, si non debetur legitima, ut est conclusio Bart. & communis, ergo dos non potest cũ legitima commensurari, ut supra pluries confirmat conclusionem præmissam. Nam si dignitas dotantis, & qualitas facit, quòd cõgrua dos dicatur, & constituatur etiam contra mandatũ testatoris, ultra legitimam iuxta textum, & ibi notat, in auth. res, quæ. Ita econtra, qualitas personarum uires patrimonij, & consuetudo loci, facere debent, quòd dicatur dos congrua etiam infra legitimam, cùm non sit dare ratio-
38 nem differentiæ. l. illud ad l. Aquil. † Et quia quod operatur propositum in proposito, operari debet oppositum in opposito. l. si ut pponis. C. de nuptijs, & l. si ex toto in princip. ff. de legat. 2. Ad quòd dicit optimè facere quod dicit Bal. in auth. preterea. C unde uir, & uxor. dũ
39 dicit, † quòd congrua dos dicitur, quando ex illa potest congruè sustentari, ideo non commensuratur cũ legitima, addncit etiam d. Antoninum de But. in cõsi. 40. Incipiente in quæstione ista &c. & Paul. de Cast. ubi supra scilicet in consi. 1 10. super primo quæsito &c. In secundo dubio, ubi loquens in allegato statuto Florentino dicit, quòd talis filia exclusa ex forma statuti iubentis eã dotari, debet esse contenta dote, dum tamen sit condecens, inspecta conditione personæ, & quantitate bonorum. d. l. quæro de iure dotium, & quòd non potest petere suppleri usque ad legitimam, si illa trãscendere, cõgruam dotem. Nam stante tali statuto non debetur legitima, sed dos tantùm, unde infert qđ relictum dotis tunc est conditionale, ut ibi per eum decidentem quæstionem illam, & istam in proprijsmet terminis, ex quibus dicit concludere idem Soccin. ergo cùm in casu nostro attenta dignitate personarum, & facultate patrimonij, & cõsuetudine ciuitatis, filiæ, siue neptes, de quibus ĩ casu suo, fuerint cõpetẽter dotatę, non possent petere supplementũ aliqđ ad legitimam usque, & prædictam conclusionem ultra prædicta Paulò infra in tertia principali quæstione opulentißimè confirmat, dicẽs, ꝙ licèt Salycet. in d. auth. res, quæ, & in d. l. sancimus C. de nupt. tenuerit, quòd filiæ exclusę à successione ab intestato, non dicantur exclusæ à legitima per rationes suas, de qu bus ibi, arg.
40 in auth nonis. prææallegat † Attamen in contrarium dicit esse communem opinionem & ueram, ut ibi latè per eum deducentem seriatim omnes tenentes eandem partem, & constituentes communem opinionem.

Et licèt D. Decius uariè consuluerit in materia congruitatis, & condecẽtię dotis, attamẽ in consi. 26. expreßè firmat, quòd licèt dos cõgrua dicatur illa, quæ æquatur legitimæ secundùm Salyc. in locis præmißis. Attamen considerandum est secundùm eum pro respõsione, quòd filiæ à statuto exclusę non debetur præci
41 se legitima pro dote: quia † secundùm opinionem communem, cum filia excludatur à successione ab intestato, intelligitur etiam à legitima excludi, addncit Paul. de Cast. in d. consil. 1 20. si d. Corn. & in consi. 1 30. uiso puncto, & Ang. in d. consi. 105. statuto cauetur. & prosequitur Alex. in d §. & quid si tantùm, unde si non debetur legitima precisè, dos non debet taxari secũdùm legitimam, sed cõtingenter illud accurrit quando cum minori dote mulier exclusa à statuto non inueniret maritum suæ qualitati condignum. Nam tunc arbitrio boni uiri deberet cõstitui dos usque ad legitimam, & etiã ultra, & hoc modo dicit posse procedere, & saluari opi. Saly. & aliorum, qui dicunt dotẽ congruã, & legitimã æquiparari. Sed ubi mulier cũ minori dote posset habere maritum diuitem, & nobilem iuxta condecentiam, & qualitatem mulieris, tunc non debet dos cõmensurari legiti-
42 mæ; † quia sufficit quòd sit bene, & condecenter cum d dote infra legitimam nupta, pro cuius opinione facit quod not. Iaco. de Belui in auth. de restitut & ea quæ parit. in 1 1. quæstione, quem refert, & sequitur Alex. in l mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell in primo notabili, in illa materia, an & quando filij primi gradus computent fructus in Trebellianicam, uel legitimam, & an in dotem, in quo quidẽ ultimo distinguit idem Iacobus de Beluisio, ꝙ aut congrua dos danda uiro condigno exigit omnia bona hæreditaria, & non computantur fructus in dotẽ aut dos congrua exigebat tantum, quantum capit legitima iure naturę debita, & etiam non imputantur: quia sicut non imputantur filio in legitimam, ita non imputantur in dotem &c. Ita quòd congruitas dotis secundùm eum non cõmensuratur precisę legitimæ, sed qualitati & dignitati psonæ, & alijs qualitatibus patrimonij, s. & considerant hĩ rõ numeri filiorum, nec non loci cõsuetudinis & subdit Dec. ad hoc ẽt concurrere intentionem statuẽtium excludentium filias propter masculos, ad conseruandum agnationem. Nã quantò minus

minus aufert fęmina, tantò magis agnatio cõ-
ſeruatur, & reſeruatio dotis mulieri facta, alia
ratione facta cenſeri non debet niſi ut mulier
nubere poſsit ſecundùm qualitatem, & dignita
rem paternam,& ideo ſicut bonus uir poteſt ar
bitrari dotem ẽt ultra legitimam ad iſtum effe
ctũ, ut nubat condigno, ſi iſta condignitas ha-
beri poteſt cum minori dote, de minori debet
arbitrari, ex quo habetur principale intentum,
ut hoc modo agnatio magis cõſeruetur, & iſtã
eandem partem conſulendo firmauit Fulg. in
conſil. 32. ex facto proponitur in principio. 2.
43 colum.† dicens, dotem debere conſtitui ſecũ-
dùm conditionem perſonæ, quàm quãtitatem
patrimonij, ac etiam ſecundùm morem,& con
ſuetudinem patris, & ſupra legitimam, & hoc,
quod dicit Fulg de more, & conſuetudine pa-
tris eſt præcipuè conſiderandum in caſu iſto,
ubi pr̃ iſtius D. Floræ uiuens maritauit duas
priores filias ſuas cum minore dote uiris tamẽ
ſuę qualitatis condignis, & conformibus, Ita
quòd attenta conſuetudine ipſius, non põt ipſa
conqueri de dote minori ſibi à patre conſti-
tuta, cùm uiro pariter coęquali, & condigno
tradita fuerit, & copulata, & profectò cenſen-
dũ eſt pro dotibus à patre reliquis filiabus cõ-
ſtitutis quòd fuerint congruę cum ipſe nerisi-
militer ſciuerit bonum cõſilium capere, ꝑ eis.
44 l. nec in ea. ff de adulter. unde † quod ei uiſum
fuit competens clarè pro filiabus, nõ debet alte
ri uideri incompetens arg. l. ſi furioſo puber. in
fin. ff. de cura. furi. Nec poteſt probabiliter ab
45 alio redargui,† cùm nullus amor uincat pater
num. l fin. in prin. C. eod.& C. de epiſco. audi. l.
46 de creatio.† Et ultra quòd in conſideranda cõ
gruitate, & condecentia dotis, attendi debeat
qualitas perſonarum, mos patris, & alia ſupra
relata, eſt etiam attendenda conſuetudo regio
nis, ut dixit ſingulariter Corneus in conſi. 107.
colum. 3, lib. 1. uolens quòd quando extat talis
conſuetudo, dos reputatur congrua, etiam qđ
ſit minor legitima. Cuius etiam ſentẽtiæ dicit
fuiſſe Baldum nouellũ cùm una conſuluiſſent
apud Florentiam, inferens. quòd iſta conſue-
tudo ſicut ſtatutũ poteſt ipſam minuere, ut ibi
latè per eum firmantem ea de cauſa, filiam non
poſſe, ut in congruę, dotatam petere ſupplemẽ
tum facit, quod dicit Bart. in l ſi cõſtante in 2.
quæſt. ſecundæ quæſt. princ. ſoluto matrimo-
47 nio, ubi dicit ꝙ † dos parua, uel magna conſi-
deratur ſecundùm qualitatem perſonarũ, ꝑut
in ſimili etiam dicit in l. admonendi col. penul.
uerſi. item dicit glo. de iure. iurand. quòd cauſa
magna, uel parua iudicatur ſimiliter ſecundùm
qualitatem perſonarum. Nam reſpectu certa-
rum perſonarũ, cauſa decem lib. eſſet magna,
reſpectu aliarum, cauſa centum florenorũ eſſet
parua, ut l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudicijs, &
idem dicit in auth. niſi breuiores. C. de ſenten-
tijs ex breuicu. & profectò aliter intelligendo
fieret magna uiolẽtia iuribus pluries repetitis
diſponentibus, quòd dos conſtituenda ſit pro
modo facultatum, & qualitate iugalium, ut in
d l. quæro quanta. de iur. dotium,& pro nume-
ro filiorum, ut in d l ſi filiæ de legat. 3. non aũt
habuerunt hoc in conſideratione, quòd nõ de-
beret arbitrari minus legitima, prout dixerunt
Salyc. Fulg.& ſequaces in locis præmiſsis.
Verum quando, ſine præiuditio ueritatis,
opinio illa Salyc. & ſequacium eſſet de iure ne-
rior, & communior, adhuc ueniunt rei con-
uenti abſoluẽdi ab ipſius D. Floræ petitione,
eò quòd dos eidem à patre conſtituta, & tradi
ta capit omnino quantitatem legitimæ, ideſt,
tertiam partem ipſius, quod conſequuta fuiſſet
ab inteſtato, quatenus non fuiſſet à ſtatuto ex-
cluſa, uel dimidiam, ſi quinque extaſſent filij
tẽpore mortis patris, prout credo, extitiſſe, ut
in d. auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſtamen. quod
cùm in facto conſiſtat, iure demonſtrari nõ po
teſt, ſed in probationibus in proceſſu cauſę fa-
ciendis, uel factis poterit liquidò apparere.
In hoc ſolùm pro iuſtitia attendendũ & de
iure conſiderandum eſt, ꝙ in appretiandis, &
48 ęſtimandis bonis prædictis† pro declaratione
aſſertæ quantitatis legitimę, tempus mortis eo
rũ patris eſt contẽplandum, ut in d l. cùm quæ
ritur. C. de inoffi. teſtamen. & in d. auth. nouiſ-
49 ſima. † deducto priùs ęre alieno, & funeris im
penſa l. Papin. §. quarta autem. ff. eo. titu. præal
legat. Quod profectò nullam prorſus recipit
dubitationem. Ita ꝙ quantumcunque bona in
hæreditate reperta, eſſent à tẽpore mortis pa-
tris citra, & citra induſtriã, & impenſam hære-
dum, ſed ſola temporum mutatione pretio
aucta, non attenditur tale augmentum, ſicut
nec diminutio debuiſſet attẽdi. argu. ſolennis
text in l. penult. C. de ſolu. & in l. ſi patro. §. ſi ex
bonis. ff. de bon. liber. tale enim aug. non debet
grauare hæredes, ut teneantur augere dotem,
quæ tempore donationis fuiſſet eis competẽs.
Nam ſi econtra facultates ipſę paternæ fuiſſent
caſu aliquo diminutæ, non deberet dos iã data
minui, meritò, ut dicit d. l. pen. non debet quis
ad petendum admitti cuius contrariũ minimè
50 fuiſſet poſtulaturus. † Videmus enim ꝙ aug-
mentum, uel diminutio facultatum poſt mor-
tem defuncti non auget, nec minuit legitimam
filiorum l. in ratione. la 2 ff. ad leg. Falcid. con
ſequenter ergo nec minuit nec auget dotẽ. Ita
Salyc. in l. ſcimus. §. repletionem in ult. quæſt.
C. de inof. teſt. & ſolet ultra d. l. cùm quæritur
ad id ponderari etiam authen. ibi poſita in illis
51 uerbis ex ſubſtantia deficientis, &c. † Nam in-
computando triente, & ſemiſſe iuxta numerũ
filiorũ, attenditur ſubſtantia deficientis, quãta
ſit

fit tempore mortis, licèt pluris, uel minoris fuerit ante uel postea ita Ang. Imo. Pau. de Castr. D. Alex. & alij in d. l. in ratione, prout expressè etiam concludit Ias. in d. l. sit quæritur, & in d. auth. nouiss. & in l. quod seruius col. 4. ff. de
52 conditione causa data, causa non sequ. † concludens communiorem opinionem esse, quòd in omni legitima attendatur tempus mortis, & facit optima ratio secundùm eum: quia nunquam legitima filij esset certa, & limitata, ex quo posset semper augeri, & minui ualor hæreditatis, uel bonorum ipsius. Quare dicẽdum est, quòd limitatè attendi debeat tẽpus mortis ipsius pa-
53 tris, ut d. l. cũ quæritur, & auth. nouiss. † Immo sicut non attenditur tempus præcedens mortẽ, ita nec debet attendi tempus, qđ sequitur. Ita etiam uoluit Bald. nouellus in suo solenni tractatu dotium in 6. parte in 15. priuileg. uers. & pdicta conferunt: pulchrè cõsuluit D. Meus Corneus consi. 265. in secundo dub. lib. 1. nolens, quòd ubi filia consequuta est dotem, quæ & in legitimam imputatur. l. quoniam nouella. C de inoffi. testamen. si tempore mortis dos ad æquatur legitimæ, non est de quo instè conqueri possit, nec attenditur aug. uel diminutio rerum hæreditariarum licèt secus dici posset, ubi filiæ à statuto non exclusæ, quibus esset à patre factum relictum pro dote, recusarẽt relictum, & dicerẽt, uolumus legitimam nostram in corporibus hæreditarijs, quo casu aug. & diminutio augebit, & diminuet portionem earum sicut, & porionem heredis. Cùm diminutio, uel augmentum in habentibus res cõmunes non magis uni, quam alteri ad scribatur, cuius contrarium dici debet in casu nostro, ubi stãte statuto exclusiuo fœminarũ, non est dare legitimam, esto quòd dos non deberet esse minus legitima, uel ꝙ deberet æquari legitimæ, uel eius
54 loco succederet cùm alind sit esse tale, & aliud esse loco talis. l. mercedes. ff. de petitione hæreditatis. l. usuræ uicem fructuũ. ff. de usuris cũ simil. per quæ non immeritò dixit Idem Corneus consi. 10. col. penul. uersi. uidetur tamen pdictis aduersari lib. 3. & licèt statutũ dicat, ꝙ mulier dotata extantibus masculis non succedat, nec petere aliquid possit ratione legitimæ, uel debiti bonorum subsidij. non pro hoc phibebitur filia incõgruè dotata, petere supplemẽtũ congruæ dotis. Ita ut æquetur legitimæ, cùm non dicatur tunc petere aliquid ratione legitimæ iure naturæ debitæ, à qua censetur per statutum exclusa sed apparet, illam petere dotem suppleri de iure municipali.

Et per hæc concluditur aliud fundamẽtum in quo d. D. Flora, ut audio, maximè uidetur instare, licèt ex ipsius petitione, quòd uiderim
55 non appareat, † ꝙ cum legitima non in pecunia, sed in rebus, & corporibus hæreditarijs debeat arbitrio iudicis assignari d. l. scimus. §. repletionem, non debuerit dos in pecunia, sed in bonis pro mensura legitimæ sibi dari, quo casu augmentum, & diminutio æstimationis & ualoris bonorum utilitati, uel damno ipsius cessissent. Quia esto, ut dictum est, quòd sine præiuditio ueritatis dos debuerit æquari legitimæ, non tamen debuit sibi, ut legitima assignari, cùm fuerit ab ea per statutum exclusa. Nec debuerit sub nomine legitimæ iure naturæ debitæ peti sed dotis congruæ ex dispositione statuti, ut proximè dixi: Ita quò potuit sibi in pecunia assignari, prout assignata extitit, & put communiter, & indifferenter ab omnibus fieri uidemus. Et, consequenter augmentum, uel diminutio facultatum in pretio, quòad eam, in consideratione nõ erit per præallegat. & Ideo dicebat Pau. de Cast. in d. consilio 120. si dicta Cornelia, & in d. auth. nouiss. & in d l. quoniã
56 in prioribus superuacnam esse q. † ubi filia est à statuto exclusa, an dos, & ornamenta sibi in legitimam computentur, cum tali casu nulla ei legitima debeatur, eò, quòd sit portio portionis debitæ ab intestato. l. parentibus, & l. cũ quæritur. C. de inoffic. testam. quæ non potest sibi deberi nisi ut heredi, & sicut excluso à successione patris per suam repudiationẽ non debetur legitima, ut per Cyn. in l. hæres institut. C. de impuberi. Ita & excluso per l. mu-
57 nicipalem cum sit eadem ratio, & hinc est, † ꝙ de relicto per patrem tali filiæ exclusæ, non reijcitur conditio, quia non succedit loco legitimæ ut per Barto. in dict. l. Titio centum. §. Titio genero, & est pro hoc ferè omnium sententia, prout refert, & accumulat omnes pceptor Soc. in consil. 127. rectè, & iustè col a. lib. 4. & Ias. in l. si quãdo §. & generaliter in ult. colum. C. de inoffic testa. Immo plus dico, ꝙ ubi filia ista non reperiretur à statuto per fratres exclusa, & fuisset sibi dos reuera minor legitima à patre relicta, quo casu communis conclusio doc.
58 in l. in quartam ubi Bar. & Alij † est, ꝙ ueniens ad supplementum legitimæ debeat sibi in dotẽ quæcunq alia dotalia, uestes, & similia imputare, ut etiam uoluit idem Paul. in consi. 120. & pleniùs Alex consi. 31. uiso statuto lib. 4. si dos fuisset in pecunia constituta, & soluta, deberet
59 illam sibi in legitimã imputare, † nec posset dicere se uelle corpora hæreditaria, & restituere pecuniam sibi datam in dotem per textum. in l. quoniam nouella C. de inoffi. test. quasi acceptauerit filia cum isto onere computandi p no. in l. serui electio. de legat. 2. & per notat: per Barto. in l. 2. de optio. legat Ita quòd non esset eidem licitum uariare: ꝙ reperi expressè firmatum per quendam nouissimè repetentem in d. l. in quartam, circa quintam quæstionẽ Bart. & in quinta conclusione: sed in casu ista D. Flores

reperit

reperit se à successione per statutum exclusa,&
consequẽter à petitione legitimæ:ergo clarum
est, quòd non potest petere corpora hæredita-
ria,sed tantùm congruam dotem, quam conse
quta fuit à fratre,& tantò magis,quia non solũ
tacitè illam acceptando, uisa fuit sibi præiu-
dicasse,sed etiam expressè uocando se tacitam,
& contentam tali quantitate,sibi actualiter nu-
merata,& tradita,promittens, ultra non petere
nec aliquam quæstionem mouere, &c. prout
apparet, & audio illam fecisse, & promisisse,
cuius quidẽ promissio, & quietatio ẽt nõ iura-
ta cũ careat omni dolo,& doli suspitione ac dẽt
60 omnino seruari † cùm scienti, & uolenti non
dicatur inferri dolus, seu iniuria. l. cùm donat.
C.de transact & l.si maiores.eo.titu. Non enim
nimia persuasio, circumuentio, seu enormia
lęsio,quibus dolus necessariò arguitur,in hac,
dotis assignatione, receptione, & quietatione
deprehendit̃. Quòd tñ prima rõne possum cũ
non uiderim instrumentum desuper celebratũ
quibus uerbis,& clausulis fuerit conceptum,ita
ut possim dicere satisfactum dispositioni. l. si
quando §.& generaliter, & hijs quæ per eundẽ
textũ dicut ibi docto. post Guliel.de Cun.in l.
de his.ff.de transactio.C. de inoffic. testa.parui
tamen dictã acceptationem, & renũciationem
facio: quia illis etiam circumscriptis,stantibus
tamen primis præmissis,ueniunt conuenti iure
meritò absoluendi, eò quòd non procedat ab-
solutè Saly.opinio,ut est dictum, uel quatenus
procedat, non potest d. Flora dicere, se debere
plus consequi, ut dos ęquetur legitimæ, cum
potiùs ultra legitimam,habito respectu ad tem
pus mortis patris,fuerit consequuta.

Restat modò dumtaxat tollere quod supra
in oppositum fuit nouissimè adductũ, ꝙ licèt
statutum taruisinum fęminas per masculos ab
intestato à successione parentis excludat, non
tamen ex testamento. Ita quòd potuerit dicta
D. Flora petere, & consequi legitimam suam,
uel supplementũ ipsius,prout illud petijsse ap-
paret. Ad cuius quidem obiecti resolutionem,
omnino est aduertendum. Quòd præsens dif-
ficultas per tres notabiles articulos distingui-
tur, & terminatur.

Primus articulus est, quando stante sępedi-
cto statuto fęminas ꝑ masculos ab ĩtestato ex-
cludẽte,pater testatus decedens,filium uniuer-
salem hæredem instituit,filiam uerò præterijt,
an filia possit ratione præteritionis testamentũ
euertere, & iste in præsenti non est casus no-
ster. Quia quantumcunque ista D.Flora, stan-
te eodem statuto,fuerit à patre testante præte-
rita,filio uniuersaliter instituto, attamen non
agit ipsa modò rumpere testamentum,sed legi
timam consequi. Immo uerius dotem à fratre
constitutam ęquari legitimæ, Ita ꝙ cessant oĩa
quæ supra in fauorem filiæ uolentis testam̃ẽtũ
euertere,adduximus,& consequenter nõ esset
opus circa talem articulum aliqualiter insiste-
re:attamen ne spes aliqua adhuc ipsam aliquan
do rumpendi tale testamentum foueat ea ꝑꝑ
dico, quòd Bar.in l.fin.in penul.colum.uersic.
quæro, quid si ista filia fęmina.ff.ad Tertul.mo
uit hanc quæstionem in terminis, & concludit,
61 quòd non possit modo aliquo rumpere † per
regulam,quam omnes cum sequẽtes amplecti
uidentur, quòd ille non potest rumpere testm̃
qui non potest ab intestato succedere per l j.§.
penult.ff de contra tab.quia ruptura reducit tẽ
ad causam intestati, sed filia uetante dicto sta-
tuto,non succedit ab intestato,ergo &c.prout
hanc eandem rationem sentire vr̃ Bar in d.§ &
quid si tantùm in tertia col.uersi.redeo ad glo.
ibi,ad declarationem pręsentis dubij. ff.de lib.
& posth. & in proprijs terminis cõsuluerit in
suo consi. 20.incip quidam D.Iacobus &c.ubi
ultra rationem præmissam, considerat, quatę
nus in testamento reperiatur apposita clausula
codicillaris,per quam uidentur grauati uenien
tes ab intestato. restituere etiam partem eis cõ
tingentẽ ab intestato, hr̃di scripto, scd̃m eum,
ergo idẽ in casu isto dicetur ꝑ supradicta Bal.
similiter, & clarius in l. maximũ uitium in ult.
62 q.C.de lib præter.idem tenet. † Nam certũ est
secũdùm eum, quòd præteritio eorum, quibus
non debetur legitima,non uiciat testamẽtum,
sed filiæ à statuto exclusæ non debetur, cùm
sit ad instar extranei redacta, ergo & nullam
partem est habitura ab intestato, cum nec etiã
habitura sit legitimam ut C.de inoffi testam.l.
cũ quæritur. Immo cũ sit à statuto exclusa,nec
ueteri iure Ciuili, uel prætorio,succedere po-
terit.ff.de bonorũ possess.l.non est ambigendũ
in fine,& magnũ profectò uitium esset, si aliud
ius seruaremus ex testamento,aliud ab intesta-
63 to,ergo talis differentia non est ficta, † Immo
qui est exclusus,& priuatus ab actu, & potẽtia
succedendi ab intestato non potest, tanq̃ præ-
teritus,ut dicit Bart.rumpere.l.si post mortem
§ liberi.ff.de cõtra tab. & ultra absurdum esset
quòd filia patri hoc imputaret, quòd testatus
decesserit, ut dicit iure consul. in l. posthumus
in princ ff.de inoffi. testam. Nam pro eo,quod
64 ad filiam attinet † habet pater liberè bona ipsa
ergo liberè potest de eis testari. arg.l. fin.C.de
bonis liber.quibus, & alijs fundamentis breui
tatis causa tacitis dicit Bal.tenere hanc partem,
quia cum mistam filiam non continuetur do-
minium,meritò nullum non dicit,nec ratione
suitatis,ut ff.de liber.& posthu.l.in suis à sensu
contrario nec ratione iniurię, sibi à patre illa-
65 tæ † cùm nullam sibi iniuriam intulerit, cùm
quò ad eam, liberas res habeat. ff. si seruitus
uendicetur.l.loci corpus.§.competit:nec etiam

ex eo

ex eo, quòd in iuris obseruantia defecerit, quod præcepto. l. non paruerit. de quo in l. Gallus. §. in oibus. Nam cum ipsa filia sit à iure ciuili proprie ciuitatis incognita de ea nō oportuit mētionē facere sicut nec olim de emācipatis, cum per leges 12 tabu. essent incogniti. Vnde non immeritò prætoris auxilio egebant ut C. uñ cognati. l. certum, cū ergo isti filiæ nec ius ciuile nec prætoriū patrocinetur, nullo modo poterit rumpere testamentum, & ideo in consilijs suis 232. quæritur utrum filia, & 234. proponitur quòd D Antonius in princ. lib. 1. idem firmat, dicens, se plenè dixisse in d. l. maximum uitium atque se remittit. Quod etiam expresśe firmauit in l. posthumus §. si quis ex his in ultimis uerbis. ff. de inoffic. testamen. per illum textum, ea
66 ratione: quia† ille qui non habet locum in iure succedendi ab intestato, non hēt locū in iure rūpendi, pro quo facit. ff. de iniusto rupto. test. l. si quis filio exhæredato in princ. & propterea dicit se consuluisse, quòd si statutum excludit filiam à successione intestati, intelligitur etiā excludere à iure rumpendi, & nullum dicendi. Cuius conclusioni adhęsit Roma. consulendo in consi. 13. idem uidetur mihi de iure concludendum dicere, talem filiā exclusam nec dicere posse nullum, nec contra tabulare. Quòd etiam firmat ibi idem Angel. post Guliel. de Cune. in d. auth. nouiss. ea. ratione, licèt dicat tutius esse secūdum Guliel. ut in uno saltē. Nūmo instituat, ut per gl. in l. 3. §. sed utrū. ff. de minorib. & eandem etiam partem tenuerunt Bal. & Raphael. in d. §. & quid si tantùm, dicit enim Bald. super eadem quæstione consuluisse Florentiæ, & te-
Quæritur ēt, an talis casus testamenti facti p Breuiariū, sit casus non cōprehensus legib. & statutis, uel consuetudine ciuitatis Venetiarū, & relinquatur prouidentiæ iudicū, qui debent iudicare secundum bonitatem, & ęquitatem, non autem secundum rigorem oēs qōnes, quæ dñr extraneæ: ut dicitur primo prologo statutorum Venetiarum. Videtur prima consideratione dicendum, tale testm̄ per Breuiarium esse nullius ualoris,& nullius efficaciæ, pptet defectum ordinis legitimæ solennitatis,& esse statutis,& legibus, hanc quæstionē comprehēsam & decisam ijs rationibus, & fundamentis.

Primò, quia apertè apparet esse decisum per statutum huius Illustrissimæ Reipub. Venetorum consulto 19. ex consultis authenticis, ubi dicitur in fine statuti, remanente semper firmo hoc ordine, ut testm̄ uxoris factum præsente uiro, non teneat,& addatur capitularibus notariorum Venetorum sed hoc testm̄ uxoris per Breuiarium, est factum præsente uiro, contra legem, ergo non tenet. Secundò, in casu nostro testes sunt domestici, legatarij, de proprio cōmodo testificantes, consanguinitate coniuncti, non uocati, non rogati, contra statuta Venetorum,& est decisum consulto. L. ex Authenticis, ubi dat̄ à lege forma solennitatis testium testōrum, et pcipuè Breuiariorum, ijs uerbis, à ducatis uero 100. supra uocent̄ consulto,& rogentur ad minus tres testes mares, uel duę fœminæ, pro uno mare, cętera aūt uerba dicta p aliquē incidenter, sine rogatione testium, sufficientia esse non intelligant̄ ad leuandum Breuiarium, qm̄ p̄sumi non pōt ex hmōi uerbis, illam fuisse alicuius uoluntatem, quæ ambulatoria est usq; ad mortē, & ad diuersos ēt fines hoīes interdum pferunt uerba indigna admitti,& authenticari in tanto negocio, quanta est uniuersa facultas alicuius, in qua per hmōi tot tuosam uiam plerumque frangitur iustitia.

Tertiò, pater,& mater non sunt idonei testes in causa filiorū, nec filij in causa parentū, pp affectionem carnalem, quę inducit suspectum illorum testimoniū, ucl ne detur causa uiolandi,& contaminādi ius naturalis cōiunctionis, & consanguinitatis, ergo in casu nr̄o testimonium matris q̄ uertit inter filios non est admittendum. Quartò, iubetur in primo plogo statutorum Venetorū, ut iudices in iudicijs à statutorum sanctionib. non discedant, sed ea exacta diligentia obseruantes, plenā iustitiam reddant. Ergo iudices non poterunt tale testm̄, cōtra formā solennitatis statuti cōprehensam, approbare. His tn̄ supradictis non obstantibus, puto statum p̄ntis causæ expostulare magnā considerationem, q a qualitas ipsius, quantum memoria repetere possumus, nunq̄ fuit legib. uel statutis cōprehēsa, uel casib. similibus decisa, sed relinquitur tota prouidentiæ iudicum, q scd̄m bonitatem, & æquitatem debent pluris ęstimare substantiam, & ueritatem testamēti, q̄ solennitatem legum,& testium quæ sunt accidentia inuenta, ut cognoscatur substantia ueritatis. Nam substantia ueritatis cognoscitur ex iusta sententia,& uoluntate de eo, quod testatrix post mortem fieri uoluit de sua dote, secundum dilectionem Dei,& proximi. Et in casu nostro interueniunt quatuor substantialia, quę requiruntur in testō, quorū defectu redde-

3 retur testm̄ nullum. † Propterea in hac quęstione sequi debemus doctrinam, quam tradit C. Offilius clarissimus Iurisconsl. lib. 2. 8. ffōrū. in tit. de testa. in l. iiij. ubi dicitur, si quęramus, an ualeat testamētum, in primis animaduertere debemus, an is, qui fecerit testm̄, habuerit testamenti factionem, deinde si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit: in testamenti factione actiuè quęritur, si est persona habilis ad testamentū, ut sit sana mente, conuenientis ętatis, sui iuris, non monachus, non seruus, neq; de illis personis, quę

4 iure prohibentur testari. † Ideo in omni testō, ut dixi, requiruntur quatuor substantialia, duo principalia, quò ad factionem substātiæ materię

riæ bonorum,& habilitatis personæ testantis, & duo alia accessoria, quò ad formã solennitatis testiũ, & instõnis hæredis, secdm regulas iuris; quę omnia in casu nro interuenerunt uidelicet. Habilitas personæ testantis, nã fuit sanæ mentis conuenientis ætatis, & liberæ potestatis, materia bonorum,& propriarũ rerum, quę potissimum requiritur in actu, uel in potẽtia, ne sit testm̃ Lippi Topi, qui testabatur de reb.
5 alienis,† nam testm̃. ut dr̃ in decretis 14 q.2.c. placuit, est de eo, quod quis liberè testatur, qđ post suum decessum de reb. proprijs fieri uult, hæc enim mulier testatur de rebus suis dotalibus q̃ in actu,& potentia sunt res proprię mulierum tpe mortis,& præcipuè mulierum Venetarum, quę habent tam liberũ dominium,& arbitriũ rerum dotalium, ut ẽt filij non habeãt querelam inofficiosi testamenti, sicut habent contra patres, si contra dispositionẽ iuris cõis essent exhęredati, uel pteriti, ut dixi in opere priuilegiorum mulierũ Venetarum, qđ inscribitur sylua Dominica. Interuenit ẽt institutio hr̃edis,& residuarię, pprię matris, & mariti, et suorũ fratrum post mortẽ matris, q indignantur tantam hæreditatem nõ habuisse, & impugnant uoluntatem sororis, ne habeat potestatẽ distribuendi sua bona dotalia pro anima sua, & pro remuneratione benemeritorũ, à quib. dum uixit, beneficia acceperat. Interuenit et quartum,& ultimũ accessorium substantiale, qđ est legitimus numerus testiũ, sed in hoc accessorio tantũmodo opponit̃, ꝙ ipsa testatrix non sit testata, secdm regulas iuris. Videlicet, ꝙ testes non sint omni exceptione maiores, sicut esse debent. Quib. rñdetur, ꝙ testes sunt omni exceptione maiores, quò ad qualitates substãtiales, idest pbitatis, bonæ famæ, et bonæ opinionis, quãuis interueniant exceptiones qualitatum extrinsecarum, q̃ tolluntur pſumptione bonarum qualitatũ substantialiũ, qñ testes nõ apparent discrepantes, non uacillantes, non uarij, non periuri, non satagentes negatiuam, nõ sunt uerbosi in expressione alicuius causæ, nõ sunt inuicem contrarij, sup negocio principali, sed deponunt credibilia, de necessitate concludentes, eorũ dictum esse uerũ, q bus qualitatibus testes cognoscunt esse ueraces. et p confirmatione pdictorũ possent adduci illę rõnes quas dicunt Doct.& pcipuè Alex. de Imo. cõs. 5. in 1. uol. et cons. 13. in ult col. & cons. 78. in
6 3. colu.† ꝙ si testes non sunt omni exceptione maiores, ut consanguinei, affines, domestici, amici, familiares, famuli, legatarij, tunc si interueniret maior, illa multitudo, & numerus supplet defectũ fidei testiũ, q̃ doctrinã not. Iaco. But. in l. 3. ff. de testa.& ẽt glo. in §. eiusdem, do dicit, ꝙ illud qđ deficit in fide testiũ, supplet numerus. Quod ẽt confirmat Io. And. in tit. de notorio crimi. §. fama. ĩ addi Spec. et Io. ĩ mol. ĩ l. q. testa. in 1. col. ff. de testa.& cõfirmat Nicola. de Neap. in l excusant. in 2 col. ff. de excusa. tuto. Possunt adduci ad ppositum q̃ not Bar. & Doct. in l. si q̃s ex argentarijs. §. cogentr̃ ff de eden. sed qm̃ ex dictis istorũ Doctorũ vr̃ oriri
7 dubia qõ cõtrarietatis,† nam in decretis 4. q. 3. c si testes, apertè dr̃, non enim ad multitudinẽ respici oportet, sed ad syncerã testimoniorum fidẽ, testimonia, quib. potius lex ueritatis ãssistit, ergo doctrina superiorũ doctorum vr̃ dubia, et contraria, qui dicũt, ꝙ multitudo & numerus supplet defectum fidei testium.

Nihilominus mens patruus Ant. Claudius in suo opere de fide testiũ, inq̃t, ꝙ oĩs regula & rõ indistinctè accepta, põt esse falsa. Quãobrẽ
8 ipse docet hanc distinctionẽ:† qđ qualitates testium, q bus à legib. & statutis pſumunt̃ suspecti falsitatis, alię sunt intrinsecę substantiales, aliæ uerò sunt extrinsecę accidentales: Defectus cõsideratẽ qualitatũ substantialiũ. ut est ęstimatio, pbitatis, honestatis, bonę famę & iculpatæ uitæ, uel defectus habilitatis mẽtis,& ętatis q̃ õn supplet multitudinẽ,& numero testiũ, ad faciendã fidẽ ueritatis, immo quãto plures sunt improbæ uitæ,& malę ęstimationis,& famę, tanto magis augẽt pſumptionem, et suspicionem falsitatis, et de ijs intelligit̃ auctoritas Decreti, sed qñ defectus est in exceptionibus qualitatũ accidẽtaliũ, q̃ possunt adesse, et abesse pter subiecti corruptionẽ, integritatis,& synceritatis pborum hoĩum, uelut exceptio qualitatis amicitiæ, familiaritatis, consanguinitatis, paupertatis, pprię auctoritatis, et lucri, tũc multitudo, et numerus testiũ bonę existimationis, et inculpatę uitę supplet defectũ istarũ qualitatũ accidentalium. Hinc ipse Petr. Anto. Claudius inquit, ꝙ facilius pſumit̃ posse corrumpi duos probos testes, q̃ octo, sicut pſumit̃ posse facilius corrumpi propter affinitatẽ, consanguinitatẽ, propter amicitiã, et inimicitias duos, aut tres iudices, q̃ quadraginta iudices bonę existimatiõis et pbitatis et iculpatę uitę.

Hac ratione Collegium Ephororũ apud Lacedemonios,& Areopagitarum apud Athenienses,& Collegiũ Centũuiratus apud Romanos, & Collegium XL. virorũ apud Venetos hr̃ magis iustũ, in distinguendo culpas, uidelicet leuem, leuiorẽ,& leuissimã,& latam, latiorem& latissimã. ut l. qđ Nerua. ff depos. in considerãda negligentia, quã maior pars hoĩum non cõmitteret, uel paruam negligentiã, quã non cõmitterent uiri prudentes, uel minorẽ, q̃ non cõmitterent uiri prudentiores,& negligentiã minimã, quã nõ cõmitterent uiri prudentissimi, & in cõsiderando dolo uero,& dolo pſumpto malorum,& facinorosorum hominum.

Non ob. prima oppositio ex decimonono cõ-

fulto statutorum Venetorum, ut testm̃ uxoris, factum præsente uiro, non teneat, quia p̃sentia mariti nõ interuenit, causa persuadendi testm̃, sed pro charitate, ut interesset medicinæ, quæ tunc parabatur dari uxori pro eius infirmitate, sicut oẽs testes, & ẽt propria mater ipsius uxoris cum iuro deponunt, & testificãtur, ideo cessante rõne, & causa, pp quam prohibet p̃nia mariti, cessat effectus prohibitionis statuti.

9 Secundò, non ob. secunda oppositio, † q͂ testes non fuerunt uocati, & rogati, contra statuta Venetorum, quæ concordant cum iure cõi. C. de testi. in authen. rogati. ubi dicitur, testes debent esse rogati, non fortuiti nõ transeũtes, quia rñdetur cessante causam, & rationem prohibitionis legis, & statuti nã quãuis testes non fuerint uocati, & rogati, tñ fuerunt semper attẽti, & continuè p̃sentes, ut apertè apparet ex cõformitate suorum dictorum. Neq; ob. dum dicitur, q͂ testes sunt domestici, consanguinitate coniuncti, ut supra, cum distinctione Petri Antonij Claudij probatissimi Doctoris, probauimus.

10 † Neq; obst. q͂ nullus in facto proprio testis idoneus esse potest, c. nullus & c. insuper extr. de testib. l. omnib. C. de testibus, quia in testamentis legatarij possunt esse testes, quia nõ iuris successores sunt, & commodum eorũ nõ

11 uenit principaliter, sed in cõsequentiã, † secus esset, si ageretur de proprio commodo contra hæredẽ. ut p̃batur instit. de testa. ordinan. §. legatarij. l. qui testõ. ff. de testa. l. di̇ctantib. C. eo.

12 Tertiò non ob. dum dicitur, † q͂ mater contra filios nõ est testis omni exceptione maior. ut l. parentes. C. de testi. ubi dicitur parẽtes, & liberi inuicem aduersus se, nec uolentes ad testimonium admittendi sunt, quia de hoc debet intelligi, qñ agitur de simplici utilitate bonorũ temporalium, sed in casu nostro agitur de utilitate, & salute animæ, quæ debet anteponi omnibus rebus temporalibus, quam rationem nõ considerabant leges Gentilium.

Præterea mater in casu nostro est idonea testis, quia uult liberare filios à grauamine conscientiæ, ne impediant exequi ultimam uoluntatem filiæ defunctę, neq; auferant legata iam deputata, & attributa, & quasi consignata à testatrice pro eleemosyna, & dote miserabilibus personis, quia non remittuntur peccata, nisi restituantur ablata. Hac de causa dicunt Theologi, & Doctores in casib. conscientię, in quib.

13 affectio † carnalis cõiter nihil operatur, ualere testimonium matris, & cuiuscunque consanguinei, & potissimum quia, ut probant Doct. qui impugnant testm̃ illorum legatorũ piorũ, quæ fuerunt deputata miserabilibus personis, expressis, & electis à testatore propter defectũ solennitatis extrinsecę testiũ, incidunt in peccatum mortale, & in excõicationem, & obligã tur ad restitutionem. Nã in talibus legatis pijs, attributis personis electis, ipsæ personæ habẽt ius quæsitum, & differunt ab illis legatis pijs, quæ dicuntur arbitraria, quæ distribuuntur ad arbitrium hæredis, uel ecclesię. Præterea mater, & maritus, non cupiditate lucri, sed pro cõscientia promissionis factæ distribuẽdi illa bona dotalia scd͂m uoluntatem testatricis defunctæ, compelluntur uenire ad iustum iudicium Quadraginta uirorum, pro exoneranda conscientia sua, & pro exoneranda conscientia filiæ, & pro exoneranda conscientia filiorum.

Non ob. præsumptio illius suspitionis, q̃ põt opponi, q͂ mater ideò uideaẽ affectare breuiariũ, & tcstm̃ filiæ, quia matres scd͂m statuta Venetorum ab intestato non admittuntur ad successionem filij uel filiæ, nisi deficientib. omnibus descendentibus, & ascendentibus, & collateralibus, ut cauetur cap. 54. lib. 6. statutorum, quod incipit iniquum est, & omni contrarium rationi, q͂ mater à successione filij, uel filiæ, totaliter sit exclusa. Nam cessat omnis obiectio præsumptionis, falsitatis, & suspicionis, cupiditatis, & rapacitatis, totaliter ex testõ D. Antonij Rotæ sui mariti, & patris ipsorum filiorũ, qui ex experientia probitatis, tantam fiduciam in hac D. Vrsia sua uxore habuisse ostẽdit maternæ beneuolentiæ ergo suos filios, ut non solum reliquerit ipsam Dominã, & usufructuariam, & solam commissariam, & gubernatricẽ suorum filiorum, & filiarum. Sed concesserit ei libertatem dotandi filias, & disponendi de tota hęreditate, tanquã sua propria, & dederit ei auctoritatem castigandi, & priuandi ipsos filios successione bonorũ, pro suo arbitrio, iubẽdo filios debere esse obedientes matri suæ. Ac in toto illo testõ nihil magis ostendit, q̃ hanc suã uxorem p̃dictã, matrẽ filiorum, esse matronã prudentem, amoris, pietatis, & charitatis plenam, & summa probitate præditã, ex uerbis cuius testamẽti (ut diximus) tollitur omnis obiectio malę suspicionis apud prudẽtes, & iustos iudices, qui scd͂m æquitatẽ, & ueritatẽ iudicare desiderant. Quartò non obst. 4. & ultima oppositio, q͂a diuersæ, & plurimę qualitates, & circunstantiæ sunt cõsiderandæ, q̃ ponunt meritum p̃ntis causæ, & negocij in iudicio p̃uidẽtiæ iudicũ, extra statutum, q͂a plura sunt negocia, q̃ leges, hac ratione Aristot. in 5. Ethico. inquit, legem esse, tanq̃ regulam plumbeam, atq; pro qualitate negociorum, rerum, personarũ, locorũ, & tporum à prudẽtib. iudicibus scd͂m ęquitatẽ, honitatẽ & honestatẽ applicari. nam sicut calceus conueniens pedibus, non conuenit capiti. ita rõ conueniẽs uni rei, nõ cõuenit oĩb. reb. Hæc sñia dr̃ à multis Claudiana, q͂a mihi & Petro Anto. Claudio patruo meo utriusque iuris Doctori, summi ingenij, & iudicij in omnibus

omnibus dubijs,& controuersijs est semper in ore,ac etiã ipse dicere solebat usu p. retinimus, q omnis rõ, & regula sine distinctione capta, Quæ discretio uulgo dr. equiuocando,assumit falsum:nã oẽs bonę rationes,sunt bonę, sed nõ sunt bonæ,neq; conueniunt oĩbus personis,locis, tporibus,et rebus,ut frequẽter,et peculiariter dicere soleo. Multa pcipuè in hac qõne sunt diligenter consideranda: primo uerba cõsulti 46.ex authenticis Maioris consilij. 1475. 27.Februa. in quo statuto non dr, q uerba testatoris sanę mentis,sępius repetita, & confidenter,et asseueranter dicta,sine rogatione testiũ,non intelligant esse sufficientia, ad leuandum Breuiariũ,sed uerba dicta incidẽter, quæ sunt sine consideratione et sine repetitione, q oĩa considerata fuerunt superiorib. annis in casu Breuiarij D. Lucretiæ uxoris D. Antonij de Manfredis,ubi est casus similis, quò ad continuatam uolũtatem plurib. uicibus expressam. Secundò, est consideranda synceritas mariti, cuius pñtia non interuenit causa testamẽti, qa non psuasit aliquo modo tale testm̃, ac in principio,in medio & in fine ostẽdit, secutũ fuisse potius simplicitatem ueritatis,q astutiã,nõ dimittendo famulos, saltẽ illo tpe,quo erant examinandi à iudicib.examinatorũ.Tertiò,in hoc Breuiario, uel testõ non interuenit maritus solus pro suo beneficio,sed interuenit ,ppria mater testatricis,q est hæres,& residuaria instituta,quę sola sine marito sufficit ad leuandũ hoc Breuiarium:Interuenerũt ẽt duę sorores eiusdem testatricis ,p ipsarũ beneficio.Quamobrẽ D.Philippus Saluionus cõtradixit ,pclamationibus,dum fratres defunctę peterent successionem ab intestato 12.die Septẽbr.1548.nolens potius uenire ad beneficiũ Breuiarij cũ marito, & matre, et alia sorore scd'm iustã uolũtatẽ testatricis, q uenire ad successionẽ cum fratribus contra eius uoluntatẽ.Quartò,est considerandum, q defectus testium non est in qualitatibus substantialib. ut sæpius diximus, quorũ fides supplẽt maiori numero & multitudine, et pcipuè quia testes testamẽtarij possunt esse familiares, amici, pp maiorem cõfidentiam & fiduciã testatoris,dummodo sint uiri bonæ opinionis,qui non psumuntur falsarij,et periuri pro maiori beneficio hrdis:et dum leges cõcedunt posse à testatore relinqui testib. à consequenti necessario,oẽs legatarij sunt legitimi testes,ne daretur causa familiarib.quibus cõfidũt testatores,ut recusarent, et subterfugerẽt, fieri testes in testõ, in quo non possent conseq.
14 aliquod beneficium. † Quintò,est consideran dum ius acquisitum legatorũ piorum, sicut supra diximus,q sunt iã donata cã mortis miserabilibus psonis,electis à testatrice,q ualent etiã sine testo,si appareret testatricẽ noluisse testari et noluisse relinquere pia legata sine testõ. ,pbant Docto.oẽs c.iudicanie extr.de testa

Concludendum est ergo, q præsens qõ non congruit,neq; ptinet ad statuũ et non est prę cisè per statuta,neq; p consuetudinẽ neq; per casus similes decisa,neq; cõprehẽsa.ut optimè ẽt dicunt,et asserunt alij periti aduocati D.Sãctus Barbadicus.Marius Armanus,et Camillus Triuisanus,sed est extranea,et penitus diuersa, pp diuersas circũstantias, et qualitates,q concurrũt cum pñtia mariti,et pñtia matris,ad remouendam causam ,phibitionis statuti:ut debeant disponere iudices, sicut iustum, et æquũ eorum prouidentiæ apparebit: quemadmodũ admonentur in primo prologo statutorũ Venetorum: habentes Deum ante oculos mentis suę, ut in die districti examinis coram tremendo iudice dignã possint reddere rationem.

Ego Ioan.Claudius V. I. D. habitans in ciuitate Venetiarũ, postquã discessi ab Aprutio ita consului, saluo semper meliori iudicio.

CONSILIVM D. ANTO. FRANCISCI de Doctoribus Patauini.

ARGVMENTVM.

¶Prohibitio à testatore facta sub pœnis, de nõ alienanda re quapiam, an arctet filios hæredes, quò minùs possint de illa in ultima saltim uoluntate disponere,& in cõsanguineos, uerba, et formula prohibitionis attendũtur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare, hæredem instituere non põt.*
2 *Prohibitus alienare, ius succedendi ab intestato transferre non potest.*
3 *Prohibitus alienare in certas personas, nõ potest illis relinquere ex testamento.*
4 *A uerbis testatoris recedere non licet.*
5 *Verba sunt earum, quas in mente gerimus, passionum notę.*
6 *Testatoris uoluntas est pro lege seruanda.*
7 *Per fideicommissum relictum ab uno ex hæredibus, qui ultimus decesserit, uidetur inductum reciprocum fideicommissum inter filios,& descendentes.*
8 *Testõr generaliter loqñdo, generaliter dẽt ĩtelligi.*
9 *Res prohibita alienari, semel effecta alienabilis, semper remanet alienabilis, etiam in personam extraneam.*
10 *Limitata,& restricta dispositio, limitatum etiã & restrictum producit effectum et infra nu. 42*
11 *Prohibitus alienare in certas personas, potest in alias quæ, non sunt de illis, alienare.*
12 *Alienare prohibitus extra familiam, potest in unum de familia alienare.*
13 *Prohibitus alienare, etiam simpliciter,& generaliter,*

raliter, potest nihilominus in consorte alienare.

14 *Prohibitio de non alienando etiam simpliciter, per testatorem facta, institutionem non prohibet, siue hæredis ab intestato successionem.*

15 *Testatoris dispositio, per rationem restringitur, non econtra.*

16 *Ratio legis, et dispositionis, est ipsa lex, & dispô.*

17 *Ratio idem est, quod ipsa mens testatoris, & cessante ratione, cessat dispositio.*

18 *Ratio legis, uel statuti, aut dispositionis, etiam cõiecturata, & non expressa, ipsam restringit dispositionem, et generaliter, & simpliciter factã.*

19 *Rationi magis, quàm uerbis attendendum.*

20 *Ratio dicitur esse titulus dispositionis.*

21 *Ratio legis ita legem restringit, ut faciat etiam legem generaliter loquentẽ, non debere seruari.*

22 *Ratione cessante, cessat dispositio.*

23 *Dictum debet semper à ratione regulari.*

24 *Mulieris geminata fide iussio, excludit exceptionem uelleiani.*

25 *Geminatio actus, priorem actum, etiam inualidum, ualidat.*

26 *Interlocutoria potest per iudicem reuocari, nisi geminata fuerit.*

27 *Geminata confessio extraiudicialis, contra confitentem probat.*

28 *Extra iudicialis confessio geminata, tanquam errohea, reuocari non potest.*

29 *Confessio extraiudicialis geminata, facit confessionem inualidam, in tortura factam ualidari.*

30 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, excluditur per geminatam confessionem extraiudicialem.*

31 *Actus geminatio, multum operatur.*

32 *Geminatio uerborum enunciatiuorum, quæ aliàs non disponerent, inducunt dispositionem.*

33 *Pactum nudum, geminatum, parit actionem.*

34 *Feudum sine consensu domini alienari non pôt.*

35 *Pacta apposita feudis, in ipsa inuestitura, admittuntur.*

36 *Inuestitura, quòd feudum nouum antiqui feudi naturam habeat, & censeatur feudum antiquũ ualet.*

37 *Fœminæ in feudo non succedunt, nisi pactum fuerit in inuestitura appositum, ut succedant.*

38 *Feudum in alienabile, ex consuetudine fit alienabile.*

39 *Consuetudo est pro lege seruanda, & ex ea ius oriri uidetur.*

40 *Ea, quæ uetus consuetudo comprobat, sunt tolerabilia.*

41 *Consuetudo operatur, ut uasallus possit de feudo testari. & supra nu. 38*

43 *Prohibitus alienare extra familiam, potest in fœminam, nuptui traditam, alienare.*

44 *Mulier nuptui tradita, dicitur esse de familia uiri quantum ad obsequia maritalia, & ipsi marito præstanda, quãtum uerò ad alia, in familia patris remanet.*

CONSILIVM LXXXIIII.

SVMMI, ac omnipotẽtis Dei implorato suffragio. Viso casu, proposito, & testamento. q. D. Alexãdri senioris de Plegafetis, nobilis Vicentini, in quo inter cętera in eo disposita, quandam suam possessionem, nominatam de Aquilario, strictissimo fideicommisso subiecit, prohibẽs illius alienationem, in totũ, uel in partem, sub certis modis, & pœnis, ut in eo, & infra, quantum ad propositum facere uidebitur, dicetur. Qui etiã ut strictius illius possessionis alienationem prohiberet, quamuis esset allodialis, & propria, iussit illam per suos filios, & hæredes recognosci, & accipi in feudũ, iure feudi nobilis, sub certa etiam forma in eo testamento descripta, uel à Summo Pontifice, uel à Reuerendiss. episcopis Vicentinis, pro tẽpore existentibus. Et uisa etiam ipsa inuestitura, accepta per ipsius D. Alexandri filios, & hæredes à Reuerendissimo tunc Episcopo Vicentino, sicut eorum pater in suo ultimo testõ iusserat, & mandauerat: & uisis pluribus instrumentis, & dispositionibus, factis de ipsa possessione, uel eius parte per ipsos filios, & hęredes, ut supra, siue alios descendentes ex ipso D. Alexandro, necnõ uiso testõ Marciantonij de Plegafetis, descendentis ex ipso Alexandro seniore qui in omnibus bonis suis, disponendo etiã de ipsa possessione Aquilarij, siue eius parte, quæ erat apud eum, dum uiueret, sibi hęredem instituit Sp. D. Alexandrum, Doctorẽ, similiter de Plegafetis, & descendentem ab ipso primo Alexandro testatore de Plegafetis, mediante persona D. Bartolomęi, filij dicti primi testatoris: & uisis denique ijs, quę copiosissimẽ per præfatum excellentem doctorem Do. Alexandrum iuniorem, & hæredem institutum, ut supra à Marcoantonio, sapientissimè scripta, & allegata fuerunt, omnibusque alijs quę ad propositum facere arbitratus sum, consideratis, & ponderatis uerbis, & mente D. Alexandri primi testatoris, censeo uerissima de iure esse, quæ per ipsum excellentem prædictum Doctorem D. Alexandrũ iuniorem, hæredẽ institutum à pręfato Marcoantonio, cõsiderata, allegata fuerunt, quare facilè deuenio in eandẽ sniãm, pcipuè ex mente, et ex uerbis ipsius D.
1 Alexand. senioris. † nam ꝓhibitus alienare nõ potest hæredem instituere, ut in l. si quis. in §. certum & ibi Bal. in uer. sed alij allegant. C. de secun. nup. et not. idem Baldi in l. humanitatis in 2. col. in ult. oppo. C. de impub. et ali. substi. & uidetur tenere D. Pau. de Cast. in consi. suo
2 284. incip. uisis statutis. et in cõsi. 257. † quinimo etiam prohibitus alienare, prout in casu

nostro,

nostro, non potest transferre ius succedendi ab intestato.l.codicillis.§.matre.ff.de leg.2.ubi
3 Bar.not.† & idem in l. quemadmodũ in 2.col. C.de agricol.& censi.lib.1 1.ubi dicitur,ꝙ prohibitus alienare in certas personas,non potest illis relinquere ex testamẽto, nec legare, immo talis prohibitus debet iurare, ne ad illam incertam personam, inquã est prohibitus alienare, talia bona perueniant ab intestato,quod etiam est ex mente Bal in rubr. C.qui admi.ad bono. possef.circa fi.ubi dixit, ꝙ prohibitio alienandi comprehendit etiã, in rẽ nequia succedat ab intestato per contratabulas,clarum est autem, ꝙ Alexander senior in ipso suo testõ prohibuit talem possessionẽ de Aquilario alienari, quod patet ex illis uerbis testamenti, dum uoluit, & ordinauit, ꝙ sui filij,& hæredes masculi accipiant, & accipere teneantur,& debeant inuestituram feudalem nobilem de sua possessione de Aquilario à summo Põtifice,uel ab Episcopo Vicentino, in electione,& arbitrio suorum hęredũ,&post modum subiungit,ꝙ ipsi filij,& hæredes simul aut diuisim,aut aliquis, uel aliqui eorum suorum descendentium in infinitũ, cum licẽtia, & consensu, & auctoritate summi Pontificis,& ecclesię Romanæ,uel Do.Episcopi Vicentini,aut ẽt sine licẽtia, nullo modo,colore,uel ingenio,per aliquod tẽpus possint,aut debeant uẽdere,uel obligare,& ipignerare, uel quouis alio modo distrahere,& alienare, in totum, uel in parte aliquid ex dicto feudo, & ex dicta possessione Aquilarij, adijciendo p ęnam alienanti, uel alienantibus aliquid de dicta possessione,prout in ipso testamẽto, quæ uerba testatoris proculdubio sunt satis clara,& apertas
4 † à quibus uerbis non debemus recedere,neq; possumus l.ille,aut ille.§ cum in uerbis.ff.de lega.3.ex quibus uerbis comprehendimus men-
5 tem testatoris:†quia uerba sunt earum,quas in mẽte gerimus,passionũ notæ.l.labeo.ff.de su-
6 pel.lega. & † hæc uoluntas testatoris debet ad unguem, & pro lege seruari . ut in authen. de nup.§.disponat l.cum acutissimi in fi. C.de fideicommis.l. ex facto. ff.de hære. instit.cum si-
7 mili.& eo magis id dicere debemus: † quia in casu nostro non stetit testator in meris finibus istius generalis prohibitionis,sed ulterius processit,ꝙ illud, quod fuerit alienatũ de ipsa possessione Aquilarij, deuenire debeat in ultimũ masculum,legitimum,& naturalem descendentium suorũ à suo corpore,& de legitimo matrimonio natum,qui superuiueret,& non contrafecerit,usque in infinitum:per quæ uerba uidetẽ fecisse substitutionem ultimo morienti, et per consequens induxisse reciprocum fideicõmissum inter ipsos filios, & descendentes. l.Titia Seio tesseram.§.Seia libertis.ff.de leg. 2.l.cũ pater.in §.libertis,& in l.codicillis.§. instituto eo.

tit.quod etiam magis expressè uidetur ipse testator uoluisse exprimere in alijs uerbis inferioribus ipsius testamenti,dum dixit,ꝙ si tota proles sua,& suorum liberorum, ac descendentium consentiret alienationi dictæ possessionis de Aquilario, uel alienarent dictam possessionem in totũ,uel in aliqua parte,uel particulariet stare,& parere noluerit ultimę uoluntati, & ordinatiõi,ꝙ dicta sua possessio alienata,uel id,ꝙ ex ea eẽt alienatũ,deueniat, et deuenire debeat in ecclesiam,siue monasteriũ Sanctæ Coronæ de Vicẽtia,si enim diceremus,quòd unus ex ipsis descendentibus, prout est ipse Marcus Antonius,de cuius dispositione agitur, possit aliquid de dicta possessione relinquere aliter, quàm testator disposuerit, non posset postmodum esse locus substitutioni,factæ de ipso monasterio,siue ecclesia Sanctę Coronę, quod esset contra id, quod disposuit ipse testator. et idem in uarijs locis,et ex uarijs uerbis ipsius testamenti potest colligi, et maximè ex illis uerbis,dum testator dixit,ꝙ nunquam possit alienari,et ita suos filios, ac descẽdentes masculos grauauit,& grauatos esse uoluit: quò fit, ut p hæc uerba testõr nedum fecerit substitutionẽ inter filios de dicta sua possessione,sed ẽt inter filios filiorũ,& maximè quia ipse dixit, nunq̃, & in infinitũ talẽ possessiouẽ alienari posse,nec
8 in aliam personã transferri † generaliter loquẽdo,et sic gñaliter debet intelligi,de omni alienatione, et trãsactione,q̃ fieret in.d.l.j.§.gñali-
9 ter.de leg.prę. Preterea † si diceremus, ꝙ ista alienatio,siue trãslatio istius partis,huius possessionis de Aquilario.q̃ est translata per testm Marciantonij in Sp. D.Alexand.iuniorem, de quo iã agimus, ualeret, et teneret, sequeretꝰ,ꝙ esset inde effecta alienabilis,et sic semper oĩno, & in infinitum remaneret alienabilis, etiam in personã extraneam,q̃ non esset de descẽdentib. testõris primi p text.in l.pñ.§. quindecim.ff.de leg.3.quod esset absurdũ,et contra uerba dicti primi testatoris,quod non est dicendũ.l.nã absurdũ.ff.de bon.lib.c.qnẽadmodũ. de iure iur. et not.gl.et Docto.in l.uoluntas.C.de fideicõ.

Sed prędictis non obstantib:et alija,de quibus infra:puto de iure uerissimam esse conclusionem factam per Sp.D.Alexandrũ primo allegatam,et multa copiosissimè deducẽtem, ad demonstrandum, ꝙ ipse Ioannes antonius,qui fuit ex descẽdentibus,legitimis,et naturalibus & de legitimo matrimonio ꝓcreatis ipsius D. Alexandri primi testõris,et apud quẽ erat pars possessionis prędictæ de Aquilario,poterit de illa parte,q̃ erat apud ipsum,disponere,ꝓut disposuit,instituẽdo hęredẽ ipsum Sp.D.Alexãdrũ iuniorem, de quo agimus, prout fecit. ad quod demonstrandum, considero pro principali fundamento,ꝙ ipse Do.Alexander senior

Y 4 primus

primus testator prohibens alienationem dictę possessionis de Aquilario, in totum, uel in partem, aut particulam: non simpliciter, atq; generaliter, prout uidentur innuere argumentationes factę ad alteram partem. sed limitatè, & restrictè, restringēdo se, ut clarissimè ostēditur, ad alienationem, quę fieret in extraneum. & q non esset de familia ipsius testatoris, & de linea filiorum, & descendentium suorum hæredum
10 institutorum, † quę limitata, & restricta dispositio, limitatum etiam, & restrictum debet producere effectum. l. in agris. ff. de acquir. rerũ do. nam si bene considerentur, & ponderentur uerba ipsius testamenti, ipse testator ideo prohibuit dictam possessionem de Aquilario quoquo modo posse alienari, uel impignerari in infinitum, ex eo, quia noluit, quòd illa remaneret apud filios, & descēdentes ex eis, & qui essent de linea, & familia ipsius testatoris de Plegafetis, prout in rei ueritate est ipse D. Alexander, hæres institutus à Marcoantonio. et de familia nobiliũ de Plegafetis, natus est procreatus & de legitimo matrimonio, & descendens à Do Bartolomæo, qui fuit unus de filijs primi testatoris, et ab eo institutus pro suà portione, & hoc considerare licet ex illis uerbis testamēti, prolatis à testatore, qui, postquã iussit filios suos accipere debere inuestituram de ipsa sua possessione Aquilarij, iure feudi nobilis, prohibuit illius alienationem in totum, uel in partem, subdens, q si quid ex illa esset alienatum, quantæcunq; quantitatis esset, id perueniret debeat in ultimum masculum legitimum, & naturalem lineæ suę, & descendentium suorum. Considerauit ergo testator, quòd ista possessio in infinitum debeat remanere apud illos de sua linea descendentes, non magis considerando unum, quàm alium, dummodo ille in quem perueniret, esset de linea & descendētia
11 suà: † nam ille, qui esset prohibitus alienare in certas personas et in certum genus personarũ, potest in illos, qui nō sunt de illis personis, neque de illo genere personarum, in quas est facta prohibitio, alienare ut not. Bal. & Doctor. in l. uoluntas in 1. col. C. de fideicommiss. ubi di
12 xit, † quòd ille, qui est prohibitus alienare extra familiam, potest in unum de familia tantũ alienare, ergo potuit Marcusantonius in Do. Alexand. unum de familia, et descendentia primi testatoris, eum instituendo, ut fecit, alienare, neque ex hoc uidetur contrafecisse uoluntati ipsius testatoris in aliquo, qui solum habuit respectum, ut dixi, q ipsa possessio de Aquilario remaneret apud illos de familia, et descen-
13 dentia per legitimum matrimoniũ † pro quo etiam facit, quia ille, qui est prohibitus alienare etiam simpliciter, & generaliter, etiã potest alienare nihilominus in consortem, ut est text. & ibi Bar. non lice. habitatoribus metroco. ius suum ad extrane. transfer. lib. 11. & eo magis,
14 † quia prohibita alienatione etiã simpliciter, non ita generaliter resultat prohibitio per institutionem, siue per successionem hæredis, etiam ab intestato, secundum Barto & alios in l. si ita quis. §. ea lege ff. de uerbor. obligatio. & not. Bald. & Ange. in l. ea lege C de condit. ob caus. per text. in l j. ff. de fun. dota. & in l. quædam. ff. de acquir. rerum domi. & in l. eum fratre. §. Iulius Agrippa. ff. de legatis tertio, potuit ergo ipse Marcus Antonius per institutionem, quam fecit de Domino Alexandro, qui est de familia de Plegafetis, et descendens ex primo testatore, ipsam possessionem de Aquilario in partem sibi contingentem, transferre, & eo magis hoc dicere debemus, quia testator non indeterminatè prohibuit alienationem illius possessionis, quia quando iussit ipsos eius filios, hæredes institutos, & eorum descēdentes debere accipere inuestituram de ipsa possessione Aquilarij, iure nobilis feudi, subiunxit rationem, & causam, quare ita dispo suerat, & uoluerat, dicens hæc formalia uerba; q hoc faciebat ea ratione, & causa, ut dicta possessio extra domum, & lineam ex se descendentem nunquam posset alienari, quæ ratio, & causa relata ad prohibitionem præcedentem, quã prius testator simpliciter, & indeterminatè fecerat, uidetur illam limitare, & restringere ad alienationem, quæ fieret extra familiam, & sic ut dicatur prohibitio facta respectu certi generis personarum, scilicet eorum, qui non essent de familia & descendentiã testatoris, & non respectu eorum, qui essent de ipsa familia, & de linea
15 & descendentia sua, † quia ratio est illa, quæ regulat, & restringit ipsam dispositionem simpliciter factam, nō è contra, ita notabili. uoluit Bar per illum tex. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & in l. regula. § licèt ff. de iur. & fac.
16 igno. † & hinc est, q dicimus, quòd ratio legis & dispositionis, est ipsa lex, uel dispositio legis l. adigere in §. quamuis ff. de iure pat. l. milites.
17 ff. de re mili. † unde dicit Bart. in l. cum mulier in priu. ff sol. mat. & Bal. in l. maximum uitium colu. 3. C. de lib preteri. q ratio est idem, quod ipsa mens. unde illa ratione cessante, cessat illa
18 dispositio. c. cum cessante de appella. † hinc dixit, D. Abb. in c. suggestum. de appella q ratio ipsius legis, uel statuti, aut dispositionis etiam coniecturata, & non expressa, prout est expressa in nostro casu, restringit ipsam dispositionē
19 etiam generaliter, & simpliciter factam. † hinc et dixit Bal. in l. si quis seruo in ulti. colu. C. de furt. & Bar. in l quod uerò contra. ff. de legi q potius debet attendi ratio, quam ipsa uerba, ut uel sumus in statutis, siue in consuetudinibus,
20 siue in quibuscunq; alijs dispositionibus: † & ideo

ideo subdebat Bal.in c.j.in 5 col q fen.da poss.
in usi. feud. quòd ratio dicitur esse titulus di-
spositionis, & propterea gl. in l.qua ratione in
21 §.licèt.ff.de acqui.re domi.† & Barto in prima
consti.fforum in §. hæc autem,dixit,ꝙ ratio le-
gis ita restringit legem; ut faciat etiam legem
generaliter loquentem non debere seruari,pro
quo bene allegatur qđ dicit Bald. in l. suum in
22 fin C.de iur.delib.† ꝙ ratio dat nobis intellige
re dictum, & dispositione, & ea cessantē cessat
ipsa dispositio, ut dixi, ut & iam dixit Barto.in
l.quod dictum.ff.de pact.quò fit,ut cùm in ca-
su nostro testator dederit rationem, quia non
uult ipsam possessionem alienari, uidelicet ut
ea remaneat in familia & in suos descendentes,
non uidetur prohibere, ꝙ de ipsa possessione
non possit disponi inter ipsos descendentes.
23 Accedit ad hoc † quòd dictum semper debet
regulari à ratione, maximè quando ratio est
expressa in ipsa dispositione, & dicto,prout uo
luit cōsulendo Excellentissimus doctor domi-
nus Alex de Imo.in suo consil.76.incip.in prę
senti consultatione in 3.col.in fin. in j.uolu.se-
cundùm ordinem meum,& idem consuluit Io.
de Ana,in consil.47. incip. illud præsumitur in
fin.col.ubi dicit,quòd ratio dispositionis limi-
tat, declarat & restringit prohibitionem, adeò
ꝙ nunquam potest fieri contra rationem alle-
gatā in dispositione,siue dicto:& loquitur prę-
cise in nostris terminis,quando prohibitio alie
nationis à testatore est finita: & ad prædicta
etiam facit, quia testator in casu nostro magis
uolens exprimere suam uoluntatem, non fuit
contentus semel tantùm apponere rationē suæ
ꝓhibitionis, sed pluries, & in duobus locis sui
testamenti: Primò dum dixit uolens,& inten-
dens ipse testator dictā possessionē de Aquila-
rio semper,& in perpetuum cōseruari,& rema-
nere debere in lineam,& ex se descendentes ma
sculos, legitimos, & naturales, & ex legitimo
matrimonio procreatos,& genitos:& infra etiā
in alia parte ipsius testamenti, in illis uerbis, dū
dixit,& hac ratione,& causa uoluit dictam in-
uestituram feudalem accipi, ut dicta possessio
extra domum,& lineam ex se descendentem,vt
supra,nunquam possit alienari,& hoc proprio
ore imposuit, & uoluit dictos filios, & de-
scendentes masculos grauare, & grauatos
esse, & eorum quemlibet &c. quæ geminata
appositio rationis multum habet importare,
& maiorem expositionem,& declarationē mē-
tis,& uoluntatis ipsius testatoris: qui nō uoluit
simpliciter prohibere alienationem talis posses
sionis de Aquilario,sed illam tantùm prohibe-
re,quæ fieret extra familiam, & descendentes
24 suos: † pro quo facit,quia geminata fideiussio
mulieris,quæ aliàs intercedendo pro alio,seu fi-
deiubendo iuuatur Velleiano, excludit talem
exceptionem Velleiani,etiam si de ipso senatus
consulto non sit certiorata, ratione geminatę fi
deiussionis,prout dixit notabilius Bal.in auth.
25 si qua mulier.C.ad Velleia † Ideo etiam dici-
mus. ꝙ geminatio actus ualidat priorem actū
etiam inualidum l.talis scriptura,& ibi Ang.&
doct.ff.de leg.1.not. Bart.in l.legata inutiliter
26 eo.tit.& Bald.in tracta.schisma in 19 col.† Et
hic est ꝙ dicimus, ꝙ interlocutoria possit per
iudicem reuocari, ut in l. quod iussit. ff. de re
iudi.tamen quādo est geminata, est irreuocabi
lis,ut est glo.singularis in cle.cùm à repulsione
27 de appella. confirmatur etiam † quia gemina-
ta confessio,etiam extra iudicialis, probat con
tra confitentem l.cùm scimus,& ibi per Barto.
C.de agricol & censi.lib.11.quod adeò uerum
est,ut si quęlibet ex ipsis confessionibus proba
retur per unum tantum testem,illa probaret cō
tra confitentem,secundùm Pau. de Cast.in cō-
silio 172.& in consi.300.& not.D Alex in l.Pu
28 blia.ff.depo.† nec potest talis geminata confes
sio reuocari tanquam erroneè facta, ut dixit
gl.in c.ex literis de diuor.& no. Bal.in l.error.
C. de iur. & fac. ignoran. & Alex. in rubr.ff.de
uerbo.obliga.& in l. capite quinto. ff.de adul-
29 ter.† ubi dixit hoc habere locum etiā in causa
criminali, & geminata confessio extraiudicia-
lis,ratione istius geminationis, cōfirmat & ua
lidat confessionem factam in torturam,licèt in
30 ualidam,† excludit etiam talis geminata cōfes-
sio exceptionem non numeratę pecunię,ut no.
31 Bart.& doct.in l.triticum ff de uerb oblig † &
multum etiā operatur actus geminatio, iuxta
ea,quæ habentur in l.cùm maritus in § fina.de
pact.dotali.& per glo.& doct. in l contractus.
C.de non nu.pec.per Ioan.And.in addi specu.
iu tit.de donatio.inter uir.& uxor.in rub & per
Innó.in c.dilecto.de appella ubi loquitur de re
scripto geminato, quod operatur circa idem,
32 † Quinimo geminatio uerborū enunciatiuo-
rum,quæ alias non disponerēt, ut in l.ex ijs uer
bis.C.de testa mili inducunt dispositionem,ut
33 in l.ex hac & ibi per Alex ff de dona.† sic etiam
dicimus,quòd geminatum pactum nudum, ꝙ
aliàs de sui natura de iure ciuili nō parit actio
nem.l.iurisgentium.§ igitur nuda.ff.de pact.l.
legem.C eo ti. tamen ex ratione geminationis
parit actionem.l.j.§. pen.ff de consti pecu §.de
constituta insti.de actio.Bal & Ang in l.fin.C.
ad l.Falci.notant doctor.canonistę in c p tuas
de arbit & no.D.Ant.in cap.cùm contingat de
iureiur.& D.Alex. in præalleg. l.iurisgentium.
§.igitur nuda. ff. de pact. ista ergo geminata
ratio prohibitionis alienationis, quā facit ipse
testator, scilicet ut ipsa possessio remaneat in
suos descendentes,illos de familia sua, absque
dubio inducit arctissimam eius uoluntatem,
ut nō uoluerit, eam nō posse relinqui in fami-
lia,&

lia, & indeſcendentes, etiam per niam inſtitu-
tionis hæredis prout eſt factum in caſu noſtro.
4 Præterea ad prædicta etiam facit, † quia ſi
quiſpiã diceret, ꝙ ex quo talis poſſeſsio eſt feu-
dalis, non uidetur poſſe alienari contra naturã
ipſius feudi quæ eſt ꝙ illud ſit in alienabile, ma
ximè non accedente, nec interueniente conſen
ſu domini, iuxta ea quæ habentur in tit. de alie
na. feu & in tit. de prohi. feu. aliena ꝑ Feder. &
de ꝓhi. feu alie. per Lotari, & in tit. de alie. feu.
pater. & ut in dictis iuribus habetur, etiam eſt
prohibita alienatio per uiam teſtamenti, & ul-
timę diſpoſitionis, ꝓut in caſu noſtro uidetur
facta fuiſſe per hæredis inſtitutionem, factam
per ipſum Marcum Anton. in perſonam ipſius
35 D. Alexandri † tamen dico, ꝙ pacta etiam cõ-
tra naturam feudi admittuntur, ſi ſunt appoſi-
ta in inueſtitura, ut eſt text. multùm not. ſecun-
dùm Bal. ibi in pri. c. §. præterea. in tit. quid ſit
inueſtitu. ibi, dum dixit tex. ſi aliquis tenor præ
ter communem feudi rationem, & ibi cõtra feu
di cõſuetudinem, per pactum ſpeciale, & idem
dixit Bal. in cap. j. §. quoque in 5. col. de ſucceſ.
36 feu. † unde ualet inueſtitura facta ſub conditio
ne, ꝙ feudum nouum habeat naturã feudi an-
tiqui, & cenſeatur feudum antiquum, quia pa-
ctum adiectum in inueſtitura ualet, ꝙ eſt ſer-
uandum, & poteſt alterare communem naturã
feudi, ut dixit Excellentiſsimus D. Iac. Aluaro.
cõciuis meus in c. j. in pen. col. circa fi. de uaſal.
decre ętat. & idem ipſe in c. feudum ea lege. in
tit. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & agnat. &
allegat tex. in c. de natura ſucceſsio. fac. ibi nec
ex pacto, & idem conſuluit Iacob. Calderi. in
37 conſi. ſuo 3. uerſi. ſub rub. de feud. ubi dicit, † ꝙ
licèt regulariter fęmina non ſuccedat in feudo,
nihilominus quando in inueſtitura eſt appoſi-
tum pactum, ꝙ etiam fęminę ſuccedant in feu
do, illud debet ſeruari, nec mirũ quia pacta ipſa
ſunt ſeruanda. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff.
de pactis.

38 Accedit † etiam ad prædicta, quòd talis poſ
ſeſsio de Aquilario quamuis ſit prohibita alie-
nari, ut ſupra, per ipſum primum teſtatorem,
tamen multoties de eo feudo, ſiue de illius par-
te fuit diſpoſitum inter ipſos de familia ipſius
teſtatoris: Itaque ex ea multiplici alienatione,
ſiue diſpoſitione de ipſo fendo facta, uidetur
eſſe introducta conſuetudo ꝙ poſsit illud alie-
39 nari ſaltem per uiam teſtamẽti, † quæ quidem
conſuetudo eſt ſeruanda, & ex ea uidetur oriri
ius. l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio.
40 † ea enim, quæ uetus conſuetudo comprobat,
ſunt tolerabilia. l. imperatores. ff. de pollicita. l.
ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & in
propria materia feudali eſt tex in c. Obertus de
orto, de feu. cogni. ubi dicitur, ꝙ licèt legum
Romanorum non uilis ſit authoritas, non ta-
men adeò uires ſuas extendunt, ut uſum uincãt
& mores, pro quo facit tex. in l. minimè. ff de le
gi. & in c. pen. & fin. de conſuetu. & in l j. & 2.
C. quæ ſit long. conſue. ita tenet Bal. in ſuo con
ſilio 120. quod incip. uiſo quodam arbitra-
41 mento in fi. in j. uol conſiliorum, † & ꝙ conſue
tudo poſsit introducere, quòd uaſallus poſsit
teſtari de feudo, ſingulariter uoluit Bal. in ſuo
conſilio 143. in prima colum. incip. quòd pro
regula. in 1. uolum.

Neque uidentur obſtare ea, quæ in oppoſi-
tum adducebantur, uidelicet ꝙ ex quo teſtator
prohibuerit alienationem talis ſuæ poſſeſsio-
nis de Aquilario multùm ſtrictè, & per uerba
ampliſsima, adiecta etiã pęna ipſis alienãtibus,
uidelicet uolẽdo, quòd in ultimum de familia,
non alienantem deueniret, uel quando omnes
alienarent, quòd illud denique deueniret ad ec
cleſiam Sanctę Coronę, quo caſu uidetur etiã
eſſe prohibita illa alienatio, quæ fit per teſtamẽ
tum, ſiue etiam per quemcunque modum ſuc-
cedẽdi, per ea quæ habentur. in l. Titia ſeio teſ-
ſeram. in §. Seia libertis. ff. de legat j. & in l. cùm
pater §. libertis, cum alijs ſupra allegatis & ma-
ximè quia teſtator uſus eſt in tali prohibitione
uerbo, quouis modo, colore, uel igenio, & alijs
ampliſsimis uerbis, quæ ſupra fuerunt conſide-
rata in argumẽtationibus ad alteram partem,
ubi multa fuerunt deducta.

Ad quæ licèt ex prædictis poſsit colligi re-
ſponſio, tamen magis ſpecificè reſpondendo
dico, quòd ea omnia procedũt, quando ipſe te-
ſtator ſtetiſſet in meris finibus prohibitionis,
& ſimpliciter ꝓhibuiſſet alienationẽ huius poſ
ſeſſonis fieri, quia tunc uerum eſſet, quòd nullo
modo poſsit talis alienatio fieri, etiã per teſta-
mentum, quod tamen aliter adhuc non firmo,
quia non eſt præſentis ſpeculationis, ſed ſolùm
dico, quòd ipſe teſtator non ſtetit in meris fini
bus prohibitionis, ſed illam reſtrinxit, & limita
uit per rationem, ſiue rationes per eum allega-
tas, ſcilicet ut ipſa poſſeſsio remaneret in fami
liam, & in ſuos deſcendentes, & in eos de linea
42 de Plegafetis, † & ideo illa ſua limitata diſpoſi
tio, limitatum etiam debet producere effectũ,
ut ſcilicet ea tm̃ alienatio uideatur eſſe prohi-
bita, in qua extra familiam fieret, ſed illam, quę
fieret in familiam, & in deſcendentes ab ipſo
teſtatore, & in eos de linea ſua, uidetur ipſe
teſtator permittere per tex. in allegata l. uolun-
tas. C. de fideicom. ubi habetur, ꝙ prohibitus
alienare extra familiam, non impeditur, neque
prohibetur alienare in familiam, & in eos de
43 familia. † Quinimo quando aliquis eſt prohi-
bitus alienare extra familiam, poteſt alienare,
etiam in fęminam, quæ eſſet nuptui tradita,
& per conſequens iam exiuiſſet familiam teſta-
toris, & tranſiuiſſet in familiam uiri, iuxta ea,
quæ

quæ habentur in l.cùm quædã puella. ff.de iur. 4 omni iudi.† quia quamuis dicatur esse de familia uiri mulier, nuptui tradita, illud procedit quãtùm ad obsequia maritalia, & ipsi marito præstanda, non autem quantùm ad alia, quia uidetur remanere in familia patris, ut per Bar. in l. fi. in §. idem respondet. ff. de muneri, & honori, & no. doct. in l. si uxorem. C de condi. inser. quantò magis ĩ casu nostro potuit talis alienatio fieri absq; pęna, & absque contrauentione mentis testatoris per institutionẽ factã in testamento Marci Anto. de persona ipsius D. Alexandri Iunioris, qui fuit filius D. Bartolomęi, unius ex filijs testatoris, instituti, & sic etiã descendẽtis ab ipso testatore, prohibẽte talem alienationẽ, & est de linea ipsius testatoris, quò fit, ut neque contra mentem testatoris, neque etiam contra intentionem inuestituræ feudalis, de ipsa possessione factę, ipso D. Alex. dicatur ratione institutionis prædictæ, factæ à Marco Anto. consequi partem contingentem Marco Anto. in ipsa possessione de Aquilario; per ea, quæ supra dicta sunt, non obstantibus in contrarium deductis, & allegatis. Laus Deo.

Et ita, ut suprascriptum est, dico, & consulo iuris esse: Ego Antonius Franciscus, de Doctoribus, de Padua. I. V. D.

CONSIL. D. ANTO. FRANCISCI, de Doctoribus, Patauini. V. I. D.

ARGVMENTVM.

¶ Dotis incerta promissio, pacto nudo, & per epistolam facta an obliget, & proindè legatum alicuius summę, dispositum per eundem promittẽtem in testamento, in fauorem puellarum, de quarum promissa dote agitur, an ultra dotes prædictas, non mentionatas in testamento, debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Promissio nuda neque obligationem, neque actio ducit.*
2 *Nemo sine actione experitur.*
3 *Stipulatio alteri facta non ualet, & nu. 21.*
4 *Promissio incerta non tenet, & nu. 19.*
5 *Obligatio, per epistolam, inducitur inter absentes.*
6 *Epistola inducit obligationem inter præsentes.*
7 *Epistola plenissimè probat contra eam scribẽtem.*
8 *Scriptura, quæ negatur per literarum comparationem coadiuuatur.*
9 *Literę non obligant mittẽtem, nisi fuerint ipsi, cui scribuntur, præsentatæ.*
10 *Literæ legentem obligant ad contenta in eis, nisi statim contradicat.*
11 *Literæ præsumũtur destinatæ, & præsentatę cùm retinentur.*
12 *Literæ dicuntur, mittẽtis personam repręsentare.*
13 *Litera, & epistola semper loquitur.*
14 *Literæ, etiam quod non contineãt certam causam debiti, obligant scribentem.*
15 *Literæ contra scribentem probant, non autem pro se.*
16 *Pactum nudum non inducit actionem.*
17 *Dotis fauore, pactum nudum actionem inducit.*
18 *Stipulatio interuenisse fingitur, si pactò nudo dos promittitur.*
20 *Dotis promissio, etiam incerta, promittentem obligat.*
22 *Alter alteri pro dote stipulari potest.*
23 *Voluntas ab initio libera, ex post facto necessitatur.*
24 *Actiones, & obligationes ad hæredes transeunt.*

CONSILIVM LXXXV.

In nomine Dei ęterni amen. Viso puncto mihi transmisso, pariterq; & quibusdam literis albàs scriptis per quondam ser Vendraminum de Cunigliano Ioanni Leonardo eius nepoti, quibus scribit, se daturum libras ducentas unicuique ex quatuor filiabus ipsius Ioannis Leonardi, quando maritabuntur: & præsupposito etiam, quòd post dictas literas scriptas idem Vendraminus decesserit, condito testamento, in quo eisdem filiabus ipsius Ioan Leonardi reliquit tantùm decatos quinque pro quaq; alijs hæredibus institutis in ipso testamento: unde à me quæritur, an hæredes ipsius Vendramini teneantur non solùm ad legata, relicta ipsis filiabus Ioan. Leonardi de decatis quinque pro quaque, sed etiã teneantur ad præstandos ipsis filiabus Ioan. Leonardi libras ducentas pro quaque, ex promissione facta per istum Vẽdraminum, ut constat ex suis literis &c.

Et uidetur primo aspectu dicendum, quòd ipsi hæredes teneantur tantùm ad legatum decatorum quinque, præstandum ipsis filiabus, & non teneantur ad ipsas libras ducentas. Primò quia ipsę librę ducentę, præsupposita ueritate literarum, scriptarum per Vendraminum Ioan. Leonardo, non debeantur, quia ipsę ducentę li-
1 bræ promissę pro dote uniuscuiusque ex filiabus Ioan. Leonardi uidentur esse promissę ex simplici pollicitatione, aut ex pacto nudo, & ex nuda promissione, ex qua nuda promissione, quicquid sit de ęquitate Canonica, ut in c. j. de pact. tamen ex dispositione iuris ciuilis nõ oritur actio l. iurisgentium. §. igitur nuda, & § sed cùm nulla. ff. de pact. l. legem. C eo. ti. cùm autẽ ex tali nuda promissione non oriatur obligatio, neque actio efficax, uidetur quòd nomine

ipsarum

ipsarum filiarum, nō posset agi ad libras dictas
2 ducentas.† l. si pupilli. in §. uideamus. ff. de nego gest. ubi nemo sine actione experitur.

Præterea. & secūdò, dato, quòd ista promissio de dandis dictis ducentis libris, pro dote uniuscuiusque filiarum Ioan. Leonardi, etiam esset stipulatione uallata illa fuit facta Io. Leo-
3 nardo non autem ipsis filiabus,† & Io. Leonardus non potuit per stipulationem stipulari filiabus suis quia alteri per alterum nemo stipulari potest. l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de uerborum obligatio. & §. alij institu. de inutilib. stipulatio.

Præterea, & tertiò, uidetur, quòd ista pmissio fuerit incerta, nam in primis literis scriptis per Vendraminum ipsi Ioan. Leonardo, ipse dicit, quòd libenter nellet, quòd Ioan. Leonardus maritaret filias suas, & hortatur eum, quòd debeat eas maritare quia ipse etiam conferret ad
4 dotem ipsarum filiarum, pro parte sua,† hæc enim promissio est incerta, & ideo non ualet, l. ita stipulatus in prin. ff. de uerbo. obliga.

Tamen prædictis, non obstantibus, & alijs forsan, de quibus infra, puto in casu nostro in contrarium esse ueritatem, & existimo, ꝙ Vendraminus ex literis scriptis ipsi Io. Leonardo, ꝙ uolebat dare libras ducentas pro unaquaq; filiarum suarum pro dote, quādo maritarentur, fuerit, & sit obligatus ad dandum dictas libras ducentas unicuique filiarum ipsius Ioan. Leonardi, tēpore cōtrahēdi matrimonij, & ꝙ ipse non solùm sit obligatus, sed etiam hæredes sui, & quòd non solùm fuerit obligatus ex ipsis literis ipsi Io. Leonardo, sed etiam unicuique filiarum, & hæredibus ipsius Ioan. Leonardi, ad quos spectat onus dotandi ipsas filias, & ad hoc
5 dicendum me mouet,† quia per epistolam siue per literas inducitur obligatio inter absentes l. Titius & ibi per Bart. ff. de consti. pecu. immo secundùm eum ibi non solùm epistola inducit obligationem inter absentes, sed etiā inter præ-
6 sentes.† Dicit ibi Bar. quòd si præsens det præsenti literas, uel cędulam aliquam, in qua se obliget de dando, uel faciendo aliquid, quòd ex ta-
7 libus literis est obligatus, nec mirum,† quia epistola, quæ dicitur priuata scriptura, plenissimè probat contra scribentem l. publia in fi. ff. de-
8 posi.† & si negetur scriptura, potest coadiuuari comparatione literarum, ut no. docto in l. in bonę fidei. C. de reb. credi & per Inno. in c. 2. de fid. instru. & per Bar. in l. admonendi. ff. de iure iur. & in l. nuda. de dona & in auth. & si contractus. C. de fi instru. cùm ergo ex huiusmodi epistola, siue ex huiusmodi literis, scriptis ipsi Io. Leonardo, inducatur obligatio contentorū in eis, nō potest dubitari de ualiditate istius obligationis, & ꝙ huiusmodi literæ inducant obligationem, est text. in l. si. ff. manda. ubi expresse dicitur, quòd per epistolam quis obligatur ad contenta in ea, hoc maximè uerum est, quādo huiusmodi literæ, & huiusmodi epistola sunt præsentatæ ei, cui diriguntur, prout in casu nostro contigit, in quo huiusmodi literæ scriptæ per Vendraminum Io. Leonardo, reperiuntur esse penès ipsum Io. Leonardum, sine eius hæredes, aliàs non obligarent ipsum mittentem lite-
9 ras, & scribentem,† quia literæ non obligant mittentem, nisi præsententur ei, cui diriguntur l. qui absenti in prin. ff de acqui poss. & no. Bal.
10 in rub C. de dot. promiss.† sicut enim literę acceptatę, & lectæ obligāt legentem ad contenta in ijs, nisi statim contradicat. l. si filius, & ibi p Bar. ff. ad Macedo. & per Bart. in l. qui tabernā in §. idem quæsijt in fi. ff de pign. & in l. titius. ff. de consti. pecu. & per Bal. in l. si absentis in 3. col. C. si cert. pet. & l. si is ad fi. C. de furt. & per Alex. plenè in consi. 78. in j par. consiliorum, & per Bal. in rub. C de fid instr in 18. col. ita etiā obligant eum, ipsas mittentem, ex quo sunt prę-
11 sentatę ei, cui diriguntur,† & propterea dicebat Bal in dict. §. idem quæsijt, quòd multùm facit ad propositum, & sufficit ostendere literas ad probandam talem obligationem, quamuis nō probetur, ipsas literas tunc fuisse destinatas, & præsentatas, quia ex quo reperiuntur penès ipsum, cui directæ, præsumūtur destinatę, & præsentatę & propterea dicebat Bart in d. l.
12 nuda,† quòd literæ, & epistolæ ideo obligant, quia semper reprę̨sentant personam mittentis,
13 nec mirùm,† quia litera, & epistola semper loquitur l. Arriani. C. de hæreti. & est bonus text. in l. si procuratorem absentis, quem ibi notat Clarissimus olim præceptor meus. Io. de Prato ibi, dum tex. dicit, uelut præsentis. ff. de procur.
14 † quod adeò uerum est, quòd etiam si tales literæ non continerent in se aliquam certā causam debiti, omnino obligarent scribentem, ad promissionem factam in ipsis literis, ut no. Bar.
15 in l. ex sententia in fi. ff. de test. tu. † & pro hoc facit, quia creditur literis alicuius contra se, licèt non crederetur pro se, ut in l. rationes, & in l. instrumenta domestica. C. de probat. & per specul. in tit de procu. in §. 2. in uersi. illud quoque, & in titu de instr. edit in §. 7. in uersi. illud quoq; & in cle. j. in § porrò, & ibi per D. Card. de iureiuran. & maximè quando literæ continent factum proprium scribentis, nō alienum, & per specul. in loco præallega. & in eod. tit. de procurato. in § 3. in uersi. item non sunt, ista, n. literę factum proprium continent ipsius Vendramini scribentis. Io Leonardo, ꝙ promittit dare libras ducentas unicuique filiarum suarū, quando maritabuntur, continent ergo promissionem certam de libris ducentis, pro quaque, continent factum proprium, idest promissionem propriam ipsius Vendramini, continent causam

causam certam, scilicet causam dotis uniuscuiusque ex ipsis filiabus Io. Leonardi.

Et puto etiam aduertendum, quòd potest dici, quòd ista promissio fuerit uallata stipulatione, nam uideo fuisse scriptas binas literas ipsi Ioan. Leonardo per Vendraminũ, per primas literas, ut ex illis apparet, scribit ei, quòd uellet quòd maritaret filias suas, quibus etiam ipse uult dare partem dotis, quibus literis receptis, Leonardus rescripsit ipsi Vendramino, ꝙ uellet intelligere quantam quantitatẽ, uult dare filiabus suis pro dote, ut ipse sciat, quomodo debeat se gubernare, & quid debeat promittere, & tunc ipse Vendraminus rescribit, quòd recepit literas suas circa istam materiam, & ꝙ significat sibi, ꝙ uult dare filiabus suis ad minus libras ducentas pro unaquaq; earum, quando maritabuntur, quòd ipse Io. Leonardus debeat promittere istam quãtitatẽ, ad hoc, ut ipse Io. Leonardus possit seruare promissa, & ipse quoque Vendraminus eodem modo possit ob seruare etiam, quæ ipse promittit, & sic ex istis secundis literis apparet de promissione certa, quam facit, apparet, quòd illam facit etiam ad interrogationem Ioan. Leonardi, requirẽtis ab eo, quam certam quantitatem uelit dare ipsis filiabus suis, ut ipse sciat, quid debeat promittere, & sic ipse. Ioan. Leonardus pater stipulatus est pro filiabus suis, ab ipso Vendramino, & ad hoc optimè adaptatur text. sapientissimè allegatus per dominum Aduocatum in l. unica in §. maneat. C. de rei uxo. actio.

Et ad ea, quæ in contrarium adduci uidebãtur, primò, dum dicebatur, quòd ista uidebatur esse quædam pollicitatio, siue pactum nudum,

16 † ex quo non oriebatur actio de iure ciuili, ut in l. iuris gentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact. & in l. legẽ. C. de pact. & in l. solent. ff. de præscrip.

17 uerb. & in l. si tibi. C. loca. † Respõdetur, quòd speciale priuilegium est in promissione dotis, ut ex pacto nudo, & ex simplici pollicitatione oriatur actio, & ad hoc etiam optimè facit ille text. allegatus per dominũ Aduocatum in l. ad

18 exactionem. C. de dot. promissio. † Immo hodie etiam si pacto nudo promittatur dos, fingitur interuenisse stipulatio, ut in d. l. unica. C. de rei uxo. actio. & no. Bar. in l. j. ff. sol. matri. in primo priuilegio dotis, ubi dicit, quòd est priuilegium speciale in promissione dotis, ut etiam ex pacto nudo, & ex simplici promissione oriatur actio.

19 Non obstat, quod ulterius dicebatur, † quòd promissio incerta non ualet, ut in l. ita stipulatus la prima. ff. de uerb. oblig. quia respõdetur, quòd licèt per primas literas scriptas per Vendraminum Ioan. Leonardo, promissio de dando aliquid pro dote filiarum prædictarũ, esset incerta, tamen per secundas literas promissio fuit certa, de dando libras ducentas unicuique ex ipsis filiabus, quando maritabuntur, quini-

20 mo dico. † quòd etiam si non appareret de aliqua certa promissione omnino, ex promissione incerta facta pro dote quis obligaretur. l. cũ post in §. gener. ff. de iure doti.

Et dum dicebatur, quòd promissio erat facta ipsi Ioan. Leonardo, & non ipsis filiabus, & per consequens non uidetur, quòd talis promissio, etiã si fuisset uallata stipulatione, teneri;

21 † cùm alteri stipulari nemo potest, ut l. stipulatio ista in §. alteri ff. de uerb. obligat. & in §. alij

22 instit. de inutili. stipula. † Respondetur, quòd immo in dote potest alter alteri stipulari, ut est tex. in l. Caius. ff. solu. matrimo.

Et dum per partem aduersam allegabatur, quòd Vendraminus testatus est, & unicuique ex filiabus ipsius Ioan. Leonardi reliquit solũ decatos quinque, quasi non uideatur uoluisse eis aliquid plus dare, ultra illos decatos quinq;, respondetur, quòd ex quo Vendraminus erat obligatus ex promissione iam facta, ut dictũ est, non potuit se liberare ab ipsa promissione, inuitis ipsis filiabus Ioan. Leonardi, quibus iã,

23 ut dictũ est, erat quæsita obligatio, † quia quæ ab initio sunt uoluntatis, ex post facto sunt necessitatis l. sicut. C. de actio. & obliga. Neq; ex hoc, ꝙ in testamento non fecerit mentionẽ de promissione, & obligatione, quam fecerat, de dando unicuique filiarum. Io. Leonardi libras ducentas, quando maritarentur, fuit dissoluta, nec etiam dissolui potuit, ipsis mulieribus inuitis, obligatio priùs contracta. Et ideo existimo quòd ex promissione facta per ipsum Vendraminum, quęlibet ex filiabus Io. Leonardi, siue hæres ipsius Io. Leonardi, ad quẽ spectat onus dotandi sorores suas, siue earum mariti poterunt, & poterunt agere, siue ipsę filię ad ipsas libras, ducẽtas promissas unicuiq; ipsarum, pro dote, & etiã agere poterunt ex testamẽto Vendramini ad legatum, unicuique earum factũ, & huiusmodi obligationes tam actiuè, quàm passiuè transiuerunt in hæredes, tam Vendramini promittentis, quàm Ioan. Leonardi acce-

24 ptantis promissionem, † quia natura obligationum est, ut transeant in hæredes, & contra hæredes, ut in tit. C. ut actio. & obligat. ab hæredi & contra hære transe.

Sic ergo concludo, quòd una quęque ipsius Ioan. Leonardi filiarum poterit consequi ab hæredibus Vendramini libras ducẽtas, ex promissione facta per Vendraminum Io. Leonardo, ut supra, & etiam poterunt consequi decatos quinque pro quaq; uirtute legati, facti unicuique earum per testamentum Vendramini, & quamuis fuerit lata sententia cõtra unam ex filiabus istis agentem, & petentem dictas libras ducẽtas, ex promissione facta per Vẽdraminũ,

uel

uel contra eius maritum, qui ut dicitur appellauit ab illa, tamen aliae filiae, quae in iudicio non interuenerunt, & frater etiam harum filiarum, haeres ipsius Io. Leonardi pro suo interesse poterunt appellare ab ipsa sententia, & ipsam appellationem prosequi, ratione proprij interesse. Et ex praedictis remanet responsum ad omnia ea, de quibus à me quaesitum fuit. Laus Deo.

Et ita, ut suprascriptum est, dico, & consulo iuris esse, ego Antonius Franciscus de Doctoribus, de Padua, Iuris utriusque Doctor.

CONSILIVM D. VBERTINI Zuccardi.

ARGVMENTVM.

¶Institutio facta de filijs, & descendentibus fratris, an dicatur facta, ut aequaliter, & eodē tempore succedant filij, & descendentes, an ordine successiuo.

SVMMARIVM.

1 *Testator si uocat descendentes, & filios nominatim uocati uidentur filij caeteri collectiuè.*
2 *Haeredib. atque filijs alicuius uocatis non omnes collectiuo, sed successiuo ordine uocati sunt, & nume. 3. & 7.*
4 *Determinatio respiciens plura determinabilia, ea uniformiter determinat.*
5 *Geminata nominatio plus operatur.*
6 *Copula omnes comprehendit, & neminē excipit.*
8 *Testatoris uerba, ut aliquid operentur, sunt intelligenda. & nu. 9.*
10 *L. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 1. intellectus secundùm Imol.*
11 *Cumanus, & Socinus à Decio reprehenduntur.*
12 *Filiorum appellatione, non uenire nepotes.*
13 *Testamenti pars una, aliam declarat.*

CONSILIVM LXXXVI.



SVPREMO supplicato suffragio. Perspecto testamento olim Ludouici, seu Rigi & facti contingētia, de duobus queritur. Primò, an Caesar solus sit prior uocatus ad successionem. Secundò, posito, quòd unà cum Caesare succedāt alij descendentes Andreae, an & filij ipsius Caesaris aequaliter succedant cum filijs Antonij, & Francisci, olim fratrum dicti Caesaris, & filiorum dicti Andreae.

Ad primùm pro pleniori ueritatis indagine adduco in primis nonnulla, quae magis urgere uidentur in fauorem Caesaris, & contra omnes alios descendentes masculos Andreae: Primò, quia testator uocauit, & instituit filios, & de-
1 scendentes masculos Andreae eius testatoris fratris, & sic filij sunt nominatim uocati, & in specie, ut l. Titius, in prin. iuncta glo. ff. de liber. & posth. § j instit. de exhaereda. liberorum, sed descendentes sunt uocati per nomen generale collectiuum, meritò dicēdum uidetur, quod filij ante alios sint uocati. l. cùm ita § in fideicomisso. ff.
2 de legat. 2. & facit, quod dicit Soc. in l. Gallus §. etiam. ff. de libe. & posthu. col. fin. cùm dicit, quod si quis uocauerit filios, & haeredes alicuius, filij sunt uocati magis in specie, quā sint uocati haeredes. Igitur censentur uocati ordine successiuo, non autem omnes simul ueniunt, sed filij praeferuntur per tex. in d. §. in fideicommisso.

Secundò, quia certum est, quòd ex quo uerbum descendētes, est nomen collectiuum ipsi
3 descendentes intelliguntur uocati inter se, † ordine successiuo. §. in fideicommissio. & l. fin. C. de uerbo. significa. Ergo pariter filij, & descendentes intelliguntur uocati ordine successiuo, & sic filij primo loco debēt succedere, hoc nāque probatur in simili, ex dicto Cumani in d. l. Gallus. § quidam rectè. ff. de libe. & posthu. ubi dicit, quòd si quis instituit fratrem, & liberos frater, & liberi, succedunt ordine successiuo: quia uerbum liberi est nomen collectiuum, & ideo inter se censentur uocati ordine successiuo, meritò eodem ordine censentur uocati fra-
4 ter, & liberi. & sic † una determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariter, & uniformiter determinat. l. cùm hoc iure. ff. de uulg. & pupil. & ideo cum eo transit Soccin. ibi, col. 4. & consilio 113. uol. 1. col. 1. in fin.

Tertiò, quia ego considero, quod filij ueniunt sub nomine descendentium, quia & ipsi descendētes sunt, ex quo fit quòd ipsi filij geminatim sint uocati: quia sunt uocati per nomē generis, & per nomen speciei, & alij descendentes sunt uocati tāmmodo sub nomine generis, ergò ipsi filij debent praeferri, ut geminata uocatio
5 plus operetur, sicuti uidemus, quod † geminata confessio plus stringit quàm simplex. Bart. in l. non fine. C. de agric. & censit lib. 11. Felyn. in c. si cautio colum. 8. de fide instru. facit. l. Balista ff. ad Trebell.

Sed istis non obstantibus contrariam sententiam puto probabiliorem. Primò: quia si testator instituat aliquem, & eius filios: qui nullo casu, tanquam praeteriti, potuissent rumpere testamentum, ipsi omnes censentur simul uoca-
6 ti, † quia talis est natura copulae. l. duobus ff. de leg. 1. l. unica. § his ita. C. de cadu. tol. & uidetur casus in c. Raynaldus. extra de testa. & ita concludunt communiter scribentes in d. l. Gallus. §. quidam rectè, ubi Alex. col. 4. uers. ubi autem non subessent, & Soccin. ibi, nu. 2. & rationem etiam dicit Alex. consi. 129. col. fin. lib. 5. Dec. consil. 253. colum. fina. in fin. Et ista conclusio procedit

procedit siue sint uocati filij instituti, siue sint uocati eius liberi: quia utroque casu censentur simul uocati. ut consuluit Deci.d.consil. 252. num.secundo Nec obstat, quòd dicunt Cuma. & Soccin. tenentes contrarium: quia infra respondebitur.

7 Secundò moneor, quoniam considero, q̃ si testator uocasset solùmodo descendentes Andreę, includebantur filij, & nepotes, & cęteri, & ueniebant ordine successiuo, eo, quia uocabantur nomine collectiuo l peto.§.fratre.de leg.2. l.fin.C.de uerbo.significa.d.l.cùm ita §. in fidei commisso.de leg.1. & est communis cõclusio, ut per Soccin. in d.§.quidam rectè. nume.4. & sic soli filij primo loco successissent, & nepotes Andreę non concurrissent cum filijs: ergo dicendum est, quòd ex quo testator non reliquit filios suos nomine collectiuo, sed eos suos particulari nomine uocauerit, noluit eundem ordinem seruari quando solummodo uno nomine uocasset descendentes Andreę, & per consequens dicendum est, quòd noluerit eos præponere, sed simul cum alijs descendentibus uenire, aliàs ista particularis nominatio.

8 † & iste modus, quem seruauit testator, nihil operatur cõtra l.si quando ff.de leg.1. cùm sit argumentatio ꝓbata optimo simili. Dicebat nàque Areti. in d.§.quidam rectè, quòd in d.§.in fideicõmisso.Titius, & Seius & alij de familia erant uocati, & Titius, & Seius, simul concurrebant non faciendo differentiam inter eos, sint ęquales, uel dispares in gradu. Soccin.ibi.col.3.ante medium dicit, quòd illud est, quia si testator uoluisset Titium, & Seium uenire ordine successiuo, illos uocasset sub nomine collectiuo, uult ergo Soccin.quòd quando aliqui de contentis sub nomine collectiuo, non uocantur sub illo, sed de per se, tunc intẽtio testatoris est, q̃ aliter ueniant, quàm uenirent, si essent uocati sub nomine collectiuo,

9 † parum enim illi fuisset, eos sub nomine collectiuo uocare: argumẽto l.uni ca.§.sin autem.ad deficientis C.de cadu.tollen. Igitur sic fit in casu nostro, quòd ex quo filij Andreę, qui ueniebant sub nomine collectiuo descendentium, nõ sunt sub illo uocati, sed particulariter sub nomine filiorum, de intentione testatoris fuerit, quòd aliter ueniant, quàm uenissent, si sub nomine collectiuo essent uocati, Igitur dicuntur uenire non ordine successiuo, sed simul cum alijs descendentibus.

Nec huic obst.text.idem in §.in fideicõmisso,

10 si ponderetur, q̃ † ibi illi, qui erant comprehensi sub nomine collectiuo, ex quo nõ eo nomine, sed specialiter sunt uocati, non ueniunt simul cum alijs, sed præferuntur. Quia dico quòd ibi illi, qui fuerunt expressè uocati, erant tales, qui ordine proximitatis, & propinquitatis seruato, non fuissent alijs prælati, & præpositi, prout de intentione testatoris fuerat, quòd præponerentur. Meritò fuit necesse, quòd coa specialiter nominaret. Et istud est, quod dicit Imol.ibi, declarando illum text.dicẽs, quòd ibi generalis dispositio inuitabat oẽs ordine successiuo, Ideo expresio fuit facta ad demonstrã dum eos, qui ex illis primo loco debeant admitti: Nam ex illis uerbis Imol. datur intelligi, q̃ illi expresi non erant tales, qui relicti sub nomine collectiuo primo loco debuissent succedere, quòd non fuisset necesse facere expressionem ad hunc effectum, ex quo ipse effectus habebatur absq; ulla alia expsione: poterat ergo in d.§.expresio.facta de aliquibus, qui cõprehendebatur sub noïe collectiuo, aliud operari, q̃ q̃ operetur, ex quo non sunt expresi, sed relicti sub nomine collectiuo, & sic patet, quia potest operari, q̃ expresi præferãtur, ubi aliàs non fuissent prælati, meritò non dicetur, quòd ipsi cum alijs simul sint uocati. Sed in casu nostro ista cessant. Ideo ille text.non obstat, quia in casu nostro, si ista expresio aliud operetur, quàm quòd intelligerẽtur simul inuitati, nihil operaretur, quòd uenirent ordine successiuo, quod fuisset superfluũ introducere per expressionem, ex quo idem effectus habitus fuisset ꝑ uocationem nominis collectiui.

Et ut præsens materia faciliùs discernatur, pro rñsione ad contraria fac tres casus, primus casus est, quando persona specificata nõ includebatur sub nomine collectiuo, ut instituo fratres, & liberos, & iste non est casus noster, sed posset esse casus Soccin positus in d.§ etiam & in dict.§. quidam rectè, & quid iuris sit in isto casu, dicetur inferiùs, respondendo ad cõtraria: ultra quòd supra fuit etiam conclusum, quòd ueniunt omnes simul, licèt Soccin.teneat cõtrarium in dictis locis, sed posito etiam, quòd opi. Soccin.procederet adhuc non obstat ad casum nostrum, ut dicam in respons. ad contraria.

Secundus est casus, quando persona expressa includebatur sub nomine collectiuo, ut instituo Titium, & familiam meam, seu alios de familia mea, & isto casu specialiter nominatę pręferuntur cęteris de familia, & iste est casus in d.§.in fideicommisso, sed non est casus noster, & rationem diuersitatis asignaui supra.

Tertius casus est, quando specificati, seu specialiter nominati comprehenduntur sub nomine collectiuo in priori gradu. Iste est casus noster, ut instituo filias, & descendentes Andreę & ꝑ una parte, hoc est, pro dimidia, & alios descendentes pro alia dimidia, rationibus præallegatis.

Non obst.modo, quę in contrarium allegãtur.quia ad primum respon.nam cùm primum sit fundatum supra text. in dict.§. in fideicommisso, dicitur: quòd ille tex. quando specialiter uocati

uocati comprehendebantur sub nomine collectiuo, sed non erant de existentibus in primo gradu nominis collectiui, ut in casu nostro, & ista sunt ualde diuersa, ut supra probaui. Et cũ secundo fit fundamentum super dicto Soccin. in l. Gallus. §. etiam. de liber. & posthu. respon. quòd filij non includuntur de necessitate sub nomine collectiuo, hæredes, ut de se patet, & maximè in casu Soccin. non erant inclusi, quia alij erant hæredes, alij filij, meritò quicquid sit in eo casu: secus esse debet in casu nostro, uel responde, ut respondebo ad dictum Soccin. in d. § quidam rectè.

11 Non obstat quòd † secundo loco dicebatur faciendo in effectu fundamentum super dicto Cumani, & Soccin. in d. §. quidam rectè, quia respondeo, quòd istud dictum est reprobatum, ut per Dec. consi. 153. ubi inter cætera dicit, ꝙ licet aliàs uerbum liberos, sit collectiuũ, tamen quando est copulatum cum aliquibus specificatis, tunc propter naturã copulæ, non stat collectiuè, & etiam aliter respondet, ut per eũ. Sed ultra eum respondetur, quòd in casu Socci. ille, qui erat specialiter nominatus, non erat cõprehensus sub nomine collectiuo, sed in casu nostro erat de comprehensis, & erat de his, qui includebãtur in priori gradu, meritò aliud est dicendum in casu nostro, in quo alia ratio reformat casum Soccin. ne alias expressio uideatur facta sine effectu aliquid operandi, quæ ratio cessat in casu Soccin. in d. § quidam rectè, & in d. §. etiam, meritò aliud dicendum in casu nostro, quicquid in casu suo.

Non obstat, quòd tertio loco considerabatur, dicẽdo de geminatione, quia ad hoc, ut ista geminata uocatio aliquid operetur, ultra simplicem uocationem, quæ facta esset per nomẽ collectiuum, dicendum erit, quòd operetur, ut isti ueniant uocati simul, aliàs nihil ultra operaretur. Præterea ex quo primò est prolatũ uerbum filios, dici potest, quòd sub collectiuo nomine descendentium isto casu non includantur filij, de quibus erat specialiter prouisio facta, probatur ex eo, ꝙ † dicit Corn. consil. 122.

12 uolum. 2. ubi dicit, quòd aliàs appellatione filiorum non ueniunt nepotes, & ideo fit, ꝙ filij geminati uocati non sunt. Ex quibus remanet expeditum primum dubium, concludendo, ꝙ Cæsar in una rata portione & alij descendentes in alia iuxta le. interdum. ff. de hære. instituen. succedunt.

Circa secundum, in quo quæritur, an filij Cæsaris succedant, & qualiter cũ alijs descendentibus Andreæ, filijs ex fratribus prædefuncti dicti Cæsaris, & in eandem ratam, in quam ipsi filij fratrum Cæsaris, succedũt. Et studendo breuitati, mihi uidetur concludendum, quòd ipsi filij Cæsaris non succedant in illam partem, in quam consanguinei sui succedunt, & moneor, quia uideo, quòd ipse testator, quando uocat aliquem ex hæredibus suis, illum simul cum filijs eiusdem uiuentis uocat in unam, & eandem partem, patet quia uocat Hieronymũ, & filios Hieronymi, & sic copulatiuè in ueritate succedunt, ut habetur in d. §. quidam rectè, meritò dicendum est simili modo in casu nostro, in quo est uocatus Cæsar sub uocatione filiorum Andreæ, sunt uocati filij Cæsaris sub nomine descendentium Andreæ, ut ipse Cæsar, & sui filij uideantur uocati, copulatiuè in partem, in

13 quam uocabatur ipse Cæsar, † nam una pars testamẽti declarat aliam. l. qui filiabus. de leg. j. l. si seruus plurium § fi. eo. tit.

Et ita dico ego Vbertinus Zuccardus Iurisconsultus de Corregio, saluo semper Saniori consilio.

CONSILIVM D. LVDOVICI DE Syluestribus Ferrariensis. Ad idem, sed in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Filijs, & descendentibus alicuius institutis, an omnes collectiuè, an uerò ordine successiuo ueniant, pro quo com. opin. contra Bar. nu. 2. limitatur nu. 4. & 6.*

3 *Descendentes, dictio omnes gradus in infinitum comprehendit.*

5 *Casus ubi sunt diuersi, de uno ad alium non arguitur.*

7 *Nominatio specifica fortiùs arguit.*

8 *Contrariorum, ut diuersa ratio, ita & diuersa disciplina.*

9 *Testatoris uerba à statutis interpretationem capiunt potiùs, quàm à iure communi, & numero 11.*

10 *Institutio de fratris liberis, primò masculos, si statutum prohibet filias, admittit, & eas demum his deficientibus.*

CONSILIVM LXXXVII.

PVLCRA est difficultas, quæ proponitur, an institutio facta de filijs, & descendentibus fratris, censeatur de eis æqualiter facta. Ita † ꝙ

1 eodem tempore facta sit, tã de filijs, quàm de descendentibus, an uerò ordine successiuo, ut primo filij, deinde alij descendentes, secundùm 2 t gradus prærogatiuam uocati censcãtur, in qua uidi consultum fuisse, quòd eodem tpe admitti debeant, & filij, & alij descendentes. Tũ quia ista uidetur communis opin. contra Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. ꝙ institutio facta de pluribus inter quos nõ cadit ordo

ordo necessitatis, sed tantùm charitatis, & affectionis intelligatur eodem tempore, Tum quia aliàs verbum filios nihil operaretur: quia si esset simpliciter facta de descendentibus, primò filii tantùm, deinde alij succederent per ea quæ habentur in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. secundò. & in l. si cognatis. ff. de rebus dubiis.

Sed optassem ut tempus mihi cōcessum fuisset, quo potuisset res maturè discuti: solicitatus uerò obuuntioa festinantes dicam, quę in contrariam sententiam occurrunt.

2 Dico igitur, quòd data ueritate illius communis opinio. de qua per Bald. & alios contra Bart. in d. §. quidam rectè. tamen illa communis opiuio nō habet locum in casu nostro: quia loquitur quando institutæ sunt personæ specialiter nominatæ, & aliæ sub nomine collectiuo plurium personarum eiusdem gradus, ut quando iustitutio fratrem, & filios eius, prout propriè loquuntur Doct. in d. §. quidam rectè. & ita loquitur tex. in cap. Raynutius. & in cap. Raynaldus. de testamē. Sed nos sumus in casu, quando post personas nominata, aliæ sunt institutæ sub nomine collectiuo plurium graduum, † quòd est uerbum descendentes, quod omnes gradus iu infinitum complectitur, ut tradit Soccin. consilio 51. columna 4. uolu. unde, quia tali casu personę comprehensæ sub nomine collectiuo inter se censentur, uocatæ ordine successiuo, pari ratione uidetur, quòd etiam ita uocatæ sint respectiuè ad personas specialiter nominatas: Et ita communem opinionem, de qua supra, limitat Soccin. post Angel. Areti. & Cuma. quos allegat in d. §. quidam rectè. columna quinta. uersicu. quæ principaliter, dicens ita consuluisse in ciuitate Ferrariæ: & sequitur Deci. consilio 205. columna secunda, & latiùs & pleniùs consilio 248. columna secunda, ubi etiam adducit Soccin. consi. 213. columna secunda. Et licet pręfati Doct. loquantur, quando esset dictum, institue fratrem, & eius liberos, tamen idem, & fortius est in uerbo descendentium: quia idem, & plus importat tale uerbum, ut tradit Soccin. dicto consilio 51. columna secunda, post medium, ubi hoc modo arguit. Et istam opinionem etiam tenes Lancelo. Galial. in dicto §. quidam rectè. columna sexta, ex quo uidetur parum curandum de auctoritate Decij in allegato consilio 253. columna penult. qui contrarium dicit, cùm tot auctoritatibus ista opinio sit roborata, quam etiam ipse notat Dec. in duobus consiliis supra alleg.

Secundò aduertendum est, quòd materia quę notatur in d. §. quidam rectè, non facit ad propositum nostrum alia ratione: quia loquitur, quando personæ specificatæ non comprehendebantur sub nomine collectiuo, postea addito: ponunt enim exemplum, quando esset relictum fratri, & eius filiis, uel liberis, quo casu frater non comprehendebatur sub illo uerbo filiis, uel liberis eius: Sed nos sumus in casu, quo istæ personæ specificatæ comprehenduntur sub nomine collectiuo adiecto, quia filij comprehenduntur sub appellatione descendentium: & ita notabiliter colligitur quòd isti sint diuersi casus, & ideo de uno ad alium argui non debeat. declarat Imol. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. de legat. secundò, unde in hoc casu, quo primò specificantur quædam personæ, deinde copulatiuè adijcitur nomen collectiuum, sub quo illę personæ com-

6 prehendebantur, uidetur dicendum, quòd † indistinctè ordo charitatis attendatur, & per consequens, quòd ordine successiuo, non eodem tempore personę illę uocatæ censeantur, prout est casus clarus secundùm intellectum Barto. ibi in dict. §. in fideicommisso: nam ibi secundùm quòd Barto. figurat casum nostrum, erat factum relictum familiæ, & Petro, & Ioanni, qui erant de familia, & sic per copulatiuam, & tamen non admittuntur illi nominati simul cū proximioribus de familia, sed solùm nominati admittuntur, deinde illis extinctis, illi de familia. Est uerum, quòd Bald. ibi contradicere uidetur huic intellectui: quia natura copulę secundum eum repugnat allegat not. in dict. §. quidam rectè. Sed Imol. ibi defendit hunc intellectum Barto. quia not. in dict. §. quidam rectè, procedunt, quando illi nominati non comprehendebantur sub nomine collectiuo, secus uidetur, si comprehendantur, & ita cum Barto. transit ibi Paul. de Castro. Vnde secundùm istum intellectum, quem tenent Bar. Imo. & Paul. de Castro. ibi uidetur casus in terminis de ista quæstio.

Nec placet illa differentia, an illi nominati comprehenderentur in primo gradu nominis collectiui, an in ulteriori, quia Doctores ibi, in dicto §. in fideicommisso, Intelligunt indistinctè illum tex. siue illi nominati essent in pari, siue in dispari gradu cùm propinquioribus de familia; & per consequens siue essent de his, qui primò admitterentur ex ui nominis collectiui, siue qui ulteriori loco, & ita ibi expresè Baldus post Dynum, & Paul. de Castro intelligunt, dum dicunt, quòd ille text. qui uult nominatos esse præferendos, procedit etiam si nominati essent de remotioribus, & non de propinquioribus familiæ, & per consequēs implicant, ut procedant etiam si essent de proximioribus. Et hoc idem, si rectè inspiciatur sentiunt gl. Batt. & alij ibi, dum exponunt illa uerba ex eo nomine. Dicere ergo quòd ille text. non procedit quando nominati

essent de propinquioribus familiæ, est dicere contra Doct. supra relatos, qui intelligunt tex. illum indistinctè.

7 Confirmatur ista rõne, † quoniã nominatio specifica arguit maiorẽ dilectionem secũdùm omnes docto. in d. §. in fideicommisso, per id, quod habetur in l. quoties. de usufru. ff. ergo nõ potest inferri, quòd minorem portionem habeat nominatus specificè, quàm haberet comprehensus sub nomine collectiuo, aliàs nominatio illa cõtrarium effectum operaretur eius, ad quem inducta est contra l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Ergo fit, quòd siue nominatus sit de prioribus. siue de posterioribus, qui comprehẽderentur sub nomine collectiuo, tamen semper præferri debeat ratione illius specificæ nominationis, quæ arguit illam maiorem dilectionem in eo.

Nec contrarium huius dicit Soccin. in dict. §. quidam rectè. colum. tertia, dum respondet ad inductionem Areti. ibi de tex. in dict. §. in fideicommisso, quia loquitur Soccin. reddendo rationem, quare illi nominati simul præferuntur, etiam si aliàs essent disparis gradus, quòd hoc est eò, quia cùm sint pariter nominati, pariter uidentur dilecti, aliàs autem secundũ eum facile fuisset testatori relinquere eos sub nomine collectiuo, & sic loquitur Soc. quòad ipsos nominatos inter se, non autem uult, quòd nominati minorem habeant portionem, quã haberent sub nomine collectiuo, & sic non loquitur respectiuè ad nomen collectiuum.

Præterea loquitur Soc. quò ad hoc, ut nominati plus consequantur, quàm sub nomine collectiuo consequerentur, id quod infert illa nominatio per suprascripta, sed non loquitur, nec loqui potest, ut minus consequi debeãt: qa tunc repugnaret effectus, qui ex nominatione resultat, uidelicet, argumentum maioris dile-
8 ctionis, † unde quia est diuersa ratio contrariorum, est etiam diuersa disciplina, ut not. Aret. & Moder. in rubr. ff. de acquirend. possess. & ista est uera resolutio. Et licèt filij comprehenderentur sub nomine descendentium, tamen illa specificatio filiorum arguit maiorem charitatem ad eos, & quòd illos specificare uoluit, ne uideretur negligere, iuncta l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. uersic. ea enim. ff. de iniur. unde ex prædictis patet quòd ille tex. in §. in fideicommisso procedit indistinctè, prout loquitur, uidelicet siue nominati comprehenderentur sub nomine collectiuo primo loco, siue ulteriori.

Tertiò occurrit in casu nostro: quia statutum nostrum ultra ius commune disponit, quòd primò fratrum filij, quàm alij eorum descendẽ-
9 tes succedant ab intestato: † ergo cùm semper uerba testatoris recipiunt interpretationem à statuto, ut not. Bartol. & omnes in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. uidetur, quòd dispositio testatoris ad filios & descendentes fratris debeat ordine successiuo intelligi: qa hoc modo se conformat cum dispositione statuti, non autem simul, & eodem tempore, ex quo hoc modo à statuto deuiaret; hoc in terminis istis tradit Socin. in alleg. consil. 51. col. 5. & sequen, quarto uolumine, ubi dicit, quòd potiùs uidetur se testatorem conformare cum dispositione statuti, quàm iuris communis. Et ideo
10 licèt † institutio facta de fratre & filiis, intelligatur copulatiuè facta de omnibus, & tam de masculis, quàm de fœminis, ut notatur in d. §. quidam rectè: tamen si statutum præferret masculos fœminis, secus esset; quia intelligeretur primò uocati masculi, deinde fœminæ, & istud est etiam, quod dicit idem Socin. in d. §. quidam rectè. colum. 4. & utrobique in istis terminis se consuluisse in ciuitate nostra Ferrariæ, & subscripsisse præceptorem suum D. Alexan. & quod supra dictum est, repetit etiam idem Socin. in d. consi. 113. colu. 2. & sequitur Ripa in d. §. cùm ita. col. . . .

Ergo uidetur, quòd dato, quòd substitutio facta de filiis, & descendentibus intelligeretur eodem tempore de iure communi: secus tamẽ sit, quando ultra ius commune concurrit dispositio statuti, cum quo potius se conformare
11 censeatur testator, † quàm ad ius commune, per rationes quas adducit Soci. in cons. præall. Et ita ex istis uidetur filios tantum esse admittendos, non autem cum eis nepotes ex aliis filiis concurrere debere.

Quo stante, non esset opus transire ad aliud dubium, quo quæritur, quid iuris, posito, quòd cum filii alij descendentes concurrere deberent eodem tempore, an etiam filii ipsius filii admitti debeant unà cum filiis aliorum filiorum. Ad maiorem tamen declarationem dico, quòd indubitanter illi debent admitti unà cum fratre, & aliis descendentibus, non quidem ad dimidiam, in qua pater eius censetur uocatus, sed ad ratam alterius dimidiæ ad quã descendentes omnes uocantur.

Quoniam stante, quòd concurrunt filii, & descendentes simul, una dimidia debetur filiis, alia omnibus descendentibus, existentibus in rerum natura, tempore mortis testatoris, ut concludunt Doctores in dicto §. quidam rectè. & Soccin. & Deci. in consilio supra allegato. Ideo cùm isti filij huius filij sint & ipsi de descendentibus Andreæ, nescio uidere, quare & ipsi unà cum aliis admitti non debeant.

Et ideo uidetur, quòd in alia dimidia filij huius filij Andreæ concurrere debeant pro uirili, iuxta numerum eorum, qui nati erant tẽpore

pore mortis testoris, ut traditur in locis praeallegat. & in l. si cognatis. ff. de reb. dub. In hoc tamen non multùm insisto: quia non expedit, stante conditione suprascripta, quòd soli filio debeatur tota haec tertia pars, ex quibus ita resideo.

Ego Ludouicus Syluester. I.V. Doct. Ferrariensis. Saluo iudicio Saniori. Laus Deo.

CONSILIVM D. DIONYSII DE Barisgianis. I.V.D. Perusini.

ARGVMENTVM.

¶ Cui licet alienare ex dispositione testatoris, an possit alium haeredem facere, existente substitutione fideicommissaria primi testantis.

SVMMARIVM.

1 *Bona grauati, non ueniunt in fideicommissaria substitutione.*
2 *Haeredes fideicommissarij ante completam cond. decedentis, posse trebellianicam retinere.*
3 *Alienare dicitur, qui testamento legat, & nu. 4.*
5 *Testator, & lex quae permittunt alienari, permittunt etiam, in his haeredem institui.*
6 *Testatoris uoluntas sequenda.*

CONSILIVM LXXXVIII.

IN Christi nomine, amē. Ex dispositione testamentaria Iacobi apparet eius institutio, & substitutio de eius matre, si Simon filius dicti Iacobi decesserit in pupillari ętate, uel postea quādoq; sine filijs, & dicta mater, & uxor testatoris nō nupserit, adiectaque clausula sub hijs uerbis, Ita tñ quòd dictus eius filius possit uendere, & alienare, & obligare de bonis suis, uidelicet dicti testatoris, ad sui libitum, & uoluntatem, non obstante substitutione praedicta. Et post mortem dictę matris substituit quēdā fratre Sāctae Marię, ubi uidetur, quòd si dictus Simon testatus fuerit, & iure institutionis matri suae aliquid reliquit, & annm maternum patrē dictae mulieris haeredem instituerit, ꝓ substitutioni locus fuerit in bonis dicti Iacobi de dicta matre dicti Simonis, uocata nomine Antonia, cùm ipsa ueneritex substitutione fideicōmissaria, quia decessit dictus Simon adultus, & sic locus pupillari non fuit. ff. de pupil. substit.
1 l. pupillari. † Et in fideicommissaria substitutione non ueniunt bona grauati, ut ff. eod. tit. l. cohaeredi. §. cùm filiae uersic. nec in fideicom-
2 misso. † Vnde haeres dicti Simonis granati habet detrahere legitimam, & Trebellianicam; qa Simon fuit grauatus sub conditione si decesserit sine liberis, & sic non eodem tempore, sed diuerso, ut uoluit glos. in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. & not. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testat. & est approbatum, ut notatur in c. Raynutius, & cap. Raynaldus de test. & in capitulo si pater de testat. libro sexto. Residuum uero habet restituerę, quia illud subiacetiuri fideicommissi: Nec hoc potuit impediri uigore dictae clausulae, quòd possit uendere, & alienare, & obligare, quia non uendidit, non alienauit, nec obligauit, testando dictus Simon, quia sunt tituli ad distributionem inter uiuos atributi, non ultimę uoluntatis. ff. de uerborū significa. l. uerba contraxerūt, quia uerba gesserunt, contraxerunt non pertinēt ad ius testandi, permisit enim testator inter uiuos alienare, & intellexit de alienatione particulari, nō uniuersali, facit ad praedicta. ff. de alienat. iudi. l. ex hoc edicto. §. sed haeredem.
3 Sed in contrarium facit nam † alienare dr̄ si in testō legauit, ut ff. quib. mod. hypot. soluit. l. sciuit. §. uenditionis. Et ideo dicit doctor Illustris. D. Bal. in auth. cōtra rogatus. C. ad Trebell. in q. gl. an rogatus de restitutione eius qđ superererit, sicut potest alienare dodrātem in uita, possit scilicet in testamento, ita quòd ueniat in restitutione fideicommissi.

Et dicit, quòd aut decessit testatus, & tunc gl. ibi uera, quae uult, quòd possit alienare, quia uidetur alienasse, sic relinquendo. C. de secund. nupt. in l. si quis prior. §. certū. ff. de lega. secundo, in l. unū ex familia in princ. aut decessit intestatus, & nōn uidetur alienasse, & haeres ab intestato restituere cogitur, qđ alienatum non inuenitur. ff. de petit. haeredi. l. sed & si lege. §. quod autem. ff. ad Trebellia. l. Titius, quum autem iste Simon alienauerit, instituendo eius
4 aunm maternum, uerificata est clausula, † quia siue specialiter quis relinquat, siue haeredem instituat, alienasse uidetur, ut dict. §. certum: Et econuerso uidetur, quòd qui prohibetur alienare, prohibetur haeredem instituere, quia uerbum alienare absolute prolatum, comprehendit alienationem inter uiuos, & etiam per ultimam uoluntatem, hoc tamen hic non est discutiendum, quia testator permisit alienare, non autem prohibuit. Et ideo Barto. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. secundò dicit, dum quęritur an haeredis institutio habeatur pro alienatio-
5 ne, † Quòd aut lex, uel testator alienationem permitit, & instituendo uidetur alienare, ut d. §. certum, dict. l. unum ex familia §. si duos, aut prohibet tunc distinguit, ut ibi not. Cùm igitur testator permiserit alienationem: Ergo permisit haeredem instituere.

Non obst. quod uerba quæ sunt ad contractus, non pertinēt ad ius testandi, quia istud uerbū alienare, est generale ad contractus, & ad testamenta, ut patet ex superioribus: & per consequens substitutio, ubi permittitur alienatio ex
6 uoto testatoris, remanet inanis: † quia sequi debemus uoluntatem testantis. ut C. de necess. ser. l. quidem, & l. pedetentim uadit post mortem testatoris sicut uenator post leporem, unde cōcludo dictum Simonem faciendo testamentū instituendo auum maternum, dicitur alienasse, & uerificari uerbum in testamento sui patris adiecta.

Et ita dico, & cōsulo ego Dionysius de Barisgianis legum doctor, &c. in quorū fidē &c.

CONSILIVM D. IOAN. ANTONII de Aproino super asserta consuetudine Marchiæ Taruisinæ de medietate dotis lucranda. Quod aduersatur consilio D Matthęi Bicignoli infra posito.

SVMMARIVM.

1 *Dos de iure communi redit unde profecta est.*
2 *Consuetudo cūm sit quid facti, debet per allegantem probari.*
3 *Sententia lata in casu, quòd contrahens matrimonium secundum consuetudinē Marchiæ Taruisinæ, nihil lucretur de dote. similis sub numero 4.*
4 *Sententiæ laudatæ per Illustrissimum Dominium faciunt ius, quo ad omnes.*
5 *Si nullum fiat pactum de lucrando, secundum dispositionem iuris communis, tota dos restituitur, & nu. 1.*
6 *Sententia arbitraria est tanquam quadam compositio seu transactio, nihilominus facit ius, & ex actibus, & sententia arbitrorum inducitur consuetudo.*
7 *Marchia Taruisina quas ciuitates, & territoria contineat.*
8 *Castra ciuitates Taruisii, sunt nouē, & multa 9.*
10 *Cognomem à digniori, & à dignioribus semper inchoandum.*
11 *Propositio nisi uniuersaliter uera, necessario non concludit.*
12 *Consuetudo alia aliam tollere potest, sicut lex noua tollit antiquam.*
13 *Cōsuetudo ob actuū deformitatē oriri phibetur.*
14 *Opposita oppositis reprobantur.*
15 *Pacta apposita, seruanda sunt.*
16 *Illatio congrua ex diuersis non fit actibus.*
17 *Testis singularis de auditu deponens non probat.*
18 *Pactum, & conuentio, quid.*
19 *Castra uti debent legib. territorij, cui subsunt.*
20 *Leges, & consuetudines ultra territorium se non extendunt.*
21 *Fundamento principali destructo, corruunt sequentia.*
22 *Contrahens secundū consuetudinem loci contrahere uidetur.*
23 *Non entium nullæ sunt qualitates.*
24 *Ex nihilo nihil sequi.*

CONSILIVM LXXXIX.

SPIRITVS Domini illuminet intellectum. Respondēdo proposita consultationi, in qua petitur quales esse debeant partes Magnifici, & Illustrissimi domini Prætoris Opitergij in sententiando, & pronunciando in lite, & controuersia coram sua Magnific. uertente inter Andream Botanellum, uti hęredem ex testamento quond. D Catherinæ uxoris q. Antonij Mussoni, petentem ratificationem, & cōfirmationem sniæ arbitrariæ latæ inter dictas partes per sp. D. Franciscum à Casono iuris doctorem iūdicem arbitrum dictarū partium ex una, qua pnunciauit dictum Antonium Mussinum, non potuisse, aut posse lucrari medietatem dotis dictæ quond. dominæ Catherinæ eius uxoris ex asserto pacto præsumpto, seu subintellecto, siue prætensa consuetudine Marchiæ Taruisinæ, prout in dicta sententia arbitraria continetur, & præfatum Antonium Mussonum cōtradicentem, & appellantem, seu petentem reductionem ad arbitrium boni uiri, & sic ad præfatum Magnificum dominum Prætorem à sententia arbitraria prædicta, petentemq; illam in melius reformari debere, pronunciariq; lucrū dotis dictæ D. Catherinæ pro dimidia spectare ipsi Antonio illius uiro cum fructibus perceptis &c. ex altera. Vnde uiso processu ipso ad me transmisso cum allegationibus, & consilijs utrinq; productis, cōmissionemq; ipsius causę de cōsensu ambarum partiū, mihi infrascripto facta, & puncto, seu articulo mihi commisso, & super quo consilium petitur, ut constat literis Magnifici ac Integerrimi D. Michaelis Quirino dignissimi Potestatis Opitergij, dñi mei colendissimi, habitaq; per me super præmissis diligenti consideratione, & lucubratione.

Eiusdem domini Redemptoris nomine repetito, dico & cōsulo partes præfati Magnifici & Illustrissimi D. Prætoris fore, & esse in declarando, & pronunciando, & ita pnunciet, male & iniustè fuisse, & esse appellatum, seu petitam reductionem ad arbitrium boni uiri à sententia arbitrali prædicta parte, & nomine d. Antonij Mussoni ipsamque in melius reformari nō debuisse, neque debere, sed bene, & iuste fuisse iudicatum per dictum D. Franciscum à Casono iudicem arbitrum prædictum dictamq; illius senten-

sententiam, uti ęquè, & iustè latam confirmandam, & ratificandam fore, laudariq́ue, ratificari, & confirmari debere. uictum uictori in expēsis condemnando. Cùm enim in facto cōstet, dictam quond. dominā Catherinā dedisse prefato Antonio Mussono, eius uiro, in dotem, & dotis nomine, pro ut ambę partes in processu confitentur, res & bona, de quibus in inuentario, seu descriptione bonorum in processu producta, succedit clara, & indubia iuris cōclusio, dictam dotem, res, & bona, soluto matrimonio per mortem dictæ dominæ Catherinæ, restitui debere hæredibus illius, & sic præfato Andreę
1 Botanello illius hæredi ex testamēto, q actio de dicta dote restituenda competebat ipsi mulieri, uel ea defuncta, hæredibus eius, & sic ipsi Andreę, textus, & iura sunt multa, præsertim in l. Caius, & in l. si cùm dotem in prin. & in l. quotiens. ff. solut. matr. & in l. unica, in princ. & per totam legem. C. de rei ux. act. & plenè no. doct. maximè Bart. Imol. Paul. de Castr. Alexand. & Moderniores in d. l. Caius, ubi est locus principalis in materia. Dos enim de iure communi redire debet ad eum, à quo ꝓfecta est. l. dos à patre. C. solut. matri. & ibi not. Bal. in uersic. & ideo. & per Bald. in l. secunda. C. de bon. quæ lib. & in dict. l. unica. §. taceat. C. de rei uxo. act. & Cuma. & Moderniores in l. post dotem. ff. solut. matrim. Quæ sententia, & cōclusio de iure communi non recipit dubitationem. Verùm, quia prædictus Anto. maritus non inficiatur iuris communis dispositionem, sed prætendit ex asserta consuetudine Marchiæ Taruisinæ, uel tacito asserto pacto subintellecto, lucrari medietatem dotis prædictę, etiam quòd nullum celebratum fuerit instrumentum dotale, nec pactum aliquod de lucrādo intercesserit inter dictos cōiuges, licèt idem Antonius prætēdat, & etiam conatus fuerit probare, q dicta quond. domina Catherina eius uxor sępius institit cū dicto Antonio eius uiro, quòd sibi faceret suū instrumentum dotale, pro ut consuetum est, & secūdùm consuetudinem Marchiæ Taruisinę, de dimidia dotis lucranda, quod tamen legitimè probare, non potuit, immo etiā si id plenissimè probasset, adhuc tamen intentio domini Antonij de iure non procederet, pro ut inferiùs dicetur. Ideo, pro resolutione pñtis materiæ, insistendum est super argumentis, & fundamentis, deductis pro parte dñi Antonij, quibus sublatis, remanebit præsens consultatio clara, & resoluta, & conclusio per me superiùs facta, tuta ab omnibus obiectionibus, & ualidissimo iure roborata.

Non obst. Itaque allegata consuetudo Marchiæ Taruisinæ lucrandi dimidiā dotis, uel donationis propter nuptias, qm̄ dico nullo, modo fuisse probatum in processu, talem extare consuetudinem, pro ut probari debuit. Cùm enim consuetudo sit quid facti, & in facto consistat.
2 debuit, per allegantem † illam probari. cap. j. de constitutio. lib. 6. ubi est tex. clarus: not. Bart in l. de qbus. col. 8. uersi. 4 principaliter quæritur & Bal col. 12. uersi. postremo qualiter cōsuetudo probetur. ff. de legib. & Abbas Panor & cęteri Canon. maximè Moder in c. fi. extra de cōsuet. pſertim qa D. Antonius Mussonus allegat dictam consuetudinem pro fundamēto suæ intentionis, merito illam probare tenebatur, p ea quæ signanter tradit Bart. & alij post eū in l. in illa stipulatione. ff. de uerb. oblig. & est text. in l. actor. qđ asseuerat. C. de ꝓba. cum sim. Dico ét. talem consuetudinem probari non posse qa scđm ueritatem falsum est, q talis consuetudo uigeat in ciuitate Taruisij, & in Castris eius territorij, & minùs in ipso territorio. Ego enim ab annis triginta sex citra, p qđ tēpus uacaui ciuili scientię, consulendo, & aduocando, pluries habui consulere, & oti Aduocatus interueni in simili dubitatione, & ab alijs Doctoribus mei temporis fuit præsens dubitatio tractata in iudicijs, & nunq̄ potuit probari, talem consuetudinē extare in ciuitate, & Castris, & agro Taruisino, vc; q nullo interueniēte pacto, seu instrumento de lucrando inter uir. & uxo. medietatē dotis, q altero ipsorum cōiugū ꝓdecedēte sine filijs in matrimonio, coniux superstes lucretur dimidiam, pro ut in casu isto ꝓfatus Ant. Mussonus lucrari uellet, sed semper fuit in iudicijs iudicatum cōtrariū & dum annis superioribus casus iste occurrisset in hac ciuitate nr̄a Taruisina, q defuncta uxore ser Hieronymi de Vrsinico, filij q Eximij physici. D. Io. Andreę ciuis
3 Taruisij, quæ † fuit filia quond. ser Aloisij de prato, nullis superstitibus liberis dictorum cōiungum, & hæredes dictę dominę Defunctæ peterent dotem à præfato ser Hieronymo, illius marito, quę dos erat in decatis mille & quingētis: Idem ser Hieronymus maritus uolebat retinere medietatem dictæ dotis, & illam lucrari propter assertam cōsuetudinem Marchiæ Taruisinæ, licèt nullum fuisset factum pactum de lucrando inter dictos cōinges, pro ut est præcisè in casu isto, & super hac difficultate orta lite & controuersia inter partes prædictas, & magno formato processu, tandem fuit lata sententia contra ipsum ser Hieronymum maritum, q non posset aliquid lucrari, quia nullum factū fuerat pactum de lucrando, & talis cōsuetudo
4 in casu illo probari non potuit. Quæ sententia fuit etiam in appellatione laudata in Excellentissimo cōsi. 40. nouissimo, & ideo talis decisio tanq̄ lex, facit ius quò ad oēs, prout signanter concludit Ang. in l. item ueniunt. §. cęterum. de peti. hære. ubi propriè loquitur in literis Ducalibus Illustrissimi dñij Venetiarū, datis ad tunc

D. Prætorem Taruiſij in certo caſu, & dicit, ꝙ
facit ius quo ad omnes. Item ſequitur Paul. de
Caſtr. in l. j ff. de conſtit. princi. & ibi eſt bonus
text. & hoc iure utimur, ſcilicet ꝙ ſententia re
4 ctorum de † extra, laudata in excelſo conſi. 40.
faciat legem uniuerſalem. Comprobatur con-
cluſio prædicta per ſententiã domini Petri de
Panicia, latam inter illos de Cæſana de Seraual
le in caſu ſimili præciſè, productam in proceſ-
ſu ꝓ parte D. Andreæ Botomelli, in qua lite, &
cauſa ego interueni, uti aduocatus ſer Hiero-
nymi de Cęſana & conſortiũ. Et quia Aduoca
tus partis aduerſę, cuius anima in pace requie-
ſcat, uidebat non poſſe aliter opinionem ſuam
ſubſtinere, nitebatur, dicere, quòd in partibus
tranſpadinis, & in diœceſi Cęnetenſi uigebat
talis conſuetudo, vȝ, quòd etiam nullo pacto
interueniente, ſemper coniux ſuperſtes lucraba
tur dimidiam ex aſſerta conſuetudine Marchię
Taruiſinæ. Cui concluſioni illi de Cęſana con
tradicebant, me conſulente, & pro ueritate ha-
benda fuerunt producta multa Inſtrumẽta do-
talia, & examinati ferè omnes primarij notarij
d. diœceſis pro parte dictorũ de Cęſana, & fuit
pleniſsimè probatum in eo proceſſu, quòd pa-
cta de lucrando quandoq; celebrabantur inter
coniuges, quandoq; nullũ fiebat pactum, ſed
ſimpliciter fiebat inſtrumẽtum dotale, & nihil
dicebatur de lucro faciendo: Et hoc caſu dos in
tegra reſtituebatur mulieri uiuẽti, ſeu, ea defun
cta, hæredibus eius, & ſimiliter è contra. Item
fuit etiam probatum, quòd quando fiebat pa-
ctum de lucrando, quandoque erat, de dimidia
lucranda, quandoq; de minima quantitate, pu-
ta in dote libratum ducẽtarum, uel tricentarũ,
fit pactum de lucrando quinq; libras, & ita ob-
ſeruat ferè, & communiter territorium Caſtri
frãchi, Noali, & Meſtri, prout uidi infinita in
ſtruſtrumenta ſimilia: & in hac noſtra ciuita-
te Taruiſina uidi, & ſcio multos contractus do
tales in maximis dotibus conſtitutis decatorũ
duorũ mille, & mille & quingentorũ, & qñque
faciunt pactum de lucrando decatos centũ, &
non ultra, qñq; de nihil lucrando, ita exprimen
do, qñq; nihil dicendo quantũ ad lucrũ, & tunc
5 ſtatur iuri cõi, ut dos reſtituatur tota mulieri,
uel hæredibus eius. Et ſic allegata conſuetudo
non eſt uera, neque recepta in agro Taruiſino,
ſed inſtrumenta fiunt uario modo, & quando
nihil actum eſt inter partes, de aliquo lucro fa-
ciendo, ſeruatur ius commune, ut ſupra. Nec
obſtat, ꝙ dicatur, ꝙ illa ſententia domini Pe
tri de Panitia nõ faciat ius, quia fuit arbitratia,
& ſic tanquam quædam compoſitio, ſeu tranſa
6 ctio per † not. in auth. ſi uerò contigerit. C. de
iudicijs, & per Barto. in l. dno ſocietatem. §. ar-
bitrorum colum. 5. ff. pro ſocio, & in l. ſi qs ar-
bitratu. ff. de uerb. oblig. Quoniam dico, quòd
ex actibus, & ſententia arbitrorum inducitur
conſuetudo, tam circa ordinem iudicij, quàm
circa merita principalis negotij, puta ſi ſępius
fuit iudicatum per arbitros, ꝙ primogenitus
ſolus ſuccedat, conſenſus enim populi firmat
ſententiam, latam à penitus priuatis perſonis.
l. 2. C. communia utriuſque iudic. ita tenet ſi-
gnanter Bald. in d. l. de quibus colum. 8. uerſic.
demum quæritur, An ex actibus arbitrorum.
ff. de legib. & ibi ſequitur D. Iaſon. in antepen.
colum. uerſiculo ſecundo, quæro, an per ſenten
tiam arbitrorum, & Ant. de Butr & Cano. in c.
fin. 16. colum. extra de conſuetud. & ideo tam
per iudices ordinarios, quàm per arbitros fuit
iudicatum pro hac parte, & pro Veritate, & ſen
tentiæ fuerunt laudatę in appellatione, uel aliàs
tranſierunt in rem iudicatam.

Amplius etiam conſiderabam, quid impor-
tent illa uerba, uidelicet, ſecundũ cõſuetudinẽ
Marchiæ Taruiſinæ, interꝑtans de ſignificatio
7 ne dictorum † uerborum. Ideo eſt ſciendum, ꝙ
Marchia Taruiſina continet ſub ſe, & compre-
hendit multas inſignes ciuitates, & territoria,
incipit enim à ciuitate Feltri, & Bellani inclu-
ſiuè cum ſuis territorijs: Item comprehendit
ciuitatem Taruiſij cum ſuis Caſtris, quæ ſunt
nouem Caſtra ualde inſignia, & opulenta, quo
rum aliqua poſſent ciuitatibus cõparari, & cũ
ſuo latiſsimo, & amplo territorio, nec non con
tinet illuſtrem, & nobilem ciuitatem Paduæ cũ
ſuis Caſtris, & territorio: Item generoſam, &
diuitem ciuitatem Vicentię cum ſuis Caſtris,
territorio, & ultimò protendit ſe, & continet
antiquam, & inclytam ciuitatem Veronæ citra
Atheſim flumen cum ſuo territorio, quia Athe
ſis interlabitur per mediam ipſam ciuitatem, &
ea pars, quæ eſt citra flumen, continetur ſub ꝓ-
uincia Marchiæ Taruiſinæ: Cætera uerò pars
ciuitatis trans fluuium prædictum continetur
ſub prouincia Lombardiæ, & ita conſtitutum
eſt in ſacratiſsima uniuerſitate, & ſtudio iuri-
9 ſtarum ciuitatis Paduæ: † quæ uniuerſitas con
tinet ſub ſe uigintiduas nationes, uidelicet duo
decim ultramontanorum, & decem citramon-
tanorum: Inter quas continetur Marchia Tar-
uiſina, ut ſupra, cum tot Illuſtribus ciuitati-
bus, & locis, ut ſuperius dixi, & eſt quippe mul
tum ponderandum pro inſigni laude, & glo-
ria ciuitatis noſtræ Taruiſinæ, quòd licet in
ipſa prouincia Marchiæ Taruiſinæ ſint conſti-
tutæ, & comprehenſę tot ampliſsimę, & in-
clytę ciuitates, & præſertim ciuitas Patauij,
quæ eſt antiquiſsima, & conſtructa ſtatim
poſt excidium magnæ Troiæ, & per multa
tempora fuit Regia dignitate decorata, ta-
men prouincia ipſa Marchiæ Taruiſinæ ſum-
pſit cognomen à ciuitate Taruiſij, uti à dignio
10 ri, & nobiliori: † quia cognomen ſumi debet
à di-

à digniori,& à dignioribus semper est inchoãdum, ut habetur instit. de iure nat.gent.& ciu. §.fina.& ibi per glo.in uerbo.ignorentur,& est bona glo.in §.aliam uerò institu.de bon. poss. & est text. . . .distinctione cap. Episcopus 2.faciunt not.per glo.in rubrica C.de bon.poss.secundùm tab.& per glo. in rubrica. C. de bon. poss. contra tab. ubi notatur, quòd Imperator incipit à digniori parte, & ibi sequuntur doct. maximè.Paul. de Castr. in rubrica. C. de bon. poss.secundùm tab. faciunt not. per doct. maximè Moder.in rubrica.ff.de uerbo.obligatio. Redeundo itaque ad casum dico, quòd fortè talis consuetudo uiget in alijs ciuitatibus,& locis eiusdem Marchię Taruisinæ, non tamen in
11 ciuitate, & toto territorio Taruisino,& † propositio erit uera, non autẽ uniuersaliter uera.l. si is qui ducenta.§.utrùm.ff.de reb.dub. & talis propositio debet necessariò concludere, non autem præsumptiuè,uel per locum à possibili. l.non nudis, & l.non epistolis. C.de prob. cum sim.Dico etiam,ꝙ fortè iam olim ante præsentia tempora ,& supra centum annos talis consuetudo potuit uigere,etiam in isto agro,& ciuitate Taruisina,quod tamen ignoratur,tñ per non usum, immo per cõtrarium usum sublata est talis allegata consuetudo,& introducta fuit alia consuetudo contraria,ut sup.plenè declara
12 ui † una enim consuetudo potest tollere,& tollit aliquam ꝓcedentem consuetudinẽ secundũ Bar.& omnes in d.l.de q̃bus.sicut lex noua superueniens,tollit legem antiquã, ut dicũt doct. in locis prædictis,& not. Cyn.in l.2. C. quæ sit long.consuet.Actus enim, ꝑ quos põt consue-
13 tudo in esse produci, debent esse † uniformes, non autem difformes,& d.Bal.ꝙ actuũ deformitas,& ueritas impedit consuetudinem posse oriri,ita Bal.in d.l.de quibus.col. t 5.uersi.Tertiò quæritur,An unus actus interrũpat.allegat l Seio.§.medico.ff.de ann.leg. & Bal. signanter in d.c.fi extra de cõsuet.col.4 uersi.Hor modò dicamus aliqua de probatione. d.ꝙ ex tenore actuum inducitur cõsuetudo, discordia enim
14 in forma facti non cõcludit consuetudinẽ,† quæ opposita oppositis reprobantur l.optimam in fi.C.de contrah.& commit. stipul.quæ iura,& authoritates,adaptãdo ea ad pñtẽ Casum,quia uirtus legalis sciẽtię cõsistit in adaptãdo leges, & iura ad casus propositos , ut inquit Iurisc. in l.non solùm.§.qui primipilum.in ult.uerb.ff.de excusatio.tutor.& ibi no.Bal.apertissimè probant,& concludunt talem allegatam consuetudinẽ nullo modo uigere in ciuitate Taruisij,& toto illius Territorio, stante diuersitate, & uarietate contradicẽdi, ut supra latiùs declaraui. Ex pmissis etiam inferoq; nõ obstant plura instrumenta, producta in processu,in quibus cõtinetur, ꝙ partes contrahentes expresse cõuenerant de lucrando dimidiam &c. quia dico, ꝙ istud nõ facit ad atticulũ dubitationis nostræ: In qua quæritur , si nullũ intercessit pactum inter uirũ,& uxorẽ de lucrando: Vtrum ex asserta consuetudine Marchię Taruisinę coniux superstes lucrabitur medietatem dotis coniugis
15 præmortui. † Quis.n.dubitat ꝙ si partes ita cõuenerunt expressè ꝙ pactum erit seruandum , non uirtute consuetudinis allegatę, sed uirtute pacti,& stipulationis.l.pen C. de pact. conuent.l.ex morte,in princ.& auth ęqualitas, cũ
16 auth.sequen.eo.ti.Et† ideo ex diuersis actibus non potest inferri congrua illatio, seu conclusio.l.Papinianus exuli.ff.de minor.

Ampliusnon obstat, ꝙ D. Antonius conatus fuerit probare, ꝙ nominata D.Catherina, sępius institit cum d.eius marito , quòd sibi faceret suum instrumentum dotale,scdm cõsuetudinem Marchię Taruisinæ de lucrãdo dimidiam,quia dico,ꝙ testes ad eius instantiã examinati, istud nõ dicũt,immo deponunt nũquã talia uerba audiuisse dici à dicta D. Catherina, sed ꝙ bene audiuerunt illam cõqueri, & lamentari,quòd d.eius maritus recusabat ęstimari facere eius bona mobilia, & ꝙ illa usu consumebãtur,sine ęstimatione,& ꝙ uolebat,ꝙ ęstimarẽtur,& de instrõ dotis faciendo nihil ab ea dici audiuerunt,hoc.n.deponunt tres testes ulti-
17 mi,excepto † primo, q̃ est solus, & singularis, deponẽs de auditu ipsius D.Catherinę absente ipso Antonio , & ideo non probat.l.certũ.§.si quis absente.ff.de confessis. Immo dico, quòd si ipsa D. Catherina dixisset talia uerba coram multis testibus,& multi testes hoc deponerẽt, non tamẽ esset legitimè probatũ,ꝙ dicti cõuiges fecerint pactum de lucrando, neque ex tali assertione orta fuisset aliqua obligatio,& actio quoniam oportuisset probari, quòd ambo ipsi coniuges,vz Antonius, & Catherina ita cõuenissent,& pactum de lucrando dimidiam in si-
18 mul fecissent, † pactum enim.& conuentio est duorum, uel plurium consensus adhibitus alicuius rei.l.prima,ff de pact.l.prima. ff. de uerb. obli.ergo domina Catherina sola non potuisset tale pactum facere non interueniente cõsensu,& uoluntate dicti eius mariti,& ista nõ sunt probata in processu,Ideo tale fundamentũ corruit, uti falsum in facto.Præterea non obst.Statutum Cunigliani coram me ultimò productũ ꝓ parte domini Antonij,quoniam dico,ꝙ Castrum Cunigliani abundat in sensu suo , & dedignatur uiuere legibus, & statutis Taruisinæ ciuitatis: Cùm tamen sit pars Territorij
19 Taruisini, & de iure tenetur, uti legibus dictæ ciuitatis, ut per Batto. & doctores in lege ex ea causa. ff. de postul. & Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, & per Bartol. & Alexand. in l. si conuenerit. ff. de pignor. action.

Tale igitur ſtatutum ſeruẽt ipſi de Cnnigliano
20 in ſuo caſtro, & Territotio, † quia non poteſt
uires ſuas, & effectum protendere extra ſuum
territorium.l.cunctos populos, cum ſua mat.
C.de ſum. Trinit. & l.fi.ff.de iuriſd.omn.iudi.
extra territorium, enim ius diceētis impunè nõ
paretur. Vltimò non obſtat conſilium pro-
ductũ parte domini Antonij, quoniam con-
ſultor ſupponit maiorem propoſitionem tanq̃
ueram, uidelicet talẽ cõſuetudinem extare, ſed
quia maior propoſitio eſt falſa, quia talis con-
ſuetudo nullo modo extat, Ideo minor propo
ſitio, & concluſio redduntur falſę.l.ſi is qui du
21 centa §.utrum ff.de reb.dub.† Et quia deſtru-
cto principali deſtruitur & cõſequens, omnia
ab eo fundamẽto dependẽtia corruunt, uti fal-
ſa.l.cùm principalis, & l.nihil.§.cùm principa-
lis. ff. de reg.iur l. non dubium.C.de legib.Eſt
22 enim uulgaris, & nota cõcluſio in iure, † quòd
contrahentes in dubio, intelligitur, uelle contra
here ſecundùm conſuetudinem regionis, quæ
regula procedit in quibuſcunque diſpoſitioni-
bus, & tam in cõtractibus, quàm in ultimis uo
luntatibus, & in iudicijs, ut per plures col.tra-
dit Iaſ.in l.certi cõditio.§.ſi nummos. ff.ſi cert.
pet.& in locis allegatis in dict.conſilio, ſed q d
ad rhombum, ſi talis allegata conſuetudo non
extat, neque eſt probata in proceſſu, prout pro
bari debuit, ut ſup.in princi. ad ſaturitatem de
claraui, cùm probari non poteſt, cùm talis con
ſuetudo nõ uigeat in ciuitate, & territorio Tar
uiſino, ut ſupra dictum eſt.& quod nõ eſt.pro-
23 bari non poteſt, † non entium enim nullæ ſunt
qualitates.l.actor.C.de prob. ubi negatiue, uti
non ens, eſt improbabilis, & d.ſignáter Bal. in
dict.l.de quibus in 9 colum.uerſicu. nonò, quę
ritur, an ex non actibus. ff. de legib. quòd non
24 entia nõ habent materiam, atq; formam, & † ꝙ
ex nihilo non ſequitur aliquid l.quod meo.§.j.
ff.de acqui.poſſ.& quod non eſt, populus igno
rat.l.ſi paterfamilias. in glo.parua ff de hæred.
inſtit.hęc Bald. Ergo cætera allegata in d.con
ſilio, uti fundata ſuper falſo fundamento per ſe
corrunt, licèt fundamenta in ſe ſint uera, ſed
non faciunt ad caſum. Conſultor enim ſuppo-
nit conſuetudinẽ extare. quod eſt falſum. Ideo
concluſiones ſuæ quantùm ad caſum iſtũ ſunt
falſę, tanquã dependentes à falſa propoſitione.

Ex quibus omnibus remanet reſoluta præ-
ſens conſultatio, & concluſio per me ſuperiùs
facta, ac uti uera refulget ſplendore Iuſtitiæ, &
ueritatis, tenebris falſitatis fugatis, & cõuictis.
Ideo dico, & conſulo, pro ut ſupra concluſum
fuit, In honorem, & gloriam Dei Redempto-
ris noſtri, & Beati Stephani protomartyris.
Cuius hodie ſolenne martyrium, & gloriam ce
lebramus Die 26. December 1526.

CONSILIVM D. FRANCISCI de Doctoribus Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ Ad obtinendam poſſeſsionem in reſtitutione dotis, an oporteat citari poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio. ubi agitur de alterius præiudicio, eſt neceſſaria, etiam in notorijs.numero 2. ac etiam in declaratione qua fit à iudice ſuper pœna. ll. impoſita.nu.3.*
4 *Immitti in poſſeſſionem, niſi trina citatione præuia, quis non poteſt.nu.6.& 25.*
5 *Citatio etiam in ſummarijs cauſis, eſt neceſſaria.*
7 *Dotis cauſa multùm priuilegiata.*
8 *Geſta, parte abſente, non citata, poſſunt reuocari abſque citatione alterius partis.*
9 *Dos à morte mariti, quando debeatur.*
10 *Dos legata ſtatim debetur, mortuo marito.*
11 *Moderator, & arbiter in re ſua quiſquis dicitur.*
12 *Teſtatoris uoluntas, pro lege ſeruanda.*
13 *Citatio non eſt neceſſaria, ubi actus præiudicium nemini inferunt.& nu.24.*
14 *Clauſula, ſaluò iure perſonarum, quid importet. nu.15.16.& 18.*
17 *Cautius eſt admittere ſuperflua, quàm neceſſaria prætermittere.*
19 *Stylus cuiuſque loci obſeruandus.*
20 *Styli omiſſio, reddit gratiam nullam.*
21 *Sententiam interlocutoriam, quò ad iudicem, non tranſire in rem iudicatam.*
22 *Stylus, optimus iuris interpres.*
23 *Stylus & cõſuetudo quomodo legitimè ꝓbẽtur.*
26 *Cauſa cauſæ, cauſæ cauſatum præcedere debet.*
27 *Dotis legatæ cauſa, mittetur mulier ĩ poſſeſſionẽ.*

CONSILIVM XC.

IESV Chriſti Redemptoris noſtri nomine, ac ſubſidio implorato. Ad conſultationem, de qua quæritur, utrũ mulieris ex cauſa ſuę dotis, & incõtri, ſiue donationis propter nuptias inductio in tenutam, & poſſeſsionem bonorũ mariti pro contenta quantitate ipſius dotis, & incontri, ſtante ſtatuto Taruiſij, diſponente mulierem debere poni in poſſeſsionem bonorum mariti pro ſua dote per iudicẽ, ex quo fuit facta abſque citatione hæredis, cum clauſula tamen, ſaluo iure omnium perſonarum, ſit nulla, aut ſaltem reuocari debeat de facto per comparitionem hæredis, nihil aliud allegantis, niſi ipſius citationis prætermiſsionem.

Videtur prima facie tñdendum, ꝙ ſic, quia

ex quo

ex quo hæres non fuit citatus, nō potuit iudex aliquid de iure facere contra eum, neque procedere ad talem missionem in possessionem, quia in unoquoque actu, quoties tractatur de
1 præiudicio alterius, citatio† necessaria l. in causæ §. causa autē. cognita ff de minor. l. de uno quoque. ff. de re iudi. c. inter quatuor. de maio. & obed. cum simi. quæ regula adeo uera est, ut etiam si sumus in notorijs, ipsa citatio sit neces-
2 saria. † ut uoluit Imo. in c. ad nostram. 2. de iureiur. & in c. sacro de sent. excommuni. & in c. tua. de cohabita. cleric. & mulie. & not. Doct. in c bonę. 1. de electiōn. & glo. & Doc. in c. cū sit romana. de appella & glo. in c. 1. de offic. de leg. in 6. & glo. in ca. cùm dilectus. de purgacano. & glo. 1. q. 1. qua Lotharius & Io. And. in c. ex parte. 1. de cleric non resid & Archid. in d. c. 1. de offic. delega. lib. 6 Immo in declaratio-
3 ne, quæ fit à Iudice † super pœna, ipso iure imposita, citatio est necessaria, ut not. gl. in clem. fi. in uersic. constitue. it. de censibus & glo. in clemen. 2. de pœnis & fac. tex. cum glo. in c repre hensibilis. de appellat & not. D. Anto. in c. uestra de cohabita. cleric. & mulie in tertio mem bro principali. & D. Cardi. in c. extirpandæ. de
4 præben. † quinimo non potest procedi ad missionem in possessionem, nisi interueniat trina citatio, ut in c. quoniam frequēter. §. sin autem. ut lite non contestata. & in l. fulcinius. §. quid
5 sit latitare ff ex quib. cau. in poss. eatur, † quę citatio non solum in ordinarijs, sed etiam in summarijs; prout uidetur esse ista causa dotis, de qua agitur, etiam est necessaria, ut in clem. sæpe. de uerbo. signif. & in c. cùm olim. de testi. & not. per glo. & Doc. in l consentaneum. & in auth. qui semel C. quomodo, & quādo iudex. & in auth. ei, qui. C de bon author. iudic. possid. & in l. ad peremptorium. ff. de iudi & in c. pastoralis. de exceptio. & in clemen. pastoralis. de re iudi. & per Bar in extrauag ad reprimendum in glo. super uerbo, per dicto crimine. Ergo dicendum uidetur, quòd cum in ista concessione tenutæ, facta mulieri pro sua dote, & incontro, & missione in possessionem in bonis mariti, sibi concessa, non interuenerit
6 † citatio hæredis trina, sicuti uidebatur requiri per prædicta, & per ea quæ habentur per glo. & Docto. in c ex literis de constitu. immo nec una tantū, ut pręsupponitur, simpliciter q̄ fuit facta, & concessa ipsi mulieri, nullo citato, quā
7 uis simus † in causa dotis, quæ uidetur multū exuberans in priuilegijs, iuxta ea, quæ habentur in l. ubi adhuc. C. de iur. dot. & in l. assiduis C. qui potior. in pig habeant. & in l. j ff. sol. ma trim. Tamen dicendum est, talem missionē, & tenutam ex isto capite fore nullam, aut saltem per comparitionem hæredis debere reuocari, licèt nihil aliud allegetur, nisi ipsam citationē fuisse ommissam, quia ex quo fuit cōcessa, hærede nō citato, ēt debet, altera parte adhuc nō
8 citata, reuocari, † quia illud, quod gestum est, parte absente non citata potest reuocari absq; citatione alterius partis, cui illud est concessum. ita not. Io. Andr. in addit. Spec. in titu. de sententijs § species uersi. est quoque. ut refert & sequitur Ang. in d l. de unoquoque et idem not. Bal. in l si pacto, quo pœnam C. de pac. & in l. j in 8. col. C. de seruit. et aqua. et in l. tale pa ctum. §. qui prouocauit. ff de pac. & not. Inno. in c. querelam de elect. et uidetur esse ex mente glo. 2. in l. minor. in princip. in quadam additione. ff. de euiction. Prædictis tamen non obstantibus puto in cōsultatione proposita alteram partem etiam de iure uerioré, ad quod dicēdum, primò considero unum, quod mihi in facto pręsupponitur, quòd pater istius hæredis, qui conquæritur de ista missione in possessionem, pariterque maritus ipsius mulieris, quæ obtinuit ipsam tenutam in eius testamento legauit ipsi mulieri suam dotem cū incontro, & grauauit hæredem, illam exoluere in istis bonis, in quibus specialiter ipsa mulier obtinuit tenutam, et missionem in possessionem: quò fit, ut hæres, etiam si fuisset citatus, nihilo magis potuisset obijcere ipsi mulieri. nā non potuisset obijcere, ipsam dotē statim non deberi, quæ fortè consistebat in pecunia, et debebatur de iure ipsi mulieri tantùm infra annum, aut post annum à die mortis testatoris,
9 pariterq; † mariti. ut in l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. act. quia ex quo maritus legauit, statim debetur, quia aliàs legatū esset inutile, nisi propter commodum hoc repræsentationis, ut ita
10 tim debeatur, mortuo marito, † iuxta ea, quæ plenè habentur in l. si creditori. ff. de lega. 1. et in l. j ff. de dote prælega. & in l. debitori suo C. de pac. non potuisset opponere, ipsam mulierē non debere mitti in possessionem bonorum, in quibus immissa est, sed aliorum fortè, quæ essent minus damnosa quia ex quo testator iussit mulierem habere possessione in istorum bo
11 norum potuit illud facere † cum in re sua esset moderator, et arbiter. l. in re mandata C. mā
12 da. † Eius ergo uoluntas fuit, et est seruanda pro lege, ut in authen de nuptijs § disponat. et in l j. C. de sacros. eccles non poterat. ergo ipse. hæres, dato, quòd fuisset citatus, aliquid allegare, propter quod ipsa mulier nō debuisset mitti in possessionem ipsorum bonorum, merito non fuit opus, eū citare, quia ista missio in possessionem non erat sibi allatura aliquod præiu
13 dicium, ex quo non poterat illi obuiare † in actibus enim, qui non afferunt pręiudicium, & quibus obuiare non possumus, non est necessaria citatio, ut not. gl. & Bar. in l. iij in §. pen. ff. de bon. poss. tit. generali. & not. glo. in clem 1. de off.

de offic. delegati. Considero secundo loco pro ipsa muliere multum facere aliud, quod mihi in facto dicitur, uidelicet, quòd talis missio in possessionem, quæ fuit facta de ipsa muliere in bonis mariti pro concurrenti quantitate dotis, & in contra, siue contra dotis, fuit facta cum clausula illa, Saluo iure omnium personarum, quæ clausula habet istum effectum, ut hæres postea comparens, aliquid legitimum alle-
14 gans, & inducens debet audiri: † et ista clausula operatur, ut iudex in re dubia, quando fortè dubium sit, an possit ad ulteriora procedere, facta tali reseruatione, poterit procedere. ut in l. iij. §. t. ff. de testi. & not. Io. And. & in c ex parte. de testib. & habetur per Hosti. & Io. Andr. in c. cùm contingat. de offic. deleg. & in c. exhibita. de iudi. & per Bar. in l. ij ff de appellatio. & per Imo. in l. ille, à quo. in §. si de testamento. ff. ad Trebell. Vnde dixit Bar. in d. l. ij. de appel. & in l. ambitiosa ad fin. ff. de decre. ab ordi. facien. quod ubi iudex facit aliquem actum, adiecta clausula, Si, et in quantum de iure fieri potest, uel sal-
15 uo iure partium; † quod iste actus est conditionalis, & si constabit, quod de iure non debuerit fieri, habebitur pro non facto, nec erit opus alia appellatione, quinimo secundum Imo in l. iudex postquam. ff. de re iudi. et in l. si quando. ff. de lega. I. non est opus, quod ille, contra quem est factus talis actus, cum tali clausula, petat actum reuocari: sed sufficit, quod doceat de iure suo, aut de nõ iure aduersarij, qui obtinuit actum fieri:
16 quo facto, ipse actus † habetur pro non facto; & idem uoluit Bal in l. fin. C. qui legi. personã. & Specu. in titu. de positionib. in § septimo. in
17 uers. & nota. ubi dicitur, quòd cum † cautius sit admittere superflua, quàm necessaria prætermittere ut in c non æstimetis. 13. q. 2. & in l. non solent ff. de reg. iur. quod cautè agit iudex, quod semper in actibus gerendis per eum apponit illam clausulam, Saluo iure partium, uel si, & in quantum de iure debeat & possit, quia semper parte comparente, & docente de suo iure, uel de non iure impetrantis actum fieri, debet
18 obtinere, † tanquam similes clausulæ habeant uim simplicis citationis, & inducant conditionem, ut prędixi. quod etiam uoluit Bar. in l. ait prætor. in §. 2. ff. de re iudi. & in l. cum propter. ff de leg. præstan. & in l. edita. in repe. Paduana. C. de edend. & plenè not. Roma. in l. j. ff. de arbit. potuit ergo ipse hæres, stante clausula prædicta, apposita in ista missione in possessionem, coram iudice comparere, & docere de non iure ipsius mulieris; tamen ipsa missio in possessionem ualet, ex quo est facta cum illa clausula: et est conditionalis, ut si appareret de non iure mulieris; ipso iure haberetur pro non facta, absque alia reuocatione, quare illa clausula operatur, ut talis missio habeat in se citationē per prędicta. Potest & tertiò multum ad propositum ipsius mulieris cõsiderari stylus, & communis obseruantia Palatij Taruisij, quæ mihi in facto pręsupponitur extare, quòd similes missiones in possessionem cõ sueuerunt fieri, & fiunt, ipsis hæredibus non citatis, in bonis quod mariti defuncti, pro dote uxoris, & suo incõtro, cum simili clausula, Saluo iure partiũ, uel omnium personarum: de qua missione postmodum hæredes habentes notitiam comparent, et allegãt de iure suo et de nõ iure mulieris & tãdem agitato super hoc processu iudex declarat ex deductis coram eo, an missio sit legitimè facta, uel ne. Qui stylus absque dubio est secundum dispositionem iuris communia ex his, quę dicta sunt supra in secunda conside
19 ratione. † ab hoc enim stylo, & communi obseruantia palatij, proculdubio non est recedendum, ut in l. ij. ubi per Cyn. C. quæ sit longa cõsuet. & in c. quàm graui & in c. licèt. de crimi.
20 falsi: ubi Doct. dicunt, † quod omissio styli reddit gratiam nullam. & not. Io. And. in fi. de cõsuetudine. et not. Bal. in l j. C. de sacros. eccl. et not. Innoc. et Doc. in c. uenerabilis de confir. utili, uel inutili. et Hosti. in c. ex literis. de constitutionib. & est bonus tex. in l. iij. C. de bon. uacãt. lib. 10. pro quo etiam facit, quod uoluit Ioan.
21 And. in c. cum cessante. de appell. † ubi dixit, quod sententia interlocutoria, quod ad iudicem, nunquam transit in rem iudicatam, ut dixit ibi gl. subdens, ita esse communem consuetudinem, & communem stylum fori, à quo dicit non es-
22 se recedendum; † quia talis communis stylus est optimus iuris interpres, per l. minimè. ff. de legib. Cùm autem mihi præsupponatur per
1 multos testes, notarios, procuratores, & aduocatos, qui quotidie in foro, et palatio uersant, ita practicari, & obseruari, & quod plus est, etiam mihi præsupponitur, ita pluries iudicatum, & sententiatum fuisse in contradictorio
23 iudicio, meritò relinquitur, quòd talis † stylus sit legitimè probatus, et de eo apertissimè constet. iux. ea, quæ plenè tradantur per Bar. et Doct. in l. de quibus. ff de legib. et per Canon. in c. cùm dilectus. de consuetudine. meritò apparet, tum ex communi stylo, & palatij obseruantia, tum etiam ex iuris dispositione ipsam missionem in possessionem ualuisse, et ualere, ac tenere, eo non obstante, quod hæres non fuerit citatus. Et quamuis ex prędictis possit colligi responsio ad opposita, tamẽ formaliter, & spe-
24 cialiter respondendo, Dico, † quod licet semper pars sit citanda, ut in l de unoquoque. de re iudi. cum alijs superius alleg. illud procedit, quãdo fieret aliquis actus præiudicialis ipsi citando, secus tamen est, quando nullus fit actus, quod posset esse citando pręiudicialis, prout contingit in casu nostro, in quo ut dixi, etiamsi hæres fuisset

fuisset citatus & cōparuisset, nihil penitus po-
tuisset adducere, per quod potuisset obuiare,
huic misioni in possessionem, ut supra osten-
sum est in secundo argumento. pro parte ip-
sius mulieris: pręterea ut dixi in secundo argu
mento, illa clausula, Saluo iure omnium perso
narum, habet uim citationis, et si ipse heres cō
paruisset, & ostendisset de iuribus suis, deberet
obtinere per prædicta, nec poterit conqueri, si
non esse citatus; cum ipsa clausula, ut dictū
est, habeat uim citationis.

25 Nec habet obstare, † q ulterius dicebatur,
misionem in possessionē non posse fieri absq;
citatione. ut in c. quoniā frequenter. ut lite non
contest et in l. fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex
quib. caus. in poss. eatur. quia respondeo, quòd
ipsa iura loquuntur in misione in possessio-
nem, ex primo, uel secundo decreto: quæ insur
gunt, et causantur ab ipsa citatione, et cōtuma-
cia, quæ non insurgit absque citatione præce-
dente: et idcirco, cum citatio sit causa ipsius
26 misionis, & misio sit quid causatum, † est
necesse, quòd prius præcedat causa causans, q̄
causa causata. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procu
rato cum simil. sed misio in possessionem in-
troducta per Statutum Taruisij in bonis mari
ti. pro dote uxoris, et contradote, nō causatur
à citatione, sed causatur ab ipsa dote, quæ abs
que dubio præcesit; neq; attendimus aliquā
cōtumaciam hæredis; sed solum an mulier sit
creditrix in dote, & incontro, quam in casu no
stro sine dubio, ut mihi presupponitur, cōstat
esse creditricem, quia maritus in suo testamen
to, ultra instrumentum dotis ipsius uxoris, si-
bi ipsam dotem legauit & incontrum, & pro
illis, uoluit, ipsam mitti in possessionem bono
rum, in quibus est immissa, quod leg. adhuc sa
tis probat ipsam dotem, & ex eo illa cum incō-
tro debetur ipsi mulieri, licèt aliter per instru-
27 mentum de ea non constaret, † ut plenè not.
per scribentes in d. l. si creditori. ff. de lega. 1. &
in l. j. de dote prælega.

Et idcirco, concludo, summum ius esse pro
ipsa muliere, & ex quo ipse hæres, comparens
contra ipsam misionē in possessionem, nihil
aliud adduxit, aut allegauit, nisi ipsam citatio-
nem de eo non esse factam; dico propter mis-
sionem in possessionem ualere, & tenere, pro
summa dotis, & incontri, non obstantibus his,
quæ in contrarium facere uidentur.

Et ita, ut supra scriptum est, dico, & cōsulo,
Iuris esse, ego Antonius Franciscus de Docto-
ribus de Padua I. V. D. iura pontificia ordi-
nariè legens in fęlicissimo studio Paduano. Et
in fidem pręmissorū propria manu me subscri
psi, & sigillo meo consueto sigillaui, saluo sem
per saniori iudicio. Laus Deo clementiss.

CONSILIVM INCERTI authoris.

ARGVMENTVM.

¶ Quòd pro dotanda nepte, quę procreata nō
erat tempore testamenti, proceditur ad di-
minutionem fideicommissi. Et quando.

SVMMARIVM.

1 *Liberi descendentes à testatore. pro dote sibi ipsis constituēda, fideicōmissum diminuere possunt.*

2 *Filia exclusa à successione, potest ex bonis aui dotem petere, etiamsi diues sit, & habeat, unde aliunde se dotet.*

3 *Pater, uel auus tenetur filiam, uel neptem dotare, & ideo si pater est inops, & auus diues, auus eam dotare tenetur.*

4 *An dos confessata detrahi possit ex fideicōmisso.*

CONSILIVM XCI.

PROPONITVR, auum quen-
dam testamentum condidisse, in
quo filios masculos hæredes uni-
uersales instituit, adiecta substitu-
tione fideicommissaria Inter omnes masculos
descendentes ex ipso. defuncto eo: Vnus ex ip
sis filijs hæredibus masculis uxorem suscepit,
ex qua filiam habuit: Et filia superstite, intesta-
tus obijt. Fratres cohęredes, atque substituti p
fideicommissum, & patrui ipsius filiæ fratris
præmortui, obtenta successione ex causa fidei
commissi prædicti, denegant, uelle cōstituere
dotem nepti pręd ictę ex fratre prędefuncto, in
bonis aui fideicommisso subiectis. Ex ea pri-
mum ratione, quia, uiuente auo, neptis ipsa nō
fuerat procreata: item quia neptis ipsa ex do-
te materna satis decēter potest se dotare Quæ-
ritur igitur, nunquid ex bonis aui, restitutioni
subiectis, ipsa neptis petere posit dotem con-
gruam, licèt ipsa satis honestè habeat, unde se
dotare uidelicet, ex successione materna. Et uī
pbabiliter dici posse, neptem ipsam ex bonis
aui; fideicommisso grauatis, pro dote consti-
tuenda detrahere, posse, quamuis ipsa cōcepta
sit post mortem aui. Et etiam posit, se satis cō
gruè dotare ex bonis maternis. Et ad primum,
quòd satis sit, neptem exclusam esse à succes-
sione aui paterni, ad hoc, ut posit, petere, se do
tari, quamuis concepta fuerit post mortē aui,
quia speciale uidetur in liberis descendentibus
à testatore, ut ipsi, pro dote constituenda pro
1 se ipsis, diminuere posint, † fideicommissum
auctoritate authenticę res, quæ. C. communia
de legatis. not. ibi Bar. Bal. D. Alexan. & cęteri
moderni

moderni, præsertim Do. Iason. Bal & Pau. de Cast. notabilitet in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebelli. & alijs infinitis locis, quæ haberi possunt per scribentes locis superiùs allegatis. Ad secundum, quòd quamuis neptis ipsa posit se dotare ex bonis maternis: Tamen
2 quia nil ex bonis paternis, † ut in facto præsupponitur, retinere potest, propter restitutionem fideicommissi, proculdubio firmari potest, ex bonis aui petere, posse dotem decentem ei cōstituendam esse. Et hoc satis aperta ratione, p tex. in l fi. C. de dotis promis. Vbi licèt filia sit diues, non tamē pater excusatur à munere dotandi: Quia officium est, uel paternū, uel auitum, dotare filiam, uel neptem. l. qui libe. ff. de ritu nup. l. dedit dotē. ff de collatio. bono. Ideo
3 † quando pater est inops, & auus est diues, nulli dubium est, onus dotandi neptem spectare ad auum. Vt planè habetur per moder. scribētes Senenses in eo articulo, An auus teneatur neptem dotare in l. j. ff. sol. matrim. Et ideo in casu nostro, cùm ipsa neptis nil habeat ex bonis paternis, quamuis posset se dotare de bonis maternis: Videtur constanter, dici posse saltem ex bonis aui petere posse decentem dotem sibi constituendam. pro qua sententia multum inseruiunt. not. per Bar. in authen. res, quæ. C. communia de legatis in prin & ea, quæ scribit Alexan. in l. filia. ff. ad Trebel. & Moder. Senen. in repetit. l. cùm auus in 44 & 70. col. ff. de cōditio. & demon. et per multos alios doctores, breuitatis causa omittendos qui tamen de facili reperiri possunt in locis præallegatis.

Et ultra superiùs annotata, de alio dubitari contingit nunquid dos confessionata detrahi,
4 posit † ex bonis, fideicommisso subiectis, ꝙ quidem planè procedere uidetur, ut detrahi posit, si exceptioni non numeratæ dotis renūciatum sit, nel simus extra tempora opponēdæ exceptionis, per doctrinam Bart. in l. assiduis. C. qui potiores in pign. habe. quia isto casu uidetur, dotem confessionatam pari passu procedere cum dote, uerè tradita: & eadem habete priuilegia: et hanc opinionem sentiunt moderni in d. authen. res, quæ. C. communia de lega. pen. coln. et hęc dicta sint causa ueritatis indagandæ.

CONSILIVM V.I.D. IOAN. Campegij.

ARGVMENTVM.

¶ Dos an præsumatur tradita uiro.

SVMMARIVM.

1 *Dos data probari potest ex coniecturis, & indicijs. nu. 2. sic etiam promissa. nu. 3. & 6.*

4 *Pater tenetur iure tantum dare uni filiæ, quantum dedit alteri, nisi probet diminutum patrimonium. & nu. 5.*

CONSILIVM XCII.



HABETVR text. in l. cùm citra. C. de iure dot. & ibi glo. & Bald.
1 † quòd, mulierem fuisse dotatam, probari potest ex coniecturis, & indicijs, quod refert, & sequitur clarissimus, & excellentissimus Campegius in tracta. suo de dote, in ultima parte. q 76. nunc quæritur de concordantibus ad Bald. & qualiter procedāt notata per d. cons. Doct.

Videtur, ꝙ præfata doctrina Bal. & q præmissa potest declarari dnob. modis, primò, si mulier, soluto matrimonio repetat, dotē ab hęredibus mariti, qui excipiunt, quòd ipsa mulier
2 nunquam fuit dotata: † nam mulier ex aduerso probat se fuisse dotatam ex indicijs, ut putà ꝙ maritus eam alimentauit, & nullam querelam fecit de dote præcedente promissione facta de dote, uel diminutione patrimonij patris ipsius mulieris, & ex similibus pręsumptionibus, & indicijs. ut d. Bal. in d. l. cū citra, post glo. Quæ tamen indicia an sint sufficiētia, uel à iure approbata, relinquo in iudicis arbitrio: prout regulariter in materia indiciorum; ut p Bar. in l. fi. ff. de quæstionib. cum sua materia. Secūdo modo potest contingere dubitatio, qñ maritus petit dotem. & pater mulieris negat,
3 promisisse dotem aliquam, † tunc maritus probabit, accepisse mulierem dotatam, uel cū promissione dotis, ex pręsumptionibus, uel indicijs. ut in d l. cùm citra. quæ præsumptiones, seu indicia possunt sumi ex qualitate personarum, si erant paris conditionis uir, & uxor, nō est uerisimile, ꝙ acceipiat illam indotatam. arg. glo. in l. si uoluntatem. C. de do promiss. Item si pater mulieris maritauit aliam filiam cū dote, non est uerisimile, quòd maritauerit istam
4 sine dote, † cùm teneatur de iure, dare tantundem, quantum dedit alteri filiæ, nisi probaret diminutionem patrimonij sui, iux. not. in auth. sed quamuis. C. de rei uxo. act. & in auth. quod locum. C. de colla. & in anth. res, quæ. C. cōmu
5 nia de legat. † Item si pater mulieris soluisset alimenta, uel usuras, quia non præsumitur promisisse sortem pro rata usurarum. arg. no. in l. si certis annis. C. de pac. & in l. cùm quidam. §. Dinus. ff. de usur. Item si mulier tradidisset
6 aliqua bona marito suo † simpliciter, & passa esset, maritum locare, exigere, & alia facere, tanquam de bonis dotalibus, tunc præsumeretur fuisse data in dotem, iuxta distinctionem plenam, quam ponit Bar. in sua q. incip. Mulier habens amplum patrimonium, cū suis concor.

Lt

Et istud est quòd dicitur præsumptionibus & indicijs posse probari dotatam esse mulierem: ut per Bal. in d. l. cum citra.

Io. Campegius.

CONSILIVM D. IO. ANTONII de Aproino.

ARGVMENTVM.

¶ Quando dos ex fraterna communione detrahi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Dos in communi consumpta debet detrahi, uti æs alienum ex omnibus bonis.*

2 *Dote utiliter uersa tenetur ex omni causa, qui aliàs non teneretur.*

3 *Pecunia in rem unius solius correorum uersa, solus ille excutiendus est primo.*

4 *Dos in utilitatem uersa, quomodo probetur.*

CONSILIVM XCIII.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Redemptoris. Respondē do propositæ consultationi, qua hæsitari uidetur, nunquid dos d. Catherinæ Rel. q. Gasparini Scapanelli, data & tradita Iacobo Rho. q. Matthæi ab ecclesia posit, & debeat deduci, & detrahi ex toto cumulo bonorum dicti q. Iacobi, & aliorum fratrum suorum in communione, & fraterna existētium tempore receptionis dictæ dotis, dicēs ipse Iacobus solus, & non alij eius fratres, nec q. Matthæus eorum pater, qui iam prædecesserat, se obligauerit ad illius dotis restitutionē; ut patet eius inser. dotali, attento φ filij, & hęredes præfati, quondā Iacobi prætendunt probare dotem prædictam peruenisse in domum communem, & fuisse uersam in rem, & utilitatem dictæ communionis & fraternæ, & nūc in diuisione facienda inter dictos consortes dotē prædictam detrahi debere ex toto cumulo dictorum bonorum in fraterna existentium.

Eiusdem domini Redemptoris nomine repetito. Dico, & teneo de iure: Quod si probatū fuerit, dotem prædictam delatam fuisse in com munem domum, dictorum fratrum, filiorum præfati q. Mathæi, & uersam, consumptamq; fuisse in domum, & in rem, & utilitatem communem dictorum fratrum, & fraternæ, ac communionis prædictæ illā detrahi, & deduci de-

1 bere, tāquam † æs alienum ex omnibus bonis, & toto cumulo dictæ fraternæ, in ista diuisione inter dictos consortes facienda: ista conclusio probatur, per text. in l. si cum dotē. §. transgrediamur. in fine. Ibi uel siquid in rem patris uersum est. ff. solu. matri. Et ibi hoc notat Bar. in 1. col. in sua distinctione. ibi quandoque solus filius, & in fine dicti membri siue uersiculi: et cum Barto. transeunt ibi omnes scribentes.

2 Vbi traditur regula, † qui aliàs teneri non posset ad dotis restitutionem, quia se non obligauit illam restituere, si dos uersa sit in eius utilitate, tenetur, quatenus in rem eius uersum est, perinde ac si se obligasset. Quod etiam est regulariter uerum in omni alio contractu, & in omni alio casu, prout plenè habetur in toto titulo. ff. de in rem uerso. & c. Quod cum eo. cō probatur hæc sententia, ex notabili decisione tex. in l. unde quæritur. ff. commodati. & quæ ibi not. Pau. de Cast. & Bart. in l. iij. § ubi duo.

3 in 7. q. principali. ff. de duob. reis. † ubi si pecunia, aut alia res, de qua agitur, peruenit ad unū tantum, ex pluribus in solidum obligatis, ille solus tenetur: et compellitur creditor prius facere excusionem contra illum, ad instantiam aliorum correorum in solidum obligatorum, prout signanter declarat Bar. in d. 7. q. & Paul. de Cast. in d. l. unde quæritur. quā legis, simul cum. §. si duobus uehiculum, in l. si ut certo. ff. eo. cōmodati. Et hoc est, ideo quia pecunia, seu res peruenit ad illum, & in rem suam uersa est. Quæ conclusio habet rationem, & æquitatem naturalem; ne isti alij consortes lucrum faciāt cū aliena iactura; quod sequeretur si illa dos, quæ peruenit ad communem utilitatem fraternę, & uersa est in rem eius, non deberet deduci

4 de ipsa fraterna. † Qualiter autem probādum sit istam dotem uersam esse in utilitatem dictę fraternę, nos docent Bar. & Doctores in l. ciuitas. ff. si cert. peta. et in proposito casu probandum est, φ bona mobilia æstimata dotis prędictę sint consumpta in domo prędicta, etiam si ipsa d. Catherina illa consumpsisset. Quoniam consumpsit tanquam bona mariti sui, qui se obligauit ad illius restitutionem. Et tamen cęteri fratres & consortes tenebantur eadem pręstare alimenta, & consequenter ea, quæ pro uictu, & uestimentis cęterisq; alimentis sunt necessaria, prout pręstabant cęteris de dicta fraterna & cōione. Item si probaretur dicta bona mobilia fuisse accepta, p pignore, ad instantiā alicuius creditoris ipsius fraternę, uel si aliter fuissent uendita, uel pignorata ad cōmodū, & utilitatē ipsius Fraternę, in his oībus casibus, & alijs simillib. diceret uersum in utilitatē d. fraternæ; & ex illa, & ex toto cumulo prius, & ante omnia, tanquam æs alienum esset deducenda per iura & decisiones supra dictas.

Laus Deo Redemptori nostro.

Ego Ioan. Antonius de Aproino dico, & cōsulo &c. die 24 Nouēb. 1519. In Villa S. Marci districtus Castrifranchi.

CONSILIVM D. IO. ANTONII de Aproino.

ARGVMENTVM.

¶ Nunquid filię sociorum rusticorum, seu plurium fratrum, existentium in communione, sint dotandæ de bonis communionis, & fraternæ.

SVMMARIVM.

1 *Quòd filia unius ex pluribus fratribus, in fraterna existentibus, debet à patre dotari, nō autem de bonis fraternæ; est uerùm secundum distinctionem hic traditam, quò ad ciues, uel nobiles, quorum filiæ nullas operas ponunt in augendis facultatibus, aut conseruandis; secus in Rusticis, & similibus, quorum filiæ ponunt ad hoc operas, & labores. nu. 2. & per tot.*

3 *Rusticorum puerorum labores, & operæ etiam in custodiendis porcis, anseribus, & similibus, post octauum annum, & etiam ante, æstimationem recipiunt, & cum alimentis præstitis compensantur.*

4 *Puerorum rusticorum, qui excesserunt pubertatem, labores passi in quærendis fructibus cum alijs, & in cultura prædiorum, faciunt, ut ipsi aquè cum reliquis concurrant in diuisione fructuum.*

5 *Mulier obstetrix, uel chyrurgica, uel textrix, aut similem artem exercens, sibi acquirit, non autē lucrum exinde acquisitum tenetur ponere in fraterna.*

6 *Mulieres rusticæ, quæ cū alijs arant, ligonizant, & alios rurales labores exercent, debent & ipsæ, partem laboribus suis congruam habere de fructibus.*

7 *Societas inter rusticos, intelligitur etiam contracta inter fęminas, quæ in similibus laboribus exercentur.*

8 *Qui plus ponit in societate, & fraterna de laboribus, & industria, plus etiam debet de lucro percipere.*

CONSILIVM XCIIII.



IN Christi nomine, Redemptoris nostri. Quanquam uera, & communis conclusio doctorum sit. Quòd onus dotandi filiam unius
1 ex pluribus fratribus,† seu socijs in cōmunione, & fraterna existentibus, pertineat ad patrē, non autem dotari debeat de bonis communionis, & fraternæ. Cùm sit paternū officium dotare filiam. l. obligamur. §. 1. ff. de actio. et obli. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. l. fi. C. de dotis promiss. prout prędictā sententiam firmāt Bart. & Bal. in l. si socius pro filia. ff pro socio sumpto argumento à contrario sensu illius legis. Et Specu. in tit. de iudic. §. sequitur uersic. Quid si unus ex fratribus, & Bal. in l. si patruus 3. colu. C. communia utriusque iudic. et in suo tract. de duob fratribus. 6. col. et Bal. in multis suis consilijs allegatis per Alexan. in suo consi. 87. in 4. uol. & Roma. in suo consi. 281. et Alexan. in suo consi. 104. in 3. uolu et Pet. de Peru. frater Baldi in suo tract. de duob. fratrib. in sexta parte princ. q. 9. in quibus locis traduntur concordantes doctores, qui omnes in hāc sententiam conueniunt. Qui uideri possunt, ideo nō repeto breuitatis causa. Tamen in casu mihi proposito, et super quo fui requisitus, ut cōsulam, quid de iure sentiam. Arbitror prœmissam conclusionem, de iure non ita absolutè procedere: Sed dico, fore distinguendum, pro ut infra: Nā si plures fratres, aut alij socij, stantes simul in communione, & fraterna sunt ciues, aut nobiles, Quorum filiæ non sunt assue-
2 tæ ad aliquam artem,† seu ponere labores, aliquos pro utilitate ipsius communionis, et fraternæ, sed consueuerunt uiuere dignis morib. et officijs industrijs potiùs pro aliquo notabili exercitio, quàm pro lucro suo, aut familiæ; ita quòd ex operis, et laboribus, seu officijs talium filiarum nullum augmentum, nullumq; lucrum obuenire potest ipsi fraternę, & cōmunioni: et isto casu censeo uerissimam esse sententiam communem suprascriptam; uidelicet, quòd onus dotādi nullo modo spectet socijs, seu fratribus, aut alijs in communione, et fraterna existentibus, sed solùm spectet patri ipsius filiæ dotandæ, per plures rationes, & fundamenta iuris uerissima allegata, & adducta per doctores in locis superius allegatis. Sed in pluribus rusticis existentibus in communione, & fraterna, & quorum filiæ à septimo seu octauo anno ultra usque quò nuptui collocantur, continuè exercentur in laboribus maximis, tam agrorum colendorum, aratro, falce, et putatione duntaxat, propter decorum mulierum, excepti, quàm in curā familiæ, regimine domus, & operis muliebribus, pro augmento, & lucro ipsius domus, & fraterna, existimo prędictam priorem sententiam, de iure in hoc ultimo casu non esse admittendam, tāquam iuri scripto, & naturali institiæ contrariam. Nam secundū communes sententias doctorum, certū est pueris, et puellis rusticorum in cōmunione et fraterna existentibus, post octauum annū uel circa, & in aliquibus ante etiam ætatem prædictam, prout malitia, seu natura supplet ętatē,
3 pro earum laboribus custodiendi porcos, anseres, seu alia similia animalia, et greges, alimenta congrua prestari debere, et compensatione legitimam

legitimam admitti alimentorum cum operis,
3 seu laboribus eorum.† Quoniam talium impuberum, existentium supra infantiam operæ æstimationem recipiunt, prout est text. in l. cęterùm. ff. de rei uend. & ibi hoc notat Ang. & tex. in l. fi. § fi. ff. de liberali causa, & tex. in l. si infantis. ff. de usufructu. et consequenter, si per eos fiunt præstitæ operę his, à quibus percipiũt alimenta, compensantur cum ipsis alimentis, prout tenet Bal. in l. si paterno. C. de nego. gestis. & Petrus de Perus. in pręallegato suo tractatu de duobus fratrib. parte 4. q. 5. Sed postquàm pueri. & puellæ prędictorum rusticorũ
4 excesserunt pubertatem.† Quoniam continuè sustinent pondus diei, & estus in quærẽdis fructibus, & in cultura prædiorũ, nec non in alijs operis, & laboribus earum ad lucrum, & augmentum familię: Concurrunt cum alijs consortibus ipsius fraternę, in diuisione fructuũ, prout plenè consuluit Bart. in suo consi. 186. uolu. 1. incip. Cunciarellus. relato per Doctores in locis pręalleg. & maximè per Petrum de Peru. in d. suo tract. par. 4. q. 3. Vbi plenius per eum, sicuti etiam si talis mulier esset obstetrix,
5 uel chirurgica, uel testrix, aut aliam similem industriam haberet, quicquid ex illa arte super lucraretur, & ex opera, & industria sua, non teneretur illud lucrum, exinde perueniens ponere ad commodum dictę fraternæ, prout signãter tradit Bald. in l. . . . . et ideo si mulieres rusticę exercent opera rusti
6 calia, sicut masculi, † quia ligonizant, arant, & metunt, & alia rustica opera exercent, istę tales mulieres debent deducere de fructibus percepitis pro operibus suis partem congruam laboribus earum: ita expressè, & in terminis cõcludit pręfatus d. Petrus in d. suo tract. 4. par. q. 9. sequitur d. Ias. in l. j. in 8. colu. C. qui testa face.
7 pos. Vbi dicit intelligi † societatem etiã inter eiusmodi fœminas, faciunt scripta per Oldra. Bar. & Bal. in d. l. si patruus. C. communia utriusque iudicij, & in d. trac. Bal. de duob. fratribus, ꝙ qui plus ponit de labore, & industria,
8 uel eatenus, † quatenus ponit in communione, & fraterna, eatenus debet de lucro percipere: per tex. in l. si societatem mecum, et l. quod enim. ff. pro socio, adde Ias. in l. ut nemini ad fi. C. de collati. prout boni uiri arbitrio uidebit conuenire, ut habetur in locis prędictis. Ex pręmissis igitur inferendo ad propositam consultationem, cõcludendum censeo. Quòd dicti tutores, & commissarij filiorum q. Victoris Buscardi de Pagnano malè, & iniustè egerint & petierint tertiam partem dotis q. Mariæ filiæ q. Benedicti Busc. eorum cõsortis, ex eo ꝙ prætendant dotem dictæ Marię datã fuisse ex bonis communionis, & fraternę. Ad cuius dotis constitutionem pręfati cõsortes nõ tenebant de iure, secundum communes sententias supra primo loco relatas, sed d. Benedictus tenebatur dotem prędictam constituere de suo proprio patri: non autem de bonis fraternę: quoniam ex quo satis constat prefatam Mariã domi stetit in domo dictorum patris, et consortium semper laborasse & operas suas pręstitisse ad lucrum, & augmentum dictæ fraternæ, prout mihi attestati fuere ipsi iudices arbitri. Certè concludendum est, ipsam etiam potuisse dotari de bonis dictę fraternę. Accedat etiam, ꝙ deducta portione dotis maternæ ipsius Mariæ, prout deduci debet, & fuit expressum in instrumẽto suo dotali: & deducta portione bonorum paternorum ex tota quantitate dictæ dotis, prout deduci debet, quia in ipsa dote cõprehenditur etiam portio dicti Benedicti eius patris, siquid supererit, quòd uideatur, excedere legitimam dotem ex bonis patris, illud, quod excedit, poni debet ad computum laborum, & sudorum ipsius Mariæ positorum in dicta fraterna. Alioquin impium foret, ꝙ ipsa fraterna locupletari debeat ex laboribus dictę Marię. Quę pro dictis suis laboribus debuisset admitti singulis annis ad partem congruã, percipiendam in diuisione fructuum, prout superius conclusum fuit. Congruit igitur boni uiri arbitrio, habere rationem omnium prædictorum. Et si quid superabundare uidetur. ex libris clxxvi. datis in dotem ipsi Marię, deducta portione dotis maternę, prout in instrumento, & deducta cõgrua quantitate proportione bonorum paternorum, illud superabundans attribui debet pro laboribus suis, positis in dicta fraterna. Cùm etiam dicti consortes longè supra fuissent erogaturi alteri puellę, cuius operas conduxissent ad labores, et opera pręstita, per ipsam Mariam: Ex his igitur, & alijs, quę dici possent: ex industria tamẽ prætermissis: Consulo et dico, partes d. iudicum arbitrorum fore, et esse in absoluendo pręfatã Catherinam, & Andream eius uirum ab impetitione filiorum dicti Victoris, seu commissariorum suorum. Et ita pręfatam Catherinam, et Andream absoluere debeant, prout etiam illam absoluit, per eius diffinitiuam sententiam Magnificus, & integerrimus D. Leonardus Fuscarenus tunc dignifs. Pretor Asillanus, & illius sententiam confirment, & laudent, et confirmare et laudare debeant. Laus Deo, Redemptori nostro.

¶ Et ita, ut superius conclusum est, Dico, & consulo iuris esse, Ego Ioannes Antonius de Aproino iurisdoctor Taruisinus, & in fidem manu propria subscripsi, & consueto sigillo roboraui. saluo. &c.

CON-

ALLEGATIONES, SEV CONSIL.
D.Ioan.Ant.de Aproino Taruisini.
In materia Incontri, & Condictionis sine Causa.

SVMMARIVM.

1 *Vxor, uiro uergẽte ad inopiam, potest petere assecurationem dotis, & incontri super bonis uiri, etiam à tertijs personis possessis de iure communi, & Stat. Taruis. & nu. 2*
3 *Condictio sine causa datur ad recuperãdam rem solutam, quæ ad non causam deuenit. 12.*
4 *Solutum ex causa iudicati repeti non potest. si tamen cesset causa, quæ erat tempore sententiæ, solutum repeti potest per condictionem sine causa. num. 5. & 6*
7 *Nemo debet cum alterius iactura locupletari.*
8 *Vbicunque naturalis æquitas suadet, datur actio sine aliqua obligatione.*
9 *Reseruatio iuris in sententia, conseruat ius, & actionem ei, cui facta est reseruatio.*
10 *Intellectus Statuti Taruis. sub Rubr. de Dotibus.*
11 *Nullus potest rem suam condicere, præterquam à fure. ratio. 12.*

CONSILIVM XCV.



LICET causa, quæ uertitur inter Nob. D. Sebastianum de Rouerio, ciuem Taruisij ex una, & Iacobinum, & Bellam fratres, & filios Ioannis Maiochi, & q. D. Cechinæ eorum matris ex altera, super recuperatione, & repetitione certæ petię terræ, de qua in processu, quã condicere, & repetere intendit dic. D. Sebastianus ex causis, & rationibus, de quibus in processu, sit in dubia, & clara. Tam ex iuris dispositione, q̃ ex omni ęquitate, & naturali rõne iustitię. Nihilominus Magnifice & iustissime Prętor pro ueritatis indagatione, allegando ꝓ fauore præfati D. Sebastiani, luce clarius ostendam, ipsum iustissimam fouere causam & aduersarios reos conuentos temerè, et inconsultè resistere, & consequenter eos fore condemnandos iuxta petita: Supposito igitur in facto. Quòd dicta q. d. Cechina aliàs pro eius dote, et incontro fuit assecurata in, et super bonis dicti Ioannis Maiochi, & inter cætera, super petia terræ, de qua in processu: Quam aliàs emerat D. dominus Sebastianus à pręfato Ioanne Maiocho, et illam iure dictæ emptiõis tenebat, et possidebat, ut patet ex processu, et rursus supposito etiam, quòd dicta q. d. Cechina decessit, relictis post se ex dicto Ioanne eius marito præfatis Iacobino, et Bella filijs suis: Adeò quòd de iure incontrũ dotis non debetur præfatę d. Cechinæ, nec filijs suis pręd ictis, ut clarè est decisum per Statutum Taruisinum, innõto instrumento dotali, sub hoc pacto, & cõditione celebrato inter dictos cõiuges. Clarum est de iure ꝙ D. D. Sebastia. potest repetere, condicere, et recuperare dictam petiam terræ sibi ablatam per d. q. d. Cechinam, et ad illam recuperãdam competit ius et actio, prout inferius demonstrabitur. Nam licèt † d. q. d. Cechina uiuens potuerit petere assecurationem dotis, et incontri super bonis Ioannis eius mariti, uergentis ad inopiam, tam ex forma iuris communis, ut plenè traditur in l. si constante. cum sua amplissima materia. ff. solu. matr. et in l. ubi adhuc. C. de iure dotium: Quàm ex dispositione Statuti Taruisini positi in lib. 2. tracta. 4 cap. 7. sub Rubr. de dotibus, qualiter exigi debeant, &c. etiam habendo regressum contra tertios † possessores dictorum bonorũ, ut dicit imperator in d. l. ubi adhuc, et not in d. l. si constante per Barto. et scribentes. Tamen ex quo d. q. d. Cechina decessit, superstitibus filijs ex se, et d. Io. Maiocho eius marito, uidelicet, dictis Iacobino, et Bella, et consequẽter cessat incontrum, seu donatio propter nuptias, ut cõstat ex pacto dotali celebrato inter d. cõiuges: Et consequenter dicti filij, et hæredes d. D. Cechinæ plus possident, quàm eis debeatur, cùm dictum incontrum eis non sit ullo iure debitũ. Dico, quòd præfato D. Sebastiano, à quo accepta fuerat, et ablata d. petia terræ, tanquam à tertio possessore, quia cætera bona mariti non sufficiebant pro d. assecuratione dotis & incontri, † Datur condictio sine causa ad recuperandam dictam petiam terrę. per tex. notabilem in l. si fullo, cum ibi plenè traditis per Bar. et alios. ff. de condictione sine causa, et ꝑ tex. in l. incommodati in fi. ff. cõmodati, et not. Bart. idem repetẽs in l. j. § & parui in fi. ff. quod ui, aut clam. et in l. si fine. in 1. colu. post glo. quę id tangit. ff rem ratam habe. Nam licèt solutum ex causa iudicati, non possit repeti l. j. C. de condic. indebit. et l. ij. C. de compensa. et l. si fideiussor. §. in omnibus ff. mandat. cum simil. Tamen, quando causa, quę erat tempore sententię, cuius uigore fuit solutum, nunc cessat, et sic causa deuenit ad non causam, tunc habet locum condictio sine causa, † et repetit solutum; casus est notabilis in d. l. si fullo. de cõdict. sine causa, et in d. l. in commodati in fi. ff. commodati, quas leges nõ induco aliter, quia sunt clarę, et faciles intelligentię, et plenè declarat Bar. in d. l. si fullo, et in alijs locis supraallegatis: Per quæ iura in terminis deciditur casus noster: Nam quando d. Cechina petijt assecurationem suæ dotis, et incontri propter ea, quia maritus urgebat ad inopiam, ecriè fuit rectè, ac iustè assecurata pro dote, et incõtro; quia

quia licèt dicto tempore haberet filios, tamen quoniam dicti filij potuiſſent mori ante patrẽ, & matrem, & ſic fuiſſet caſus q incontrum deberetur, iuxta formam pacti dotalis: ideo de iure meritò fuit aſſecurata non tantũ pro dote, ſed etiam pro incontro: & conſequenter ſi bona mariti non ſuppetebant, potuit & debuit iudex, & magnificus prætor Aſillanus uenire ad tertios poſſeſſores bonorum dicti mariti, & ſic ad dictum D. Sebaſtianum: & in hoc dicta ſententia magnifici Do. Prætoris Aſillani, qua pronunciauit dictam Cechinã aſſecurandam fore pro dote, & incontro, fuit iuſta, & æqua, per rationem prædictam, quia filij potuiſſent præmori: Sed mortua dicta Cechina ſuperſtitibus dictis filijs ſuis Iacobino, & Bella, certum eſt q incontrum dotis nõ debetur,
6 & ceſſat, & ſic cauſa, † quæ ſuberat & ſubeſſe poterat ipſius ſentẽtię, nũc ceſſat & deuenit ad non cauſam. Ideo datur repetitio, ut inquit tex. in l j. in fi ff. de condic. ſine cauſa, & notat Bar. & ſcribentes in d l. ſi fullo cum alijs ſupra allegatis, & per iſtam condictionem non impugnatur prima ſententia, immò fatetur fuiſſe iuſtã propter cauſam, quæ tunc ſuberat: quæ nunc eſt deducta ad non cauſam, ita declarat ſignanter Bar. in d. l. ſi fullo, & in alijs locis prę allegatis: & per p̄dicta apparet, q conſultores dictorum Iacobini, & Bellæ ſatis inconſultè negabant poſſe competere actionem dicto D Sebaſtiano, ad repetendum, & recuperandum dictam partem præfatæ ſuæ petiæ terræ. Quia immò eidem competit condictio ſine cauſa, per prædicta, & per exempla iuriſconſulti in d. l. ſi fullo. de condict. ſine cauſa. & in l. in commodati in fin. ff. commodati. Amplius dico, q etiam alia competeret, & competit actio ipſi D. Sebaſtiano contra prædictos reos conuentos, uidelicet, quia competeret actio in factum datiua ex æquitate naturali, ad conſequendum & repetendum d. partem præfatæ ſuę petiæ ter
7 ræ, † quę reperitur eſſe penès dictos Iacobinũ & Bellam, & qui locupletantur ſine cauſa & legitimo iure cum aliena iactura, & ſic cum iactura ipſius Dom. Sebaſtiani, per notata per Bar. in l. eum quis, in 7. colu. uerſi. fient enim dictus conditor &c. C. de iuris & facti ignoran. Vbi concludit, quòd imperator dat, & introducit actionem ſine aliqua obligatione natura li ſubſiſtente, ubicũque æquitas naturalis hoc
8 ſuadet, † facit tex. cum ſua mat. in l. ſi me, & titium. ff. ſi certum petat. iuncta l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. Cum enim dicti Iacobinus, & Bella nunc reperiantur tenere, & poſſidere dictam partem dictæ petię terræ pro dicta aſſecuratione dotis, & inconꝰri, habeantq; tm̃ de bonis Ioan. Maiochi eorum patris, quãtum eſt pro dote, et longè ſupra, ut patet, per æſtimationẽ bonorũ, ſuper quibus fuerat aſſecurata eorum mater, et dictum incontrum de p̄nti ceſſet, put ceſſat, certè p̄fatus D. Sebaſtianus remanet in damno, & cum iactura d. petiæ terrę ſibi ablatæ, quam emerat ut patet in proceſſu. & ipſi Iacobinus, & Bella locupletantur indebitè cũ iactura d D. Sebaſtiani, Certè equitas. & naturalis iuſtitia dictat, q p̄fato D. Sebaſtiano conſulatur, et detur actio ad repetendum, et conſequendum illud, qđ d ſui aduerſarij ſine aliqua cauſa poſſident cũ damno, & iactura ipſius: prout ſuperius demonſtraui: Accedat et tertiò qa adhuc alio iure, & remedio conſulit ipſi D. Sebaſtiano ad repetendum, & recuperandum dictam ſuam petiã terræ. Nam tpe quo Magnificus. D. prætor Aſillanus per ſuã diffinitiuã ſententiã aſſecurauit d. q. Cechinam, pro illius dote, & incontro ſup dictis bonis, dictã aſſecurationẽ fecit cum reſeruatione iurium ipſius D. Sebaſtiani, put clarè dicunt uerba d. ſententiæ: Quò fit, q uirtute dictę reſeruationis ius & actio competat ipſi D Sebaſtiano ad recuperandũ, & repetendum dictam ſuam petiã terræ. & cõpetit ſibi actio in rem, ſiue rei uendicatio uirtute contractus, ſiue emptionis, uidelicet, quia emit dictã petiam terræ, à p̄fato Ioanne Maiocho, & eſt effectus dñs per traditionẽ ex §. per traditionẽ in iſt. de rerũ
9 diuiſ Quia dicta reſeruatio conſeruat ius, & actionem † ei, cui fit dicta reſeruatio, ut inquit tex. in l Bebius. ff de pactis dot. & not per Bar, & ſcribẽ. in l. ille, à quo §. ſi de teſt. ff. ad trebel. & in l. prætor ait. in princi. & in l qui uias §. r. ff. de damno infec. & conſuluit Bal in ſuo cõſi. 62. in 3. uolu incipit quidam D. Galeatius &c. Sed certum eſt, q tempore dictæ aſſecurationis ſi incontrum non fuiſſet debitũ. prout nõ debetur de præſenti propter ſuperexiſtentiam liberorum, d. D. Cechina nõ potuiſſet auferre dictam petiã terræ p̄fato D. Sebaſtiano: ergo nunc, q certum eſt, q dictũ incontrum ceſſat, d. D. Sebaſtianus põt ſuo iure ſibi reſeruato uti uigore dictę reſeruationis recuperare dictam petiam terrę, maximè cũ remanſerit ſem per dñs ipſius petiæ terræ, qa per dictã aſſecurationem dñium rerũ, ſuper qbus aſſecuratur mulier in bonis mariti pro dote, & incõtro, nõ tranſit in ipſam mulierem, ſed trãſit nuda poſ-
10 ſeſſio, ut ſonant uerba dicti Statuti Taruiſini, dũ diſponit mulierẽ mitti debere in poſſeſſionẽ bonorũ dicti mariti, uſque ad ſummã dotis & incõtri, ad hoc, ut de fructu ipſorũ bonorũ ipſa mulier ſe & maritũ, ſi cũ ea habitauerit, & ſuos alat &c. Ecce ergo, q nõ trãſit in ea dñm dictorum bonorũ, quin illę ſibi non dant in ſolutum, ſed ſolũ mittit in poſſeſſione, ut ex fructibus alat ſe, & ſuos, & pro ſua aſſecuratione, & ita hoc caſu tenent Bar. & omnes ſcribentes

In l. si constante in 4. parte princip. dum tractat de effectu repetitionis in secunda q. dictæ partis. ff. soluto matrimo. sicut quando mulier uentris nomine in poss. mittitur. l. j. § ante præalleg. ff. de uentre in poss. mittendo, & sicut partus ex carboniano edicto, ff. ad carboni. quæ possessiones ius non tribuunt, nec transit dominium, ut in dictis iuribus notatur, sed solùm ex fructibus aluntur, donec aliud decernatur. Nec obstat si opponeretur, quòd si dominium non transit in mulierem. & quòd præfatus dominus Sebastianus remãsit dominus, ergo falsum est, quod posit habere condictio
11 nem sine causa, ut supra † conclusi; Quia nullus potest condicere rem suam præterquam à fure, & nulla condictio competit domino uolenti condicere, nisi à fure. §. sic itaque. instit. de actionibus, & l. si. ff. Vsufructu quẽadmodũ usufr. caueat iuncta. l. j. ff. de condictio. furtiua cum si. Quia respondeo, quòd non condicit,
12 nisi possessionem quæ sibi fuit ablata, † fuit enim sola possessione rei suæ priuatus, & illa reperitur esse sine causa penès aduersarios, quia causa deducta est ad non causam, & illam rem suam ratione solius possessionis condicet, & repetet per tex. notabil. in materia in l. indebiti. § sed etsi nummi. ff. de condict. indebi. & ibi hoc notat Bar. soluendo hoc modo dictũ contrarium, & sequuntur alij. et per prædicta sit, & remaneat exprobata incredulitas, & falsa opinio illorum, qui dicebãt nullam de iure posse competere actionem præfato domino Sebastiano, ad repetendum dictam suam petiam terræ. quia ut prædictum fuit plures actiones, & multa eidem competunt remedia de iure, ex quibus redditur causa ipsa sine aliqua dubitatione, cum ipsa solùm consistat in maxima æquitate scripta, et naturali iustitia, in cæteris suppleat sapientia magnifici, & integerrimi domini iudicare debentis. Laus deo Redemptori nostro.

CONSILIVM EXCELLENTISSIMI D. Petri Pauli Parisij Calabri.

In Causa illorum de Martignago; in quo plures examinantur articuli; uidelicet

An in Casu testamenti de quo quæritur sit inductum FIDEICOMMISSVM? Item

An FOEMINAE descendentes ab ipso testatore IN INFINITVM posint petere se DOTARI, uel pater eorum posit illas DOTARE DE BONIS FIDEICOMMISSI. An uero illæ solæ fęminæ descendentes, quę erunt NATAE TEMPORE TESTAMENTI, & MORTIS dicti TESTATORIS. Item

An PROHIBITIO ALIENATIONIS facta à testatore, ultra fideicõmissum per eum dispositum IMPEDIAT NE FOEMINAE DESCENDENTES DOTENTVR DE BONIS FIDEICOMMISSI. iuxta dispositionẽ. Auth. Res, quæ. C. communia de legat. Item

An dispositio dictæ auth. habeat locum in DOTE CONFESSATA.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis facta filijs, sub nomine proprio, non extenditur ad ulteriores in gradu. fallit nu. 15. 16. et 17*

2 *Dispõ testatoris limitata ad filios nascituros ex tali uxore, non extẽditur ad nascituros ex alia.*

3 *Legitima debetur filio, reiecto omni onere, & grauamine.*

4 *Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro dote restituẽda uxori grauati, siue ẽt eius filiab. constituenda. 5. fallit ut infr. nu. 29. usque 32*

6 *Voluntas testatoris attendi debet, maximè in fideicõmissis; ne dum expressa, sed etiam coniectu rata. 7. potius quam uerba 8.*

9 *Probibitio alienationis, ut bona conseruentur in familia, est apta inducere fideicõmissum, quod gradatim & successiuè ad omnes masculos descendentes perueniat, ut bonorati, et grauati uideantur. 10. 12. & 13. 20*

11 *Fideicõmissum inductum per prohibitam alienationem, ut bona conseruentur in familia, dẽtur etiam non secuta alienatione.*

14 *Non uidetur grauatus, qui non fuit bonoratus. fallit quando per prohibitam alienationem gradatim fideicommissum inductum est.*

13 *Prohibitio alienationis limitata & ad certã personã, extẽditur ẽt ad descendẽtes, si apparet de mente testõris. 16. quando s. uult, ut cõseruẽtur bona in familia; uel aliter apparet de ipsa mẽte.*

17 *Probibitio alienatiõis ext. familiã nõ extẽditur ultra quartũ gradũ, post primũ prohibitũ; secus si prohibeat testõr liberos uel herodes, ut bõa ad descẽdẽtes ppetuò puẽniãt. Bar l. aut. de rest. fideic.*

18 *Dictio, ad hæredes suos masculos; intelligitur de oĩbus descendentib. usq; in infinitũ. 19. præsertim cum sumus in materia de sui natura transmissibili ad omnes descendentes. 21. 22*

20 *Hæc uerba. Tadeus gaudeat talia bona; inducunt hæredis institutionem, & dispõnis ualiditatẽ.*

23 *In fauorabilib. et ijs, q̃ tẽdũt ad honorẽ, et cõmodũ, appellõ filij nascituri ex tali, extenditur ad nepotes, et alios descendentes, rationibus ut ibi.*

24 *Appellõne filiorũ ueniũt nepotes, et descẽdẽtes, ubi eadẽ est mẽs testõris in oĩbus descendentib.*

25 *In legitima computãtur omnia exacta, et cõsumpta per eum, cui debentur in bonis alicuius.*

26 *Legitima non detrahitur per electionem bonorũ factam ab eo, ad quem ipsa spectat.*

27 *Trebellianica cessat, ubi prohibita est bonorũ alienatio; & quãdo quis est hæres particularis. 28*

29 *Dot*

29 *Dos non potest detrahi, uel constitui in bonis,*
fideicommisso subiectis, quando quis duxit uxo
rem post mortem testatoris, & post onus fidei
commissi: Aut quando testator expressè etiam
ex cã dotis dicta bona alienari posse prohibuit.
30 *Aut quando dos est confessata.* 32
31 *Solutione eius, quod debetur, omnis oblõ tollitur.*
Exceptionem dotis non numeratæ qui non op-
ponit intra tempora præstituta, sibi præiudi-
cat, non autem tertio creditori, etiam si tempo
ra sint decursa. 32. 33
32 *Dos confessata non subuertit, aut diminuit fidei*
cõmissum, nõ enim ex ipso restituenda est, licèt
marito cõfitenti de receptione pˀiudicet. 33. 34

CONSILIVM XCVI.

REDEMPTORIS nostri inuo
cato suffragio: In hac cõsultatiõe
prima facie dicendũ vr̄: Quòd ser
Petrus de Cataneis gener. q. ser
Antonij de Martignago consequi debeat dotẽ
promissam D. Marinæ suę uxori, filiæ d. ser An
tonij, & dotẽ D. Criseidis matris d. D. Marinę,
quam d. ser Antonius maritus Criseidis habuis
se, & recepisse confessus est. primò, quia nõ vr̄
fuisse factũ aliqđ fideicõmissum in testõ q. D.
Ioannis de Possagno Ataui ser Bernardini, &
ser Antonij, in bonis ꝑ ipsum testõrem relictis
q. Tadeo eius filio, à quo ipsi ser Bernardinus,
& ser Antonius descendunt. Scđò, qa ẽt si
aliqđ fideicõmissum fuisset factũ, fuit limitatũ
ad ꝑsonã d. Tadei, et ideo nõ cõprehendit eius
nepotes, et descendentes, q vñr in pñtiarũ esse
1 in quarto gradu; † ut est tex. in auth. de restitu.
fideicõm. §. nos igit̃. & ꝑ Bar. in l. filiusfamilias.
§. Diui. col. fi. uers. quærit Dyn. ff. de lega. 1.
Tertiò vr̄ intentio Bernardini excludi ex his,
quæ hñr in l. filius. §. siquis ex certa. ubi scrib. ff.
de lib. & posth. ubi Doc. nolunt per illum tex.
dispõnẽ testõris limitatã ad filios nascituros;
2 ex † tali uxore, nõ extendi ad filios nascituros
ex alia. qđ vr̄ esse in casu nostro; attẽtis uerbis
testamenti dicti q. Ioannis Ataui. Quartò cõ
probantur ꝑdicta; nã d. Ioannes testõr, Atauus
erat ditissimus, & habebat multa bona; ut pa-
tet in inuentario ipsorũ bonorũ cõfecto, ipsõ
uiuente, q b. bonis consideratis, bona ꝑ ipsum
testõrem relicta Tadeo, non capiebãt legitimã
iure naturę ipsi debitã. Quo casu sup talib. bo-
nis ipsi Tadeo relictis, nõ excedentib. legitimã
iure naturę sibi debitã, onus aliqđ fideicõmis-
si, & grauamen apponi non potuit ꝑ testõrem
patrẽ. Certum est em̃, ꝙ filius debet cõsequi le-
gitimã ꝑdictam sine aliquo onere, & si onus &
3 grauamẽ apponit̃, † illud reijcit̃. l. qm̃ in prio-
rib. l. oĩmodo. l. sancimus. & authẽ. nouissima.
C. de inoff. testa. Ex hoc infert̃, ꝙ ẽt si fideicõ-
missum, & grauamen fuisset appositũ, non dẽt
attendi. Quinimò suadentur ꝑdicta, nã ẽt si dicta
bona relicta Tadeo fuissent grauata onere fi-
deicõmissi, tñ in casu pñti vr̄ cessare, ꝑ text. in
4 auth. Res, q̃. C. cõmu. de lega. † ubi bona subie
cta fideicõmisso pñt obligari, et alienari ꝓ do
te restituẽda, quã grauatus recipit à sua vxore;
unde ser Antonius descendens à d. Tadeo po-
tuit dicta bona obligare ꝓ restõne dotis, quã
recepit à dicta D. Criseide eius uxore.
Vltimò, idem dicendũ vr̄ respectu dotis ꝑ ip-
sum ser Antoniũ ꝓmissæ D. Marinæ eius filiæ,
ꝑ d. authẽ res, q̃. & in corpore, unde sumit̃. ubi
5 † hr̄, bona subiecta restõni posse alienari, & o-
bligari ꝑ grauatũ, ꝓ dote cõstituẽda filię gra-
uati. His tñ non obstantib. contraria opin de
iure vr̄ uerior. Ad qđ demonstrandũ primò ad
ducit̃ illa cõis conclo, uolẽs, uolũtatẽ testõris
6 debere attendi, † & maximè in fideicõmissis.
l. non aliter. ff. de leg. 3. l. in condõnib. ff. de con
dit. & demon l. pen. ff. de leg. 1. l. cũ qõ. in fi C.
de legat l. hr̄des mei §. cũ ita. ff. ad trebell & ne
7 dum attendit̃ expressa uoluntas, † sed ẽt tacita,
q̃ colligitur ex coniecturis. l. cùm proponeba-
tur. l. q solidũ §. 1. ff. de lega. 2. cũ alijs adduct.
ꝑ Socci. in cons. suo 1. et cons. 77. in 3. uol. &
cons. 4. incip. uiso testõ in 1. uol & per eundem
cons. 251. incip Qm̃. uersic. confirmatur. in 2.
8 uol. et ideo potius attẽdimus in fideicõmissis
uoluntatẽ testatoris, q̃ uerba. l. cum uirũ. C. de
fideicõm. l. iij. §. condõ. ff de adim. lega. Quib.
stantib. in pñti casu considerare debemus, an
ex uerbis, & mente d. Ioannis primi testatoris
uideat̃ esse iniunctum fideicõmissum in bonis
relictis Tadeo eius filio: Circa qđ dr̄, ꝙ uerba
dicti testamenti disponũt fideicõmissum fore
inductũ 1. in uers Item nolens d. testator: Vbi
disponit̃ per uerba directa ad possessiones &
res, ꝙ possessiones relictę Tadeo, et in quibus
fuit institutus, non exeant domũ testõris, ꝓhi
bendo alienationẽ dictarũ possessionum taciẽ
dam ꝑ ipsum Tadeũ: q̃ prohibitio de non alie
nãdo cũ causa, ne Bona EXEANT de FAMILIA
seu domo testatoris, & consequenter sapiens
9 affirmatiuã, idest, ut bona cõseruent̃ ĩ familia,
& domo; nã ꝑ talem conseruationẽ dñr nõ exi
re de familia, et domo, est apta ĩducere fideicõ
missum. l. ẽt hoc modo. l. et eo modo. ff. de leg.
1. l. fideicommissa §. hęc uerba. l. pr̄ filium § ma
ter. & ibi Bar. in ult. oppo ff. de lega. 3. l unũ ex
familia. §. fi. l. codicillis. §. mater. ff de leg. 2. qđ
fideicommissum resultat gradatim, & successi-
uè ad oẽs masculos descendentes ex Tadeo: Ta
10 liter † ꝙ oẽs uidentur prius bonorati, & post-
modũ grauati onere fideicõmissi. l. peto § frã
tre. ubi Bar. ff. đ leg. 2. et plenè ꝑ Alex. & Socci.
in l. q Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. oblig. &
per moder. et repet. in dicto §. Diui. cum alijs

adductis per D.Philip.Corn.consil.22.incip. in hac consultatione,& cons.59. incip. diui.in 2.uol.& consi.230.incip.quanquam. in 2.uol. & per Socci.cons.suo 12.incip.Præsens cõsultatio in 3.uol.& per D.Phil.Decium cons.23. & consi.55.col pen.in 1.uol.et adeo per dictã prohibitionem alienationis factam eum causa,ne bona exeant familiam seu domum,& cõsequenter ut conseruētur in ea, inductum fuit,
11 fideicommissum,& ualidũ, † ut ēt non secuta alienatiōe debeatur.ut sunt tex.clari sup.adducti,& declarant Alex.et Socci.in d.§.cohęredes, & reliq scrib.post Bar.in d.§.diui. Et considerandum est,nã hic testator incępit à fideicommisso,ne possessiones exeant familiam, uel domum,et demũ ꝓhibuit alienationē.quæ si expressè adhuc ꝑ testōrem non fuisset ꝓhibita, tñ tacitè ꝓhibita censebaē, per illa uerba ꝓcedentia,nolens ꝙ d. possessiones exeant &c. Et ideo tale fideicõmissum nõ dēt restringi ad casum alienationis tm̃: Nã ualidum est,ēt alienatione non secuta;ut hr̃ in locis ꝓdictis. Quãto magis in casu nr̃o,ubi facta fuit alienatio, seu obligatio,& hypotheca Item ꝑ talē ꝓhibitionē de non alienando, inductũ fuit fideicõmissum gradatim, dum testōr uoluit bona ꝓdicta non exire eius domũ,& familiã,& conseruari in illa conseruari,&penès masculos;quo fit,ut oēs uideātur grauati gradatim.l.fi.C.de uerb. sig.l.gallus.§ qdã rectè,ubi scrib.ff.de lib.&posthu.et bonus tex.in d.l.peto.§.fratre.et ꝑ Bar. et Do.Socci.in l.si cognatis.ff.de reb.dub.et ꝑ eundē in d.§.cohr̃des.& in cons.suo 22.palle.& cons.43.col.7.et 4.in 3.uol.et cons.49.inci. capio primum.col.1.in 1.uol.Quod ēt suadeē, et clarius ex uerbis d.testōris ĩ uers.seq.ubi uoluit,ꝙ Tadeus gauderet dictis bonis cũ hr̃dib. suis masculis,q̃ qualitas masculinitatis adiecta apparet fauore masculorũ,& agnationis,& ut
13 bona † conseruenē in familia.§ cęterũ. & § media.instit.de legit.agnat.success.l.j.§ pen.ff.de uent.inspic.&ꝑ Io.And in addi.ad Spec.in tit. de success.ab intest & ꝑ Bal in l.maximũ uitiũ. C.de libe.ꝓte.et ꝑ Socci.in d.cõs.12.et cõs.63. inci.Visis testõ.col.9.et seq.in 4.uol.et per Deciũ.consi.15.& 23.in 1 uol.et ideo gradatim ur̃ esse fideicommissum istud iniunctum scd̃m Pau.de Cas et alios.in d.§.qdã rectè.&Doc.in d § cohæredes.et ex hoc tollitur, qd̃ dici posset,ꝙ iste ser Antonius nõ ur̃ grauatus, ex quo
14 non fuit honoratus.† uulg.l.ab eo.C.de fideicõmis.Nã tollitur obiectio,stantib.dictis coniecturis,ꝑ quas censenē gradatim, & successiuè prius honorati,et postmodũ grauati,et ita limitatur d.l ab eo.scd̃m Moder. Perus.ibi, et scd̃m D.Phil.Corn.cõs. suo 146.col.2. et seq. inci.in hac consultatione.in 2.uol.et cõs.273. in 4.uol.et per D.Socci.in d.cons.14.in 1.uol.

& d cons.12.& 63.in 4.uol.Vnde cùm ex ꝓdictis inductum fuerit fideicõmissum, factũ, ne bona exirent familiam,et domũ testatoris,certum erit, ꝙ erit locus fideicõmisso dupliciter: primò, ꝙ ꝗa ipse ser Antonius mortuus est sine masculis,et ideo scd̃m uoluntatem testōris bona relicta Tadeo, q̃ peruenerunt ad ipsum ser Antoniũ,debēt uenire ad ipsum ser Bernardinum,exclusa d.Do.Marina fœmina,q̃ penitus excludiē ex uoluntate testōris,uocantis masculos ut plenè hr̃ in consilijs,et locis supr.adductis. Itē et secundò, ꝗa ipse ser Antonius obligauit,uel alienauit dicta bona,qd̃ facere nõ potuit,tanq̃ ꝓhibitus. Quibus non ob.si huic ultimo fundamento diceret ꝙ solum fuit ꝓhibitus alienare d.Tadeus,et non alij,Vnde talis ꝓhibitio personalis, et limitata ad eius personã, non dēt cõprehendere suos descēdentes, et po
15 steros † scd̃m Bar.in d.§.Diui.cum alijs adductis supra,in 2.argõ,facto pro contraria opin. nam obiectio ꝓcederet,si aliter non constaret de mēte testōris, qñ aũt constaret, testatorem uoluisse, talem ꝓhibitionē trãsire ad nepotes,
16 et descendētes, tunc nedũ cõprehendiē ille expssè ꝓhibitus,sed ēt includunē alij sui descēdētes.ita Alex.in d.§.Diui.col.8.uer. item tetigit hic Dy.et ibi nouiss.repet.car.9.colu.3.seq.& seq.uers.aliqñ.et 4. Volentes,ꝙ si filius est prohibitus alienare,causa adiecta ꝑ testōrē,uolentem bona sua remanere penès illos de familia sua,tali casu ꝓhibitio ista extēdiē ad nepotes, et alios ulteriores in gradu ; qm̃ ratio adiecta huic ꝓhibitioni extēdit uires illius ad oēs ulteriores in gradu; adducunt iura,rõnes,et decisiones, ut ꝑ eos, quod est ꝓpriè in terminis nr̃is;quæ opinio cõprobari põt ex his, quæ dicit Pau.de Cas.cons.12.in fi.incip. Videtur dicendũ.et ꝑ Francis.de Curte cons. suo 40.col. 8.uers.qd̃ esse.et ꝑ D.Phil.Corn.cõsi.suo 38. inci. placet.in 1.uol.ubi limitant dictũ Bar. in d.§.Diui.et tex.in d.§. nos igiē. in auth. de restitu.et ea,q̃ parit.qñ constaret ꝑ coniecturas, testatorem aliud uoluisse,et in simili faciūt nota ꝑ Bar.in l.pater.§.fundus.ff.de lega.3.et per Alex.consi.59.in 2.uol.Preterea tollitur obiectio, nã posito,ꝙ testator ꝓhibuerit alienatio
17 nem extra familiam,† et talis prohibitio nõ se extendat ultra quartum gradum,pet text.in d. §.nos igitur,tñ adhuc habemus intētum;nam: considerata descendentia,et arbore illorum,q̃ descenderunt à dicto testatore, et à dicto Tadeo,ipse ser Antonius non est extra quartum gradum ; Ergo ipse comprehenditur,et consequenter alienare non potest. text. enim in d.§. nos igitur uult,ꝙ illa prohibitio non extendaē ultra quartũ gradum,post personã primò prohibitam,et ibi declarat Ang.colum.fi.et Alex. consi.mihi 57.incip.consideratis uerbis testamenti

menti in 1.uol.col.1.& idem Alex.consi.15.in cip.cōsideratis uerbis col.1.in 2.uol.&moder. repet.in d §.diui,loco & uers.pallega. unde cū quartus gradus cōprehēdatur post personam, primò ꝓhibitam, sine aliquo scrupulo cōprehendit ipse ser Anto. q est infra quartū gradū post psonam d.Tadei,primo loco ꝓhiberi. Insuper considerando uerba testōris in uer.Item uoluit;patet ultra illud, qđ dixit in precedenti uers.ꝙ possessiones relictę Tadeo, non exeant domū suam,& ultra ꝙ ꝓhibuit alienationem, qđ ēt noluit inducere fideicommissum successiuè,& gradatim in descēdentes ex ipso Tadeo ex illis uerbis,ibi predictas possessiones d.Tadeus gaudeat cū hǽdibus suis,si quos masculos habuerit &c. p q uerba ondītur testōrē uoluisse

18 Tadeū,† & successiuè eius hrdes masculos gaudere dictis bonis;quę dispō debet intelligi gradatim,& ordine successiuo . & plenè hr.in d.§.qdam rectè & d.l.fi.C.de uerb.sign. & illa dictio, Haeredibus suis masculis,capit

19 † oēs descendentes, ne dū primos ; sed usq; in infinitū l.in annalib. C.de lega. & qa sumus in fauorabilib. & in materia apta transire ad oēs in infinitū.ut not.in d.§ quidā rectè , & §. ēt si parente.in d.l.Gallus,ex qua ulti. clausula testamenti declarat̄ ꝓcedens ; in qua testōr inhibuit alienationē Tadeo, ad effectū ne bona exirent domū,seu familiā,& ut ēt hrdes masculi Tadei gauderent dictis bonis,qđ utiq; esse nō posset, nisi fideicōmissum esset inductū gradatim, & successiuè,ne dum in personā ipsius Tadei,sed ēt in personā masculorū descendentiū ex ipso.

20 et illa uerba gaudeat † dictas possessiones &c. Inducunt hrdis instōnē,& ualiditatē dispōnis; scdm ea,quę dicit Alex.consi.18.incip. sup primo dub.col.pen.uersi. circa tertiū dubiū, in 5. uol.nbi de hac dictione, Gaudere,& iuxt ea, q dicunt Moder.repet in l.Titia.2.§.Titia. col. 6.uers.& ista oīa pnt induci.ff.de leg.2.Cōprobantur ista ꝓdicta; dū enim Ioannes testōr ꝓhibuit ista bona alienari,ne eius domū exirēt , & sic,ut in familia conseruarent,et ulterius uoluit,ꝙ dictas possessiones gauderet Tadeus cū suis hrēdib. certè uocauit ordine successiuo,& gradatim oēs descendentes masculos d. Tadei. l.ex facto.in fi.ff.ad trebel & p Abba.& alios.ī c.in pñtia.de ꝓba.col.7.p Bar.Alex.& oēs,maximè Ias.in d.§.ēt si parente.col.5.uer. extr.gl. cū seq.& maximè, qa sumus in materia de sui

21 natura trāsmissibili ad oēs descēdentes,† & ēt adest uoluntas testōris,unde lȳ. Dictio, Suis haeredibus, non finit̄,nec limitat̄ in primo hrde,sed in oīb. descendentib. usq; in infinitū d.l.in annalib.C.de legat ubi Doc.& bene per Alex.cōs.37.incip.uiso themate,& cōsi. 94.incip.Dñi Saluatoris col.4.in 3.uol. In terminis

22 etiā nostris uerbū, Haeredes, cōprehendit descēdentes masculos ex Tadeo q ne dum primi ueniunt,sed oēs in infinitū. gradatim tñ,& ordine successiuo.Tex est in anth.de hrdib. ab intest.§.1 & p Alex d.cōs.18.in fi.& cōns.64. incip.difficultas.in 5.uōl.& p Franc. de Curte cons.42.col.4.in fin.& p Deci.consi.38.incip. circa primū.in 1.uol.& p Socci.cons 57.incip. in casu nu.6.et 7.in 3.uolu. et p ista tollit fundamentum primo loco factū ꝓ contraria opinione,ex quo patet in casu pñti , multipliciter fuisse inductū fideicōmissum gradatim,& ordine successiuo:et ꝙ tale fideicōmissum, et ꝓhibitio de non alienādo cōprehendebat,et cōꝓhendit ipsum ser Antoniū;ex qb. ēt tollit̄ rertiū argūm sup.in contrariū adductū; nā licèt di ctus testōr Ioā. Atauus uocauerit ad d.possessiones Tadeū,& hrdes suos masculos ex D.Beatrice eius uxore;tñ talis expressio D. Beatricis nō arctat,nec restringit , q n oēs descendentes ex ea,& Tadeo nō ueniant;nā ex ipsa,& Tadeo oēs descenderūt,maximè ser Antonius , et ser Bernardinus,ut patet in arbore. et q a sumus ī dispōne testamentaria,& in instōne, seu fideicōmisso, certè appellatione hrdum oēs debent uenire.ut sup. ꝓbatū est;& fortiùs suadet̄ secūdùm Bar.in l.liberorū.col.3.uers & ideo ꝓ eorum declaratione.ff de uerb.sign. adducendo tex.in l.Luci⁹.2.ff.de hær.īstit. & ibi latè Alex. & p Imo.et alios moder.maximè Ias. in l.Gallus.§.instituens.ff.de libe.& posth.col.4. in 4.

23 notab.ubi in fauorabilib. † et in his, q tendūt ad honorē,& cōmodū,appellatio filij nascituri ex tali,extenditur ad nepotes, & alios descendentes.et licèt dicat̄ ex tali,tñ ueniunt descendentes ex ea, q a debet fieri larga interpretatio; nec repugnat mēs testatoris; immo hic adest, ꝙ oēs ueniant ; et q a est par affectio in oīb. et etiā ne alios uideat extraneos ꝓtulisse propriæ agnationi,ut d.Bar.& p d.l. Lucius in d.l.liberorū col.pen.uers q d si in aliqua,& Imo.Alex. & Ias in d §.instituens.col.4.5.& 6.uers secundò principaliter rñde dicens, hanc esse cōem. q uantò magis in casu nr̄o:in quo testator non filios,sed nepotes ex Tadeo uocauit, quorum appellatione ueniunt pronepotes.d.§.quidam rectè.& d.§.instituens:quātò ēt magis hic, ubi non fit mentio nepotū,sed hęredum ; et mens testōris inducentis fideicōmissum ꝓdictū , ita uiget in nepotib.& hæredib. primis filijs d.Tadei,sicuti in ꝓnepotibus,& alijs descendentib. ex eo:quo casu appellatione filiorū ueniūt nepotes,& descendentes; q a eadē rō uiget in oībus.ut dicit Lud.Rom consi.suo 129.incip.licèt magna.et bñ p D.Phil.Corn.cōs.suo 290. inci.Tota uis cōsultationis.col.3. in 4.uol. ubi dicit articulum esse dubiū,An,& qñ appellōne filij ueniat nepos,cōcludens decisionē uerā pēdere ex coniecturata mente testatoris. Nam si

eius mens uiget in uno, sicut in alio, omnes ue niunt, ut per Alex. consil. 5. incip. circa primũ. col. 3. & cõs. 26. incip. uidetur. col. 2 in 2. uol. tum ẽt quia materia nr̃a est fauorabilis, ut bona conseruent in familia p masculos. iux. not. in d. l. uenia. in d l. maximũ uitiũ: & ideo in casu nr̃o aliud dici non põt, q̃n oẽs non cõprehẽdant, stante clara & coniecturata mente d Ioãnis atauí, testõris, q noĩauit d Beatricem causa demonstrationis. & ut excluderẽtur natura les tm̃, Nõ aũt apposuit eã causa taxationis, et limitationis, ut erat in terminis d. l. filius. § si quis ex certa. ff de liber. & posthu.

Non ob. quartum fundam, uolens bona p̃dicta relicta Tadeo, non ascendere legitimã; nã bene procederet, q̃n in facto esset uerũ, sed ut mihi relatum est, bona prædicta longẽ ultra legitimã ascendunt. & ideo q̃ erit de illis trãscẽdentibus eam. Quæ legitima debita iure naturæ, in p̃ntiarum non põt peti per ipsam D. Marinam, & eius maritũ super possessionibus, de quibus litigatur, ex quo iam fuit percepta per ipsum Tadeum, & eius descendentes ante ser. Antoniũ in alijs bonis, per ipsos alienatis, relictis per ipsum D. Ioan. Atauum, testatorem.

25 In legitima enim, debita iure naturę, cõputentur oĩa exacta, & consumpta per illos, qui poterant eam hr̃e, q̃ fuerunt de bonis, & hæreditate d. Ioannis; scd̃m cõem conclusionem omnium scriben. in l. marcellus. §. res, q̃. ff. ad trebell. & p Bal. & scrib. in l. filiũ quẽ habentẽ. C. fam. ercis. & p Doc. maximẽ repet. ĩ auth. nouissima. C. de inoff testa p Bal. Alex. & alios in l. in quartã ff. ad l. falci. Filius cm̃, & descendentes in bonis testõris, specialiter p fideicommissum relictis,

26 † nõ p̃nt hr̃e electiõnẽ p retentione legitimę, scd̃m Bal. in Rub ff. de rer. diui. & ea q̃ notãtur in auth. sed in ea. C. ad l. falci. & ideo alienata, & dissipata ueniunt cõputanda, non ea, q̃ modo restant. Nec dicatur, q sup dictis bonis dẽt etiã detrahi trebellianica; nã, omisso illo articulo, q̃ fuit expressẽ prohibita, in casu nr̃o non

27 põt detrahi; † ex quo p testõrem fuit expressẽ p̃hibita alienatio de dictis bonis; quo casu cessat detractio trebellianicæ, ut hr̃ in d. auth. sed in ea, q̃ licẽt loquatur in falcidia; tñ locum hẽt in trebellianica scd̃m Bal. & cõiter Doc. ibi, & tenet Arẽt. cons. 37. col ult & D. Philip. Corn. cons. 12. incip in hac consultatione col. 9. in 4. uol. Secundò, & fortius trebellianica cessat, ex quo ipse Tadeus fuit hęres particularis, ut pa-

28 tet ex tenore, & uerbis testamenti: Quo casu filius, hæres particularis trebellianicam detrahere non põt. tenet Bal. dicens, ita se pluries consuluisse, in d. l. filiũ quem habentẽ. col. mihi 9. uers. sed hic q̃ro. p̃supposita. quem refert, & sequitur Ias. in d. auth. res, & colu. 3. in fi. uers. sed attento iure Canonico. & hoc idẽ magis clarẽ tenet D. Fabianus de mõte Sabino in repet. d. auth. nouissima car. 24. colu. 4. uers. prædicta determinatio limitatur primò. in 24. princi. q. ubi hoc comprobat rationibus, & iuribus.

Non ob. quintum & sextum argm̃, in contrarium adductum, q super dictis bonia, et fideicommisso subiectis, uenit restituenda dos d. D. Criseidis. Nam aduertendum est, q ipsa premortua fuit ser Anto. eius marito, & ideo ad suam dotem de iure cõi pariter succedit ipsa Marina eius filia, sicut & Ioãnes Victor eius filius, si statutũ loci aliq̃d particulariter in cõtrarium non disponit: Tñ d. Ioãnes Victor pręmortuus fuit ser Anto. eius patri; unde attẽto iure cõi, talis dos integra nõ cedit lucro ipsius D. Marinæ. Sed, ipsis omissis, obiectio tollitur ex alijs; nam licẽt dispõ d. auth. res, quæ procedat regulariter in dote restituenda, uel constituẽda; tñ fallit, q̃n filius duxit uxorem post

29 mortem testatoris, † & post onus fideicõmissi; tũc enim bona subiecta restõni nõ possunt alienari; cum dispõ d. auth. non habeat locũ in liberis conceptis post mortem testatoris, quos ipse testõr non tenebatur dotare. ita Bal. in d. auth. res, quę. in lectura antiqua. q. 3. & Perusi. ibi. col. 1. uers. similiter non habet locũ, & col. 2. uers. in glo. 2. dicentes hanc esse cõem opinio & in practica seruari: & clarius hoc dicunt col. 3. & Ias. ibi col. 10. uer. ex secunda habetis, & colu. antepe. uers. quintò limita Idem tenet, reprobata opin. Io. de Ana consi. suo 51. & pro ista opinione bene facit; nam tale onus dotandi non respicit ipsum testatorem; cùm d. Marina, & Criseis fuerint conceptæ, & natæ post mortẽ ipsius, & consequenter onus dotandi non spectabat ad ipsum testatorẽ, sed ad alios. Ita Alex. in l. huiusmodi. §. cũ pater. col. 1. uers. tertiò limita. ff. de leg. 1. & Aret. in consi. suo 17. Vnde ipsa Marina nõ põt petere, se dotari super ipsis possessionib⁹; cũ fuerit cõcepta post mortem dicti testatoris, qui eam dotare non tenebatur. Quo casu cessat dispõ. dictę authen. res, quæ. scd̃m Docto. præalleg. maximẽ Alex. in d §. cùm pater. ubi hoc punctaliter dicit, pariter nõ habebit locum restitutio dotis datæ grauatis post mortem testatoris, post factum fideicommissum, scd̃m Bal. Perus. & Ias. ubi supra. Quibus non obstant not. per Moder. repet. in d. § diui. q. 8 & per D Socci. in cõ sil. 23. incip. in proposita consultatio. in 3. uol. ex quo ipsi non loquuntur, quando filiæ sunt conceptæ post mortem testatoris, & quando concurrunt ea; de quibus in casu præsenti.

Secundò principaliter tollitur obiectio; nam dispositio d. auth res, quę, non habet locum, q̃n testator expressẽ uoluit bona subiecta fidei-

30 cõmisso nõ posse alienari, † ẽt ex causa dotis. ita D. Ioan. Petru. in d. auth. Res, quæ. car. ult. & con-

& consuluit Alex. conf 56.incip. considerans.
in 1.uol.& licèt Pau.de Ca.in consi.13. uideatur
sentire contrariũ.& ẽt Ias.in d.auth. res,q̃.col.
8 & col.fi.uers. 13.limita.uideatur inclinare in
id; tñ idem Ias.in d.§.Diui.col.10.uers.4.con
sidera,expresse tenet opinionẽ Alex.quam di-
cit esse ueram,& pro illa cõsuluisse,& istud idẽ
dicunt repet.in d.§.Diui. col.16. uers.2.fallit.
ubi approbant opin.Alex.contra Pau. de Cas.
ratione,& lege & expresse hoc tenet D.Socci.
cons.suo 75.incip.circa præsentem.col.3.in 1.
uol. Vnde uera erit conclusio dispõnẽ d.auth.
Res,quæ,non habere locum in expressa uolun
tate testatoris prohibentis et dotationem, & à
fortiori dotis restitutionem; sed in casu nr̃o
testator hoc expresse uoluit,Ergo &c. et ꝙ no
luerit istud,ostenditur; nam disposuit, ꝙ dicta
bona non exirent familiam suam, Item ꝙ non
alienarent, Item ꝙ dictis bonis deberet gaude
re Tadeus, & hæredes sui masculi; & ulterius
uoluit,ꝙ si extarent filiæ feminę soln̄,deberẽt
dotari in libris Quadringẽtis paruorũ, uerbis
expressis ꝓhibendo,qñ extarẽt feminę,eas nõ
posse dotari,nisi ĩ dictis libr.400 expꝫssam mẽ-
tionẽ dotis faciendo. Quib.stantib.super ipsis
bonis D.Marina ipsa ꝓ dote petere ad plus nõ
põt, nisi dictas libras 400. quæ iã eidẽ per ip-
sum Ser Bernardinũ fuere oblatę. et ideo eius
intuitu cessat dispõ d.auth. cùm testõr expres-
sam prohibitionẽ fecerit in casu dotis; & à for
tiori dẽt cessare dotis restõ ipsius D.Criseidis.
Tertiò tollitur obiectio: nam per instrumẽta
producta satis patet, dotẽ ꝓmissam d.Marinæ
fuisse solutam: ergo frustra petit,ꝙ sibi solutũ
31 fuit, † cùm solõne eius qđ debetur, tollitur o-
mnis obligatio.instit qb.mod. tollit.oblig. in
prin. Nec dicatur,ꝙ dicta instr̃a continent cõ
fessionẽ, Nam esto, ꝙ istud esset,adhuc mari-
tus sibi ꝑiudicauit,ita cõfitendo: ex quo decur
sa sunt tpa, in fra q̃ posset opponere exceptio-
nem non numeratę dotis, scđm Bart.& cõem
conclusionẽ in l.assidnis.C.q. poti.in pign.ha-
bean.& Alex.in d.l.j.col.12. uers. in ea gl.ibi.l.
assiduis.ff.sol.matrim.quem ibi cõiter sequun
tur Doc.maximè Socci.in illa q.An dos cõfes-
sata gaudeat priuilegio dotis,in 2.artic.princ.
in 5.conclus.in 2.limitat.& per Fely.post alios
in c.si cautio.extr.de fide instru.Hic eñ tracta
mus de cõfessione dotis receptę q̃ post tpa de-
cursa bene præiudicat marito, scđm cões con-
clusiones.de q̃bus in locis præallega. Quartò
tollitur obiectio,considerando dotẽ D. Crisei
dis,eo qm̃ dispõ d.auth. res,q̃, non habet locũ
32 in dote confessata: † Illa enim non uenit resti-
tuẽda sup bonis ꝓhibitis alienari, & subiectis
fideicõmisso.ita Ang.in auth.de restitu.& ea q̃
parit in 11.mens.in 1.& 5.col.post glo. ibi cũ
alijs notatis post gl.in uerb.dare. ĩ d.l.assiduis.

C.q. poti.in pig.hab.& ꝑ Alex.& reliquos scri-
ben.in l.j.ff.sol.matr & ꝑ Fely.in d.c.si cautio.
& ꝑ Ias.in d.auth.Res,q̃.col.pen.uers. nonò li-
mita,& in puncto hoc tenet D.Bald.nouell.in
trac.de dote in 6.par prin.in 12. priuil dicens
d.auth.Res,q̃,non ꝓcedere in dote confessata;
adducendo ea, q̃ hñr in l si q̃s post hanc. C de
bon.dãnat.& q̃ hñr per Bar.Bal & alios in l. ꝑ
diuersas.C.mãda.& subdit, ꝙ ita ipse cõsuluit
in ciuitate Florentina,dũ legeret Pisis. & licèt
Ias.in d.auth. Res,q̃.in 9.limita.in fi. dicat esse
cogitandũ,an istud debeat limitari scđm ea, q̃
ponit Bart. in d.l.assiduis, & de ueritate se re-
mittat ad ea,q̃ ponit Alex.& alij in d l.1 ff.sol.
matr. Tñ ita se remittendo,cõprobat,qđ dicit
Alex.& alij.in d.l.j.ubi Alex loco,& uers ꝑalle
gato impugnat dicta Bar.in d.l.assiduis. uolẽs
33 contra eũ, † ꝙ cõfessio mariti de dote recepta
bene ꝑiudicat marito; nõ tñ põt ꝑiudicare ter-
tio creditori, etiã si tpa essent decursa,scđm ꝙ
not.D Socci.ibi in 1.articu.princi.illius q.An
dos cõfessata gaudeat priuilegio dotis. in 2.q.
in 3.conclus.in 2.& 3.limita. et clarius hoc 13
ibi D.Bulga. licèt eñ talis confessio ꝑiudicet
ipsi marito post tpa decursa,tñ non hẽt ꝑiudi
care creditorib. nec ꝑ talẽ cõfessionem debet
34 subuerti fideicõmissum † ex dispõne d.authẽ.
res,q̃. Quę solùm in dote uera procedit,nõ aũt
ĩn dote confessata. Nec dicat,ꝙ dos D.Crisei-
dis fuit uerè recepta,& non cõfessata; q̃a illud
nullibi apparet,fuisse uerè datã. et esto,ꝙ fue-
rint assignata q̃dã noĩa debitorũ ipsi Ser.Anto
nio,per eũ exigendorũ ex causa d.dotis; Tñ ta-
lis consignatio magis ꝓbat,dotẽ non fuisse ue
rè datã; Cùm cõsignatio dictorũ debitorũ fue
rit facta post instrm̃ confessionis d.dotis,quæ
ostendit cõfessionẽ antecedentẽ fraudulentã,
& non ueram; Item minus apparet,ꝙ post di-
ctam consignationem ipse ser Antonius exege
rit dictos debitores; quo non apparente,dos ꝑ
dicta in totũ remanet solũ confessata Ex q̃bus
patet,in casu pñti inductũ fuisse fideicommis
sum in dictis bonis, relictis ipsi Tadeo grada-
tim,& successiuè. et ꝙ ipse ser Antonius, q̃ nõ
excedit quartũ gradũ post Tadeum primo lo-
co prohibitum, & mortuus est sine filijs ma-
sculis,est grauatus onere fideicommissi; & ꝙ
non potuit dicta bona obligare, uel alienare.
Item quòd dicta Marina nihil potest petere
uirtute dictæ auth. Res,quæ; & ad summum ha
bere posset libras 400.par. quæ iam fuere obla
tæ; nec etiam dos D. Criseidis cõfessata debet
super dictis bonis restitui.

¶ Vt supra conclusum est, dico,& cõsulo, iuris esse, Ego Petr.Paulus Paris.V.I. D.minimus, Paduæ lectionẽ primariã iuris ciuilis legens: & in fidẽ subscripsi manu propria,& solito si gillo firmaui, saluo semper.&c. Laus Deo.

CONSILIVM D. IO. ANTONII de Aproino Doc. Taruis.

¶ Quòd legitima sunt duæ partes propter Statutum Taruisij.

SVMMARIVM.

1 *Legitima quanta sit de iure communi.*
2 *Statutum Taruisinum quo casu auxerit legitimam ad duas partes.*
3 *Statutũ pôt augere legitimam, sicut & minuere.*
4 *Intellectus ad dictum statutum.*
5 *Legitima filiorum contineri non potest sub fideicommisso, & debet esse sine grauamine.*
6 *Quod dispositum est de legitima de iure cõi, locũ habet in legitima aucta per statutum.*
7 *Qui consuluerunt super hoc statuto Taruisino.*
8 *Sententiæ quæ habentur in hac materia, quòd scilicet legitima sint duæ partes ex tribus.*

CONSILIVM. XCVII.

SPIRITVS Domini illuminet intellectum. Nicolaus Scaiantius in suo ultimo testamento instituit Franciscum filium suum uniuersalem hæredem; cui substituit descendentes masculos illius in infinitum: Vltimo uerò masculorum descendentium ex dicto Francisco substituit Iacobum fratrem ipsius testatoris, & illius descendentes masculos in infinitum: Quibus omnibus deficientibus substituit fabricam Ecclesiæ Sancti Georgij de Clarignago, prout legitur in dicto eius testamento. Accidit in facto; quòd præfatus Franciscus filius testatoris habet unicam filiam fœminam nomine Franceschinam: Qui Franciscus intendit facere testamentum, & relinquere suam hæredem uniuersalem præfatam Francischinam filiam suam, & in illam conferre totum illud quod de iure potest, & de quo testari, & disponere potest, & præsertim legitimam sibi de iure debitam in bonis, & hæreditate dicti q. Nicolai eius patris.

Quæritur modò quanta debeat esse legitima prædicta, attento maximè statuto Taruisino, sub Rubric. De masculorum successione; in uersiculo, Nec liceat ascendentibus relinquere extraneis personis, uel locis, quod excedat tertiam partem bonorum suorum; & si fiat, non ualeat, sed duæ partes debeant uenientibus ab intestato applicari.

Diuino nomine repetito, dico, & consulo, q̃ præfatus Franciscus potest testari de duabus partibus, habito respectu ad tres partes bonorum, & hæreditatis paternæ, & illas duas partes relinquere præfatæ Franceschinæ filiæ suæ, non obstãte fideicommisso à patre ordinato; & sic quòd legitima ipsius Francisci in casu proposito debet esse de duabus partibus, respectiuè ad tres partes bonorum, & hæreditatis paternæ, & hoc uirtute statuti Taruisini supra al-
1 legati. Licèt enim de iure communi legitima filiorum in bonis patris, quando sunt numero quatuor, aut infra, sit tertia pars eius, quod habituri essent ab intestato, ut in authentico de trient. & semis. §. t. unde sumpta est authenti. Nouissima. C. de inoff. testam. & notatur in l. papinianus. §. quarta. ff de inoff. testamẽ. & per Cynum post antiquos Docto. in l. sancimus. C. de nuptijs. Tamen quia quantitas legitimæ est de iure Ciuili positiuo, & semper fuit uariabilis, quia olim erat quarta. ut in d. l. papinianus. §. quarta. Et hodie est tertia, uel semis secundum numerum liberorum, ut habetur in d. authent. nouissima. et per Bart. et modernos in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. et demonstra. et per Cyn. et alios in d. l. sancimus; licèt, quòd ipsa legitima debeatur filijs, sit de iure naturæ, et succedit loco alimentorum, ut habetur in locis prædictis: ideo per d. statutum Taruisinum dicta quantitas legitimæ fuit aucta ad duas partes. eo casu tantùm,
2 quando ascendens relinquit extraneis personis, uel locis, ut habetur in d. statuto. Quod quidem statutum est de iure ualidũ, & potuit augere legitimam filiorum prædictam, sicuti etiã potuisset diminuere, nõ autem in totum tollere, ut disputauit Riccardus Malũb. in ciuitate Paduæ, prout refert Cy. Bal. & Saly. in d. l. sancimus. C. de nupt. et Bar. et scribentes in d. l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de condi. et demõ. et in consilijs illustr. Doctorũ inferiùs allegandis. Nec p̃dictę conclusioni obstat, si fortè in contrariũ argueret per duo fundamenta, primùm v; q̃ testator nõ dicatur reliquisse extraneis personis, uel locis, ex quo instituit Frãcĩ scum filium, cui et substituit oẽs descendentes masculos ex illo in infinitum; filius enim, et cęteri descendentes ex filio, nõ sunt, nec dici p̃nt extranei. l liberorum appellatione. ff. de uerbo. sig. l. in suis. ff. de lib. & posth. iũcto. §. extranei. in l. unica. C. de rei uxor. act. et plenè per iurisc. in l. Gallus per totam illam legem. ff. de libe. & posth. Scd̃m. q̃ substituendo Iacobum fratrẽ, & omnes descendentes ex illo, dictus frater nõ dicatur esse extraneus, cũ sit de prole, et agnatione ipsius testatoris, ut in toto tit. instit. de legitima agnat. succes. & l. j. & l. iij. C. de legit. hæred cum similib. item quia fabrica Ecclesiæ est substituta ultimo loco, post omnes descendentes Francisci filij, & post omnes descendẽtes Iacobi fratris. quo casu, quando nullus ex descendentib. testatoris superesset, potuisset in quãcunq; extraneã personam, et locũ testari,

& bona

& bona sua relinquere, ut notum est: quoniam
3 statutum, si aduertamus dũ† disponit de ascendentibus, intelligitur respectum habuisse ad descendentes, cùm ista sint correlatiua per not. in l. fin. C de indic uiduit. toll. & in l. fi. ff. de accepti. & ideo in quantum disponit, quòd non liceat ascendentibus relinquere extraneis personis, uel locis, talis dispositio censetur facta fauore descendentium, ut traditur per Bart. in l. a. §. uidendum. ff ad Tertull & per Bal. in l. maximum uitium. C. de lib. praete. Igitur consequēs est dicere, quòd omnis persona, quæ non sit de descendentibus testatoris, sit, & dicatur extranea, etiam ꝙ sit frater, uel de agnatis testatoris, quia statutum loquitur, & disponit de descendentibus testatoris, & ad illos uoluit deferri duas partes, non autem alijs personis, quæ non sint de descendentibus. Ampliùs etiam considerandum est quòd statutum disponit, nedũ, quòd ille duæ partes perueniant in descendētē, sed quòd talis descendens possit succedere testatori ab intestato, dũ expressè d. sed duę partes debeant venientibus ab intestato applicari, & sic ꝙ ad illum descendentem debeant peruenire, qui est proximior, & in primo gradu successionis ipsi testatori, siue sit filius, siue nepos ex filio iam defuncto per not. in l Gallus ꝑ tot. illam l & in l. tertia, & in l. si à primo. ff de lib. & posth & in auth. in successione. C de suis & legit. hær. & in §. j in auth. de hęr. ab intest. ueniēt cum si. Et ideo inquantum dictus testator grauauit filium, & eius descendentes per fideicommissum de restituendo Iacobino fratri, dicitur
4 grauasse dictum filium suum, cùm tamen legitima filij non potest contineri sub fideicommisso sicut nec cætera bona filij. l cohæredi. §. cùm filiæ, & l sed si plures. § in arrogato. ff. de uulga. & pupill Immo de legitima subduci dēt omne grauamen, & omne onus. l. quoniam in priorib. & l. scimus. C. de inoffic. testa. & notatur in auth. nouissima. C. eo. titu. Cùm itaq; statutum uoluerit augere legitimam ad duas partes, nõ habito respectu ad numerum liberorũ,
5 sicuti in legitima de † iure communi reijcitur omne grauamen, ita & in legitima aucta ꝑ statutum secũdùm Riccar. disp. & doc. in d. l. sancimus. C. de nupt. & omnia disposita in legitima de iure communi debita filijs, locum habent ēt in legitima aucta per statutum, de quo plenè per Alex. in l. si quis priore. colum. 2. ff ad Trebell. & firmant doc. in consilijs inferiùs allegandis. Ad illud autem, quod opponi posset, ꝙ Fabrica ecclesię sit ultimo loco substituta post omnes descendentes tam ipsius Francisci filij testatoris, quàm Iacobini fratris eiusdem, respōdetur, ꝙ sicut in legitima de iure communi debita filio pater nõ potest aliquid disponere ꝑp quod filius sit grauatus, & de illa non possit disponere tã in uita, quàm in morte, immo omne onus omne grauamen, & omnis conditio reijcitur, nec potest pater per fideicommissum grauare filium in sua legitima, nec in alijs bonis ipsius filij, ut in iuribus sup. allegatis. & de hoc nemo dubitat: Ita & pari modo dicendũ est in legitima aucta per statutũ, & sic in illis duabus partibus, quas uoluit re statutum peruenire debet in uenientes ab intestato & si aliter diceretur, fieret contra dispositionem statuti, mandantis, ꝙ uenientes ab intestato habeant duas partes pro se, de quibus in uita, & in morte possint pro libito suæ uoluntatis disponere, nec in dictis duabus partibus possint à patre grauari post eorum mortem uel aliàs quandocunque, sicut uult, & disponit ius commune de una tertia debita filijs pro sua legitima, alioquin posset fraudari dispositio statuti, si aliter diceretur, q̃ sententiam tenuerunt plures Illustres Doctores consulendo super isto statuto Taruisino, &
6 in terminis proprijs præsentis consultationis, uidelicet Bal. in suo consi 83. in quæstione, quę uertitur uolum. 5. & Paul. Castr. consi incip In Christi nomine amen. Super primo dubio, &c. quod non est de numero impressorum. In quo consuluit in causa testamenti Antonij de S. Bona, ciuis Taruisij, qui instituto Paulo filio suo, & descendētibus ex illo, ultimo substituit scholam, seu hospitale S. Mariæ de Batiutis, & consuluit Paul. ꝙ legitima Pauli filij dicti testatoris esset de duabus partibus respectiuè ad tres partes propter statutum prædictum, & ibidem posuit particulam dicti statuti de uerbo ad uerbum, & d. Paulus in d. consil. ita etiam consuluisse D Frãciscum de Ramponibus antiquum doct. Idem consuluit D. Ang. de Perusio contemporaneus Paul. de Cast. in eodem casu sup dicto testamēto Antonij de supradicta Bona, idem consuluit Raph. Cum. suo consi. 113. statuti, quòd nec in testamentis, & in alio suo consi. 119. Ioannes instituit in fi. consilij, & plenè consuluit Raph. Fulg. suo consi 99. Magister Guadagninus, & per eund. suo consi. 42. Trauersius habens, in prima parte consilij, & ultra authoritates tot Illustrium iurisconsultorum, & iura, & fundamenta per eos adducta, pro prædicta uerissima conclusione addo quòd ita etiã fuit sępissime iudicatum in ciuitate Taruisij, & anti quis, & Modernis temporibus, & ideo minimè sunt mutanda. quæ longam interpretationem
7 habuerunt &c. Et † ideo concludo, & consulo prout supra in princip. dictum fuit, In honorem Beati Vincentij Martyris, cuius hodie festum celebramus, soli omnipotenti Deo Laus, honor, & Gloria.

Sententiæ, quæ habentur in hac materia, sunt inter reliquas infrascriptæ, quarum tenor uideri potest in secundo uol. consiliorum, & alle-

& allegat. d. Excellētiſsimi D.Ioan.Antonij de Aproino non impreſſ. à princ uſque ad folium 40. ubi etiam habentur conſilia Pauli de Caſtro, & Angeli de Peruſio hic allegata, manuſcripta. Et prima ſententia domini Hieronymi Serophæ Vicentini, Vicarij, domini Iacobi Triuiſano in cauſa dominorum fratrum Sanctorum XL. cum D.Pruino de Prato. I.V.D. ſcripta,& publicata per D.Ioan.Baſſaminũ notarium die 14. Decemb. 1515.

Secunda ſententia Clariſsimorum dñorum Iudicum Curiæ ꝓcuratoris in cā D. Giliberti de Alba,& fratrum cum ſer Valerio à lignamine de Venetijs.ſcripta per ſer Alex.Cauaza, notarium dicti officij. die 9. Decembris 1525. & ſigillata.

Tertia ſententia D.Symeonis Sarcinelli,Vicarij, D. Marini Molini in cauſa ſer Ioan. de Bigulino cum Magnifico Nicolao, Aromatario ad inſigne pomi argentei, ſcripta per dñm Ioan. Hieronymum de Federicis notarium; ex ſcripturis Domini Franciſci de Bladino notarij. die 13. Aug. 1526.

Quarta ſententia D.Antonij Zogiani, Vicarij D.Ludonici Vendramini, in cauſa Victoris fratris q ſer Bartolomęi de Mianis, drapperij cum ſchola hoſpitalis S. Mariæ de Batutis,tra ſcripta per D.Franciſcum Fregonũ notarium die 3.Septem.1481.& ēcontra per ſer And.de Sarmaria 3.April.1525.

CONSILIVM D. BVRLEI. V.I.D.

De Trebellianica, & quando fructus in ea imputentur.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus de reſtituendo, tranſmittit ad ſuos ſucceſſores, quod ſibi retinere poterat ratione Falcīdiæ, uel Trebellianicæ.*

2 *Res per hæredem alienatæ,ei ſunt in quartam ſibi debitam imputandæ, ſed fallit ut numero 7. non enim procedit in rebus in ultima uoluntate alienatis.*

3 *Prohibita per teſtatorem alienatione, cenſetur etiam prohibita detractio Trebellianicæ.*

4 *Fructus quando ueniunt in Trebellianicam imputandi.*

5 *Trebellianica non detrahitur ab hærede ex quare ſibi magis placuerit, ſed uel ex conuentione, uel officio iudicis. fallit quando res eſt alienata.*

6 *Voluntas teſtatoris non in parte, ſed in toto adimplenda eſt, ſed ſi in altera ceſſatum fuerit, & altera debet euaneſcere.*

CONSILIVM XCVIII.



VAEDAM D.Peregrina de Como ſuccedens filio ſuo ab inteſtato, in uenit in eius ſucceſsione nedum proprium quoddam patrimoniũ ipſius filij, ſed etiam quædam bona, in quibus fuerat idem filius per quendam patruum ſuum inſtitutus, prohibuitque expreſsè illa alienare ex cauſa perpetui fideicommiſsi, in maſculos omnes de familia ſua duraturi, ut in eius teſtamento in ſcriptis facto continetur: Demũ moriens iſta D Peregrina teſtamento hæredes inſtituit duos conſanguineos, patrueles prædicti filij ſui, ad quos illa bona ꝓhibita alienari, iure fideicommiſsi debuerant peruenire, ac demum in codicillis prælegauit alteri eorum quædam prædia ex his,quæ fideicōmiſſo ſuppoſita erāt, alteri domum unam ex proprijs, & peculiaribus bonis prædicti filij ſui quæſitum fuit de ualiditate iſtorum prælegatorum, & per conſequēs: An ille, cui prædia illa fuerant prælegata, poſsit iure prælegati illa habere præcipua mu̇ to fratre, & an frater ſibi iure prælegati prædictam domum retinere.

Viſis, quæ in quæſtione præſenti fuerũt per aliquos dicta, quibus uidebatur, ꝙ prælegatum illorum prædiorum ualeret, & per conſequens quòd poſſet alter ex hæredibus illa habere præcipua, moti, quia cùm de omni fideicommiſſo uniuerſali poſsit detrahi Trebellianica uidebatur ꝙ iſta D. Peregrina potuiſſet illam ex perſona ſui filij retinere & per conſequens, ꝙ iſta prædia prælegata eſſent et in illam imputanda, & ideo quòd eorum prælegatum deberet ualere, ut rei ad ipſam teſtatricem pertinentis, pro quibus uidetur eſſe iuris Regulę apertæ prima illa, quæ habet, ꝙ ſicut hæres grauatus, ita hæ-
1 res hæredis poteſt Falcidiam, & † Trebellianicam deducere l.quāquam, ubi Bal. C.ad l.Falci Secunda, quæ uult, quòd bona per eum alienata, qui habet detrahere iſtam Trebellianicam,
2 ſibi † ueniunt de neceſsitate in illam imputanda.l Marcellus.§. res,quæ, ubi plenè ſcrib.ff.ad Trebell.ſed ita eſt, quòd D.Peregrina legando iſta bona, dicitur illa alienaſſe, cùm nō minùs per ultimam uolũtatem, quàm inter uiuos fiat alienatio.l.ex hoc edicto.§.alienare ff.de alien. iud.mut.can.fac. Ergo uidebatur, ꝙ omnino iſta prædia ſic legata illi in Trebellianicam uenirent imputanda.

Sed, his non obſtantibus, cenſeo Cōtrariam Sentētiam eſſe ueriorem ex pluribus, primò ex hoc, quod ſolum huius caſus deciſioni poteſt ſatisfacere, quia conſidero, quòd filius iſtius D.Peregrinæ hæres grauatus, cùm non eſſet de deſcendentibus teſtatoris, ut apparet ex caſus

prædicti

prædicti positione, per consequens cùm potuisset ab eo probiberi expressè, ne Trebellianicã detraheret secundùm communem opi. de qua in l. Marcellus in princip. ff. ad Trebell. per scribentes in l. nemo potest. ff. de leg j. Cano. in c. Raynutius, de testam. certè per expressam prohibitionem alienationis per testatorem factam,
3 censetur etiam† probibitus, ne Trebellianicam deducat, communis est sententia, quam in primis tenet Bal. in auth. sed in ea. C. ad l. Falcid. Angel. in § fin uero expressim col 3. in auth. de hær. & Falc. idem in §. si quando auth. ut sponsi. largi. sequitur Roma. in consil. 206. incip. licèt de communi conclu. Areti. consil. 37. incip. secundùm ordinem quæsitorum. ulti. col. Card. ultra eos omnes in consi. 13. incip. Respõdeo quòd secundum, in prine ergo sequitur, quòd ipse filius huius D Peregr. non potuisset ipse, Trebellianicã in ista hæreditate patrui sui deducere: per consequens infertur conclusio, quòd nec ipsa D. Peregrina potuerit ex persona eius, & istud solum fundamentum, ut dixi, satis concludens uidetur pro præsentis casus determinatione, quòd D. Peregrina non potuerit de prædictis prædijs quicquam disponere, inuitis fideicommissarijs, cùm ad eam nullo iure pertinerent. Sed adhuc ex superabundanti dico, quòd posito, quòd potuisset ipsa Trebellianicam deducere, non tamen posset ille, qui uult sibi retinere ista prædia dicere, quòd illa in rationem Trebell. essent illi imputanda, quia cùm præsupponatur, quòd filius eius hæres institutus non purè, & simpliciter, sed in tempus mortis, & sub
4 conditione fuerit grauatus, certè fructus, quos interim percepit de ille hæreditate, dicitur ipse percepisse iudicio testatoris iuxt. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebell. Vnde succedit approbata conclusio, quæ uult, quòd cùm ista non esset de descendentibus testatoris per prius fructus illi per eum percepti, ueniunt in Trebell. sibi imputandi l. quod de bonis §. fructus ff. ad l. Falcid. l. in fideicommissaria, in prin. ubi plenè scrib. ff. ad Trebell per Bal. & alios in l. iubemus C. ad Trebell. per Bar. & scrib. in l in quartã ad l. Falcid. Ergo præsupposito, quòd potuisset ipsa domina Peregrina hanc Trebellianicam deducere, non tamen ita absolutè, quòd ista prædia essent in rationem eius Trebell. imputanda, Cũ per prius, ut dixi esset facienda imputatio fructuum perceptorum in uita filij. Præterea, posito, quòd dicti fructus non ascendissent summam eius Trebell. adhuc non potuisset ista D. Peregrina reliquum, quod sibi debebatur, retinere in illis prædijs relictis, fideicommissarijs, cùm
5 ista assignatio sit facienda officio Iudicis, nisi partes ipsę in ea conuenirent iux. l. potest de legat. 1. per Bar. in d. l. in quartam, & scrib. in locis præallegatis.

Nec obstat, quòd D. Peregrina, legando ni dicatur illa alienasse, per consequens, quòd illa de necessitate sint sibi in Trebell. imputanda,
6 quia dico, quòd illa Reg. de qua in l. Marcellus. §. res, quę singularem limitationem recipit, ut nõ procedat in rebus alienatis per eh. nolunt. sicut ista fuerunt, ita limitat Bal. in l. filium quem. in 10. col. uersi. sed ulteriùs quæro. C. famil. ercis. sequuntur repetẽtes in l. in quartam in 49. col. in 12. limit. ad §. res, quæ. ff ad l. Falc. Ex prædictis igitur concludo, quòd si alter ex illis fratribus, hęredibus institutis per illam D. Peregrinã uoluerit, non obstãte, prælegato partem in illis prędijs prælegatis iure fideicommissi partes iudicis erunt, petitioni suę assentire per prędicta: quòd si modò dubitetur, an ille idem possit etiure prælegati sibi retinere præcipuam domum sibi prælegatam, in qua prælegatũ quidem potuit ualere, Respondeo breuiter, & conclusiuè, quòd non, sed dico, quòd & illa etiam erit cũ altero fratre diuidẽda: Moueor, quia cùm alterũ ex istis prælegatis esset factum occasione, siue ex incõtro alterius, ut dicitur in codicillis, sequitur eui
7 dens ratio, quare, altero ex his cessante, debeat quoque alterũ euanescere, & est de hoc optimũ argũ in l. à filio. §. j. ff. de alim. leg. & hoc maximè dictum est in casu isto, ut conseruetur equalitas inter ipsos, ut per Bal. in l. j in princ. C. de pact. & maximè ex uerbis testatricis apparet, hanc fuisse eius mentẽ, ut declarat Phil. Decius in consi. 46. col. 1. & per Bar. in l. si pater in prin. ff. de donat & Bald. in l. filię, cuius 7. q. C. famil. ercis. per text. in l. quæsitum. §. sed & ipsa. ff. de fund. instr.

Et ad prædicta adduci possunt notata per eund. Decium consil. 122. in colum. 2. & consilio 59. col. 3.

CONSILIVM D. IO. BAPTISTAE Roselli. V. I. Doctoris.

In materia Fideicõmissi, & legitimæ secundùm ius commune, & Taruisinum.

SVMMARIVM.

1 *Filius non potest grauari in legitima, & quanta sit & nu. 25.*
2 *Filius potest detrahere duas quartas ex fideicom. & quibus temporibus. nume. 3. & 27. quod uerum de iure communi, sed de iure Taruisino legitimam tantùm. nu. 13. & 24.*
4 *Quæ ueniant in legitimam cõputanda, & in Trebellianicam, & quæ non. nu. 5. 24.*
6 *Fructus percepti ab hæredibus grauati per negligentiam fideicommissarij, non petentis sibi fidei commissum restitui, fiunt ipsorum heredum.*
7 *Sumptus facti per grauatum in rebus hæreditarijs, sunt eius hæredibus restituendi.*

8 *Grauatus*

8 *Grauatus restituit etiam res conductas per testatorem, quæ tamen augent legitimam, & Trebellianicam. nu. 9,*
10 *Verba, cum cōditione, ut &c. importāt modum.*
11 *Vbicunque uerba possunt se habere ad modum, & conditionem, potius denotant modum.*
12 *Obligatus ad aliquid faciendum, an si non faciat propter timorem pestis, excusetur.*
13 *Non implens modum, priuatur relicto, & tenetur rem cum fructibus restituere.*
14 *Grauatus de restit. restituit etiam bona empta de pecunijs, & alijs bonis hæreditarijs.*
15 *In detrahenda legitima non computatur æs alienum, quod priùs detrahitur cum dotibus.*
16 *Cōfessio mariti per chirographum de debito cum uxore, habet uim donationis, quæ confirmatur morte.*
17 *Maritus non potest plus relinquere secundæ uxori, quàm unicuique ex filijs primi matrimonij.*
18 *Quicquid ultra sortem est, usura est, de qua ius non redditur.*
19 *Soluens scienter indebitas usuras, non repetit, secus si non scienter.*
20 *Fideicommissarius uniuersalis nō habet beneficiū ante factam restitutionem, saltem uerbalem.*
21 *Si hæres grauati recusat restituere, & se absentat, restitutio habetur pro facta.*
22 *Verba statuti sunt propriè intelligenda, quando scilicet est contra ius commune, secus si se conformat cum iure communi.*
25 *Filius per ullum actum, etiam renuntiatorium, nullo modo sibi præiudicat in legitima, nisi expreßè de legitima mentionem faciat & 26.*
28 *Legitima, & Trebellianica, quæ sunt dimidia portionis hæreditariæ, possunt detrahi etiam per hæredes grauati, cui legitima, & Trebellianica debebatur, & 29.*
30 *In legitima, & Trebellianica non imputāturfructus percepti.*
31 *Hæres debitoris dotis, luere hanc, debet.*
32 *Rei pro hæreditaria parte possessor, fructus suos facit.*

CONSILIVM XCIX.

IN Christi nomine. Viso testamento nobilis uiri Dñi Octauiani à Cornu: Necnon uiso testamento nobilis uiri Anto. filij d. Octauiani, & uiso casu ad dubia, de quibus sum consultus: Respōdeo & ad primū dico, ꝙ Hęredes d. Antonij filij dicti D. Octauiani qui decessit sine filijs masculis, & sic uenit conditio fideicommissi, ita ꝙ pars hæreditatis, in qua dictus Antonius fuit institutus à dicto D. Octauiano patre suo, uenit restituenda nob. uiro Aloysio fratri d. Antonij, & filio d. D. Octauiani, detrahere possunt legitimā, in qua d. Antonius non
1 potuit † grauari per fideicommissum à patre suo, ut in l. quoniam in prioribus C. de inoffic. test. Quę legitima est tertia pars eorum, quę dictus Anto. ab intestato habiturus erat in hæreditate paterna, ut in l. parentibus. C. de inoffic. test. & in auth. nouissima. C. eo. ti. & etiam pos-
2 sunt dettahere Trebellianicam, quæ est † quarta pars eius partis, in qua fuit institutus d. Ant. ut in l. 1. C. ad Trebell. quæ legitima, & Trebellianica ascēdunt ad dimidiam portionis d. Antonij, & quia diuersis temporibus dicta legitima, & Trebellianica ueniūt dettahendę, altera tempore mortis d. D Octauiani, & altera tem-
3 pore mortis d. Antonij, † possunt ambę detrahi, nec una confundere aliam, ut in ca. Raynutius, & c. Raynaldus, de testam. & in l. quā quā, C. ad l. Falcid. & in l. Iubemus. C ad Trebellian. Quicquid tamen accumpsit, uel habuit dictus Antonius de hæreditate paterna, siue in bonis
4 immobilibus, siue mobilibus, siue in nominibus debitorum, siue in mercātia, & in quibuscunque rebus, etiam si tempore mortis d. Domini Octauiani erant fructus recollecti, ut uinum, uel frumentum, dicti omnes fructus augēt hæreditatem, & si sint consumpti per d. Antonium, uel pro ea parte, pro qua cōsumpti sunt, siue alienati computantur in legitimam, ut no. in l. in fideicommissaria. ff ad Trebellia. & in l. Marcellus. §. res, quæ. eo. tit. & in auth. de testit. & ea quæ par in undecim. mēs. in §. quamobrē: sufficit in. quod de substātia bonorum, quę fuerant tempore mortis d. D. Octauiani, ipse Ant. habuit legitimam suam in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testa ipsi. n hæredes Antonij tenentur reddere rationem de omnibus bonis tam mobilibus, quàm immobilibus, quę uenerūt in partem d. Antonio de bonis paternis, ut in l. cùm tale. §. Titius. ff de cond. & demonstr. & ex eo quicqd apparet, quod ad manus d. Antonij peruenerit de bonis paternis, & tunc non inuenitur in hæreditate d. Antonii tanquā consumptum, & alienatum per eum, poni debet ad computum legitimæ, & Trebellianicę, quas detrahere potuit dictus Antonius, uel hæredes sui siue sint pecunię, siue mercantia, siue sint nomina debitorum, & alię res quęq;, ut prędixi:
5 fructus autem quos † de parte sua d. Antonius percepit, non computantur in legitimam, nec in Trebellianicam, ut d. l. scimus. §. repletio. C. de inoffi. testa. & d. l. iubemus. C. ad Trebell. & hoc de primo dubio.

Ad secundum respondeo, quòd fructus oēs percepti usque ad mortem d. Antonij tanquam fructus rerum suarum, spectāt ad hęredes dicti Antonij, immo fortiùs si aliqui fructus percepti
6 fuissent per hęredes † d. Antonij per negligentiam dicti Aloisij, qui non petijt restitui sibi partem d. Antonij debitam per fideicōmissum patris,

patris, illi pertinerent ad ipsos hæredes Anto-
nij, secus si percepti fuissent fructus per hære-
des d Antonij post moram in restituendo fidei
commissum, nã illi fructus nenirent restituen-
di d. Aloisio nt in d.l.in fideicommissaria.ff.ad
Trebell. Fructus autem pẽdentes, qui percepti
non fuerunt per dictum Antoninm, nec p eius
hęredes, sed per d. Aloisium fideicommissa-
riũ, spectant ad d. Aloisium quia ex quo erant
pendentes, erant pars bonorum hæreditatis di
cti testatoris, & obligata erant restitutioni, ut
in l.fina §.penul.ff.de ijs,quę in fraud cred.Ea,
7 quæ † tamen impensa facta est per dictum An
toninm, est restituenda eins hæredibus, ut in
l.mulier.§.sed enim.ff.ad Trebell.

Ad tertium Respondeo,ꝙ possesiones,qnæ
fuerunt conductæ per d D. Octauianum, sunt
eodem modo restituendæ d. Aloisio, qui fnit
8 substitutus d Antonio,& idem † iuris est de di
ctis possesionibus, qnæ conductæ fuerunt, si-
cut est de alijs bonis d testatoris, omnes enim
actiones quæ fuerunt defuncti actiuè, & pasi-
uè pro dictis possesionibus conductis,quę fue
runt d.D.Octauiani testatoris, transinerunt in
suos hęredes pro hęreditarijs portionibus, ut
in l.j.C.si cert.pet.& de d. Antonio pro sua par
te hæreditatis transire debent, & transinernnt
in d.Aloisium fideicommissariũ, ut in l.j.ff. ad
Trebell.unde ipse Aloisius, qui est fideicõmis-
sarius est ille, qui pro possesionibus cõductis
potest agere,& conueniri, & nõ hæredes dicti
Antonij, unde sine dnbio ad ipsum Aloisiũ p
tinent possesiones prædictę, quæ conductæ
fuerunt per d.testatorẽ, fuit enim ipse Aloisina
substitutus ipsi Antonio,& iccirco sicut Anto-
nius in uita sua,tanquam hæres patris,pro par
te sua habuit possess.cõductas,ita dictæ posses
siones ueniunt in fideicommisso uniuersali to-
tius partis dicti Antonij, & boc est sine aliqno
dubio,semper intelligendo,deducta legitima,
& Trebellianica per hæredes d. Antonij. Quæ
quidem legitima, & Trebellianica sunt detra-
hendę de parte dicti Antonij. & istę possesio-
nes conductæ,quatenus augent partẽ d.Anto-
nij, & quanti pluris eins pars fuit extimáda pp
9 dictas possess.conductas,pro rata † augebunt,
& legitimam, & Trebellianicam quæ detractę
sunt per dictos hæredes Antonij.

Ad qnartum,uidetur mihi,quòd uxor d.An
tonij,quæ ab eo fuit hæres instituta, pariter cũ
filiabus d.Anto.conditione apposita,ꝙ debeat
10 dicta D.Maria dictas eius filias,& cohẽdes gu
bernare,tueri,& custodire, quousq; iuris ordo
determinauerit:per ista uerba d.D.Maria uxor
d.Ant.fuit instituta sub modo, & ita importãt
illa uerba,ꝙ debeat,&c.nam exponitur,ꝙ pro
ut,& per talia uerba inducitur modus, & maxi
mè cũ appareat,ꝙ testator uoluit, quòd dicta
uxor sua priùs esset hæres, & deinde guberna-
ret,& regeret filias, ut patet ex ordine scriptu-
rę,qui etiam attendi debet,ad comprehenden-
dam mẽtem d. Testatoris,ut in l.quotiens.ff.de
usufructu,& sic uoluit testator,quòd,post emo
lumentum quęsitum,dicta uxor sua modũ im-
pleret, & ex hoc debet dici modus, & non con
ditio,ut hæc babentur per Bar.in l.qnibns die-
bus.§. termilius.ff.de cond.& demonstr.

Nec obst. illa nerba cnm conditione.&c.nã
talia uerba faciunt modum, & non cõditionẽ,
ut in l.ea condi.C.de rescin.uend. & in l.cũ res.
C.de donat.& in l.quoniam C.de rer. permut.
& in. . . .in prin.& ibi per Bar & in l.meuia.
ff.de manumis testam.& l.2.§. fi.ff.de donat. &
not.Bart.in l.quibus diebus. §. termilius. in 1.
11 col.ff.de cond.& demonst.& facit,quia † ubi-
cunque uerba possnnt se babere ad modum, &
conditionem,potins denotant modum, ut no.
Bar.in l.cùm mota, in princ.ff.de transact in l.
quęro.§.inter locat.ff locati,& Bald.in l.si post
tres.ff.si quis cautionibus in 6.col.& ipsa domi
na Maria non impleuit modum,nam cùm filię
infirmarentur ex peste,ipsa deseruit eas, & non
rexit,nec gubernauit, nec custodinit,sicut man
dauit testator.Nec potest dici, ꝙ fuerit excusa
ta propter iustum timorem pestis,ntl.babitato
res.ff.locati,& quod not.gl. in c.si uerò de inre
12 iun.& per id,quod † not.Bar.in l.recusare.in §.
si quis alio.in fin. ff.ad Trebell.& in l.j de bon.
poss ex test.milit. & per id,quod notat Salic. in
l.cùm à metribus.C.qui pet.tut.ubi inqt, quòd
excusatur mater propter pestem,quæ nigebat,
si non petijt tutorem filijs,nam debuit eis pro-
uidere,& inuenire alias personas, quæ seruirẽt
dictis suis filiabus, & eis subuenire possent in
necessarijs,non autem debuit ex toto eas dese-
rere, & quamuis non teneretnr quolibet mo-
mento cũ eis stare,ut l.si ita.ff.de cond. & dem.
tamen non debuit eas relinquere in totũ, sicut
dicitur fecisse,& sic relinquendo,non impleuit
13 uoluntatem testatoris, & ideo priuatur legato
sicnt priuantur illi,qui modum non adimplent
ut in l.j.C.de ijs,quę sub mod.& in l. si hęres.ff.
de cond. ob caus. & in l liberto.§. Lucius.ff.de
ann.lega.& no. Bar.in d.l. qnibus diebus.§ ter-
milius.ff.de cond.& dem.& probatur in auth cui
relictum.C. de indic.uiduit.tol.ubi ẽt habetur
ꝙ tenetur restituere rem cum fructibus, & de-
bent res ipsę, & portio hæreditatis D.Marię ap
plicari filiabus, quæ fuerunt substitutæ, ut in
auth.hoc amplius. C.de fideicommis. & quarũ
fauore modus fuit appositus per ea,quæ d.Bar.
in l.1.§. hæres. ff. de legat. 3.& in l.pater.ff.de
hæred. instit. & probatur in l. post legatum.§.
amittere.ff.de ijs,quib.ut indig. & p hoc est re-
sponsum ad quartum dubium.

14 Ad quintum,non est dubium,ꝙ † bona,quę
fuerunt

fuerunt empta de pecunia hæreditaria, uel de
bonis hæreditarijs, prouentis ex hæreditate pa-
terna, uice permutati dominij ueniunt in resti-
tutionem fideicommissi, ut est casus in l.impe-
rator.§.fi.cum l.seq.ff.de leg 2.

15 Ad sextum, non est dubium, ꝙ in computa-
tione patrimonij pro detrahēda legitima dicti
Antonij deduci debet ęs alienum, ut in l.Papi-
nianus.§.quoniam autem quarta.ff.de inoffic.
testa.& ideo detrahi debet debitū dotis D.Lu-
cretiæ, matris d.Aloisij, & uxoris q.d. D.Octa-
uiani testatoris, etiam si mortua d.D.Lucretia,
successisset d. Aloisius, qui saltē pro parte fuit
hæres patris, uidelicet D Octauiani testatoris,
& per hoc esset confusum debitum in l.si debi-
tori C.de pact.& l ab eo C de nego.gest & l.
stichum.§.aditio. ff.de solution. tamē debitum
tale cōfusum est deducen.ante omnia, sicut de-
ducitur in imponenda Falcidia in l. irritum, &
16 l.in imponenda C.ad l.Falc.Debitum autē de-
catorum ducētum, in quibus d.D. Octauianus
per chirographum manu propria scriptum cō-
fitetur se debitorem dictæ dominæ Lucretiæ
eius uxoris, uidetur quòd non debet deduci,
quoniam talis cōfessio habet uim donationis,
quæ non ualet inter uirum, & uxorem, & uide-
tur facta in fraudem. in l. qui testamētum.ff.de
proba.& in l cū quis.§.Titia.ff.de leg 3.& dato
quòd D.Octauianus fuerit præmortuus ante
dictā suam uxorē, uidetur ꝙ talis donatio non
fuerit morte confirmata, quoniam nulla tradi-
tio interuenit, ut in l. Papinianus. ff. de donat.
inter uir.& ux.& ita uidetur notare Cyn. in l.j.
in fi.C.de sacros. eccles. tamen contrarium est
uerum, quoniam quáuis dicta confessio ab ini-
tio non ualeret, & quandocunq; potuisset reuo-
cari per d.D Octauianum, tamen per mortem
fuit confirmata, & illa confessio est loco tradi-
tionis, & ita tenet Bart. in d.l.cùm quis.§.Titia.
ff.de leg.3.& declarat Salic. quemadmodū di-
cta confessio uicem habeat traditionis in l.qd
de suo.C.de dot. caut.non num.& sic patet qd
Cyn.nō bene d.in d.l.j.C.de sacros.eccles.unde
cōcludo, quòd etiam tale debitum decat. 200.
debet detrahi tanquam ęs alienum, & idem de
alio debito, in quo idem D. Octauianus cōfes-
sus fuit se habuisse à d. sua uxore librarū 250.
nam etiam tale debitum potest deduci, & præ-
17 dicta uera, nisi d. D.Octauianus per tales con-
fessiones uoluisset plus relinquere dictæ suæ
uxori secundæ, quàm alicui ex filijs primi ma-
trimonij, tunc enim talis confessio tanq̄ facta
in fraudem l. hac edictali. C. de secund. nupt.
non confirmaretur morte, ut no.Bart.in d.l.cū
quis.§.Titia.& Bal in d. l.hac edictali in 7.col.
& in l j.in 5.col.C.de inoffi.dot.sed in isto casu
non sumus in præsentiarum, quoniam d.domi
nus Octauianus multò plus reliquit Anto. filio
primi matrimonij, quā reliquisset d.Lucretię
eius secundæ uxori, unde sine dubio procedūt
ea, quæ supra dixi, ꝙ tales confessiones confir-
mantur morte quamuis ab initio fuissent inua
lidæ, & iccirco tale debitum est deducendum
tanquam ęs alienum de hæreditate d. testato-
ris. In eo autem ꝙ d. D. Octauianus promisit
dare d.uxori suæ ad rationē octo pro cent. pro
tempore pręterito, quo tenuit, & habuit in mer
cantia dictos decatos ducētum, tale debitū nō
18 potest peti, quia † quicquid promittit ultra sor-
tem, est usura, quæ ex toto est prohibita, ut in
auth.ad hæc C.de usur & not Barto.in l.si non
sortem.in princ.ff.de cond.indeb.& de talibus
promissionibus non redditur ius, ut in clem.j.
de usuris, & quod fortius est, si ipse D.Octauia
nus uel eius hæredes soluissent octo pro cent.
possent repetere, nec posset dici, quòd scienter
soluissent indebitum, cum hoc fecissent ne sors
ab eis peteretur. ut not.Bart in d.l. si non sortē
sub nu 3.ff.de cond.indeb. soluta autem sorte,
19 & restituta, si debitor spōte solueret usuras, ad
quas sciret se non teneri, posset dici, ꝙ repetere
non potest ut in l j de cond.indeb & not gl.in
c peruenit de fideiuss quod tamē non est expe-
ditum ut patet ex not per Bald.in l constitu.in
fi.C.de usur & in l ab Anastasio. C.mād de fru
ctibus autem partis possessionis de istrana sa-
tis posset dici quòd præmortuo d D.Octauia-
no, & confirmata confessione, quam fecit, per
mortem, & d. D Lucretia acceptante habere
partem possessionis, quòd habere debuerit fru
ctus ad eam pertinentes, & etiam tunc tale de-
bitum posset deduci de d hæreditate, cùm sic
quòd ualuerit illa promissio facta per D Octa
uianū de fructibus soluendis vxori suę, sequuta
confirmatione per mortem d. D.Octauiani, ut
declaraui, & maximè quia quò ad fructus con-
firmatio trahitur retro ad diem contractus, &
confessionis factæ, ut not. in l donationes. C.
de dona. inter uir.& ux & in l. sequens quęstio.
ff.de legat. 2.

20 Ad ultimum dubium, certum est, ꝙ † fidei-
commissarius uniuersalis ante factam restitu-
tionem non habet beneficium. l.fi. C.de edict.
D.Adr.toll.ut not.glo.in d.l. fi.& in l.filiā fra-
tribus.ff ad Trebell. post factam autem restitu
tionem uerbalem fideicommissarius uniuersa-
lis habet beneficium possessorium, ut possit pe
tere se immitti in possessionē ex beneficio d. l.
fi.ut no.Bar.in d.l.fi.C.de edic. D.Adri toll &
eodem modo si hæredes d.Antonij recusarent
21 restituere, & se absentarent, † restitutio habe-
retur pro facta, & eodem modo competeret
d.Aloisio fideicommissario d.remedium l.fin.
ut posset mitti in possessionem bonorum, quæ
sunt obligata restitutioni, ut not. Bart.in d.l.fi.
& in l.pen.in fin. C.ad Trebell. & si ambo con-
currerent,

currerent, uidelicet d. Antonij petentes se mitti in possess. bonorum, quæ tenebat Anto. tempore suæ mortis, & etiam d. Aloisius tanquam fideicommissarius peteret se immitti in possess. bonorum, quæ sunt obligata restitutioni, & ad inuicem contradicerent deberet pferri & obtinere d. Aloisius, quoniam in hoc iudicio locũ habet exceptio, dolo facis petere. quod es restiturus, ut declarât doct. in d l. fi. C. de edic. D. Adr. toll. Si modo in ciuitate Taruisij est statutum, quod hæres scriptus mittatur in possess. intelligatus secundum ius cõmune tam de hærede directo, quàm etiam de fideicommissario postquam ipsi fideicommissario est facta restitutio, uel pro facta habetur, nam & fideicõmissarius dicitur hæres, ut in l. si filius familias. §. fin. ff. quòd cum eo, & si quis uellet dicere, ꝙ fideicommissarius non est propriè hæres, sed habetur pro hærede, & sic impropriè, & uerba ista

22 tuti sunt intelligẽda in casu proprio, ut in l. 3. § hæc uerba. ff. de neg. gest. Respõdeo, ꝙ illud posset procedere in statuto, quod esset contra ius commune, sed statutum nostrum conformat se cum iure cõmuni, & ideo debet extendi ad casum in quo est eadem ratio, & qui potest comprehendi etiam impropriis uerbis, maximè cum dictus casus si intelligatur omissus remanet in dispositione iuris communis, ut in l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. cum uulgaribus, & iccirco ad eũ casum debet fieri extensio, & faciũt quæ not. Bal & Io. de Imo. & Moder. in l. Gallus. § si ijs ff. de lib. & posthu. & Bald. in l. fine possidetis in 2. col. C de prob & Io. And. in cap. fin. de consuet in nouella. Vnde concludo, quòd dictus fideicommissarius, sicut dixi, habet beneficium possessoriũ, etiam si concurrat cum hæredibus d Antonij est præferendus, cum omnino dicti hæredes debeant restituere d. Aloisio, & sicut dixi, in hoc iudicio habet locum exceptio dolo facis petere, ut plenè p Bar. & docto. in dict l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. Laus Deo.

Et ita ut supra dictum & consultum est, dico, & consulo iuris esse ego Ioannes Baptista Rosellus. I. V. D. ac iura ciuilia ordinariè legens in felici studio Paduano, & ideo manu propria scripsi, & sigillaui.

In Christi noĩe amen Ego Baptista de Sancto Blasio. V. I. D. in præsentiarum legens iura Canonica, post Ciuilia i famoso studio Paduę, requisitus de sola subscriptione, I dem iuris esse sentio, prout supra consultum est per præfatũ D. Ioan. Baptistam de Rosellis. In quorum fidem &c. me propria manu, &c. & sigillaui.

Placet mihi consultatio famosissimi ac Clarissimi Doct. D Ioan. Baptistæ Roselli, qui accuratè omnia, & pro ipsa ueritate scripsit, & ideo cum in eadem sim sententia requisitus de sola subscriptione, idem dico, & consulo ego Ioannes de Campegio de Bononia V. I. Doc. Paduæ iura Ciuilia ordinariè legens: In quorum fidem me propria manu subscripsi, & consueto sigillo sigillaui, Consilio cuiuslibet rectiùs sentientis semper saluo. Laus Deo.

CONSIL. D. IO. BAPTISTAE de Rosellis.

Consilium aliud eiusdem correctorium suprascripti, quò ad legitimam, per ius Venetũ.

Quòd filius grauatus de restituendo, nihil detrahit præter legitimam.

CONSILIVM C.

IN Christi nomine amen. Diebus elapsis consului in ciuitate Taruisij sequendo communem opin doctorum, ꝙ filius granatus à patre de restituendo hęreditatem si decesseris sine filijs, posit detrahere legitimam, in qua non potuit grauari, & Trebellianicam, quæ ueuit detrahenda de fideicommisso vniuersali, ut in l. 7. C. ad Trebell. per no. in c. Raynutius, & in cap. Raynaldus de test & in l quanq̃ C. ad l Falc. & in l iubemus. C. de testam. & per Moder. in l. in ratione §. quod uulgò. ff. ad l. Falcid. & in l Papinianus §. meminisse. ff. de inoffic. te sta & in l. j §. inter. ff. si cui plusquam per l. Falc.

Nunc autem uidi quandam nouam reformationem, fine partem captam in consilio ciuitatis Venetiarum sub rubr. de legitima iure naturę debita, & eius supplemẽto & qđ nihil aliud peti possit. In qua expressè disponitur, ꝙ filius cui à patre est tantum relictum quantum est le-

23 gitima, uel ultra, postquam tantundẽ habuit de bonis paternis, quantum est legitima debita iure naturæ, nihil possit amplius petere de bonis paternis, nec ratione Falcidiæ, nec ratione Trebellianicæ, nec quouis alio modo, quæ constitutio, siue reformatio vř mihi clarè disponere, quòd filius sit contentus tãtum legitima, & ista etiam fuit intentio legis ciuilis, pro ut declarat gl. in d. l. j § interim. ff. si cui plusquã per leg Falc. & est de mente Bar. in locis supra allegatis, quãuis consuetudo inoleuerit in contrarium, quæ consuetudo uidetur fundari in decretalibus prællegatis Raynutius, & Raynaldus, de testam. per istam autem nouam reformationem ciuitatis Venetiarum redimus ad illud, quod statutum erat de iure ciuili, secũdum quod sufficiebat legitima, in qua cõputari de-

24 beat, quicquid habuerat de bonis patris, ut in l. quoniam nouella C. de inoffic. testamen. per d. ergo nouam cõstitutionem derogatum erit consuetudini in contrarium, & seruanda erit d. con-

d.conſtitutio, & reformatio duc. & non pote-
rit detrahi niſi legitima, quia quilibet populus
poteſt ſtatuere in terris ſuis, ut in l.omnes po-
puli.de iuſt. & iur. & in l.uenditor.§.ſi conſtat.
ff.communia prædiorum, & l.3.§. diuus.ff.de
ſepul.uiol.& in l item eorum.§.j.ff.qđ cuiuſq;
uniuerſ.nomi. & licitum eſt mutare opinionē
ex nouiter deductis, de tali enim cōſtitutione
notitiam non habui tempore quo conſului, &
iuſta fuit ignorantia in talibus conſtitutioni-
bus, quæ facti ſunt, de quibus etiam princeps
præſumitur habere ignorantiam, ut in ca.1.de
conſtit.in 6.Vnde concludo, quòd uigore par-
tis, ſeu reformationis filius grauatus de reſti-
tuendo, legitimam tantum detrahere poteſt, &
nihil ultra prætextu Trebellianicæ, uel Falci-
diæ. Laus Deo.

Et ita, ut ſupra dictum, & conſultum eſt, di-
co, & conſulo iuris eſſe. ego Ioan.Baptiſta Ro-
ſellus. I.V.D & iura in præſentiarum Canoni-
ca ordinariè legens in ſtudio Paduano, & ideo
manu propria ſubſcripſi, & ſigillaui.

CONSILIVM D. BAPTISTAE de Santo Blaſio.

In Materia ut ſupra, ſcilicet Legitimæ & Trebellianicæ.

CONSILIVM CI.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa
D.Ludouici à Cornu ciuis Tarui-
ſini, conſidero quòd D.Antonius
eius frater non potuit grauari in
25 legitima ſua, & ſic fideicommiſſum, quod † eſt
grauatum, non capit legitimam, ut in l.ex tri-
bus, & l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.te-
ſta.adeo quòd per ullum actum, quem fecerit
D.Antonius in uita, uel in morte ſua non uide
tur ſibi præiudicaſſe in legitima ſua, niſi ſpeci-
ficè, & expreſsè de Legitima uoluiſſet ſibi præ-
iudicare exprimēdo legitimam ſuam, ut eſt ca-
ſus in l ſi quando in fi.C.de inoffi.teſt.& Guil.
de Cuneo.in l.de ijs ff. de tranſac.& quod not.
Iac.de Alua. in c.in generali.Si de feud.fue.con
trouer.In uſib. feud. & hoc in terminis decidit
Ang.in ſuo conſilio 94. in 5. col.ubi inquit, ꝙ
26 filius non † prohibetur petere legitimam ſuā,
quāuis promiſiſſet aliquid non petere de bonis
patris, & quāuis remanſiſſet tacitus, & conten-
tus, niſi feciſſet ſpecialem mentionem de legiti
ma ſua. Conſidero inſuper, quòd teſtator ſim-
pliciter ſubiecit bona ſua fideicommiſſo, nec
27 expreſsè prohibuit † alienationem bonorum
ſuorum, quo caſu ſi prohibuiſſet, non poſſet de
trahi Trebellianica, per auth. ſed in ea. C. ad l.
Falcid.& ibi Bald.multùm not. illam Auth. di-
cens quòd Aduocati nō aduertunt ad illam, &
ideo cum fideicommiſſum ſortiatur effectum
poſt mortem D.Antonij, certè poterit detrahi
etiam Trebell.ne dum legitima, ex quo diuer-
28 ſis tēporibus detrahi pōt, ut ꝑ Bart in l.Papi.§.
qm̄ autē quarta.ff de inoff teſt & hr̄ in c.Rayn.
de teſt.& in c.ſi pater de teſt lib.6. & in l quāq̄.
C.ad l.Falc.ubi etiam per Bal & dico ꝙ iſta le-
gitima, & Trebell.continet dimidiam partem
portionis hæreditariç d.q D.Antonij, ut hr̄ ꝑ
doct.in dictis iuribus, qđ hr̄ ꝑ Ang. in ſuo cōſ.
135.in ult col & in cōſi.150 in fi.& ī cōſ.151.
in 3.col.& in cōſi.124 circa fi. & in conſi.132.
29 circa fi.Item conſidero, ꝙ iſta legitima.& Tre
bell quæ capit dimidiam partem prędictā, pōt
detrahi etiā ꝑ hæredes filij, cui debebantē legiti
ma & Trebell.ut d.Ang.in ſuo conſi.125.in 4.
col.& in conſi.285.in 2.col.et in conſ.305.in
30 fi.et in † iſta legitima, et Trebell.non imputan
tur fructus percepti per d. q.D.Ant.ut d.Ang.
in ſuo conſilio 124. circa fi.et conſi.285.in 2.
col.et habetur in l. iubemus C.ad Trebell

Vlteriùs conſidero, ꝙ ipſe D.Anto.creditor
dotis ſuæ maternæ de duc.800.auri cum ſucceſ-
ſiſſet patri ſuo pro ſua portione dimidia inſi-
mul cum D.Ludouico eius fratre, pro alia ſua
portione dimidia, nullo confecto inuentario,
confuſa erat, quamdiu uixit, actio ſua de dote,
pro dimidia parte, pro qua extitit hæres patris
31 ſui, debitoris dictæ dotis per ea, quæ habentur
in l.ſi debitori tuo.C.de pact & in l ſtichum §.
aditio.ff.ſolution.& l.cū à matre C de rei uend.
& l.j. C.ſi cert. pet. & ideo quatenus accepit te-
nutam, uel poſſeſsionem illorum bonorū pro
ſatisfactione dictę dotis, capiendo de bonis hę
reditarijs, ultra ſuā dimidiā partē hæreditariā,
malè accepit, & hæredes ſui tenentur reſtituere
ipſi D.Ludouico tā fundos, q̄ fructus ꝑceptos
de illis bonis, argu titu.ff.& C. de condi indeb.
32 iuxt.l.ſi ob cām. ff. de euict. † Quatenus uerò
accepiſſet de ſua portione hæreditaria, non eſt
quærendū, quia omni mō faciebat fructus ſuos
ex ſua portione hęreditaria perceptos.l.ſolum.
§.meum ff.de rei uendi.tn̄ bene uerum eſt, ꝙ in
morte ipſius q.D.Antonij, quia in effectu deſi-
nit eſſe hæres ꝑꝑ fideicommiſſum, ut in l.reſti-
tuta.ff.ad Trebell.iuncto.§.quos autem.inſt.de
bon.poſſ.ſibi D.Antonio, ſiue eius hæredibus
actio ſua de dote materna reuiuiſcit ſiue ſibi re
ſtituitur per l.ex ſextante.§.latinus.ff.de excep.
rei iud & quod no.doc.in d.l.ſi debitori tuo.C.
de pact. Laus Deo.

Et ita dico, & conſulo iuris eſſe, ut ſupra
ſcripſi manu mea, ego Baptiſta de Sācto Blaſio
V.I.Doct. in præſentiarum poſt iura ciuilia
legens publicè iura Canonica in fęlici ſtudio
Paduano. In quorum fidem me propria ma-
nu ſubſcripſi, & ſigillaui.

CONSI-

CONSILIVM D. LEONARDI DE Batiolis. I.V.D. Patauini.

¶ In materia Trebellianieæ, an & quando dedncatur, & de intellectu Prouiſ. Duc. ſub Rubrica.

De legitima iure naturæ debita, & eius ſupplemento &c.

SVMMARIVM.

1 *Caſus huius conſilij ex libello actoris.*
2 *Exceptiones ad libellum.*
3 *Hæres inſtitutus in certis rebus, nullo ſibi dato cohærede, cenſetur in totam hæreditatem inſtitutus, & nume. 24. ſeq. conſi.*
4 *Subſtitutio regulatur ſecundùm inſtitutionem.*
5 *Fructus collecti ab hæredibus grauati per negligentiã fideicommiſſarij, nõ petentis ſibi reſtitui fideicommiſſum, non debentur ipſi fideicõmiſſ.*
6 *Hæres grauatus de reſtituẽdo fideicommiſſo uniuerſali, poteſt tamẽ teſtamentũ condere, & uniuerſalem hęredem inſtituere quò. ſ. ad legitimã.*
7 *Trebellianica quando detrahitur: contra uide nu, 32. & 33. in ſequenti.*
8 *Intellectus ad Prou. Duc. trac. 1. c. 6. de legitima iure naturæ debita &c.*
9 *Ea Prou. ſecundùm hunc intellectum, non habet locum, quãdo nihil eſt hæredi grauato relictum contrariam ſententiã tenet. ſeq. conſi. nu. 33. & 37. & 45. ubi datur allus intellectus, & San.*
10 *Fructus percepti per liberos primi gradus, non imputantur in Trebellianicã ſecus in alijs numero 15.*
11 *Vſusfructus perceptus à filio in ſuis bonis aduentitijs per patiẽtiam patris, ad quem ſpectabat, uidetur remiſſus, neque poſt mortem patris de eo põt à cohæredibus inquietari, nec in aliquo computari, ſed cedit lucro filij, & eſt ipſius præcipuus.*
12 *Prælegata quo caſu ueniant in fideicommiſſum.*
13 *An in legitimam, uel Trebellianicam ſit computanda dos data.*
15 *Falcidia non detrahitur, ubi legata non excedunt dodrantem & 14.*
16 *Omiſſio inuẽtarij hæreditatis per grauatum, ſibi præiudicat in Trebellianica.*
17 *Forma ſententiæ, ſecundùm quam eſt iudicandum in hoc caſu.*

CONSILIVM CII.


IN nomine Dñi, noſtri Ieſu Chrĩ, & eius Glorioſiſsimæ genitricis Virginis Mariæ, & totius cęleſtis curiæ triumphantis, Amen. In cã, lite, & qõne nertente, & quæ uerſa fuit coram Mag. & generoſo D. Poteſtate, & Capit. ciuitatis Taruiſij pro noſtra Ducali Illuſtriſ. dñatione Venetiarũ, eiusq; Tribunali, & officio inter ſer Laurentium de Bonaldis, honorabilẽ ciuẽ Taruiſij, & ſer Iacobũ de Fabris, eius ꝓcuratorẽ ex una parte agentẽ, & petentẽ, & eximium Doct. D. Gregoriũ de Spineta, tutorẽ Magdalenæ pupillæ, & hæredis, & olim filiæ Io. Ant. de Bonaldis, & ſer Iacobum de Fabris actorẽ ſuũ eius noĩe cõparentẽ ex alia ſe defendentẽ, commiſſa, conſulenda mihi Leonardo de Batiolis infraſcripto. Viſis, & diligenter examinatis proceſsibus, & ſcripturis mihi exhibitis ꝓ parte prælibati Magn. D. Poteſtatis, & Capit. clauſis, & ſigillatis cum literis eiuſdem. Auditisq;, & intellectis allegationibus dicti Laurentij, & eius Clariſ. Aduocati oretenus, & in ſcriptis, & ꝑ me ſuppletis allegationibus pro altera parte abſente, & contumace, & diutiùs expectata, in his, in quibus de iure fuit opportuna ſuppletio, ut cõſultatio mea clariùs, & expeditiùs intelligãt: totus & oĩmodus ſubſtãtialis effectus oĩum actorũ, & actitatorũ in pñti cã, vr̃ conſiſtere in infraſcriptis, ue3, quia ꝓ parte d. Laurẽtij narratur, & exponit in eius libello, & petitione ꝙ q. Iacobus de Bonal. q. ſer Fran
1 ciſci ſuum ultimũ condidit teſtm̃, in quo inter cætera inſtituit eius hæredem uniuerſalẽ, & in ſolidum Io. Anton. de Bonaldis eius fratrẽ, cui Io. Ant. qñcunq; contigerit ipſum mori abſq; liberis maſculis, ſubſtituit d. Laur. cuius Iacobi defuncti hæreditatem adiuit ipſe Ioan. Ant. & demũ deceſsit ſine liberis maſculis, ſuꝑſtite d Laurentio, qui p̃dictorũ notitiã hñs, acceptauit hæreditatẽ d. Iacobi ex illius teſtõ præfato. Quare, concludẽdo, petitur declarari, hr̃ditatẽ & bona q. dicti Iacobi de Bonaldis per mortẽ d. Ioan. Antonij ſine liberis maſculis deuoluta eſſe d. Laur. & partem aduerſam cõpellendam ad reſtituendũ ipſam hr̃ditatẽ, & ipſum Laur. mittendũ in poſſeſsionẽ, tanq̃ hæredẽ fideicõmiſſarium d. Iacobi, rerum, quas d. Iacobus tenebat, & poſsidebat cum fructibus etiam perceptis, & qui perciperentur à mortis tempore d. Io. Ant. &c. ꝓ ut in libello, & petitione cõtr.
2 In exceptionibus autem partis aduerſę plura deducuntur, & inter cętera inſtrumẽta, q̃ ſunt uiſa cõſideratione digna, ve3 ꝙ ſi qua fieri dẽt reſtitutio, primò dẽt detrahi de hr̃ditate q. d. Iacobi hæreditas q. ſer Frãciſci pr̃is p̃dictorũ, ſubiacẽs fideicõmiſſo ꝑꝑ ſubſtõnẽ inuicẽ eis factã in ipſo teſtõ paterno: Itẽ ꝙ d. q. ſer Frãciſcus fuit uſufructuarius oĩum bonorũ aduentitiorũ q. d. Iacobi, & Nicolai eius filiorũ, pro quorũ bonorũ uſufructibus, & redditibus habitis ꝑ d. Iacobum eidem Magdalenę pupillę, & hæredi q. d. Ioan. Anto. patris ſui competit retentio. Item ꝙ d Io. Ant. dotauit Mariã ſuã & d. q. Iacobi ſororẽ, & quãplures alias expẽſas fecit ꝓ hr̃ditate q. d. Iacobi, & eius occaſione,

pro qbus intendit ntl retẽtione d. Magdalena pupilla,& hæres d Io Ant. Item ꝙ in testamento d.q. ser Francisci fuit factum legatum uenerabili D. Sorori Anto. Moniali de decatis sex singulis annis, cuius extimationis petit fieri detractionẽ & similiter Falcidiæ oĩum relictorũ d.l. aurẽtio in testõ d.q. Iacobi. ultra instõnem hr̃dis. Negant etiã narrata, ꝓ ut narrãtur, &c. Sũt & alia plura hinc, inde deducta, quæ ex inspectione processus clarè liquent, quæ non est uisum, esse opus hic inserere breuitatis cã,& ꝑcipue cùm in ꝑmis̃is,& circa ꝑmissa uideat cõsistere tota uis,& substantia processus, quò ad ꝓpositũ nostrũ. His igitur ꝑmis̃is, attingẽda est decisio suprascriptorũ oĩum,& singulorũ. Et primò q̃dẽ circa libellũ & petitionẽ liquidò patet ex instrumẽtis,& scripturis in pñti iudicio ꝓductis d.q Iacobũ de Bonaldis decessisse testatum, instituto hærede Ioan Ant. fratre suo,& sibi substituto Laurẽtio ꝑfato. ut supra in forma debita ualida,& solẽni. Itẽ casum substõnis euenisse,& ei locum esse. Nec obstat ipsi Laurẽtio ꝙ ĩ instõne facta in testõ Iacobi uideatur solùm institutũ Io. Anto. in bonis immobilibus,& actionibus, & in eisdẽ substitutus Laurentius & sic nõ dẽat hr̃e bona mobilia, de quibus nõ est facta mentio, q̃a facillimè rñdet huic obiectioni. esse de re non dubia, cũ
3 sit casus l. decisus certũ.n.est, ꝙ hæres istitutus in certis rebus, nullo sibi dato coherede, capit totã hæreditatẽ, & cẽset uniuersaliter institutus ex ꝑsumpta uolũtate, ut est tex. in l.j.§.si ex fundo.ff.de hær. instit & instit q̃b. mod. testa. infir.§.sed & si q̃s.cũ concord & substõ regu-
4 latur scd̃m naturã instõnis † principalis, ut C. de impub.& alijs subst.l.j. cũ si. merito igitur substitutus uniuersaliter uocat, sicut & institutus, ꝑsertim cũ in fideicõmis̃is uolũtas est maximè attẽdenda, ut C de fideicõ l.cũ uirũ.& ff. de leg.j.l.placet,& ad Trebell.l.hęredes mei.§. cũ ita cũ sim. Meritò igit fieri petit declarõnẽ ꝑdictã, hr̃ditatem.s.& bona q Iacobi deuoluta esse ad ipsum Laur. & partem aduersam cogi ad restitutionẽ,& mittẽdũ Laur. i possessionẽ ut sup. cũ testõris, uoluntas tanq̃ lex, sit seruanda,& ei parendũ, ac fauendum, ut C. de sacros. eccles l.j.& in auth. de nupt §.disponat cũ infinitis concordãtibus,& ꝑ tot tit. ff & c ad Trebell & de materia missionis plenissimè in l.fi. C. de edict. D. Adr. toll & ĩ statuto cõis Tar de quo in processu, sub rubr. de instituto hr̃de in possessionẽ mittendo. cuius uerba sunt clarissima, si ad aliquẽ est deuoluta hr̃ditas ex testõ, seu p aliã quancunq; ultimã uoluntatẽ, ꝙ institutus hæres in possessionẽ mittẽdus sit sine q̃one, & cõtrouersia earũ rerũ, quas defunctus habuit,& tenuerit, uel uisus fuerit tpe mortis tenere,& posidere. Igitur cũ libellus fuerit, & sit bene cõceptus, & ꝓbatus, cõsequẽter iuxta eius tenorẽ est ferenda sñia, & ꝓnuntiatio ff. cõi diuid l.ut fundus, & extra de simonia. c.licèt Heli, habita tñ cõnre retentionis insertorũ, quæ dicentur infra in discussione exceptionũ, eò maximè q̃a Laurẽtius,& eius ꝓcurator saltẽ tacitè uidentur acquieuisse & consensisse, ꝙ discutiantur. ut patet ex ꝓcessu, fortè.n. aliter nõ possent in hoc iudicio decidi, ꝑ uerba statuti ꝑfati, sine q̃one,& cõtrouersia,& ꝑ ea, quę habetur in ꝑalleg.l.fi.C.de edic. D. Adr. toll. unica ẽt modificatione & limitatione adiecta, circa fructus petitos in fine ipsius libelli uez, ꝙ illi solũ non debeantur, & non ueniant in
5 restõne, q̃ recepti fuerũt ex negligẽtia fideicõmissarij, non petẽtis, iuxta es, q̃ plenè hñtur,& no. ff. ad Trebell. l. in fideicõmiss. & l mulier.§. si hæres.& C. ad Trebell. l. iubemus. Venire ergo debent in restõnẽ fructus solùm a ipe, quo desijt esse in negligẽtia, de q̃bus in executione fit liquidatio. Discutiamus igitur subsequẽter exceptiones partis aduersę, de quibus sup. q̃ s. earũ habeant uigorẽ, & quæ uen in hmõi processu missionis, & q̃uo. prima ergo exceptio, de qua sup. est ista, uez, ꝙ primò dẽat detrahi, seu retineri hr̃ditas q. ser Frãcisci pr̃is dictorũ Iacobi, & Ioan. Anto. subiacens fideicõmisso, ex substitutione inuicem facta in testamento pr̃no. Circa quam aduertendum esse censeo, ꝙ ꝑdictus ser Franciscus in suo testõ, & ult. uoluntate instituit filios suos masculos tũc uiuẽtes, & posthumos hr̃des uniuersales, & inuicẽ eos substituit, si aliq̃ prædecesserint sine filijs, in forma solemni, & uigore dictę substitutionis, quia prædecessit Iacobus antedictus sine filijs. debebatur portio Iacobi ipsi Ioan Anto. & consequenter debetur ꝑdictę pupillę filiæ suę.& hæredi, quæ ꝑtendit ius detractionis,& retẽtionis ut sup. In hac q̃dẽ exceptione aduertẽdũ, nemini dubiũ esse, ꝙ licèt d. Iacobus fuerit grauatus de restituendo ipsi Io. Ant. tñ po-
6 tuit testm̃ cõdere, & ẽt uniuersalẽ hæredẽ instituere, saluumq̃;, & integrũ manet fideicõmissũ, debitũ ipsi hæredi instituto ꝑ tex. C. ad l Falc. l. irritum,& q̃d ibi no. In cuius fideicõmissi detractione dẽt ex persona Iacobi hẽri sõ legitimę, sibi debitę iure naturę, in qua nõ potuit adijci aliq̃d onus cõdõ, uel grauamẽ, ut est text.
7 C de inoff. test. † l. q̃m in prioribus,& l. scim⁹ §. cũ autẽ, de Trebell autẽ sunt opiniones, tñ uerior,& cõior opinio est, ꝙ detrahit ultra lrĩmã in ꝓposito casu q̃m rogatus est filius sub conditione, si decesserit sine filijs, licèt aliud sit, q̃n pure ut ꝑ gl.& doc. ĩ l. quanq̃. C. ad l. Falc.& ff. de inoff testam. l. Papin.§. meminisse & in alijs pluribus locis apud legistas & apud Canonistas in c Rayn.& c. Raynal. extra de test. & hoc de iure cõi. Verumtñ aliquid dubij argui põt

in con

In contrarium in caſu noſtro, pp Prouiſionē
Ducalem, tranſmiſſam in proceſſu, quæ in ciui
tate Taruiſij ſeruatur, uidelicet, Trebell. nullo
modo poſſe detrahi, poſtq̃ aliquid, ut in ppo-
ſito, & ſic legitima ex uoluntate teſtantis rema
net apud filiũ inſtitutũ, & de reſtituēdo roga-
tũ, ſiue grauatũ, ſatis. n. vr̃ de uoluntate teſtan-
tis ſibi relicta eſſe legitima, poſtq̃ inſtitutus eſt
hæres per eum, cuius inſtitutionis reſpectu de
trahit legitimã, ut ſup ſi enim nõ haberetur re
ſpectus ad inſtitutionē, teſtm̃ eſſet irritum, ſi-
ue nullũ p §. aliud in Auth. ut cũ de app. cogn.
& qđ no. in auth. nouiſsima. C de inoffi. teſta.
Dicit. n. ipſa Prouiſio Ducalis, ſi occurrerit, ꝙ
aliquis maſculus, aut fęmina ſit īſtitutus hæres
in teſtamēto, & grauatus ſit reſtituere hæredi-
tatem alteri, non poſsit ppterea dictus inſtitu-
tus hr̃e, uel percipere aliquid de dicta hæredita
te, niſi illam partem, quæ ſibi relicta fuerit p te
ſtantem in dicto teſtamēto. Hoc tñ non obſt.
uerius vr̃, qđ ſuperius eſt concluſum. ſ. ẽt Tre-
bellianicam detrahendam qm̃, ſanè intelligen-
9 do Prouiſionē prædictã, ipſa loqtur, qñ hęres
rogatus de reſtituendo, hẽt aliquid ex iudicio
teſtatoris, ultra titulum inſtitutionis, ut putà
qa de hæreditate grauatus reſtituēda, aliquo re
tento, uel factum eſt ei pręlegatum, ſecus, qñ
ſolùm eſt inſtitutus, & rogatus de reſtituendo
hęreditatē totam, aliàs contingere poſſet qñq;
ꝙ nihil hr̃et, niſi nudum nomē, & qñ nõ eſſet
filius ipſe hæres inſtitutus, & grauatus, qđ vr̃
abſurdum, & rõni minimè conſonũ, cùm indi
ſtinctè loquatur, & reſpectum hẽat ad oẽm ca
ſum, & ſic uniformiter dẽt accipi intellectus
eius, ut nullo uſu ſequat̃ inconueniẽs, ſed oẽm
caſum in ipſo determinet. arg. C. de impub. &
al ſubſt l. quãuis. & ff. de uulga. & pup. l. iã hoc
iure, & huius intellectus ueritas probat̃ ex uer-
bis rectè ponderatis pfatæ Prou. Duc. q̃ dicũt:
Qui hæres inſtitutus, & grauatus reſtituere hę
reditatē non poſsit hr̃e, uel percipere aliq̃d de
dicta hæreditate, niſi illã partē tm̃, quæ ſibi re-
licta fuerit pteſtãtē in dicto teſtõ, primò ergo
pſupponit hęredē fore inſtitutum, & rogatum
de reſtituēdo hæreditatē, & ſic totã, uel totum
illud, qđ tit. inſtitutionis à teſtatore conſecu-
tus fuit: deinde d. qui talis hæres inſtitutus, &
rogatus non poſsit hr̃e, uel percipere niſi illam
partem, quæ ſibi relicta fuerit p teſtantē in di-
cto teſtamento, & ſic notat aliqđ extrinſecum
relictum ultra titulũ inſtitutionis, ſi autē fortè
rogaretur hæres inſtitutus de reſtituēdo hære
ditatem, aliquo retento, tũc bene poſſet etiam
procedere phibitio Prou. quia illud ſibi rema-
nens pciperet p teſtamen. & hoc mõ nulla re-
ſultat abſurditas, aut inconuenientia. Nec ob.
qđ ſup. dixi, uideri legitimã percipi ex uolun-
tate teſtantis, qa aliàs teſtamētũ corrueret, qa
reuera legitima debetur liberis ex legis proui-
dentia, ut eſt tex. in auth. nouiſsima. C de inoff.
teſt. & in corpore vñ ſumit̃, & ad eã relinquen-
dam tit. inſtõnis cõpellitur parens p tex. in d. §.
aliud ad effectum eorũ, q̃ ſeqnũtur ex titulo in
ſtitutionis: de quib. in d. auth nouiſsima no. &
iſta conſideratio, ꝙ hẽat ex uoluntate teſtãtis,
qa inſtitutus eſt, eſt conſideratio remota, non
principalis, qa principalis eſt prouiſio legis, &
principale dẽt attendi, non remotũ p iura uul-
garia: prædicta aũt Prouiſio conſiderat relictũ
p teſtantem principali mentione, & cũ effectu,
ut ſatis patet ex prædictis, concluditur ergo in
propoſito deducendã legitimã, & Trebell. & il
las remanere dẽre in hæreditate d q. Iacobi, &
ſic ſolùm dimidiam dimidiæ hęreditatis pr̃nę,
in qua fuit inſtitutus d. q. Iacobus, uenire in re-
ſtitutione fideicõmiſsi. Nec ẽt dicta Trębell.
Iacobi in bonis paternis dẽt diminui p impu-
10 tationē fructuũ perceptorũ, qa † Iacobus ipſę
fuit de liberis primi gradus ipſius. q. ſer Franc.
patris ſui, qbus nõ imputant̃ fructus ĩ Trebell.
ut eſt caſus. C. ad Trebell. l. iubemus cũ ibi no.
licèt in alijs, q nõ ſint de liberis pdictis, fructus
imputentur in Trebell. quando percepti ſunt
iudicio teſtatoris. ut ff. ad Trebell. l. in fideicõ
miſſaria, & no. in d l. iubemus.

Secũda exceptio ſupraſcripta eſt, ꝙ ſer Frã-
ciſcus antedictus fuit uſufructuarius oĩum bo
norũ aduentitiorũ q. d. Iacobi, & Nicolai fra-
trum, eiuſq; filiorũ pro quorũ bonorũ uſufru
ctibus, & redditibus habitis p d. Iacobũ eidē
Magdalenæ pupillæ, & hr̃di d. q. Io. Anto. pr̃is
ſui cõpetit reiẽtio, circa quã exceptionē adner
tendũ vr̃, ꝙ uſusfructus dictorũ bonorũ aduē
titiorũ, quantum eſt reſpectu Nicolai, nõ pro-
batur peruenisse in ipſum Iacobum: Quantùm
uerò attinet ad ipſum Iacobum, adhuc eſt cõſi
derãdum, ꝙ ipſe uſusfructus bonorũ ſuorum
aduẽtitiorũ non uenit in rõne deductionis, vel
11 retentionis conſiderandus: Cùm † enim pater
uiuus paſſus fuerit continuò eũ fore penès Ia-
cobum filium familias, moriens cum hmõi p-
ſeuerantia uoluntatis, vr̃ remiſiſſe talem uſum-
fructum, & vr̃ cedere lucro filij, ita ꝙ eius ſit
præcipuus, nec à cohæredibus inquietari põt,
uel ex eorum perſona, nec aliqua ratio exigi,
aut requiri per tex. in l. cũ oportet. §. ſi autē. C.
de bon. quæ liber. & ut ibi concludit gl. morte
confirmatur talis remiſsio uſusfructus, & con
ſequenter non imputatur in legitimam, cùm
non fuerit expreſſum. arg. eius, quod hr̃ de do-
natione ſimplici in l. ſi qñ. §. & gñaliter. C. de
inoffi. teſt. & in auth. ex teſtamēto. C. de collat.
& ibi per Bart. & al. docto. neque etiam uenit
ut relictũ, ſeu habẽs uim relicti, uel pręlegati ĩ
reſtõne fideicõmiſsi uniuerſalis, ut de hoc eſt
12 optimus tex. & caſus ĩ l. ſequẽs. ff. de leg. 2. licet

de aliis prælegatis aliter dicatur, ut plenè hī & no. C. de fidei. l. cū uiru. & ibi pgl & doc. & d. l. seqnēs quęstio. est. n. huiusmodi donatio, quę morte cōfirmatur, diuersa species à relicto, seu prælegato, ut no. in d. l. sequēs quæst de leg. 2. non pōt igitur de tali usufructus deduci, aut retineri ad aliquem effectū, ut colligitur ex prędictis. Nec ob. pmissis, qd̄ dr, & deducit in processu de snīa, seu laudo aliàs lata in huiusmodi materia, quæ postmō fuit annullata, & deinde reducta ad ualiditatem p uiam transactionis, q a clara patet rnsio, quia, s. de ea, & cōpromisso antea emanato in forma debita non cōstat. Itē ēt, quia hæc snīa, & transactio fuit facta, & lata inter alias psonas, & de alio usufructu, & ad alium finem, meritò non piudicat in pcessu pnti, q a res inter alios acta &c. C. res int. al. act. in Rubro, & nigro, cum ibi plenè notatis. Sunt & aliæ rōnes, quas gratia breuitatis omitto: q a satis ex inspectione pcessus patent, non obstat igitur hęc secūda exceptio fundata sup hmōi usufructu. Tertia exceptio, de qua supra est, q d. Ioan. Ant. dotauit Mariā filiā, & d. q. Iacobi sororem, & q plures alias expēsas fecit p hęreditate q. Iacobi, & eius occasione, p qui bus intendit uti retentione d. pupilla filia, & hæres d. Ioan. Anto. circa hanc exceptionē bimēbrē primò circa primū mēbrū dotis vī dicendū, nō cōpetere ius retentionis, q a † ut pa
13 tet ex instrumento dotali, & finis, & quietationis in pnti processu, dicta dos fuit decatorum sexcentorū, de quibus fuerunt decati quingēti dati de bonis pnis, & decati centum de bonis d. Ioan Ant. partim, & partim de bonis quon. D. Magdalenæ matris suæ, cōputatis denarijs legati d. q. D. Magdalenæ, facti d. Mariæ. Quantùm igitur ad bona paterna certū est, non cōpetere aliquā rōnem, quia ipsa dos fuit p hæredes institutos, à quibus iure legati relicta fuerat, equaliter soluenda, & tota hæreditas in effectu peruenit in ipsum Io. Anto. q a ex substōne pnā successit in partē Iacobi, & ex psona sua habuit residuū bonorū pnorū, & dos illa fuit debita, tanq legatū in testō pnō relictū, ut patet ex eius testō, non aūt, ut æs alienū, soluta, quia tunc benè certū esset, eius hēri debere respectū. Cùm ergò uigore legati fuerit debita, & soluta p ipsum hrdem. cui onus legatorum fuit adiectum, & incumbit, non debet diminuere legitimam, debitam iure naturæ ipsi Iacobo, quia sine aliquo onere legatorum eam dēt hre per iura superiùs allegata, cū alijs concordantibus. Posset tn̄ dubitari, an rōne Trebellianicæ Iacobi hēri dēt consideratio dotis prædictæ. Itē an uenire dēat in consideratione, respectu legitimæ, & Trebellianicæ Iacobi saltē quātitas, quæ, non facto legato dotis, fuisset debita ipsi filiæ, ut saltem illius quantitatis ratio habeatur. Verùm quia istud in hoc processu non liquet, cùm de hoc nulla sit facta sufficiens probatio, uel deductio, & exigeret altiorem indaginem, uidetur reseruari debere hoc ius in iudicio pleniori. Hoc enim iudicium summarium missionis in possessionem nō dēt ex hoc retardari: ex iure cōmuni per d. l. fi. C. de edic. D. Adria. toll. tum etiam uigore statuti de quo supra. Quò ad alia etiam cētum data de bonis Ioan. Anto. & q. D. Magdalenæ, vī illorū centum non habendam esse rationem, quia vī donasse quantū est respectu sui, cui nō incumbebat onus illud. arg. l. fi. C. de dot. promiss. & l. j. §. accidit C. de rei ux. actio. cum ibi plenè not. tum quia fuit hæres d. Magdalenæ, quę legaue rat ipsi Mariæ & sic ex debito fecit. Quantum uerò ad aliud membrum huius exceptionis. s. de expēsis factis in hæreditate præfata, & eius occasione d. Laurentius contentatur de expēsis legitimis liquidandis, iccirco non est opus instare, cū etiam iustitiæ, & equitati cōueniat.

Quarta exceptio supra dicta est de legato annuo decatorū sex facto D. Antoniæ Moniali in testamēto pnō, & de Falcidia oīum relictorū d. Laurentio in testamento d. q. Iacobi ultra institutionem, & uidetur non esse rationabile huiusmodi exceptionem, tum quia non fuerant facta legata ultra dodrantē, & sic non
14 est locus Falcidiæ de iure cōi, † ut instit. de l. Falcid. circa prin. tum ēt quia Prouisio ducalis tractans de Falcidia non habet prodesse parti aduersæ, ut ex eius inspectione clarè liquet, & ideo non insisto, posset tn̄ circa extimationem dicti legati annui fortē dubitari pp Trebellianicā d Iacobi, sed q a non fuit deducta, & probata talis æstimatio, & exigit altiorem indaginem; ideo reseruandum consulo ius in pleniori iudicio, & q propter hoc non retardetur psens iudicium, per ea, quę superiùs in alia exceptione dicta, & allegata fuerunt. Aduertendum est etiā circa Trebellianicam, quam prætēdere uidetur d. Magdalena pupilla ex persona d. Ioan. Anto. rogati de restituendo hæredita-
15 tē fratris sui Iacobi, ut sup. in casu, † quo Trebellianica ipsa ueniret deducenda, fructus per eum percepti iudicio testatoris post mortem Iacobi, & ante mortem ipsius Ioan Anto. uideretur imputandi in eam, quia ipse Ioannes Antonius respectu Iacobi eum grauantis non est de liberis iuxta ea, quæ plenè habentur in d. l. i. § fideicōmissaria. ff. ad Trebell. & in l. iubemus C. ad Trebel. cui etiam obstat omissio in uentarij hæreditarij in forma solemni cōcepti
16 sequendo opin. tenētium talem omissionem piudicare quò ad amissionē Trebell. de quib. plenè in auth. sed cū testōr. C. ad l. Falc. & ff ad Trebell. l. Marcellus §. qd̄ autem, quam tn̄ examinationē opin. non expedit ingredi, Quò ad propo-

propositũ casum, quia ex testamẽto d. Iacobi Ioan. Anto. habuit ultra institutionẽ ꝑlegatũ, de quo in testamento eius continetur, & sic nõ põt rõne Trebell. aliud consequi pp prouisionẽ Duc. de qua sup. sunt & alia plura hinc, inde deducta, proposita, & narrata, circa quæ nõ est uisum facere instantiã, tũ q non sunt sufficienter probata, tũ etiã q a substantia effectua lis totius processus uꝛ in prædictis consistere. Circa iurium etiam allegationes multa omitto gratia breuitatis. Ex prædictis itaq; oĩbus, & singulis, & alijs omissis pro breuitate seruãda, præhabita diligenti, & matura deliberatione circa considerãda, & attẽdenda: Iesu Chri-
17 sti, Dñi nostri, † eiusq; Gloriosissimæ Genitricis Virginis Mariæ, & cunctorum cęlitum nominibus repetitis dico, & cõsulo partes Magnifici, & generosi D. Potestatis, & capit. prælibati, & eius officij fore, & esse debere in pronuntiando, & sententiando, & declarando in præsenti causa in hunc modum, uidelicet, hęreditatem, & bona d. q. Iacobi spectare, & pertinere ad prælibatũ Laurẽtiũ, uigore substõnis, & fideicommissi contenti in testamento dicti q. Iacobi supradicti, & successiue partẽ aduersam condemnandam ad restitutionẽ hæreditatis, & bonorũ prędictorũ cũ fructibus à tpe, quo desijt esse in negligentia non petendi pdicta Laurentius fideicõmiss. ut sup. liquidãdis in executione, ipsumq; Laurentiũ, & suũ procuratorẽ eius noĩe mittendum esse, & mitti debere in possessionẽ bonorũ, quæ q d. Iacobus tenebat, & posidebat, & tenere & posidere uisus fuit tpe mortis, factis tñ priũa per partem aduersam detractionibus, & retentionibus infrascriptis, uidelicet retenta seu deducta dimidia solũmodo illius partis hrditatis, & bonorum, in qbus fuit institutus ꝑlibatus Iacobus in testamento paterno prędicto, & rogatus de restituendo, quę sunt in effectu quarta pars bonorũ paternorũ, ut patet ex supradictis, q a. s dimidia peruenit in d. Ioan. Anto. ex sua propria institutione paterna, & alia dimidia in Iacobum, cuius dimidiæ restituitur solũ medietas ut sup. & nulla habita rõne, uel cõsideratione usufructuũ bonorũ aduẽtitiorũ ꝑdictorũ, & dotis datæ p dictum Ioan. Anto. ꝑfatæ Mariæ, detractis insuper oĩbus, & singulis expẽsis legitimis factis p q d. Ioan. Anto. pro hæreditate d. q. Iacobi, & eius occasione, liquidandis in executione, & nullis alijs factis retentionibus, uel detractionibus per partem aduersam. Circa quas ẽt detractiones, & retentiones, ut sup. ꝑmissas, & concessas, assignetur terminus arbitrio iudicis parti aduersæ ad liquidationẽ cõpetens, & conueniens, ne in longũ ꝓtrahatur, uel retardetur missio in possessionẽ petita, & hoc quò ad negotium principale: Quantũ uerò attinet od expensas litis, cõperio ex ꝓcessu liquidò cõstare, partem aduersam nõ iustis rõnibus motã in pluribus, uidelicet circa petitionẽ cõpromissi, circa contradictionẽ, q nõ ꝓcederetur tpe feriatõ, circa falsitatem testis non admittendã, de qua pars altera contendebatur; circa declarationẽ uerborũ instõnis, & substõnis, & in protractionibus litis factis p grauamina interposita ad Ciuitatẽ Venetiarũ, & occasione ꝑdictorũ, prout in ꝓcessu apparet, debito igitur Iustitiæ, & cõscientiæ satisfactionis dico, & consulo, partẽ aduersã cõdẽnandã esse in expensis factis ex causis antedictis, quæ legitimæ uidebuntur ipsi D. Iudici mediũ, uel taxationẽ assumẽdo, eis diligenter examinatis, & superinde partium auditis allegationibus, allegare uolentiũ. Ab alijs uerò expensis absoluendã pp iustã, & probabilẽ litigandi cãm, saluis insuper semp, & reseruatis remantibus iuribus partium, & aliorũ quorumcunq; interesse attendentium in iudicio pleniori, tam circa superiùs expressa, quæ dixi, reseruanda, q̃ circa alia quæcunq;. Et hæc dico, & consulo esse debere partes antedicti Mag. D. Potestatis, & cap. & officij sui in sententiando, & pronunciando, & declarando.

Ego Leonardus de Bariolis de Padua I. V. Doct. consultus in causa, et lite suprascripta dico, et consulo iuris esse in causa, et lite prædicta, prout superiùs scriptum est, et in fidem præmissorum ea scribi feci, et me subscripsi, ac etiam ab extra sigillo meo paruo cõsueto muniui, Ad Dei Laudem, et gloriam Amen. anno Domini 1449. Die 2. Nouemb.

CONS. INCERTI AVTHORIS.

¶In materia, ut supra, fideicommissi particularis, et uniuersalis, et Trebellianica, et de nullitate Sententiæ, et de mente, et uerbis legis, & simul de intellectu Prouisionis Duc. de legitima iure naturæ debita, Tract. 1. cap. 6. ac etiam alterius Prou. sub Rubrica.

Quando Trebellianica non debetur. eodem Trac. cap. 8. contra superius Consilium.

SVMMARIVM.

18 *Sententia lata ex falsa ratione, & causa expressa in ipsa sententia, est ipso iure nulla.*
19 *Substitutio fideicommissaria particulariter facta de certis bonis, remanet particularis.*
20 *Directa institutio particularis facta per uerbum directum, instituo, particulariter de certis bonis, trahitur ad uniuersum per ius accrescendi, & numero 31.*
21 *Substitutio fideicommissaria particularis facta*

per uerbum commune, uel obliquum particulariter de certis bonis, nõ trahitur ad uniuersum.

22 *Substitutio compendiosa facta per uerbum commune de certa re, uel bonis, etiam intra tẽpora pupillaris ętatis non trahitur ad directam, & sic ad uniuersum patrimonium.*

23 *Verbum cõe adiectum certę rei, non trahitur ad uniuersum, idem de uerbo obliquo, & nu. 29.*

24 *Ratio diuersitatis institutionis directa particularis, & substitutionis fideicommiss. particularis, de quibus sup. quæ sit. & 25.*

26 *Verbum, instituo, sui natura est aptũ cõprehendere uniuersa bona, & hæreditatem testatoris.*

27 *Beneficium iuris accrescendi nihil aliud est, quã tacita uoluntas testatoris à lege præsumpta.*

28 *Omnis substitutio fideicommissaria fit aut per uerbum obliquum, aut per uerbum commune, & quæ sint hæc uerba.*

30 *A uerbis testatoris, & eorum proprio significatu non est recedendum, etiam si de tacita testõris uolũtate cõtraria appareat. & n. 31. & 32.*

33 *Intellectus ad Prou. Duc. supradictam contra supradictum alterum intellectum.*

34 *Prou. Duc. suprascripta duo continet primũ, q. quocunque relicto filius sit contentus, & illud sibi imputet in legitimam, secundũ, quòd quomodocunque grauatus legitimam tantùm habere debeat, & 36. 37.*

35 *Legitima de iure communi debet à parentibus iure institutionis directò relinqui.*

36 *Responsio cõtra primum intellectum Prou. Duc. de quo sup. nu. 8. & 9. scdm alterum, & ueriorem, ut credo, intellectum de quo supra nu. 35. & declaratur per uerba ipsius Prou. tam Rubricæ, quàm textus.*

38 *Filius, secundum uerum huius Prou. intellectũ, indistinctè grauatus à patre de restituenda hæreditate, non põt nisi solã legitimã detrahere, & sic semp practicata fuit, & est intellecta p oẽs.*

39 *Sententia lata contra leges est ipso iure nulla.*

40 *Sententia lata super causa in iudicio non deducta est ipso iure nulla.*

41 *Intellectus ad Prou. Duc. trac. 1. c. 8. sub rubrica quando Trebellianica non debetur.*

42 *Relictum factum à testatore hæredi grauato de parte quota hæreditatis suæ, priuat ipsum hæredem iure detrahendi Trebellianicam per d. Prouis. sed si rem certam relinquat, non priuat per d. Prouis. & nu. 44. & 50.*

43 *Relictum rei certæ nõ est, nec dici põt relictũ partis hæreditatis, & rõ est, quia hæreditas est ius incorporale, & nomen iuris, quod cõsistere põt & sine speciebus, uel rebus, aut corporibus.*

44 *Verbum, Partem, in d. Prou. positum quid importet. & numero 50. unumquodque uerbum legis dicitur cum misterio positum, & nu. 45.*

46 *Ratio in lege expressa, dispõnẽ ipsius legis generalem reddit ad oẽs casus, in quibus mens ipsa, & ratio locum sibi uendicat, etiam si casus illi aliter per aliam legem sint decis. nu. 47.*

48 *Per rõnem expressam, & scriptã in lege, inducitur correctio legis, & dubium est, an per tacitã.*

49 *A Verbis legis, & eorum proprio significatu nõ est recedendum, præsertim in statutis, & iuribus municipalibus, ut hæc Prou. quæ sunt stricti iuris, & nu. 50. & 51.*

52 *Absurda sunt omnino euitanda, nam ut absurdi intellectus euitentur, etiam à propria uerborum significatione recedendum est.*

CONSILIVM CIII.

IN nomine Domini Iesu Christi. Quòd snia lata contra Magdalenam in primo, & principaliori articulo, in quo agitur de uirtute restitutionis petitę contra ipsam Magdalenam uigore substõnis fideicõmissarię factę p q. Iacobum Bonaldũ in eius testõ, An uirtus ipsius substõnis, & restitutionis fideicõmissariæ sit uniuersalis, an uerò particularis, ut allegat pro ipsa Magdalena, nulla sit ipso iure, vt, & clarè deducitur, in ipso. n. articulo p consultorẽ in consilio, & successiuè p iudicẽ in ipsa snia cõcluditur, & terminatur hẽditatẽ, & bona indistinctè oĩa Iacobi testatoris spectare, & restitui debere Laurentio substituto, uigore ipsius substõnis fideicõmiss. de se factæ in testamẽto ipsius Iacobi, non obstãte q̃ substõ ipsa sit particularis, particulariter facta de bonis immobilibus, & actionibus, & p ipsum cõsultorẽ in ipso consi. & successiuè p ipsum iudicẽ in ipsa snia lata p oĩa scd͞m illud. Ad pbõnẽ ipsius determinationis allegatur, & exprimitur rõ, & cã hæc s. quia sicut in instõne particulari particulariter facta de certis bonis institutus particularis capit totũ p ius accrescẽdi, & ex psumpta uolũtate testõris cẽsetur uniuersaliter institutus, sic & in substõne fideicõmiss. particulari substitutus particularis capit totũ p ius accrescendi, & censẽt ex cõiecturata uoluntate in totũ substitutus, qa substõ fideicõmiss. regulat scd͞m naturã instõnis, quæ rõ, & cã allegata, & expressa in ipsa snia est falsa in iure, ut clarè pbabitur, Igitur ipsa snia in pallegato articulo
18 lata ex expssa rõne, † & cã falsa in iure, expssa in ipsa snia, est ipso iure nulla, qa cõtinet expssum errorẽ iuris. ff. de excus. tut. l. q testõ. ff. de rei iudi. l. cũ plaris, & C. qñ puoc. nõ est necesse ĩ l. 2. & ita elegãter no. Bar. ff. de acq. hær. in l. si is, ad quẽ, & Inno. Ant de But. & alij Canonistę extra de renun in c. in pñtia, & de proba. c. qm̃ cõtra falsam, falsitas autem ipsius rõnis, & causę allegatę in ipsa snia pbatur per tex. ff. ad Trebell. l. cogi. § & generaliter, qui ad literam
19 apertè concludit, q̃ † substõ fideicõmiss. particulariter facta de certis bonis permanet particularis

ticularis

ticularis particulariter cōferēs substituto in ea, tanq̃ fideicōmissario particulari, ipsa sola bona particularia in ea deducta. nec ipse substitutus in ea cōsequitur, neq; cōseq pōt aliqua alia bona, q̃ bona ipsa particulariter deducta ī ipsa substōne, p̄ quę tex. doc. oēs in d § & gñaliter, & in l. j § si ex fundo ff. de hær insti. & ī l. ijs ner bis, & in l. illa institutio. eo. ti. cōcludūt, q̄ licēt

20 directa institutio particularis † facta p̄ uerbum directū ciuile instituo particulariter de certis bonis, trahatur ad uniuersum, p ius accrescēdi ut p̄bat tex. l. j § si ex fundo. de hęr. inst. Attamē substō fideicōmiss. particularis facta p̄ uerbū

21 cōe, uel † obliquū particulariter de certis bonis, nō recipit augmētū, nec trahitur ad uniuersum p̄imoniū, & ius hæreditariū testōris p ius accrescendi, si remanet particularis particulariter cōferens substituto in ea, tanq̃ fideicōmiss. particulari, ipsa tantū bona particularia in illa particulariter deducta; & noīata ā testōre; quā ēt conclusionē repetūt in materia substōnis cōpēdiosę. ff. de uulg. & pup. in l. Centurio, & ibi Bar. & in l. p̄cibus. C. de impub. & all. & in d. l. j

22 la institutio palleg. dicentes † post Ric. Malum. q̄ substō cōpēdiosa facta p̄ uerbū cōe adiectū certę rei uel bonis certis, ēt inter ipsa pupillaris ętatis nō trahitur ad pupillarē directā, & sic ad

23 uniuersum patrimoniū testatoris, q̄a † uerbū cōe adiectū rei certę, uel bonis certis, nō trahit ad uniuersum p̄ d. §. & gñaliter, & p̄dictæ diuersitatis inter institutionē directā particularē, & substōnē fideicōmiss. particularē rō hæc est, iu instōne. u. directa particulari particulariter fa-

24 cta de certis bonis imminet periculū cōcursus causę testati, quæ testati cā sibi locū uendicat in ipsis particularibus bonis deductis ī ipsa institutione, & causę intestati, q̄ est locū habitura in certis bonis ā testatore non deductis in ipsa institutione particulari, q̄a bona ipsa tanq̃ nō disposita ā testatore ex testō ex legis dispōne deuoluuntur ad p̄ximiores ab intestato uocatos hæredes, ad quos oīa bona ipsius testatoris fuissent deuoluta, si ab eo nō fuissent disposita ex testamēto. ff. de iure codicill. l. si q̄s cū nullū, & l. q̄dā referunt, cū quantum ad ipsa bona in ipsa instōne non deducta uerū sit dicere, testatorem ipsum nullu testm̄ condidisse: Ad quem cōcursum euitadū, ne ex eo anulletur testm̄, & dispō testatoris, lex ipsa inducit præsumptionem tacitæ uoluntatis ipsius testatoris, ut eius fuerit uolūtas hæc innata. f. ut hæres ipse in ipsa directa institutione particulariter institutus, ultra particularia bona in ipsa institutione deducta, consequatur, & cōsequi ualeat ēt oīa alia ipsius testatoris bona in ipsa institutione particulari nō expressa, neq; deducta, & ipsius p̄sum

25 ptionis legalis cā est † ipsa natura, & naturalis instinctus, & desiderium hominis, q̄ est, q̄ omnis actus ab ipso homine gestus, & oīs dispō ab eo ordinata suū cōsequat effectū, & ualeat eo mō, & forma, quibus melius pōt de iure efficaciter subsistere. ff. de test. mili. l. similes, q̄ destituerat, & ff. de scq. hær. l. p̄ hærede. § Papin. & qd̄ ibi no. & ff. rē rat. hab. l. 3. §. fi. si cm̄ non diceretur, nec ā lege talē, p̄sumeretur, fuisse uoluntatē testatoris, ut hæres ipse particulariter institutus in certis bonis, cōseq posset ēt alia bona in ipsa particulari instōne nō deducta, sed p̄p ipsam particularē instōnē, & expssionē bonorū particulariū ā testōre factā in ipsa instōne testator ipse diceret, uoluisse hærede ipsum cōseq dēre ipsa tm̄mō bona particularia deducta ī ipsa institutione, & nō alia, ut sonāt uerba ipsius instōnis ā testatore expressa, cōsequenter diceret, testatorē ipsum uoluisse decedere p̄ bonis ipsis in ipsa particulari instōne deductis testatū, & alijs bonis in ipsa non deductis intestatū, & sic p̄ parte testatū, & pro parte intestatū, quod nō pōt. Ideo eius dispō redderetur nulla, ut in regula iuris, Ius nostrū. ff. de reg. iur. & sic testator ipse diceretur elegisse uiam ad impugnādū iudicia sua, q̄d est contra naturalem instinctū, & desiderium ā natura mentibus hominū insertum, ut sup. deductum est: Ideo lex non sic, sed contrarium præsumit ultra ipsam particularē explicationē uerborū testōris imitando naturā ipsam, & instinctū illius. q̄d & lex ipsa alibi facit ī simili ī instōne facta de seruo p̄prio, hērde instituto ī testō ā dño suo sine libertate, ipsa. n. lex, imitādo p̄allegatū naturalē instinctū, inducit p̄sumptionē tacitę uolūtatis testōris, ut fuerit, relinquere ipsi seruo suo, instituto hæredi, libertatē, sine qua nō poterat ualere institutio de eo facta, & cōsequēter nec oīs alia dispō ipsius dñi, facta in eius testō, ne si aliter diceretur. f. q̄ dñs ipsius instituti serui, ommittendo illi libertatē relinquere, uideret ipsum noluisse liberū remanere, sed solummō hērdē sine libertate, q̄d de iure fieri nō pōt, quia seruus proprius sine libertate hæres ā dño nō pōt institui, & instō sic sine libertate facta de eo non tenet. ff. de hæred. inst. l. quoties. §. fi. ff de cond. instit. l. quia rō, & sic uideretur elegisse uiam ad impugnandum iudicia sua, q̄d cum sit contrarium naturali instinctui, & desiderio, lex ipsa non imitat, sed cōtrarium p̄sumit, imitando naturalem instinctū. C. de necess ser. hær. instit. l. cū quidā. In multis ētalijs casibus lex ipsa, imitando naturā & instinctū illius p̄sumptionē diuersimodā iducit, q̄a maxima causa p̄sumptionis legalis est ipsa natura, & eius instinctus, ut colligit ex no. per Bal. & al. C. de bon. q̄ lib in l. cū oportet, & C. de p̄ba. in l. siue possidetis. Ipsam ēt p̄sumptionē tacitę uolūtatis testatoris ipsa lex in instōne ipsa directa particulari ultra p̄allegatā cām, & rōnem naturalem, inducit p̄p uniuersalitatem

ipsius uerbi directi ciuilis, Instituo, expressi in
26 ipsa institutione, quod † uerbū sui natura, & significatione est uniuersale aptum cōprehendere uniuersa bona, & hæreditatem testatoris, ut probat tex. in d. §. si ex fundo. l. 1. de hær. inst. & in l. si ita quis hæres institutus fuerit, & in auth. ut cùm de appel. cogn §. cęterùm, & not. Bart. in dict. l Centurio, de uulga. & pupill. in prima quæstione principali, Ibi, qua tractat de effectu substitutionis compendiosę in ultimo quæsito ipsius quæstionis, & not. in l. his uerbis. pręal leg. de hæred. instit & in l. quoties. C de hæred. institu Meritò secundùm uniuersalitatē ipsius uerbi, instituo, lex ipsam præsumptionem tacitę uoluntatis inducit conformem ipsis uer-
27 bis expressis. Et † ex ipsis uoluntate tacita à lege præsumpta lex ipsa inducit ipsi hæredi instituto beneficium iuris accrescendi, quod nihil aliud est, quàm tacita uolūtas testatoris à lege præsumpta, ut probat tex. ff. de legat. secundò, l. si Titio, & Mæuio. §. Iulianus, & l si ego, & Titius de iniust. rupt. & no per Barto. de legat. 3. in l. re coniuncti, & in dict. § Iulianus propter quod ipsa particularis institutio facta de certis bonis trahitur ad uniuersam, & ipse hæres in ea institutus es uniuersaliter consequitur.

In substitutione autem fideicōmissaria particulari, particulariter facta de certis bonis cessat periculum concursus causę testati, & intestati, quæ causa intestati non est sibi locum uendicatura in bonis alijs in substitutione ipsa fideicōmissaria non deductis, cū ipsa bona ēt si nō deferuntur ex præsumpta uoluntate testatoris ꝑ ius accrescendi ad ipsum fideicommissatiū, nō tñ necessariò transferūtur ad uenientes ab intestato, sicut in institutione directa particulari, quia in ipsa fideicōmissaria substōne particulari subest ꝑsona hæredis directi ex testamēto uenientis & in cuius persona substentatur cā testati penes quē hæredē directū bona ipsa sunt remansura Ideo cū in ea substōne fideicōmissaria cesset periculū pręallegatum ipsius cōcursus, causę testati, et intestati, cessat ipsa pręsumptio à lege inducta de tacita uoluntate testatoris, pariter cessat præallegata cā, & ratio naturalis ipsius præsumptionis, ut patet expssè, ꝑꝑ quā naturalem cām lex ipsam ꝑsumptionē tacitę uoluntatis induxit, Igitur lex ipsa in ea substitutione fideicōmiss non inducit ꝑallegatam ꝑsumptionē tacitę uoluntatis testatoris, cū in ea cesset cā naturalis: ꝑꝑ quā lex illā ꝑsumptionē induxit, & qa ēt uerba expssa ipsius substitutionis fideicōmiss. particulariter factę de certis bonis particularibus, sunt directò cōtraria ipsi tacitę uoluntati ꝑallegatę, à lege ꝑsumptæ de uniuersali cōsequutione bonorū testatoris, particulariter dispōnētis, uis. n substō fideicōmis-
28 saria fit aut ꝑ uerbum merè obliquū, ut est uerbū, restituat, aut ꝑ uerbū cōe, ut est uerbū, substituit, ēt uerbum, perueniat, qđ est cōe. ut probat tex. in l. hæredes mei §. cū ita. ff ad Trebell. & not. Bart. in d. l. Centurio. in pen. col. ꝑ quod uerbum, perueniat, facta est substō particularis de Laurētio, nō autem ꝑ uerbū merè rectū ciuile. ff. de uulg. & pupil. l uerbis ciuilibus, & qđ ibi no. & in d. l. Centurio ꝑ Bar. & in l. his uerbis, de hęr. inst. & quodlibet uerbū aut obliquū,
29 aut cōe addu ctū non vniuersitati oīum bonorū, sed particularitati, & certis bonis particularibus, est particulare, & tanq̄ particulare nullatenus trahi potest ad uniuersitatē bonorū, nec ipsam uniuersitatē continere, ut ꝑbat text. clarus in d. §. & gnāliter, & in l. oē uerbum. C. cōia de leg. & not. ꝑ Bar & all. in d l. his uerbis. ff. de hær. instit. & in d. l. Centurio. Ideo lex ipsa cōtra ipsa uerba expressa ipsius substōnis fideicōmissarię particularis non inducit ꝑsumptionē tacitę uolūtatis testatoris cōtrarię ipsis uerbis expressis, sed uult ipsis uerbis expressis standū esse, & particularitati ex ipsis uerbis inductę, &
30 declaratę, ut probat tex. in d. §. & gnāliter. cùm à uerbis testatoris, & proprio significatu eorū non sit recedendum. ff de leg. 3. l. non aliter. & l. labeo. §. idē Tubero de supell. leg. & non so'ū lex cōtra uerba testatoris nō inducit ꝑsumptionē tacitę uoluntatis ipsius testōtis, uerū ubi ēt constaret de tacita uoluntate testōris cōtraria, seu diuersa à uerbis, qa uoluntas testatoris tacita cōtineret plus, uerba autem expressa minus, uel ècontra, lex ipsis uult, & statuit standū etiā esse uerbis expressis, reiecta, seu nō attēta uoluntate tacita, ēt si de ipsa tacita uolūtate clarè constaret tex. est peregrinus, & not. b. ff. de usu fruc. leg. l. si alij. ꝑ quem tex. ita concludunt oēs doct. Bal. Ang. Salyc. & alij. C. de fideicom. in l. cùm uirum. Et quibus clare liquet falsitas pręfatę rationis, & causæ allegatę, & expressę in ipsa sententia, & maximè dum in ea dr̄ substitutum particulariter ex tacita uolūtate testatoris totū consequi, quia ut ex supradictis clarè patet, in institutione directa particulari lex propter euitationem periculi concursus causę testati, & intestati habentis annullare dispōnem testatoris,
31 Et ꝑꝑ uniuersalitatem uerbi † directi ciuilis, instituo. bene inducit præsumptionē tacitę uoluntatis testōris, ēt ultra particularitatē ab ipso testatore expssam, sed in substōne fideicō miss. particulari lecus, ꝑꝑ defectum ꝑallegatum periculi concursus teq. causę testati, & intestati, & ꝑꝑ repugnantiam particularis uerbi cōis, aut obliqui expressi, & appositi in ipsa substōne fideicōmiss. particulari, ex cuius falsitate rōnis, & cāæ clare ꝑbatur nullitas ipsa ipsius sentētiæ in ꝑallegato primo, & principaliori puncto, & ex aduerso ueritas defensionis, & allegationis factę ꝑ ipsa pupilla. s. q ̄ substō fideicōmissaria

facta

facta de Laurentio sit particularis, & ex ea ipsi Laurentio substituto debeantur ipsa sola bona immobilia, & actiones expressa à testatore Iacobo, & deducta in ipsa substōne fideicōmiss. Hæc de prima parte præallegatæ sententiæ.

Secundo loco, q̄ nulla sit sententia ipsa in alio secundo articulo, et parte ipsius, in qua terminatum est de bonis hereditarijs q. ser Francisci patris Iacobi testatoris detrahendis, tanq̄ ære alieno de hęreditate ipsius Iacobi uirtute substitutionis fideicommissariæ, ab ipso ser Francisco patre factę, detrahi debere legitimā iure naturæ debitā ipsi Iacobo, de ipsis bonis paternis, & trebellianicam etiam de fideicommisso uniuersali, quo ipse Iacobus extitit grauatus de restituendo Ioanni Antonio eius fratri, & hęredi illius, et ipsam legitimā, et trebel-
32 lianicam remanere in hęreditate ipsius Iacobi, & illam augere, & reddere locupletiorem, breuiter declaratur. Nam etsi de iure communi, maximè Canonico, uera sit ratio ipsa, & cōclusio, q̄ filius sub conditione grauatus possit detrahere de bonis paternis restituēdis legitimā, & trebellianicam, per c. Raynutius, & c. Raynaldus, de testamentis. Attamen de iure municipali ciuitatis Taruisij contraria causa est.
33 † q̄ filius grauatus de restituenda hęreditate, & bonis paternis, de ipsis bonis paternis cōtra uoluntatem patris diminuere, & detrahere nō possit, nisi solam legitimam iure naturæ debitam, & de ipsa legitima contentus permanere debeat; nec de legatis particularibus falcidiā, neq; de fideicommisso uniuersali trebellianicā detrahere possit. ut apertè statuit Prouisio Ducalis situata in libro Duc. prouis. tracta. 1. c. 7. sub Rubri. de legitima iure naturæ debita &c. Ipsa enim prouisio duo determinat, primò q̄
34 relictum à patre filio † factum generaliter sub quocunq; titulo, et de re aliqua, aut rebus certis mobilibus, aut immobilibus, ipsi filio computetur in legitima iure naturæ sibi debita, & de ipso relicto remanere debeat cōtentus, nec possit de alijs bonis paternis, & alijs ab eius parente relictis contra uoluntatem paternā quiequam petere, occasione ipsius legitimæ, si ipsum relictum ascendet ad quātitatē legitimę, si uerò non ascendet, possit in alijs bonis paternis petere supplementum, usque ad quantitatē ipsius legitimę: de iure enim communi; quo de qualibet re paterna filio debetur legitima, quę de singulis rebus detrahitur. ff. de pecul. lega l.
35 si peculium. † & l. ij. C. quādo & qui. quar. par. debe. libro 10. & not. C. ad l. falci. in l. ij. et quo etiam iure filio titulo institutionis directæ à parente relinqui debet ipsa legitima. ut in authentico, ut cùm de appell. cogn. §. cæterùm. & glo. in auth. nouissima. C. de inoff. test. quia maximè dubium erat, an pater in aliquibus tantū bonis, aut rebus, & quolibet relicti titulo Legitimam assignare posset filio suo: & an simpliciter relinquendo ipsi filio, titulo legati, aut fideicommissi certas res suas, aut bona aliqna uideatur relinquere animo computādi ipsi filio in legitimam suam. ut not. Doc. & maximè Bal. C. famil. ercis. in l. filium quem habentem. & ff. ad l. falcid. in l. in quartam. per Bart. & al. ad dubium tollendum emanauit ipsa Prouisio Ducalis in prima, & ultima parte sui.
36 Secundò determinat ipsa prouisio: † q̄ filius à patre grauatus onere legatorum particularium, aut fideicōmissi uniuersalis de bonis ipsius eius patris alteri restituendis solam legitimam, & nil aliud possit percipere, nec Falcidiā neque Trebellianicam de fideicommisso uniuersali; quia uult q̄ filius ipse, de ipsa legitima detrahenda debeat contentus remanere, quod secundum etiam de iure maximè ciuili erat dubium, iuxta not. per Doc. in d. l. filium quē habentem. & C. ad trebelli. in l. iubemus. & ff. de inoff. testam. in l. Papinianus. § meminisse. per Bar. et quòd ipsa Prouisio Duc. prædicta duo determinet, declarat Rubrica de primo in prima parte dum d. De legitima iure naturæ debita, & eius supplemēto. de secundo in ultima parte, dum d. & q̄ nihil aliud peti possit. Declarat etiam tenor uerborum ipsius prouisionis. de primo in princ. & in fine. de secūdo in medio, ibi. NEC IVRE LEGITIMAE. Nec
37 ob. si dicatur, † q̄ ipsa prouisio prohibeat detractionem quartæ trebellianicæ eo solo casu in ipsa prouisione descripto, scilicet qnādo pater ipse ultra institutionē factam de ipso filio, ipsi filio particulariter reliquerit tantum quātum sit ipsa legitima, ut ultra ipsam legitimam in certis bonis relictam detrahere non ualeat trebellianicam, ut loqui uidentur uerba ipsius prouisionis, quia respondetur, q̄ ipsa prouisio de casu præallegato ideo fecit mentionem, ut decideret primum principale dubiū, ex ea sublatum, & decisum, de quo supra. non autem, ut per ipsum casum restringeret secundum principale dispositum, de prohibitione detractionis falcidiæ, aut trebellianicæ ultra legitimam debitam de iure naturæ, ut solùm in casu præfato prohibita sit detractio ipsa trebellianicæ, & non in alio casu, quando relictum aliquod particulare non etiam esset à factum filio, nulla enim diuersitatis ratio reddi potest, quare magis lex in casu ipso relicti particularis, facti filio, prohibere uoluerit detractionem trebellianicæ aut falcidię ultra legitimam, quàm in casu alio relicti non facti particulariter ipsi filio. ergo cū nulla ratio diuersitatis immineat, idem ius erit in utroque casu, ut iuribus uulgaribus. ff. ad l. Aquil. l. illud. & de uerb. obliga. l. à Titio. cum simil. & maximè cùm ratio ipsius legis

legis,seu ꝓuisionis expressa in ea, quę est hęc, ꝙ filius habita,& detracta sua legitima,de illa debet,& potest remanere contentus,que ratio est eadem cũ determinatione ipsius ꝓuisionis, cum sit uniuersalis quo ad ipsos ambos casus; per quam rationem clarè aperitur mens, & dispositio ipsius prouisionis,hæc scilicet,ꝙ prouisio ipsa fauere uoluerit uoluntati patris, qui bona sua,aut in uita,aut post mortem filij alteri reliquerit,ut uoluntas,et dispositio ipsius patris non possit eneruari per filium,& diminui, & ad parum,aut nihilum deduci per detractio nem duarum quartarum, scilicet legitimę, & trebellianicæ.& hoc manifestè indicant uerba rationis ipsius prouisionis,ibi; Quoniam si habuerit. et ita semper intellecta,& practicata est
38 ipsa lex, † & sic semper obseruatum; ꝙ filius indistinctè grauatus à patre, de restituenda illius hæreditate, non possit detrahere nisi solã legitimam. Sententia igitur ipsa in præallegata sui parte expressè lata,cõtra ipsam prouisionem insertam in Volumen statutorum cõmu-
39 nis Taruisij,† nulla est ipso iure. ut not. Bart. in d.l.cum prolatis ff de re iudi.& Bal.in d.l.ij. C.quando prou.non est nec. Hæc de secundo.

Tertiò autem,& ultimò,ꝙ nulla sit ipsa sententia in tertia sui parte,in qua determinat Magdalenæ ex persona q.eius patris nõ competere ius detrahendi quartam trebellianicam de hęreditate q.Iacobi Bonaldo,& hoc uigore legati particularis relicti patri ipsius pupillæ, ultra institutionem de eo factam, de quo legato fit mentio in sententia ipsa, et uirtute prouisionis Duc.in ea parte adductæ,& allegatæ ad probationem ipsius determinationis,breuiter declarat duabus rationibus,prima,quia sententia ipsa in ea parte lata est super causa non deducta in iudicio pro parte ipsius pupillæ,nam cùm pro ipsa pupilla in iudicio causæ uertentis inter ipsam, & Laurentium contra petitionem Laurentij opposita, & allegata esset hęc defensio,& causa, scilicet, ꝙ substitutio fideicommissaria particularis facta de ipso Laurentio,et fideicommissum particulare particularium bonorum immobilium.& actionum in ea contentum excedebat dodrantem hæreditatis Iacobi,detractis debitis, de ipsa detrahendis,et soluendis & propter hoc petita est pro parte ipsius pupillæ detractio falcidiæ de ipso fideicommisso particulari, Consultor,& Iudex in ipsa sententia mutat causam deductam pro ipsa pupilla,terminãdo,ꝙ detractio quartæ detrahendę pro parte pupillę non uirtute,et occasione falcidiæ detrahendæ de particulari fideicommisso,ut deductũ est,pro ipsa pupilla, sed uirtute trebellianicæ detrahẽdę de fideicõmisso uniuersali, quod non deductum est, neque allegatum pro ipsa pupilla,per eam detrahi non potest.uirtute prouisionis,ut supra,allegatæ,loquentis de detractione quartę trebellianicæ. Cùm igitur mutata causa,ut supra,sententia ipsa in ea parte lata sit contra ipsam pu-
40 pillam,† super causa in iudicio non deducta ꝑ eam clarum est, sententiam ipsam esse ipso iure nullam secundũ not per Bal C.de fideicõmiss. libert.in l. fi. Secunda ratio est, quia sententia ipsa in ea parte lata est ex falsa causa iuris allegata in ipsa sententia, quia apertè lata est contra uerba,& contra mentem etiam prouisionis adductę in ipsa sentẽtia, declaratam ex uerbis expressis illius;ex uerbis enim ipsius Prouisio-
41 nis clarè declaratur,† ꝙ relictum factum à testatore hæredi grauato de parte quota hęreditatis suæ, priuat ipsum hęredem iure detrahendi quartam trebellianicã,ut patet ex uerbis ipsius prouisionis ibi. Nisi eam partem.&c. Non igitur relictum factum à testatore de re certa,ut fuit relictum factum à Iacobo testatore Ioã.antonio eius fratri,& hędi grauato,cui reliquit ꝑfatũ relictũ; de quo constat ex testõ ipsius Iacobi testatoris, priuare poterit hæredem uigore ipsius ꝓuisionis iure detractio-
43 nis quartę trebellianicę,† quia relictum rei certæ hęreditatis non est,nec dici potest esse relictum patris hęreditatis; cùm hęreditas sit ius incorporale,& nomen iuris,quod cõsistere potest etiam sine aliquibus speciebus, uel rebus, aut corporibus. ff.de petit. hær. l.hęreditas.& not.ff.de leg.1. in l.ab omnibus. cum simil.nec sine causa usus est legislator,et conditor ipsius prouisionis uerbo partis, dicendo; Eam par-
44 tem. † non autem rei aut quantitatis certę.cũ quodlibet Verbum in l. positum dicatur cum mysterio positum,non autem sine mysterio,ut in prima const.C § quibus. & in l.ij. & ibi not. C.communia de legat.cum maximo enim mysterio,& maxima causa lex,& prouisio ipsa Ducalis,usa est uerbo Partis, nõ autem uerbo Rei certę,aut quãtitatis, ut ex ipso uerbo partis declararetur, mentem conditoris ipsius prouisionis,& etiam prouisionis, & legis ipsius conditæ fuisse,ut non pro modica re, aut quantitate hęres grauatus priuaret iure detrahendi quartam trebellianicam, sed pro quota parte hęreditatis,quæ esse non potest sic minuscula,ut est res certa,aut quãtitas,quę etiam de decem soldis esse põt,& absurdum esset dicere,ꝙ pro quantitate tam modica, relicta, ex ipsa uoluisset hęredem priuare iure detractionis quartę trebellianicę,quę etiam ex maxima quantitate esse põt, ut est in casu huius detractionis quartę,detrahẽdę de hęreditate Iacobi eo casu,quo locus esse deberet restitutioni illius, quod est falsum, Pro perfectiori intelligentia prouisionis Duc. situatę sub Rub. De legitima iure
45 naturę debita.&c. † allegatæ in secunda parte senten-

sententiæ nullę.& nulliter latæ contra Magdalenam; hic breuiter superadduntur iam allegatis; & summa cum ratione dictum est, ꝙ naturalis & uiua ratio expressa & scripta in ipsa prouisione & lege municipali in uerbo, Quoniam si habuerit de ipsis bonis, quantum sit &c. quę ratio generalis est faciēs uoluntatis patris grauantis filium suum, de restituēdo bona ipsius patris alteri; ni filius ipse grauatus non possit ipsam uoluntatem & dispositionem paternam eneruare, & minuere, et de illa detrahere nisi solam legitimam iure naturæ debitam ipsi filio: reddat dispositionem ipsius legis prohibitiuæ uniuersalem ad omnem casum, in quo filius sit à patre grauatus restituere bona illius, siue facto, siue nō facto ipsi filio grauato particulari relicto ab ipso patre grauante: nam ipsa naturalis ratio in ea lege expressa, est mens ipsius le

46 gis, uerbis declarata † ex ipsa ratione uerbis expressa in ea lege; ideo dispositionem ipsius legis reddit generalem ad omnes casus, in quibus mens ipsa, & ratio sibi locum uēdicat. tex. est. ff sol matri. in l cùm mulier. & in authent. const hæc innou. const. in princ. & in auth. ut iud sine quoquo suffra. in princ. & §. 1. & in 1. const C. in fi. sufficit enim legislatori cogitasse, & multò magis expressisse rationem, & causam sui statuti, cùm nō possint omnes casus et iuris articuli sigillatim comprehēdi. ff. de leg. l. non possunt. & sic, dummodo constet de mēte maximè, uerbis ipsius legis declarata per rationem in ea scriptam, sufficit. C. de legi. l. non dubium. in tex & glo. et per Doc. et not. Dyn. in c. fi. de reg. iur. lib 6. & not. in d. l cū mulier. & de electio. in c. ubi periculum; propter quod dicunt Doct. ꝙ quando in lege aliqua est expressa ratio ipsius legis, ratio ipsa expressa in ipsa lege facit, & operatur, ut dispositio ipsius legis trahatur ad omnes casus, etiam in ipsa lege non comprehensos, in quibus ipsa ratio expressa in ea lege sibi locum uendicat; etiam si

47 casus illi essent † aliter per legem aliam decisi, quia omnes casus, in quibus reperitur ipsa ratio expressa in ipsa lege, intelliguntur ꝑ ipsam legem decisi, et quia ratio ipsa scripta in lege sit idem, quod ipsa lex c. de reuoc. donat. l. ijs solis. & in authen. de hær. ab intest. § ex his, ad quod d l. non dubium. in text et gl. concludentes, quòd per rationem expressam, & scriptam

48 in lege inducitur † correctio legis, licèt per rationem tacitam, in qua dubitatur condentis mēs dubium sit, an correctio legis ipsa inducatur, per not. ff. sol. matrim. in l. si uerò. §. de uiro. ita pulchrè, et eleganter dixit Bal. quem sequūtur Ang. & omnes. C. de sacros. eccles. in auth. quas actiones. Hæc de ueritate intellectus decisionis prouisionis pręallegatæ.

Ad perfectiorem autem deductionem, et cognitionem ueritatis decisionis alterius proui-

49 sionis situatæ sub Rubrica, † Quando trebellianica non debetur &c. allegatę in ultima parte pręallegatæ sententię hęc superadduntur. Et, ut pręallegatum est, quodlibet Verbum legis habetur, et constat in ipsa lege cum misterio positum, ideo dicitur ex eo, ꝙ à uerbis legis, et eorum proprio significatu recedi non potest. ff. de exercit. l. j. §. si is qui nauē. ff. qui et à quib. l. prospexit. & qui pet. tut. l. credendum. & not. per Doct. Bal & al. in d. l. non dubium. de legibus. Ideo cùm in præallegata prouisione, et lege municipali appositum sit nomen illud Pars hęreditatis, non autem nomen aliud, ut Res, aut Species, uel quantitas hæreditatis,

50 ab ipso nomine Partis, et proprio significatu illius recedi non potest; & ab ipso non recedēdo, necessariò concluditur; Quòd ex dispositione ipsius legis illud relictum factum hæredi grauato de restituendo hæreditatem, hęredem ipsum habet priuare iure detrahēdi quartam trebellianicam i qđ relictum ipsi hērdi factum est de parte quota ipsius hæreditatis, q̄ de relicto illo loquuntur uerba ipsius legis, nō autem considerat aliud relictum, ipsi hæredi factū non de parte quota, sed de Re certa, seu specie, aut Quantitate; quia de tali relicto nō loquūtur uerba ipsius legis, nec ad illud extra eorum significatum applicari potest: præallegata namque regula dictans à Verbis legis, et eorum significatu proprio nō esse recedendū, etsi generalis sit, et generaliter debet intelligi in qualibet lege, permaximè autem sibi locum uendicat in pręalleg. lege municipali duplici ratione: prima, quia lex ipsa municipalis est

51 stricti iuris, † Statuta enim sunt stricti iuris, & strictè intelligenda, ut ad literam uerba eorū iacent. ff. de uerb. oblig l quicquid astringēdę. & l. constitut. ff. ad municipa. & not. C. de nox. in l. si serui uestri. per Doc. Secunda ratione, quia à ꝓprio significatu ipsius nominis, Pars, appositi in ipsa lege discedendo, et ipsius legis dispositionem intelligēdo in quolibet relicto, facto de qualibet re, seu specie, aut quantitate hęreditaria, sequeretur maxima absurditas, scilicet, quòd pro relicto minimo. etiam decē sol dorum, hęres ipse grauatus priuaretur iure detrahendi quartam trebellianicam; quæ quandoque maximi pretij esset, etiam decatorum mille, prout est in præsenti casu, in hæreditate ipsius Iacobi Bonaldi, quod esset absurdissimum, et nedum contra uerba, uerùm et contra mentem ipsius legis municipalis. nam ratione euitandæ absurditatis, et intellectus ab-

52 surdi, lex ipsa determinat, † ut et à proprio significatu uerborū legis recedatur, ut ipsa absurditas, & intellectus absurdus euitetur, ut ꝓbat tex. ff. de leg. l. in ambiguo, & ad exhiben. l. in l.

in l.pen.multò ergo fortius necessariò stabitur proprio significatui uerborum, nec ab eo recedi poterit ratione, et causa præallegata euitandæ absurditatis, argumēto sumpto à maiori.

Laus Deo.

CONSILIVM D. IO. BAPTISTAE de Rosellis.

In materia legati, sub uarijs cōditionibus, quando dicantur adimpleri, uel non purificari.

SVMMARIVM.

1 *Conditione deficiēte, sub qua legata facta sunt, perinde est, ac si facta non essent.*

2 *Legata, quæ sub conditione molestationis reuocantur, conditionalia sunt.*

3 *Vltima uoluntas præualet, si legitimè facta. n.5*

4 *Vltima uoluntas est ambulatoria usque ad mortem.*

6 *Voluntas legitima dicitur, quā præordinauit testator, & eius exemplum. nu.7*

8 *Memoriæ bonæ in articulo mortis nemo præsumitur esse.*

9 *Bona alienari extra familiam à testatore prohibita, si alienentur, quibus actione competant, uide casum, si filiabus relinquantur.*

CONSILIVM CIIII.

IN Christi nomine, Amen. Viso casu, & uiso consilio, & uisis his, quæ dicta, & cōsulta sunt per præstantissimum iureconsultum D. Fabianum de monte, Aduocatum Concistorialē, requisitus de subscriptione confirmādo, & approbando eius dicta, dicam, quid sentiā, maximè quantum ad illud, quod est in præsenti causa principale dubium. Videlicet, an magnificus D.Ludouicus frater magnifici domini Petri de Turbidis primi testatoris, & filij eiusdem D.Ludouici, & alij nobiles de Turbidis petere possint legata, quæ eis facta fuerunt in testamento eiusdem domini Petri, & postea etiam in testamento Do. Antoniæ relictę .q. dicti D.Petri de turbidis, & teneo, & puto esse uerum, sicut conclusum est per eundem d.consultorem, quòd prædictus D.Ludouicus, & eius filij non possunt petere legata prædicta, nō ex testamento eiusdem d. Petri, quoniā legata facta fuerunt sub conditione, Si d. Antonius filius dicti testōris decesserit sine liberis, & sine testamento, siue intestatus, & prædictus d.Antonius testatoris filius fecit testamentū, in quo hęredem instituit dictam D.Antoniam eius matrem, uxorem dicti D. Petri primi te-

1 statoris: † & sic defecit conditio, sub qua dicta legata fuerunt facta, unde proinde est, ac si facta non fuissent: ut in toto titu.c. de condit. institu. & ff. eo & de condi. & demonstr. per totum: & in l pecuniam, quam. ff. si cer. petatur: nec etiam legata prædicta petere possunt ex testamento dictæ D.Antoniæ, uxoris prædicti testatoris: Quoniam dicta testatrix sine dubio legata multa reliquit prædicto D. Ludouico, & eius filijs, & etiam alijs nobilibus de Turbidis, ea tamen lege, & conditione, et non aliter, quòd, scilicet, ipse D. Ludouicus, & filij omnes ipsius, & similiter alij nobiles de Turbidis ad unguem obseruent, adimpleant, obseruare, & adimplere teneātur oēs, & singulas conditiones descriptas, quòd si in aliquo contradicant, uel contrauenirent, reuocauit dicta legata, ut in ipso testamento latius continetur:

2 † & ideo omnia dicta legata uidētur etiam data sub contraria conditione, si obseruauerint uoluntatem dictæ testatricis, maximè in non molestando eius filias, quas instituebat heredes, ut in l. post mortem. §. fi. ff. de lega. 1. & in l. aliquando. ff. de conditio. & demon. et in l. si legatum purè. ff. de adimendis & transferendis legatis, & ut præsupponitur in casu, dictus D.Ludouicus, & eius filij non seruauerunt uoluntatem dicti testatricis, & molestauerunt, & inquietauerunt eius filias, occupando propria auctoritate bona dictæ testatricis, & quæ fuerunt dicti D.Petri primi testatoris: & sic legata non debentur, postquam conditio, sub quā legata facta fuerūt, defecit, ut in iuribus supra allegatis: Non obstat, ꝙ dicta domina Antonia ultimo loco, & post factum suum testamentū parum, antequam moreretur, ordinauit, & disposuit, quòd legata facta prędictis D.Ludouico, & eius filijs, & alijs de Turbidis liberè deberentur, & præstarentur, quia sic uo-

3 lebat eis liberè relinquere, † quæ ultima uoluntas præualet, & per eam uidentur reuocatæ cōditiones appositæ in primo suo testamento. ut in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. & l. cùm quid. ff. de uulga. & pupil. & in l. qui-

4 bus mo. testamen. infirmētur §. posteriore † & quia uoluntas est ambulatoria usque ad mortem, & ultimæ uoluntati est stādum. ut in l. iij. §. fi. ff. de adimend. lega. & in l. cùm hic status. ff. de dona. inter uir. & uxō. quia prædicta procederent, quādo ultima uoluntas est legitima, & debito modo facta, tunc esset seruanda, & ei esset standum, etiam si dicta mulier fuisset in extremis constituta, et seminecis, & balbutien-

5 do uoluntatem suam legitimè expressisset, † ut in l. quoniā indignum. C. de testamen. & in l. pamphilo. § propositum. ff. de legat. 3. & in l. si pater. §. quidam. ff. de fideicōmissarijs libertat. & l. Seia. §. cùm pater ff. de dona. causa mortis.

& in

& in c.Raynutius. de testamen. & tunc dicitur
6 esse † legitima uoluntas defuncti. quando ipse
illam præordinauit. ut in l.hac consultissima.
§.ar cùm humana C.qui testamen. facere poss.
& d.l.Pamphilo § propositum. ff.de legat. 3.
sed ubi sine præmeditatione ipsius testatoris,
quando laborat in extremis, interrogatus ab
alio: si talē facit hæredem, uel tale relinquit le
gatum, uel aliam dispositionem uult facere, re
spondeat, quòd sic, uel quòd facere uult, non
7 est talis legitima uoluntas, † quoniam si talis
modus testandi permitteretur, de fatali subuer
terētur legitima defunctorum iudicia.l diuus.
ff.de testamento milit. & hæc est determinatio
communis doctorum in Specu. tit. de testa.§.
in primis, ut per Io.And in additio quę incipit
Pileus, & per Pau.de Ca.& Doct. in d.§.at cùm
humana. Nec obstat, quòd notat glo. in l iube
mus.C.de testam, quia illa debet intelligi, quā-
8 do testator erat bonæ memoriæ, & † intelle-
ctus, sed quando est in articulo mortis sicut e-
rat dicta testatrix non præsumitur habere bo-
nā memoriā, ut in d.§. at cùm humana fragili-
tas, & ideo ego cōcurro. In opinionē ipsius do
mini consultoris, ꝙ ultima dispositio prædi-
ctæ testatricis, quando interrogata respondit
sic sic, & quòd uolebat facere, sicut scriptum
erat, non fuit legitima uoluntas, maximè quia
dicta testatrix in bona ualetudine ordinauerat
testamentum suum, & non est uerisimile, quòd
illud uoluerit remouere, maximè in ea parte,
in qua disposuerat, quòd filiæ suę non mole-
starentur, uel inquietarentur: Nec obstat si di
catur, quòd quamuis defecerit conditio appo
sita super dictis legatis In primo testamento
D.Petri prædicti, et per hæc defecerunt legata
facta prædictis nobilibus de Turbidis, tamen
remanebant dicta legata apud hęredem, a quo
facta erant, cum suo tamen onere quod erat, ꝙ
bona legata non deberent alienari sed remane
re apud Nobiles de Turbidis, & in familia pre-
dicta: & ideo dictus D.Ludouicus, & eius fi-
lij, tanquam de familia de Turbidis, Videntur
petere posse dicta legata: quia ea petere nō pos
sunt, nisi in casu, quo alienarentur extra fami-
9 liā, quod esset, † quando dicta D.Antonia alie
nasset dicta bona in extraneas psonas, ut not.
Bar. in l.pater filium. in §.penultimo. l. fi.ff.de
legat.tertiò. sed ipsa non alienauit dicta bona
in extraneas personas, & instituit filias suas hę
redes, quæ ei succedere debebant ab intesta-
10 to, † & ad talem institutionem nō extenditur
prohibitio de non alienando extra familiā, ut
in l.codicillis.§.mater.de legat. secūdò & not.
Bar.in l.peto.§.fratrem.de legat.2. & in l.si ita
quis.§.ea lege.ff.de uerbo.oblig.et per Saly.in
l.ea lege.C.de condi.ob causam. & facit quod
not.Bar.in l.pater.§.fundū.ff.de lega.3.& ma-
ximè debent repelli prædictus D. Ludouicus,
& eius filij à petitione legatorum. quoniā in ui
ta testatricis, uidelicet, d.Antoniæ inuaserunt
bona legata: unde meritò eis denegātur actio
nes. ut in l.non dubium.C.de lega ut sapienter
fuit dictum per dictum D.consultorem. Vnde
simul cum eo concludo ꝙ prędictus D.Ludo
uicus, & eius filij non possunt. neq; debent ha
bere dicta bona legata, sed esse debent apud fi
lias, & hæredes dictę D.Antoniæ.

Et ita, ut supra scriptum est. dico, & consu-
lo Ego Ioannis Baptista de Rosellis iuris u-
triusque doctor, ac iura ciuilia de mane ordi-
nariè legens in fęlici studio Patauino, & ideo
manu propria subscripsi, & signo meo consuę
to signaui.

CONSILIVM D. ANGELI DE Vbaldis de Perusio.

¶ An, datis pluribus testamentarijs tutoribus
per patrem filijs infantibus, ita ꝙ unus sine
altero non posit gubernare &c. sed ꝙ ambo
concorditer administrent, posit alter sine al
tero contutore adire unam hæreditatem eis-
dem infantibus spectantem.

SVMMARIVM.

1. *Tutoribus testamento hac lege datis, ne alter si-
ne altero administret, an possint aliter admini-
strare, pro negatiua nu. 2.3.4. & 5.*
5 *Tutor quilibet ex multis in solidum, potestatem
habet.*
6 *Testatoris uoluntas, maximè circa tutorum or-
dinationem, seruanda.*
Hæreditas potest esse titulus onerosus.

CONSILIVM CV.

CHRISTI nomine inuocato, e-
iusque gloriosissimę semper uir-
ginis sacratissimæ matris Mariæ,
totiusq; cęlestis curiæ triumphā-
tis Amen. Casus proponitur: testator in testa
mento filijs suis infantibus duos tutores con-
stituit, Titium, & Ioannem Franciscum fra-
trem suum, et adiecit, quòd unus sine altero
non posit gubernare, administrare, & regere
ipsos, & eorum bona, atque hęreditatem gere-
re, sed ambo concorditer gerant, et admini-
strent. Moritur testator, demū unus sine alte-
ro dictis infantibus, adeundo, quandam hære-
ditatē acquirere, conatus est. Quæritur, an hoc
1 facere potuit. † Super qua dubitatione non est
opus, dubitatione uersari. Sed pro ipsa parte
negatiua, quòd non potuerit, adduco in pri-
mis casum expressum in l.Titium & Męuinm.
in prin.

in princ. ff. de admini. tut. ubi stantibus his terminis, Iurisconsultus determinat, unum ex dictis tutoribus non posse actum gerere, & debitores exigere absque requisitione contutoris, & ratio est, quia ambo cùm sint constituti tutores. & testator mandauit unum sine consilio alterius nihil facere, non potuit contra uoluntatem dicti testatoris uenire: ut ibi est tex. qui solum sufficeret ad præsentem consultationem

2 decidendam. sed amplius, † & secũdo loco ad idem accedat tex. in l quidam decedens. §. Papinianus scribit, aliàs incipit pater. eo. titu. ubi determinatur, quòd tutor non tenetur de necessitate sequi consilium alterius, licèt testator hoc mandauerit, quando ille cuius consilium iubebatur sequi, non erat contutor, à testatore deputatus, ergo, à ratione cessante, ille tex. facit pro hac conclusione. et ita soluit pro contrario per glo. Bart. & ali. in dictis locis. et per Bart. principaliter in l j. §. si plures. ff. de exercito. actione. Nã in casu nostro ambo erãt tutores, unde unus sine alio non potuit gerere, stante uoluntate testantis, de qua supra.

3 Tertiò † accedat tex. in d §. si plures in fi. uers. sed et si. ubi ponuntur formalia uerba, quæ posuit dictus testator, vz. q͏ unus non possit sine alio gerere, & ibi tex. dicit, quòd imputet sibi ille, qui contraxit cum uno solo ex duobus propositis. & licèt ibi loquatur de exercitore, & duobus magistris nauium, tñ idem in duobus tutoribus, ut in casu nostro, ita uoluit ibi glo. fin. super uerbo imputabit. dum allegat l. quidam decedens § Papinianus prealle. & ita

4 etiam uult ibi Bar. Quartò † accedat etiam, quia quando testator ita loquitur, certè duo tutores habentur pro uno, ideo unus non potest aliquid facere sine alio, attẽta uoluntate disponentis, ut uult dicta glo. super uer. imputabit. In uers. item argumentum contra &c. Cõstat autem, q͏ una, & eadem uoluntas testantis non debet scindi, & diuidi, ut l. eũ, qui. §. pro parte. ff. de ijs quib. ut indig. & una, et eadẽ res nõ debet diuerso iure cẽseri. l. eum, qui ędes. ff. de usuca. et pro hoc accedat tex. in l. si in fin. C. de

5 aucto. præstan. † ubi licèt regulariter quilibet plurium tutorum intelligatur habere potestatem in solidum, ut ibi, & l. 1. et 2. C. si unus ex pluri. tuto. & per glo. in l. plurib. ff. de procur. tamen hoc uerum, nisi quando tutela finiretur. ut in d. l. fi. in fi. quare quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Sed in casu nostro idem occurrit, quia, attentis dictis uerbis testantis, quòd unus tutor nihil possit sine alio, illi duo tutores habent pro uno, et si unus solus posset, tutela finiretur, quia uoluntas testatoris scinderetur, quod esset absurdum: et

6 hæc ratio est pulchra, & subtilis. † Et ulterius quia etiã uoluntas testantis in hac materia plurimum ponderetur facit text. in l. iij. in secũdo responso. ff de admi. tuto. ubi uoluntas testantis, uni soli tutori ex pluribus administrandi officium tutelæ concedentis, seruanda est. & eam prætor sequi debet, fortius ergo quando testator disponit, quòd unus tutor non possit sine altero tutore gerere, ut authen. multo magis. C. de sacrosan. eccl. et l. iis solis. C. de reuo. dona. Sic etiam uidemus, quòd uoluntas testãtis administrati. tutelæ diuidentis inter tutores ab eo constitutos, seruanda est, ut d. l fi. C. de aucto. præstan. et in d. l. j. & ij et in rubri. et nigro. si unus ex pluribus tuto. & l. decreto. §. fi. l. tutores §. curatores. ibi, inter tutores cum

7 simil. ff. de admin. tuto † Constat etiam, quòd hæreditas potest esse titulus onerosus. l. si hęreditatem ff. mandat. l. si tibi homo. §. cùm seruus. de leg. 1. et per glo. in l. si infanti, de iure deli. & in l. j § lucratiuas. C. de impon. lucra. descri. lib. 10. Ex quibus omnibus stat clarissima cõclusio, q͏ unus tutor nõ possit sine alio q̃nicq̃ gerere, obstãte uolũtate testantis. Laus Deo.

Et ita, ut supra consultum, & conclusum est, dico, & arbitror iuris esse. Ego Angelus quondam D. Alexandri D. Angeli de Vbaldis de Perusio I. V. D. &c.

CONSILIUM D. IO. ANTONII de Aproino I. V. D.

Vtrùm In Codicillis possit substitui pupillariter, & directò.

SVMMARIVM.

1 *Veritati semper locus esse debet.*
2 *Pater, & auus possunt pupillariter, & directò filijs, & nepotibus substituere.*
3 *Substitutio pupillaris expressa excludit matrẽ, secus autem tacita.*
4 *Codicillis hæreditas directò dari non potest.*
5 *Militibus parentibus inter liberos testaturis, remissa est omnis solennitas, & solo iure gentium testari licet.*
6 *Opinio, quæ fauet testamentis, magis sequẽda est.*
7 *Vltimæ dispositiones plenius interpretandæ.*
8 *Testatorem præponere extraneos proprijs liberis, impium est, interpretari.*

CONSILIVM CVI.

CIRCA propositam consultationem, in qua dubitari uidetur, nunquid D Clara uxor. q. ser Baptistę de liberalibus succedere possit in aliqua parte Floridæ filiæ suæ, ex præfato ser Baptista defunctæ in pupillari ætate, dum esset

esset annorum nouem, stantibus testamēto &
codicillis aliàs conditis per D Nicolaum pa-
trem D.Baptistę,& auum paternum eiusdem
Floridæ; Cui idem D.Nicolaus auus reliquit
in testamento dotem decat. 300. & eandē sibi
in illis hæredem instituit, ut in ipso testamen-
to legitur; et subinde in codicillis eidem Flori
dæ nepti suæ fecit substitutionem pupillarem
expressam per hæc uerba, uidelicet, si decede-
ret in pupillari ætate; Nec non etiam fideicō-
missariam uidelicet, uel quandocunque, etiam
si nuberet, absque legitimis hæredibus, eidem
in casibus suptapositis substituendo D. Libe-
ralem alterum filiū præfati testatoris, & illius
hēdes, prout latius in ipsis codicillis continet.

Visis igitur præfatis testamento,& codicillis,
& super dubitatione producta habita matura,
& diligenti consideratione. Redemptoris Dei,
& Domini nostri nomine inuocato. Quāuis
articulus iste non uideatur esse sine aliqua du-
bitatione, attentis opinionibus Doctorū con-
trarijs in quæstione præfata, Tamen consulen
do pro ueritate cui semper locus esse debet, ut
in l.fi.ff.de probat. et pro conseruatione testa-
menti & uoluntatis d.D. Nicolai, quæ sola at
tendi debet in ultimis uoluntatibus, ut in iuri-
bus uulgaribus traditur. Censeo de iure prædi
ctam D. Claram matrem præfatæ Floridæ ei-
dem filiæ suę, in pupillari ętate defunctę nul-
lo modo, nec in aliqua parte posse, aut de-
bere succedere, stante substitutione pupilla-
ri expressa facta per auum eidem Floridæ; quā
primo in eius testamento in dote decatorum
300. instituit; deinde in codicillis eidem pupil
lariter expresse substituit D. Liberalem alterū
filium d testatoris. Certissimi enim iuris est, pa
2 trem, & auum paternum posse pupillariter, &
directò substituere filijs, & nepotibus in pupil
lari ætate existentibus. l.ij & l.patris, & filij. & l.
cohæredi. §. cùm filiæ ff. de uulga. & pupi. quæ
substitutio pupillaris expressa est tantę poten-
3 tiæ, ut excludit † matrem existentem in medio,
licèt secus sit in tacita pupillari comprehensa,
& contenta sub expressa uulgari, et sub breui-
loqua, seu compendiosa, & fideicommissaria,
prout ista plenè tradunt in l.centurio. ubi Bar.
et omnes. ff. de uulga. et pup. et per glo. Bar. et
scribentes in l.precib. C.de impub et alijs sub-
stit. et plenè per Canon. in ca Raynutius. extra
de testam. et in c. 1. de test. in 6 Quę conclusio-
nes planè procedunt, quādo substitutio pupil-
laris expressa fuit facta in testamento, in quo
certum est posse directò hæres institui, & sub-
stitui; sed dubitatum fuit apud Doct. quid si
substitutio pupillaris expressa, fuit facta per pa
4 trem, uel auum in † codicillis, in quibus de iu-
re certum est hęreditatem directò dari nō pos-
se. §. codicillis uers. directò. instit. de codicillis.

l.ij C.eo. In quo articulo Bar in l.militis codi-
cillis. ff. de mili. testam. et in l. hac cō sultissima.
§ siquis autem. in ultima col. C. de testa. tenuit
talem substitutionem pupillarē expressam fie-
ri posse, et de iure ualidam esse, ea ratione mo-
tus quia sicuti hoc militibus concessum est;
quibus permissum est testari, omissa & reiecta
omni solēnitate requisita à iure communi, sed
solum seruari debere antiquius ius gentium, se
cundum quod non debent attendi solennita-
tes, & rigores iuris ciuilis; sed tantum uolunta
tes testantium, prout est tex. in d.l militis codi
5 cillis in princip. † pariter, & eodem modo di-
cendum est in patre, uel auo paterno, testanti-
bus inter liberos, quibus similiter remissa est
omnis solennitas iuris ciuilis, sed solum secun
dum ius gentium coram duobus tantum testi
bus possunt testari. d.l. hac consultissima. §. ex
imperfecto. C.de test. Motus etiam Bar per a-
lia iura & rationes, de quibus per eū in dictis
locis, quam sententiam Bar. sequuntur Fulgo.
Paul. de Cast & D.Alex. in d. §. si quis autem. &
Frāc. Aret. in auth. hoc inter liberos. C.de test.
& in l cohęredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pupi.
et Rapha. Comen. in l ij post Bar. ibi ff de in-
iust. et rup. test. et in d. l. militis codicillis. & D.
Ias. in d. §. si quis autem. ubi sequitur opin. Bar.
licèt contrarium tenuerint Bal. Ang. & Imol.
in locis prędictis, & Roma. in certo suo consi.
prout uideri potest, per D.Alex. et Ias. in d. § si
6 quis autem. † Verùm, quia illa opinio est ma-
gis sequenda, quæ fauet testamentis, ut ff de re
7 gul. iur. l. in testamentis. et ultimæ † uoluntates
defunctorum sunt plenius interpretādæ, post-
quam aliud uelle non possunt, ut in l j. C. de sa-
crosan. eccles. Ideo sequendo sententiam Bar.
uti magis communem, & fauentem uoluntati,
& testamento d.q. Du. Nicolai, præsertim quia
8 sumus in dispositione facta inter liberos, † &
impium, ac iniustum ēt esset, alienā matris suc
cessionem pręponere proprię successioni filio
rum, et liberorum d.q. D Nicolai, quod dicen
dum non est. l. cùm acutissimi. in fi. C. de fidei
commis. Ideo arbitror à sententia, & opinione
Bar. non esse recedendū. Quam, confirmādo,
comprobo per dispositionem Ducal. Consti-
tutionum Ciuitatis Taruisij, maximè constitu
tionē positā in primo tract c. 22. sub Rubrica.
Quòd omnes subtilitates in testamentis &c.
Vbi expresse cautum est, quòd in testamentis,
& ultimis uoluntatibus sint sublatæ oēs subti-
litates iuris ciuilis, maximè quòd uerba sint di
recta, uel obliqua, & aliæ similes subtilitates,
continentes merū iuris rigorem. sed in his ser-
uari debeat illud, quod seruatur in inclyta vrbe
Venetiarum. In qua, certum est, nullam solen-
nitatem iuris ciuilis seruari in celebratione te-
stamēti, & ultimarum uoluntatum, sed seruari
tantùm

tantùm antiquum ius gentium,secundū quod attendi debet pura,& simplex uoluntas testantis, prout in militibus obseruatur. Concludo igitur, & teneo dictam substitutionem pupillarem de iure fuisse ualidā, & efficacem, etiāsi facta fuerit in codicillis, & consequenter dictam D Claram matrem præfatæ Floridæ nō posse,aut debere eidem filiæ suæ succedere, stā te dicta pupillari substitutione expressa,q̄ matrem excludit; sed d.D.Liberalem filium præfati testatoris admittēdum fore,& admitti debere ad successionem dictę Floridæ,uti eidem pupillariter substitutum in codicillis eiusdem D. Nicolai aui paterni præfatæ Floridæ.

Laus Deo,Redemptori nostro die 25. Febru. M D XXIII. subscr. & sigill.

CONSILIUM D. I O. BAPTISTAE de Sancto Blasio Patauini doctoris clarissimi.

In materia fideicommissi particulatis certæ rei, & Quando masculi excludant fœminas.

SUMMARIUM.

1 *De iure communi tam filiæ fęminæ, quàm masculi æqualiter succedunt, secus secundum statuta Taruisii,nā masculi fęminas excludunt. n. 2*

3 *Quandocunque habaremus statuta,ab eis nō est recedendum.*

4 *Quod testator in uno disposuit, censetur & in alio uoluisse disponere & nu.5*

5 *Copula,&, est repetitiua qualitatis præcedētis.*

6 *Dictio,Tunc,& dictio,Si,reddunt dispositionem conditionalem.*

8 *Valet argumentum ab eo,quod uerisimiliter respondisset testator in hoc casu, si fuisset interrogatus.*

9 *In testamentis,& alijs ultimis uoluntatibus latissima interpretatio facienda est.*

10 *Notarij quandoque non bene exprimunt mentem disponentis.*

11 *Iudex debet scrutari mentem testatoris,sicut canis leporem. & ibi multa.*

12 *Voluntas testatoris, etiam coniecturata,dicitur expressa.*

13 *Menti uerba, non mens uerbis, seruire debent.*

CONSILIUM CVII.



QVIDAM codicillando, & non mutando institutionem, neque substitutionem in testamento cōtentas,sed pro bono,& conseruatione utilitatis,& cōmoditate Angeli filij sui, & eius filiorum,& filiarum, & ex eis descēdentiū noluit,& ordinauit, & expresse noluit obseruari, quòd domus dicti codicillatoris, in qua ad præsens habitat, si dicti Angeli: cum hoc,quòd dictus Angelus non posit,neq; ualeat dictam domum uēdere, nec modo aliquo illam alienare,uel obligare alicui, sed uult, & intendit;q̄ dicta domus uadat. & perueniat in filios masculos,legitimè descēdentes ex dicto Angelo, & deinde de descendentibus masculis legitimè ex eis, in descendentes masculos legitimè, Quousque de masculis prædictis extabunt; Et masculis prædictis deficientibus, in fœminas ex eis descendentes legitimè; & fęminis prædictis deficientibus noluit, q̄ dicta domus perueniat in dominam Ioannam eius filiam, uel in filios suos, & eorum descendentes, si dicta D.Ioanna tunc non superuiueret.

In facto autem accidit, q̄ dictus Angelus decessit, nullis relictis liberis masculis, siue fœminis: superstite præfata D.Ioanna, sicq; euenit,q̄ domus ad eā peruenit, iuxta dispositionem codicillorum:decessit postremò dicta domina Ioanna relicto filio masculo unico tantùm,& filiabus tribus:qui omnes superuiuūt.

Quæritur iccirco primo, an punctus codicillorum circa personam d Ioannæ, eius filiorum,& eorum descendentium faciat fideicommissum in infinitum: an uerò extinguatur dispositio codicillorum saltem in personam nepotum descendentium ex filijs dictę D. Ioannæ: attento maximè,q̄ codicillator nisi usque ad illum gradum disposuit.

Item quæritur in utrunque casum. s. siue fideicommissum extendatur in infinitum, siue usque ad illum gradum tantùm. An stante illo unico filio masculo præfatę d.Ioannæ, ipse solus consequatur domum,exclusis illis tribus filiabus fœminis:an uerò omnes simul. s. filius masculus,& filiæ fœminæ admittantur ad successionem domus: & sic quæritur,an istud fideicommissum habeat locum in masculis tantùm de gradu in gradum usque in infinitum, donec masculi extabunt, quibus deficiētibus, successiuè fœminę admittantur de gradu in gradū,ut supra:an uerò omnes pariter, & masculi,& fœminę, qui eodem tempore superuixerint pro rata,& portione uniuscuiusque admitti debeant.

In Christi nomine Amen. Viso themate, seu puncto,de quo supra dubitatur, & quæritur,utrùm mortua dicta D.Ioāna,domus prædicta deueniat,& deuenire debeat ad filiū masculum dictę D.Ioannę,& non ad ipsius d.Ioānę filias fœminas:Et breuiter, & conclusiuè loquendo teneo,q̄ ipsa domus pertineat ad filiū masculum ipsius d.Ioannæ,exclusis dictis eius filiabus; si enim dicimus, quòd fideicommissum sit finitum in persona ipsius q.d. Ioannæ, quasi

quasi eius filij fuerint substituti conditionaliter, uidelicet. si d. Ioanna tunc non superuiueret, tempore quo deficerent post masculos fœminæ descendentes ex liberis Angeli, filij eodicillatoris, ut uidenē sonare dicta uerba codicil latoris, & sic, ꝙ cùm tūc superuiueret ipsa D. Ioāna, ꝙ ipsa fuerit substitura, & nō dicti eius filij. arg. l. tutoribus ff. de testa. tu. ubi si testator dederit in suo testamento Titium tutorem filio suo, etsi Titius non uiuit, tunc Lucium tutorem dedit, certè si Titius uiuens gessit tutelam, & mortuus est, cessat datio Lucij, ex quo tunc Titius uiuebat, quia illa dictio, tūc, est nota extremitatis temporis, ut in l. iiij. §. finali. ff. de conditio, & demonstratio. & dicta l. tutoribus, & l j § rectissimè. ff. de ui & ui ar. & sic, cùm simus in causa intestati, quia dicta Do. Ioanna nou fuit testata, certè licèt ex for-
1 ma iuris communis tam masculi, † quàm filiæ fœminę succedere deberent æqualiter authen. in successione. C. de legi. hæred & l. maximum uitium. C. de liber. præter tamen ex forma sta
2 tuti localis, quod incipit; † ad decus spectat ciuitatis &c. in uolumine statut. communis Taruisij libro secundo, Tractatu tertio, sub Rubrica de masculorum successi. neptibus, & filiabus exclusis capitulo secundo, masculus solus, exclusis filiabus, succedat ab ītestato dictæ q do. Ioannæ in quibuscunque bonis eius, & per consequens etiam in dicta domo ipsi quōdam d. Ioannæ iure fideicommissi acquisita, facit. l. prima. in principio ff. ad Tertul & ideo
3 cùm de hoc habeamus statutū † non debemus ab eo recedere lege omnes populi. ff. de iustitia, & iure, & lege secunda, ibi, leges, moresq; locorum seruandi sunt, &c. C quemadmodum testament. ap. & l. quicquid astringendæ. ff. de uerborum obligatio. & l. iij. §. hęc uerba. ff. de nego. gest. Si uerò dicamus, quòd duret fideicommissum dictę domus in persōna filiorū, & filiarum dictę q. d. Ioannæ, quòd prima facie, attenta mēte cōiecturata codicillatoris, uidetur dicendum, & tunc similiter ad fideicommissum dictæ domus primo censetur uocatus filius ipsius d. Ioannæ masculus, & eo deficiēte, tunc demū admittantur filię fœminæ, ꝙ probo duabus rationibus, primo, quia codicillator uidetur uocasse ad fideicommissum ipsius domus filios, uel filias dictę q. d. Ioānæ eo modo, et eo ordine, quo succederent ab intestato, ut dicit Bar. in l. heredes mei §. cū ita. ff. ad trebell. et per eundem in l. ut iuriiurandi. §. si libe ri ff de operis liber. et in l Gallus §. r. ff. de libe. & posthu. sed ab intestato filij masculi excludunt fœminas, ut in dicto statuto in tex. & eius rubrica, ergo &c. Secundo, quia codicillator sic etiam disposuit in filijs, & descendentibus dicti Angeli eius filij, ut patet in codicillis, ergo idem censetur uoluisse in filijs, & descēdentibus dictæ q do Ioannæ argumen. l. si seruus plurium §. finali. ff de legatis primo, ubi præcedentia declarant sequentia: Addo tertiam rationē, quia testōr. seu codicillator postquā disposuit quòd ad dictum fideicōmissum uocentur masculi descendentes dicti Angeli, eius filij, & eis deficientibus, uocauit fœminas descendentes ex dicto Angelo, fecit nouam substitutionem in dicta domo in casu, quo deficerent nedum masculi, sed etiam fœminæ prædictæ, per copulam, et dicendo: Et fœminis prædictis deficientibus, uoluit &c. Sed clarum est, quòd illa copula, et, est repetitiua qualitatis præcedentis. ut est casus in lege Seiæ §. Caio ff de fundo instruc. ergo, sicut substitutionem descendentium ex dicto Angelo ita qualificauit, scilicet, quòd masculi prius admittantur, exclusis fœminis, & quòd fœminæ admittantur demum, deficiētibus ipsis masculis, ut patet in dictis codicillis, ita quoq; cēsetur uoluisse ipse codicillator circa substitutionem filiorum q. d. Ioannæ, ut sic uideantur substituti, & uocati ad fideicommissum ipsius domus cum præcedenti prædicta qualitate, scilicet prius masculi, & eis deficiētibus, fœminę.

Et aduertendum est, quòd illa uerba: si dicta Domina Ioanna tunc non superuiueret; possunt pati duos intellectus, primus, quòd filij, & eorum descendentes dictæ q. dominæ Ioannæ uocentur, ad fideicommissum domus, si tūc scilicet, deficientibus masculis, ac fœminis descendentibus d. Angeli filij ipsius codicillatoris non superuiueret ipsa q. d. Ioanna ar gu. d. l. tutoribus, & dictorum iurium, ponde-
6 rando † dictionem tūc, & illam dictionem, si, quæ reddit dispositionem conditionalē, ut no ta. in rubri. ff. de conditi. & demonstra. & l. qui promisit. ff. de condic. indebi. cum si. & secundum istum primum intellectum fideicommissum expirasset, & finitū esset in persona dictæ q. d. Ioannæ, quæ tunc superuiuebat, licèt postea mortua sit, per dicta iura maximè. per d l. tutoribus; et ideo tunc domus illa cum cęteris bonis ipsius q. d Ioannæ sunt in causa intestati, & sic ex forma ipsius statuti masculus succedat solus, exclusis fœminis q. d. Ioannæ & secūdum hunc sensum non esset quærendum de fideicommisso, sed de successione ab intestato: Secundus intellectus est, quòd ipsi filij, & descendentes eorum non concurrant copulatiuè ad fideicommissum, uiuente ipsa q. d. Ioanna, sed quòd fideicōmmissum deferatur ipsis filijs, si tunc, scilicet, quado filij eius uolunt admitti ad fideicommissum domus, ipsa d. Ioanna non uiuebat, & sic, quòd post dictæ q. Do. Ioannæ mortem demum admittantur dicti eius filij, eo tamē ordine, quo ab intestato aliàs

ſurrederent. per notata per Bart. in d.l. hæredes mei cum ſi. & pro hoc intellectu facit uerbum, ſuperuixerit quod denotat ſuperexiſtentiam d. Ioannæ arg. in auth. ut ab illuſtr & qui ſuper & c. cu.n ſi. Ac etiam, quia de filijs, & deſcendentibus eorum prius loquutus eſt codicillator, arg d.l ſi ſeruus plurium. §. fi. ff de leg. 1. & quia uicinitas ſcripturæ, ubi apponitur illa clauſula, ſi d. D. Ioāna tūc & c. cum illis uerbis in eadem oratione poſitis, v ʒ, uel in filios ſuos, & eorum deſcendentes, ſic demōſtrare uidetur arg. glo. in §. item lapilli inſtit. de rerum diuiſione. & arg c. quanto de præſumptio. Ac etiam, quia uerisimiliter. ſi de hoc explicitè co-
8 dicillator fuiſſet interrogatus, † ita reſpondiſſet, & uerbis explicitis expreſſiſſet per ſupradicta. arg. not. in l. tale pactum §. fina ff. de pac & tunc ipſa domus, ſtante hoc intellectu, iure dicti fideicōmiſſi delata eſt prius dicto filio maſculo, & deficientibus filijs maſculis, tunc demum deferetur fœminis, ut ſupra dixi. Et iſte intellectus uidetur ex cōiecturis prædictis magis planus, cùm in teſtamentis, ſeu ultimis uo-
9 luntatibus ſit facienda latiſſima † interpretatio. l. in teſtam ff. de regu. iur & maximè, quia uerisimile eſt ꝙ ſicut codicillator uoluit præuidere nedum dicto Angelo eius filio; ſed etiam deſcendentibus ex eo maſculis, & fœminis: Ita quoque credendum eſt, quòd codicillator uoluit facere de dicta q.d. Ioanna eius filia, & filijs, & deſcendentibus eius maſculis, & fœminis, per dictas rationes, præſertim quia codicillator in fine codicillorū appoſuit clauſulam quòd diſpoſita per eum ualeant, omni meliori modo &c. ut ſic aliquid addat argu. l. ſi quando in principio. ff. de lega. primo. & ca. ſi Papa. de priuileg. libro ſexto, facit quod notat de illa clauſula Ioan. de Imo. in libellis. in l. ſed cùm nulla. ff. de re iudic & Angel. in § om-
10 nium. inſtit. de actio & maximè, † quia quandoque notarij non bene exprimunt mentem diſponentium, ut dicit Barto. *in* l j. ff. de iure codicill. & Bald. in l. cùm quidam. C. de neceſſa. ſeruis hæred. dicit, quòd iudex debet per-
11 ſcrutari mentem teſtantis, † ſicut canis, & uenator leporem, unde opus eſt coniecturis l. li-
12 cèt imperator. ff. de legatis primo. † ubi uoluntas diſponentis etiam coniecturata dicitur expreſſa & mens diſponentis ante omnia intuenda eſt, l. in conditionibus. ff. de condit. & de-
13 monſtrat. ut ſic † uerba ſeruiant menti & non mens uerbis capitulo intelligentiam de uerb. ſignific & quod not. in l. non dubium. C. de legi. Vbi dicitur quòd ſtare ad corticem uerborum, & non ad mentem eorum, eſt iudaizare, & maximè, quia prohibitio alienationis facta in dictis codicillis, uidetur hoc etiam ſapere l. filiusfamil. §. diui. ff. de legatis primo. accedat ratio, quia, ſcilicet, teſtator in teſtamento ſuo plus dilexit Angelum eius filium quàm dictā Do. Ioannam, ut patet in eo, et tamen codicillator onere fideicommiſſi in plus grauauit ipſum Angelum, ei ſubſtituendo, ut l ex tribus. C. de inofficioſo teſtamen. ergo uerisimile eſt, ꝙ per illa uerba, de quibus in dictis codicillis, uoluerit in dicta domo grauare onere fideicōmiſſi ipſam Dominam Ioannam, dum fecit mentionem de ea, & filijs eius, & deſcendentibus ex eis argumen. autem multò magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & dicta. l maximum uitium, tamen, quicquid ſit, non poteſt negari, quòd dicta domus ſaltem ab inteſtato, ſtante forma dicti ſtatuti, quod eſt communiter per Italiam, non pertineat ad filium maſculum dictæ Do. Ioannæ nunc, excluſis ipſis filiabus, per prædicta, & non facio uim inter alternatiuam, uel, quę ſolet, inter perſonas appoſita, reſolui in copulatiuam, & illam copulatiuam, &, de quibus in l. cùm quidam. C. de uerbo. ſignificatio. propter prædicta iura.

Et ita dico, & conſulo iuris eſſe &c.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Bergomenſis.

ARGVMENTVM.

¶Conditio fideicommiſſi uniuerſalis, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, an uendicet ſibi locum in ſpurio legitimato: inſuper adoptiuus filius an detrahat legitimā.

SVMMARIVM.

1 *Declinatoria, & exceptio ſuſpecti iudicis ſimul non poſſunt opponi.*

2 *Iudices quibus ex cauſis ſuſpecti dici poſſint.*

3 *Legitimati ſpurij ueniunt appellatione filiorum, & nihil à filijs naturalibus, & legitimis differunt, & ſuccedunt, ac ſubſtitutos excludunt.*

4 *Legitimatus filius nō uenit appellatione filij naturalis, et legitimi, ex legitimo matrimonio procreati, communi opinione.*

5 *Bona empta ex pecunia hæreditaria, in reſtitutionem fideicommiſſi ueniunt.*

6 *Legitimam nō deberi filio adoptiuo in bonis adoptantis: idem in arrogatis.*

CONSILIVM CVIII.

CLARISSIME Domine Iudex, ſeu arbiter, & arbitrator, plurimum honorande. In præſenti cauſa, Mota per Syndicum Miſeericor-

ricordiæ Bergomi sub Dominis consulibus iustitiæ, fundata est intentio agentis, eo, quia magister Petrus in suo quodam ultimo testamento dispofuerat, quòd si Ioannes Baptista eius filius adoptiuus, & hæres uniuersalis instituttus decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, substituit misericordiam prædictam, prout constat ipso testamento, rogato per Baldasarem quendam de Bordonis notarium usque de anno 1476. Modo euenit casus, quòd iste Ioannes Baptista filius, & hæres, ut supra, decessit, iam sunt pauci anni, nullis ex se relictis filijs legitimis, nec naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, sed relicto duntaxat Petro minore eius filio spurio: Qui tenet, & occupat, sine eius tutores tenent, & occupant bona dicti quondam magistri Petri, spectantia præfatæ misericordiæ, uirtute fideicommissi, de quo supra. Quæ bona probata sunt concludenter, & per testes examinatos, Et per plura instrumenta producta, fuisse in bonis dicti olim magistri Petri, & relicta in eius hæreditate, prout descripta sunt post libellum præfati Syndici misericordiæ.

Nec obstant aliqua deducta in contrarium aduersæ partis, uidelicet, tutorum dicti Petri minoris, quia in primis exceptio declinatoria non militat quoquo modo, neque allegata suspicio contra dominos consules iustitiæ. Et quando militasset, per processum ad ulteriora reiecta est, nec à tali processu fuit appellatum. ut est text. & ibi plenè notatur à Perusino. in capitulo ex parte. m. de appellatio. & per Bart. Paul. de Cast. & Moder. Papien. in l. ex quacunque. prope finem. ff. si quis in ius uocan. non ierit & Corneum in consilio 85. quarto libro,

1 † immo repugnant ista duo. declinare iurisdictionem iudicis. & allegare iudicem suspectum in causa, quia primo casu declinās præsupponit incompetentē, secundo casu non incompetentē, sed recusabilem ex suspicione. Neutrum tamē horum duorum locum habet: quia non declinatoria, ut est dictum, non suspitio, quia non est probata, immo nec allegata talis, quæ sufficiat, secundum formam statutorum nostrorum, loquentium, ex quibus casibus possint iudices allegari suspecti, neque etiam

2 secundum formam iuris communis, † iuxta latè notata per scribentes. in l. apertissimi. C. de iudicijs. & per canonistas. in capitulo cùm speciali. extra de appellatio. & in capitulo si quis contra clericum. extra de foro competenti.

Præterea, cùm causa hęc sit commissa excellentiæ uestræ ad consulendum, de consensu utriusque partis, nunc uanæ sunt exceptiones declinatoriæ exceptionis, & suspitionis, de quibus supra, unde ad alia est deueniendum.

Et primo ad illud, quia dicitur, quòd iste minor spurius fuit legitimatus per Comitem Palatinum, habentem auctoritatem legitimandi ab Imperiali culmine &c. Et sic, nunquid legitimatus excludat substitutum, prout excluderet filius masculus legitimus, & naturalis, ex legitimo matrimonio procreatus.

Et breuiter, omisso multiloquio, dico hāc esse

3 communem opinionem, scilicet, † quòd spurius legitimatus, supposita ualiditate legitimationis, ueniat appellatione filij legitimi, & naturalis, & nihil ab eo differat, & ita excludat substitutum, quemadmodū excluderet filius masculus legitimus, & naturalis. per tex. in authentico quib. mod. naturales effi. legitimi. in §. liceat, in uersi. nihil à legitimis differentes. & in authentico quib. mod. natura. effic. sui. in §. quoniam. & §. reliqui. & §. illud. & §. siquis igitur. & in §. adoptionis. & §. quia uerò. & in §. cùm semel, & notat. Bart. in l. si is, qui pro em-

4 ptore. ff. de usucap. 7. quæst. princip. † Sed si dicamus, an filius legitimatus ueniat appellatione filij legitimi, & naturalis, & ex legitimo matrimonio procreati, concluditur quod non, & iste est casus noster, quia nunquam erit uerum dicere, quòd iste talis legitimatus sit legitimè natus: prout ita affirmat dominus Alexander Imolensis in consilio 2. in primo uolumine, uersicu. Et comprobatur, allegando in primis Iacobum de Arena, quem secutus est Ioannes Andreas in additio. Specu. in titulo de successio. ab intesta. § si. in fine. & Bald. qui dicit sic fuisse disputatum, & conclusum Bononiæ, in l. Gallus §. si eius, qui. in fine. ff. de liber. & posthum. & Anton. de Butrio in capitulo per uenerabilem. post medium, qui filij sint legitimi Et Petr. de Anchara. in repetitione capituli canonum statuta. de constitutio. uersiculo, quid si statutum loquitur de filijs. & alios plures, quos non refero, subdens ibi, quòd in iudicando non est ab hac opin. communi recedendū, hoc idem per multas rationes, & decisiones doctorum tenuit Alexander in consilio 25. in eodem primo uolumine. et clarius in cōsilio 67. eodem primo uolumine, uersicu. nunc uenio ad secundum principale quæsitum &c. Dum uult unum aliud in hac materia, scilicet, quòd si legitimatio spurij fuit facta, prout in casu nostro, post mortem aui ipsius legitimati, nō potest fieri præiudicium substituto, cui erat ius quæsitum, saltem in spe, si institutus decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio descendentibus, &c. Ita quòd, dubitare in præsenti casu, esset quasi dubitare de luce solis, stantibus prædictis.

Vlterius, quia aliàs disceptabatur, Nun-

5 quid in restitutione fideicommissi † ueniant

bona empta ex pecunia hæreditaria, uel an sufficiat tantundem pecuniæ restituere. Respõdeo, & dico circa hoc, quod bona empta ueniunt in restitutione, ita quod non audietur possessor uolens restituere precium, quo empta fuerint, ut probatur ex tex. & gl. ibi, super uerbo conuertit in l. sedet si lege. in prin. ff. de peti. hæditatis. & in l. item ueniunt. §. primo, & secundo. & in lege si & rẽ, & pretium in fine. ff. eodem titulo & ex doctrina Bartoli. in l. Imperator. §. cùm autem. ff. de legatis secundo.

Præterea etiam moueb itur aliud dubiũ, an filius adoptiuus detrahat legitimam, iure naturæ debitam ex fideicommisso restituendo, prout erat iste Ioannes Baptista, filius adoptiuus dicti magistri Petri, & grauatus de restituendo, si decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio descendentibus &c. Et breuiter ad hoc responde-
6 tur, quòd non. † Quia nulla legitima debetur filio adoptiuo in bonis adoptantis: quando sumus in extraneo adoptato, ut est casus, de quo agitur, ita est textus in lege cùm in adoptiuis. §. sed ut articulum. C. de adoption. ubi Baldus hoc decidit in terminis. & habetur per dominum Iason in lege si arrogator ff. de adoption. dicentem, secus esse in arrogato, Qui transit in potestatem arrogantis: cum adoptiuus non soleat transire in potestatem &c. à quo adoptatur. Ita etiam habetur per Specu. in titulo de cognatione legali, per totum. & probat clarè textus notabilis. institutio. de hæredi. Quæ ab intestato defer. §. sed ea omnia. cum duobus uersiculis sequentib. ibi, neque quarta ei seruatur, nec ulla actio ad eius persecutionem competit.

Nec est mirum, si filius adoptiuus non detrahit legitimam, ut supra, Quoniam talis filius adoptiuus non habet iura naturæ, sed est
7 duntaxat legitimus: † de legitima ergo iure naturæ debita nihil ad eum, secundum Baldum in lege si te. C. de suis, & legitimis. & ponit aliquid dominus Alexander in dicto consilio secundo, in primo uolumine. uersic. præterea filius.

Et propterea, stante probatione intentionis agentis, prout stat, & ex processu, & deductis in causa liquidissimè apparet: & ex his quæ superius allegata sunt, concluditur, quòd Excellentia uestra consulere debet Spectabilibus dominis consulibus iustitiæ, quatenus pronũciens iuxta petita per ipsum Syndicum misericordiæ. Et si quid aliud dubitationis oriretur: paratus ero respondere. Bene ualeat Excellentia uestra &c. Laus Deo.

Alexander Tertius.

CONSILIVM D. ALEXANDRI Tertij Bergomensis.

ARGVMENTVM.

¶ Testamentum an præsumatur reuocatum prætextu decursi decennij, & ex eo, quòd testator dixit, aliud uelle condere, licèt non fecerit: & quid si superuenerint inimicitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum ualidum præcedens solus temporis cursus nunquam tollit.*
2 *Legis sancimus. C. de testamen. intellectus. & num. 3. 4. 5*
3 *Testamentum solenne non tollitur minus solenni, nisi decennium accedat, & numero 4. & 5.*
7 *Inimicitijs superuenientibus regulariter institutio hæredis non reuocatur, licèt legatum reuocetur.*

CONSILIVM CIX.

CLARISSIME domine Vicarie, domine mi obseruandissime, In causa huius testamenti conditi olim per Zanum de Donadonibus De anno millesimo, quingentesimo, decimo: In quo hæredem suum uniuersalem instituit Tadeum filium Bettini de Acecobis: quem ipse loco filij habebat, substituendo ei fratres, & filios fratrum ipsius testatoris, prout in ipso testamento, dubitatur solum de duobus, uidelicet, an illud testamentum ualidum, & solenne censeatur reuocatum ex cursu decennij, & ex eo, quòd dicatur, ipsum Zanum aliquando dixisse, quòd uolebat illud mutare, seu reuocare, Et alterũ condere, iuxta legẽ sancimus, cum sua materia. C. de testamentis: ubi per omnes scribentes. Item an ex allegatis inimicitijs, quæ dicuntur superuenisse post ipsum primum testamentum inter Zanum, & dictum Tadeum, iuxta ea, quæ habentur in lege tertia. §. finali. & in lege ex parte. ff. de adimendis legatis. Et breuiter in casu nostro dicimus, quòd nullo modo potest dici reuocatum: Et dicta lex, sancimus nihil nobis obstat, primo enim in ea dicitur, quòd solus cursus temporis nunquam tollit primum præcedens testamentum ualidum, quia quod non mutatur, quare stare prohibetur.
1 Item † ex eo solo non infirmatur testamen-

tum

tum primum, quòd postea restator dixerit, nolo primum testamentum ualere, casus est insti.quib.mod.testam.infir.§.ex eo. Sed oporteret ad hoc, † ut simus in terminis proprijs
2 dictæ l.sancimus: ꝙ una cum cursu decem annorum subsecuto constet etiam, quòd ipse testator post primum testamentum apeuerit, & declarauerit uoluntatem suam, disponendo, uel apud acta, uel coram tribus saltem testibus, non paucioribus, qualiter illud suum primum testamentum reuocabat: et eius se pœnitebat, seu quòd non uolebat illud ualere, sed nolebat intestatus mori. Vnde Paul de Ca.magistralis interpres, & declarator legum, Sic formaliter dicit in illa l.sancimus.in principio. si testator mutauit uoluntatem, non tamen condidit aliud testamentum solenne, sed solum dixit, ꝙ testamentum reuocabat [et est ponderatum illud uerbum, reuocabat, quia non sufficeret dicere reuocare uolebat] per hęc uerba nō reuocaru r testamentum, quia uoluntas dispositiuà in primo testamento contenta, quæ dicitur uestita, non tollitur per aliam uoluntatem nudā, non continentem dispositionem: Nisi duobus concurrentibus, scilicet quòd illa secunda uoluntas nuda fuerit expressa saltem coram tribus testibus, uel apud acta, & quòd transiuerint decem anni à tempore primi conditi testamenti usque ad tempus dictæ nudæ uoluntatis, secundum unum intellectum, quem tenet glosa ibi, uel à tempore nudæ uoluntatis emissæ usque ad mortem testatoris, secundum alium intellectum, quem tenuit Iaco. Butrig. Dominus Iason etiam in quinto notabili, super dicta l.sancimus, dicit hęc uerba in propo
3 sito multum notanda: † Licèt regula sit, quòd si testator facit testamentum ualidū, & solenne, & postea conuocatis septem testibus diceret, ego non uolo, quòd primum testamētum ualeat, uel me pœnitet, tamen non intelligit reuocatum testamētum, nisi incideret illud, uel faceret secundum.tex.est in §.ex eo. insti.quib. mo.testamenta infir.et ratio est, Quia cum prima uoluntas fuerit dispositiua, & perfecta, secunda autem nuda sit, non potest tollere primam, quæ firmior est, istud tamen limitatur per hunc tex.singularem, qui non habetur alibi in corpore iuris, v3, nisi post secundam nudam uoluntatem transiuisset decennium: Quia nuda uoluntas, nedum expressa coram septem te
4 stibus, † sed immo expressa coram tribus tantum simul cum lapsu decennij, inducit reuocationem primi testamenti ualidi, & solennis, ea sua est unicus, & singularis in hac lege, idem in effectu dicit dominus Alexander in dicta l. sancimus. Volunt ergo doctores omnes, quòd
96 na. §. sed si de acquiren. hæredit † Nam potest pater nòmine filij hæreditatem filio delatam adire, & bonorum possessionem agnoscere, ut uoluit Bald. quem cęteri sequuntur in l. j. in quinto & sexto casu. C. qui adm. quantũ uerò est renunciatio dotis maternę, licèt diu pater post mortem matris non possederit, ex quo tamen nunquam restituit, censetur adiuisse, ut uoluit Bal. l. si certis annis in fi. C. de pac. & in l. dos. C soluto matri. Vel et tertio respond. ꝙ satis quantum ad hoc, ut dicatur donatio bona hæc erant perfectè acquisita, ex quo erant delatæ hęreditates, et huic filiæ ius adeundi cõ petebat, & ab eius libera uoluntate pendebat aditio. Ex quibus remanet perfectè declaratũ illud, super quo in pręsenti consultatione secũdo loco principaliter dubitabatur.

Tertius casus est, ad quẽ deuenio, an filij Magdalenæ, quæ pręmortua est patri suo, habeãt ex eorũ persona aliquod ius in bonis aui sui, et in bonis maternis, qbus mater renunciauit, uel quę donauit. et conclusiuè loquendo breuitatis causa si quidẽ dicimus renunciationes, et donationes non ualuisse. tunc sine dubio nõ solum bona materna ad filios pertinent, sed et in bonis aui debent legitimã consequi, nõ ob. ꝙ mater habuerit dotem, quia, ut dictum fuit supra, ex dispositione statuti dos censetur data de bonis matris. Vnde, sicut si mater eorum uiueret, in bonis patris legitimam sine dubio consecuta fuisset, eodẽ modo filij: quia statuto

sub

ſub Rubri.de leg.fil.&c.Vocantur in locũ matris ſuæ,legitimam conſequi debent,& quanuis ſtatutum illud diſponit. et hoc etiam de iure cõi procedit,ut ſatis notum eſt,non inſiſto.

Quòd ſi dicamus,dictas renunciationes, & donationes ualuiſſe,adhuc dico,legitimam deberi his nepotibus nedum in bonis, quæ matris fuerunt , in quã computabunt ſibi dotes
97 maternas,ſed etiam in bonis aui. † Nam renũciatio matris,quatenus per illam filij excludũtur à legitima.in qua ſpem probabilem habẽt. l.ſcripto unde lib.l ſi ibi,non enim par,eadẽq; ratio.C de codicill.&eſt uerior op.ut per Ray. in fin.C. de pac. dicitur eſſe in præiudiciũ filiorum,ideo non tenet per text. in d. c. quãuis in fin.& in d.c.cùm contingat, & ita in ſpecie uoluit Anto.de Butr.in d. c. cùm contingat in fi.& ſequitur Imol.ibi quando renũciatio, ſeu alienatio , quæ ſaltem re ipſa eſſet in fraudem filiorum,fieret ex cauſa lucratiua, prout in caſu noſtro,in quo pater nihil de ſuo filiæ dedit, ut dictum fuit ſupra, & licèt loquantur in ter. illius cap. quando doti prohibitæ alienari renunciatur,tamen idem eſt , quando renunciatur bonis,nondum dotalibus , quia eadem ratio eſt,cùm non minorem, Nec minus probabilem ſpem rerum legitimę habeãt filij in his, quàm in alijs.

Et iſtam opin tenuit etiam Io. Andr.& Io. Calde.d. c.cùm contingat . Quatenus uerò ſit opi.quod filij,uiuente matre, habeãt ſpem probabilem in bonis matris ſaltem , quo ad legitimam, quoa refert, & ſequitur ale.d. c.cùm contingat, in quarto no. in uerſic. ſecundus caſus, uel ſaltem dicendum eſt , quod iſta renuncia-
98 tio bonorum matris† quæ ualuit,tanquam donatio poſsit reuocari uſque ad legitimam , ex titulo de inoff.do. iuxta ea , quæ plenè diſtinguit Bar.l.Titia.§ imperator , de legat.2.Nam quòd immo in totum poſsit , conſuluit Paul. de Caſt.conſi.mihi 25 1. Viſo quodã inſtrumẽto in 2.par.quando,ſcilicet, patri donatum extitit,ut in caſu noſtro. Vnde, quando Magdalena renuncians,&eius pater, in cuius fauorem fiebat renunciatio, iurant,ꝙ talis renunciatio, & donatio non erat in damnum, fraudem,uel læſionem alicuius perſonę,mẽtiuntur,& periuri ſunt,quia manifeſtè ſaltem quo ad legitimã erat in lęſionem ipſorum filiorum , immo in fraudem,quia de filijs cogitarunt , dum in inſtrumento dictum fuit,quòd talis renũciatio, uel donatio per ſuperuenientiam filiorum reuocari non poſsit. Quòd ſi teneamus aliam
99 opi.ꝙ † immo etiam ratione legitimæ renunciatio matris præiudicet filijs,quam opi.uidetur tenuiſſe Ioan Andr.in preall eg.cap. Si uera ſit opin.ut multi tenuerũt,quòd immo filij,uiuente matre, ſpem probabilem in legitima nõ habeant : Cùm tantum illis poſt mortem matris debeatur l.nõ ſique,ſi quis à pat fue.ma. Bar.poſt Dyn. in l fi.de lib.agnoſ. refert Imo. d.c cùm contingat ſuper glo.fina.

Adhuc dico,ꝙ in omnibus bonis, tam quæ fuerunt matris,quàm aui,filij iſti, et ſic nepotes debent conſequi legitimam , et conſidero, ꝙ ex quo filia renũciauit patri,& præſupponimus renunciationem ualuiſſe, bona iſta ſunt omnia acquiſita patri, in cuius fauorem facta fuit renunciatio, & tempore eius mortis in bonis,& hęreditate reperiuntur.Ideo legitima in omnibus illis bonis debetur nepotibus, non
100 ob.renunciatione matris,† quia quotieſcunque filia renunciat hæreditati paternæ , ſi moriatur ante patrem,talis renunciatio non obeſt filijs ſuis , quo minus in bonis aui legitimã conſequantur. Ita uoluit Bar.l mo.Aret. Doc. communiter in l.qui ſuperſtitis de acquir.hęr. Bal in l.fin.4.col. uerſ.ſed hic incidenter quæritur.C.de pac.Oldra.conſi. 132. Titius habẽs filiam.Bal.in l.pactum,quod dotali.C.de collatio.cũ multis alleg. ibi per Alex. Dec. & Mod. qui dicunt iſtam eſſe communem opinio. ratio eſt , quia iſta renunciatio matris intelligitur facta ſub conditione , ſi ſucceſsio ſibi deferatur, unde, cum illi non ſit delata, quia premortua eſt,renunciatio non ob. filijs, & quamuis tunc non filij ſuccedant in locum matris, & ex perſona matris ueniant, Admittendi tamen ſunt,Cùm hoc non habeant à matre, ſed ex beneficio legis.§.cùm filius inſti.de hære.quæ ab inteſta.def. unde per matrem illis præiudicari non poteſt,ut dixit Bar.d.l qui ſuperſtitis,immo licèt iſti filij ſuccedant in locum matris, non tamen aſſumunt iura materna,ſed ſuccedũt in locum remotiuè,ſeu priuatiuè,q,a mater mor-
101 tua remouetur à loco,† & filij aſſumũt locũ, quem inueniunt uacantem, ita Bal. & Paul. de Caſtr.d.l pactum, quod dotali,& ideo perinde eſt quantum ad filios , ac ſi mater non renunciaſſet, quo caſu ſi mortua eſſet ante patrem , & in hæreditate patris , & ſic aui reperirentur omnia iſta bona, ſine dubio nepotes in omnibus iſtis bonis conſequerentur legitimam , eodem modo debent conſequi in iſto caſu, quo renunciatio matris illis non officit . Adeo quòd in illis bonis licèt nõ poſſent conſequi legitimam, tanquam in bonis maternis,conſequẽtur tamen,tanquam in bonis aui, quæ in ueritate illius erant, tempore, quo mortuus eſt. Et iſta opin.uetiſsima eſt in caſu noſtro,in quo filia nihil à patre recepit de bonis aui , Nec uocauit ſe contentam pro parte ſua per id,quod conſecuta fuit à patre, quo caſu
101 † Rom.& Paul de Caſt.in d.l. qui ſuperſtitis tenebant,quòd renunciatio matris, etiam mortuæ uiuente patre, præiudicaret filijs , quorũ tamen

tamen opin adhuc dubia est, & Alex & multi alij quos ipse refert in d.l.pactum, quod dotali, tenent contrarium, & ita declarat Corne. in præalleg. consi. 258. col. 14. uol. & in d. consi. 11. primo uol. col. 15. circa med. uers. ex prædictis, Dec. d. consi. 181. pen. & ult. colu.

Vnde concludendo, siue ualeat renúciatio, siue non, siue in uim renunciationis, siue donationis, omnia bona, quæ fuerunt matris, consequentur filij.

CONSILIVM D. BARTOLOMEI Pilingotti de Callio.

ARGVMENTVM.

¶Commodum, & ius aliquod spectans ad antiquiorem de linea, an ad plures personas eiusdem gradus deferatur, uel maior natu excludat cæteros.

SVMMARIVM.

1 *Clara & manifesta uerborum adminiculis non egere, neque in dubium debere reuocari. & numero 10.*
2 *Veritas magis ex particularibus, quàm ex uniuersalibus elicitur.*
3 *Conditiones in contractibus ad unguẽ seruandæ.*
4 *Registra & calendaria facere plenam fidem. & nume. 7.*
5 *Voluntas defuncti seruanda, nec à uerbis eius recedendum est. & nu. 6*
8 *Experiri nemo sine actione potest.*
9 *Emphyteusim, quam stipulatus est pater, pro se & suis liberis, an possit uni soli relinquere.*
11 *Particula una aliam in instrumentis declarat.*
12 *Mandatum re integra reuocari potest.*
13 *Illatio bona non fit ex diuersis & separatis.*
14 *Causa cessante cessat, & iurium dispositio.*
15 *Stare non prohibetur, quod non mutatur.*
16 *Verba soluatur antiquiori, non modo demonstratiua, sed & dispositiua sunt, non autem conditionalia. & nu. 17*
18 *Coniecturis in certis non est locus.*
19 *Verba geminata magis operantur.*

CONSILIVM CXIX.

CHRISTI nomine inuocato, atque eius beatissimę matris uirginis Mariæ. Visis suprascriptis puncto dubijs, & particula libri, & particula codicillorum, capiendo primum dubium, breuibus uerbis me expediam. Tum:
1 qui a res est adeo † clara, ꝙ uerborum adminiculis non indigeat, iuxta not. in l. j. ff. de in integr. resti. & in l. theopompus. ff. de dote prælegtum etiam, quia in dicendo multa non consi-
2 stit uirtus, † cum ex particularibus facilius, ꝙ ex uniuersalibus eliciatur ueritas, ut dixit Arist. in 2. Ethico. & refert Aretin. in consi. 13. & ueniendo ad particularia, uidetur expeditũ, ꝙ solutio dictæ quantitatis 63. ducatorum debet fieri domino Hieronymo antiquiori lineę dicti Petri, & ab alijs fratribus non potest impediri, cum dominus hospitalarius Sanctę Mariæ Nouæ constituerit se debitorẽ Petri olim magistri Augustini de Santutijs de Vrbino, & suorum filiorum masculorum, per lineam masculinam descendentiũ, & linea dicti Petri deficiente, constituit se debitorem filiorum Baptistæ de Santucijs fratris dicti Petri, & descendentium dicti Baptistæ, cum cõditionibus, de quibus in dicta particula libri, & maximè inter alia, ꝙ solutio dictæ quantitatis debeat fieri antiquiori dictarum linearũ, prout in libro
3 continetur, † & nemini dubium est, quòd cũ conditiones appositę, seu in contractibus debẽt ad unguẽ obseruari. in l. Meuius, & l. qui hæredi. ff. de condi. & demonst. & per Doct. in
4 l. j. eod. tit. & similiter † notissimũ est scripturam dicti libri, & particulam prędictam plenè probare contra dictum dominum hospitalarium. Vt concludunt glo. & Doc. in l. quædam. §. numularios. ff. de eden. & in l. admonẽdi. ff. de iur. iuran. cum alijs concordantijs, de quibus in dictis iuribus, fit mentio, & sic remanet fundata intentio dicti domini Hieronymi antiquioris dictæ lineæ Petri, & istud idem cõprobatur uoluntate magistri Petripauli in suis codicillis, dum dixit, quòd dictus hospitalarius & eius successores singulo anno, ut supra, cum licentia mea uel prioris, uel superioris nostri, me uidente teneantur soluere &c. Me autẽ mortuo, dictæ pecuniæ soluantur antiquiori dictæ lineæ Petri &c. & sic non solum per dictum magistrum Petrumpaulum fuit reuocatum, seu contrarium dispositum corũ quæ cõtinebantur in particula dicti libri, uidelicet: Solutio dictarum pecuniarum fieret antiquiori dictarũ linearum uidelicet Petri, & Baptistę: Sed iterum in codicillis fuit expressum, ꝙ continebatur in particula dicti libri, uidelicet: me autem mortuo, dictę pecuniæ soluantur
5 antiquiori dictæ lineæ Petri, † & uoluntas defuncti seruanda est l. in condit. ff. de condit. & demonstrat. & l. nemo potest, & ibi Bart. ff. de leg. 1. & in l. j. de testamentis cum uulgaribus,
6 † & à uerbis testantis, uel codicillantis nõ esse recedendum, immo sunt attendenda. l. non aliter. § cum in uerbis. ff. de leg 3. & per Specu. in tit. de instrumen. edi §. restat uidere, in uersic. quid si in aliquo, & ex prędictis remanet supra dicta conclusio indubitabilis in fauorem dicti domini Hieronymi.

Deue-

De ueniendo ad secundum dubium, utrum
fratribus dicti D. Hieronymi cõpetat aliqua
actio, ad consequendum partem aliquam di-
ctarum pecuniarum, quæ debent solui ipsi D.
Hieronymo ab eodem, & similiter uidetur cõ
cludendum intrepidè, quòd dicti fratres non
possent consequi, à dicto Do Hieronymo ali-
quam quantitatem, seu partem dictarum pecu
niarum. Tum quia dicta solutio debet fieri an
tiquiori dictarum linearum intelligẽdo quod do-
nec superest linea Petri, linea dicti Baptistę nõ
sit in consideratione, & per consequens cũ te-
nore scripturæ dicti libri appareat solutionẽ
7 fieri debere dicto Do. Hieronymo † standum
est dicto libro, iuxta not. in d. l. quædam § nu-
mularios. Et petita dictorum codicillorum, si-
militer ut supra, comprobat dictam solutionẽ
fieri debere dicto D. Hieronymo antiquiori li
neæ dicti Petri, ut ibi, in uersiculo me autem
mortuo dictæ pecuniæ soluãtur antiquiori di
ctæ lineæ Petri: Et stantibus prædictis faten-
dum est, prædictis fratribus dicti D. Hierony
mi nullum ius, & nullam actionem competere
ad agendum, contra dictum D. Hieronymum,
8 † & sine actione nemo experiri potest, uulgata
l. si pupilli. § uideamus ff. de nego. gest. cũ suis
concordantijs. Nam antiquiori dictę lineæ de
bet fieri solutio, ex promissione facta per di-
ctum dominum hospitalarium, & sua humani
tate, & clementia, licèt magister Petruspaulus
donauerit prius hospitali Sanctę Marię Nouę
certam pecuniarum quantitatem, & pro dicta
conclusione in fortioribus terminis facit no
9 tata in illa quęstione, † utrum pater possit em
phyteusim, quam stipulatus est pro se, & filijs,
uni ex eis in ultima uoluntate, uel inter uiuos
assignare: In qua Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si
liberi ff. de oper. libe. determinat quòd non, &
allegat cap. 1. de successione feudi, & cap. 1. de
grad. in succes. feu. & ita dicit Bal. in d. §. si libe
ri, in uersic. si dubium est. & licèt filius dicatur
habere dictam emphyteusim à stipulatione
paterna, ut l. si tibi § pactus ff. de pac. & ibi per
glo. Bar. & Doc & per Do. Ioã. de Imola in l.
quod dicitur ff. de uerbo. obli. dicitur tamen ha-
bere propter mortem patris & sic mortis cau-
sa capio. ut not Bar. in l. si mihi, & Titio. i prin
cipio. ff. de uerbo. obliga. & not. Bal. in auth. si
quas ruinas. C. de sacrosanc. eccles & per con-
sequens filius dicitur habere ab abbate, pro-
pter mortem patris. Ita in casu nostro, maior
natus dicitur habere magis à domino hospita
lario, quã a dicto magistro Petropaulo, & ma
ximè, quia in acquisitione facta Petro, & filijs
cum illa conditione, quod soluatur antiquiori di-
ctæ lineę, nulla interuenit stipulatio, & acqui
sitio facta per dictum magistrum Petrumpau
lum de dicta summa 63. ducatorũ, soluendorũ
quolibet anno et opinionem Bar. quod pater non
possit præiudicare filijs, tenent Federicus de
Senis in consi. 221. Factum tale est, & per cõ-
sequens, stante particula dicti libri, quòd sol-
uatur antiquiori dictæ lineæ, etiã si dictus ma-
gister Petruspaulus uoluisset corrigere, & mu
tare dictam obligationem in codicillis, per di
cta iura & rationem, non potuisset, sed prædi-
ctus magister Petruspaulus potius uoluit in-
hærere & sequi dictam conuentionem, & pro-
missionem factam per dictum hospitalarium,
ibi, dum dixit. Me autem mortuo, dictæ pecu-
niæ soluantur antiquiori dictæ lineæ Petri: et
sic cum sumus in casu claro, tam ex constitu-
tione dicti hospitalarij, quàm ex dispositione
10 dicti codicillantis, † non debent res claræ,
& liquidæ in dubio reuocari. l. ille, aut ille. § fi.
de lega. 3. & faciunt not. in l. ancillę C. de furt.
& si diceretur, dictus codicillans legauit Pe-
tro, & eius filijs, & eorum descendentibus &c.
licèt postea dixerit, me autem mortuo soluan-
tur antiquiori &c. nõ est credendum, quòd in-
continenti uoluerit se corrigere, & legatum a-
dimere ab alijs filijs iunioribus iuxta not. in
l. non non ad ea. ff. de cond. et demonstra. non
refert, quia testator non ademit legatum, ab
alijs, sed uoluit, quod antiquior dictæ lineę grada
tim consequeretur dictam quantitatem, & quod
mortuo antiquiore alius maior natu similiter
consequeretur, & caperet dictam quãtitatem:
& istud non est mirum, nam filij Petri, & filij
Baptistæ erant in eodem gradu dicto testato-
ri, & nihilominus in dicta quantitate uoluit li
11 neam Petri præferri lineæ dicti Baptistæ, † &
una particula declarat aliã, arg. l. si seruus plu-
rium. §. fin. ff. de legat 1. non obstat, quod dicat di
ctum testatorem potuisse reuocare obligatio-
nem factam per hospitalariũ, de soluendo an-
tiquiori, ex quo adhuc illa obligatio non erat
ratificata, & approbata per filios dicti Petri, &
res erat integra. iuxta not. per Io And. in addi-
tione Specul. in tit. de deposito, super rub. ubi
uoluit, quod si quis erat creditor Antonij ex cau-
sa depositi in centum & debitor Berti in 200.
& inscio Berto iussit illum Antonium soluere
centum dicto Berto, & dictus Antonius acce-
ptauit, & in libro suo scripsit illa centum debe
re illi Berto, quòd dictus creditor Antonij po
terit ante ratificationem dicti Berti reuocare
dictam commissionem, et sic uidebatur in ca-
su nostro ante ratificationem filiorũ dicti Pe-
tri: nam quæstio posita per dictum Ioã. And.
est penitus diuersa, & separata à casu nostro,
ibi ille, qui mandauit Antonio, ut solueret Ber
to centum, erat uerus creditor Antonij, & sic
re integra, et ante ratificationem dicti Berti
12 † poterat reuocare dictum mandatum, iuxta
not. in l. si pecuniam. ff. de cõdictione ob caus.
& in

& in casu nostro dictus testator nō erat creditor dicti hospitalarij, illius quantitatis 63. ducatorum. Quos dictus hospitalarius promiserat sua liberalitate soluere dicto Petro, & filijs descendentibus, uidelicet, antiquiori dictæ li-
13 neæ. † & de diuersis, & separatis, non est bona illatio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poss. & l. Papinianus exuli. ff. de minor. & per consequens, non potest dici, quòd ille q est author acquisitionis fiendæ, alicui ex contractu innominato quòd possit solus antequā diem cedat reuocare requisitionem. iuxta not. in §. Flauius. in l. qui Romę. nam, ut supra dictum est dictus testator nō fuit stipulatus, neque fecit aliquam acquisitionem filijs dicti Pe
14 tri, † & cessante causa cessat dispositio dictorū iurium, capitulo cum cessante. de appell. & similiter non refert, quòd dictus testator in codicillis dixerit uelle corrigere, & moderare, & in melius reformare &c. nam alienum est à iure, quòd uerba generalia restringant, & limitent specialem dispositionem, & prouisionem. iuxta not. in cap. generi per speciem, cum uulgaribus, esset enim absurdum, quòd si testator dixerit in codicillis, uelle reformare, & corrigere &c. quòd diceretur, per illa uerba generalia esse derogatum speciali prouisioni factæ etiā in testamento, uel in contractibus, & sic tanq̄ de contrario inefficaci, puto non esse ulterius instandum, ex quo, tam uirtute particulæ libri quam particulæ dictorum codicillorum appareat, dictum magistrū Petrumpaulum uoluisse, & expresse sensisse solutionem dictæ quan-
15 titatis fieri debere antiquiori dictæ lineæ. † Et quod non mutatur stare non prohibetur, ut dicunt Doc. in l. nemo potest ff. de leg. 1. potest etiam dici, ꝙ per uerba dictorum codicillorū sit limitatum, quòd ubi solutio per uerba particu. dicti libri deberet fieri antiquiori dictarū linearum, uidelicet, Petri & Baptistæ, quòd sit restricta tantum ad filios Petri, ut ibi, me autē mortuo soluantur dictæ pecuniæ antiquiori lineæ dicti Petri, & isto modo uerificaretur, ꝙ testator uoluisset limitare, & reformare, et dicta uerba, non starent sine uirtute, iuxt not. in l. si quando. ff. de leg. 1. & in cap. si Papa. de priuileg. lib. 6. licèt prædicta restrictio, & limitatio non reperiatur facta, & non est uerum, ꝙ uerba dictorum codicillorum, ibi, me autem
16 mortuo soluantur antiquiori &c. † sint demōstratiua, immo sunt dispositiua, ut ibi in uerbo soluantur. iuxt. not. in l. quidam tellamēto. in uerb. dari uolo. ff. de lega. 1. & similiter non refert, quòd dicta uerba, soluantur antiquiori dictæ lineæ &c. dicantur non alterare, nec reddere legatum factum dicto Petro, & eius filijs conditionale. iuxta not. in d. l. quidam, & in cle
17 men. 1. de pręb. † quia designatio, unde legatum soluatur, post legatum relictum apposita non facit legatum conditionale, ut in d. l. habebē sed censetur apposita, ut facilius legatum possit solui: sed in casu nostro, tam in particula dicti libri fuit dictum, ut pecuniæ prædictę soluerentur antiquiori, et similiter in dictis codicillis: et sic fuit expresse dispositum, quibus
18 ex prędictis deberet fieri solutio, † & sic in incertis, & non certis est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita ff. de uerb. oblig. & quēadmodum testator fecit distinctionem inter lineam dicti Petri, & lineam dicti Baptistæ, ita uoluit facere inter antiquiorem, & iuniorem argu. dictæ l. si seruus plurium §. fina. & maximè, cum id fuerit expressum in particula dicti libri, & in particula dictorum codicillorum,
19 † & uerba geminata magis operantur. l. balista. ff. ad trebell cum suis concordantijs, ex quibus omnibus concludo solutionem 63 ducatorū fieri debere dicto domino Hieronymo, & ab eius fratribus iunioribus non posse impediri & eis non competere aliquod ius ad consequendum, et agendum cōtra dictum D. Hieronymum pro aliqua parte dictę quantitatis, per iura & rationes supradictas. Laus Deo.

Et ita respondebat D. Bartolomæus Pilingottus de Callio I. V. D. et eques.

CONSILIVM D. ANGELI DO. Alexandri de Vbaldis de Perusio.

ARGVMENTVM.

¶ Quando testator instituit uxorem suam hæredem, illam grauando, restituere post mortem suam hæreditatē duobus, puta P et A. hae conditione, quòd non possint eam arctare ad conficiendum inuentarium, cùm uelit, quòd ipsa uxor possit usufructuare bona omnia hæreditatis suæ, et de usufructu pro libito suo disponere sine contradictione alicuius, et quòd possit etiam alienare in casu necessitatis, et postea moritur ipse testator, et postea sua uxor hęres prius adita hęreditate, relictis post se una eius sorore & nepotibus ex quondam fratre suo, & P. et A. præfatis qui absque alia seruata solennitate huiusmodi bona apprehenderunt, et se in illis intruserunt. An dictę soror & nepotes possint detrahere quartam trebellianicam, de dictis bonis, et sic de hæreditate dicti testatoris, cum non fuerit factum inuentarium, et per cuius confectionem solum posse detrahi trebellianica, et non aliter. Item an dicta sorori, et nepotibus competat ius contra dictos P. & A. tanq̄ ceciderint à iure eorū pp talem apprehensionem et intrusionē. et de q̄one nunquid in dictam trebellianicam ueniant fructus percepti per dictam hæredem grauatam.

CA-

C A S V S.

AMBROSIVS de Cuſiago inſtituit D. Vrſulinam eius uxorem hęredem uniuerſalem, & grauauit eam de reſtituendo hęreditatem poſt mortẽ ipſius hęredis Pelegrino & Zannello, hac conditione. quòd non poſsint arctare dictam D. Vrſulinam ad inuentarium conficiendum. cum uelit ipſe teſtator, ꝙ ipſa uxor poſsit uſufructuare bona omnia dictę hęreditatis, et de uſufructu diſponere, ut ſibi placuerit, ſine contradictione alicuius, et ꝙ poſsit etiam alienare in caſu neceſsitatis. Modo deceſſit dictus teſtator, poſtea deceſsit dicta D. Vrſulina, prius adita hęreditate prędicta, & relicta poſt ſe quadam ſorore et nepotibus ex fratre quondam ſuo ac etiam prædictis Pelegrino et Zanello, ut ſupra ſubſtitutis, et qui ſubſtituti ipſam hæreditatem, nulla alia ſolennitate ſeruata apprehenderunt, et ſe immiſerunt in poſſeſsionem rerum hęreditariarũ. Nunc quęritur, nunquid dicta ſoror et nepotes præfati poſſint detrahere quartam trebellianicam de hæreditate quondam Ambroſij præfati, ſecundo quęritur, an dictis ſorori, et nepotibus competat ius agendi cõtra dictos Peregrinum et Zanellum ſubſtitutos, tanquam ceciderint à iure ſuo: eo, quia dictas res hęreditarias occupauerũt, et inuaſerũt de facto, et ꝓpria auctoritate.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſa per teſtatorẽ confectio inuentarij quando eſt facta propter alios reſpectus non impedit detractionem trebellianicæ de fideicommiſſo uniuerſali. licèt regulariter propter inuentariũ non confectũ nõ ſoleat detrahi trebellianica.*

2 *Fructus percepti per hæredem relictum uſufructuarium cum facultate libere diſponendi de uſufructu grauatum tamen poſt mortem de reſtituendo &c. debent computari in trebellianicã.*

3 *Sicut in multis caſibus etiam ex tacita uoluntate teſtatoris fructus percepti per grauatũ non imputantur in trebellianicam, ita è contrario ex expreſſa uoluntate imputabuntur.*

4 *Fideicommiſſarius cadit ab omni iure ſuo, quãdo propria auctoritate inuadit & occupat hæreditatem, & bona deuoluta ad hæredem grauatæ, & per illum apprehenſa, quod ſecus eſt, ſi tempore inuaſionis illa bona eſſent uacantia.*

CONSILIVM. CXX.



HRISTI nomine inuocato, eiusq; glorioſiſsimæ Virginis matris Mariæ totiusque curiæ cœleſtis triumphantis amen. Veniens ad primum dubium. Videbatur quòd ſuccedẽ-
1 tes † ab inteſtato dictæ Vrſolinæ non poſsint trebellianicam deducere. & primo hac ratione: quia ſicut quando quis in uno grauatur in alio releuatur. l. cum qui. ff. de iure iur. ita è contra qui in uno releuatur, in alio grauari debet. l. cũ de indebito. in prin. & ibi glo. 1. ff. de proba. Sed in caſu noſtro dicta Vrſolina releuatur in teſtamento Ambroſij mariti ſui, ut nõ teneatur ad confectionem inuentarij, propter quod inuẽtarium ſolum poſſet detrahi trebellianica, & aliter non. ſecundum opin. Doct. cõtra Bar. in l. Marcellus ff. ad trebell. & in auth. ſed cum teſtator C. ad l. falci. ergo non debet in alio releuari, ut poſsit trebellianicam deducere.

Sed ijs non obſtantibus, in contrarium eſt ueritas quòd immo poſsint dictam trebellianicã deducere, tanquam de fideicommiſſo uniuerſali: ut patet in toto quaſi tit. ff et C ad trebellia. & inſtitu. eo titu. coniuncta l. Centurio. de uulga. et pupi. l. impuberũ C. de imper. et alijs ſubſti & in c. Raynutius. de teſtamen.

Non ob ratio præmiſſa: quia dicta uerba in teſtamento Ambroſij appoſita, dũ dicit hac conditione &c. fuerunt appoſita ad alium finem, quàm ad finem prohibendi trebellianicã. Videlicet ad finẽ, ut dicti Zannellus & Peregrinus non poſſent petere à dicta D. Vrſulina hærede inſtituta, quòd faceret inuentarium, ſeu deſcriptionem bonorum, & rerum hęreditatis præfatæ, quæ erat poſt mortem dictæ D. Vrſulinæ eis reſtituẽda, iuxt. l. facultas. C. de iure fiſc. lib. 10. l. Dominus horreorũ ff loca. & l. j. § pe. de uent in poſſ. mitten. & per Bal. in l j de ꝓhi. ſe. pe. coniunctis not. per Doc. in l. fi. C. de iu. deliber. et in l fin C arb. iutel.

Præterea dicta remiſsio inuentarij conficiẽdi fuit facta ad fauorem ipſius uxoris, ergó nõ debet redũdare ad eius odium. ut l. quod fauore. C. de legi & inducta ad unum effectum, nõ debẽt operari diuerſum effectũ. ut l legata inutiliter. ff. de lega. primo. Sed hic incidenter quæri poteſt, nunquid in dictam trebellianicã ueniant fructus percepti per dictam uxorem
2 grauatam † computandi, attenta uoluntate dicti teſtatoris, qui cenſetur noluiſſe imputari debere, quæ uoluntas teſtatoris pro lege habet. ut in auth. de nupti. § diſponat colla. 4. & in l. j. in princ. ff. ad l. falci. et l. in conditionibus. de condi. et demonſtr. et hoc patet, dum teſtator dixit, quòd uolebat, quòd ipſa uxor ſua poſſet uſufructuare omnia bona dictæ hæreditatis et de uſufructu diſponere, prout ſibi placuerit ſine contradictione alicuius, et quòd poſſet etiam alienare in caſu neceſsitatis &c. ergo intellexit etiam de fructibus lucrandis. ut l. cum quidam. de lega. 2. & l. fideicommiſſa. § quanquã. de lega. tertio. l. ſiquis maior. C. de tranſa. l. ſcimus.

l.scimus.§.repletionem. de inoffi. testam. aliàs enim dicta uerba nihil operarentur, quod esse non debet l.quoniam, de lega.1. sic etiam uide
3 mus, † quòd in multis casibus non fit imputatio in quartam trebellianicam, quando hoc procedit à uoluntate testantis, saltem tacitè. ut legitur & not in auth. res quæ. C. communia de leg.& in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad trebell.

Venio ad secundum dubium, & dico omissis superfluis, quòd si post aditam hæreditatē,
4 & possessionem apprehensam † per hæredes dictæ D.Vrsolinæ, uidelicet sororem, & nepotē eius præfati fideicommissarij, vz Peregrinus, & Zaunellus occupauerunt, & inuaserunt bona hæreditaria, ipsius quōdam Ambrosij, certè dicerentur hoc fecisse uitiosè, & ideò cecidissent ab omni iure suo, & tenerētur res ipsas restituere dictis hæredibus. ut l. Paulus respondit, si de certa.ff.ad trebellia & facit l. non dubium.C.de lega. quę quidem iura licèt loquantur, quando fideicommissarius, uel legatarius furatur rem sibi relictam, tamen non minus puniri debet, per dicta iura huiusmodi inuasio & occupatio uitiosa, quàm si ipsarum rerum furtum commisisset. per tex not. in l.cum quærebatur. C. unde ui. ubi imperator sic inquit. Nos considerátes aliquem alienas res uel possessiones, per suam auctoritatem usurpare, sancimus talem possessorem, ut prædonem intelligi, & generali iurisdictione ea teneri, quæ pro restituenda possessione contra huiusmodi personas est ueteribus declarata legibus. Ridiculum etenim est dicere, uel audire quòd per ignorantiam, alienam rem aliquis quasi propriam rem occupauerit. Omnes autē scire debent, quòd non suum est hoc ad alias personas quod pertinere. Cum talis dispositio in furti actione, iam dudum ueteribus legibus diffinita est. Dicentibus, si quis alienam rem aduersus domini uoluntatem attigerit, hac actione furti teneatur &c. & est bonus tex. instit. ui bonorum rapto. §.quia tamen uerū licèt etiam inuasionibus.

Secus autem esset, si dicta bona tēpore inuasionis essent uacantia, ut l.j §. redigūtur.ff.quorum legato. & l j.C eod. tit. & ibi not. et in d.l. non dubium. per glo.& Docto.

Constat autem, quòd iacente hęreditate nō committitur furtum. ut l.j.§. Sceuola.ff.si quis testa.lib.iuss.fue. licèt agi possit crimine expilatæ hæreditatis, quę actio datur in subsidium, quando furti agi non potest. ut l.ij.ff.de crimine expil.hæred. Laus Deo.

Et ita, ut supra, per me conclusum & consultum est. dico, & arbitror iuris esse Ego Angelus.q.Do.Alexandri Do.Angeli de Vbaldis de Perusio V.I.D.

CONSILIVM D. BAPTISTAE à sancto Blasio V.I.D.Patauini.

ARGVMENTVM.

¶ Posthumo nato, & uiuente per horam, relictis matre & sorore ex parte patris tantum, an in eius paternam hæreditatem delatam concurrant dictæ personæ, statuto maximè excludente filias fœminas.

SVMMARIVM.

1 *Posthumus natus integer membris, & uiuus, licèt uocem non emittat, & illico moriatur: Parenti tamen prędefuncto dicitur successisse.*
2 *Posthumus taliter natus efficitur patri suus hæres: ideo iure suitatis paternam hæreditatem transmittit ad matrem superstitem.*
3 *Soror excluditur, nato fratre posthumo, à successione patris, dictante statuto, quòd fœminæ nō succedant, extantibus masculis.*
4 *Transuersales in successionem defuncti minimè concurrunt cum ascendentibus, nisi sint utrinq; coniuncti præmortuo.*
5 *Infans natus septimo mense, licèt non completo rectè est hæres: quòd præsumitur, si uiuus, & integer nascatur fœtus, & de his statur iudicio obstetricum.*
6 *Partus editus ante septimum mensem, an sit legitimus, & talis, quòd locus sit successioni, uariæ sunt doct.opin. inter quos Castr.censet posse succedere, licèt etiam non sit natus perfecto, & integro corpore.*

CONSILIVM CXXI.

IN Christi nomine amen. Quidā Bartholomęus decessit ab intestato relicta unica filia pupilla ex eius prima uxore prædefuncta, & etiam relicta secunda eius uxore legitima nomine Ioanaina prægnante, hęc eius uxor secūda per tres menses post mortem mariti peperit unum puerum integrum, & uiuum, qui mouit pluries os suum, ac pedes, & manus, & brachia eleuauit ad caput suū, uocem tamen non emisit, & post horam uel circa mortuus est: Illāte statuto loci, quod exeunte filio masculo nō succedat filia fœmina, sed filius masculus succedat, dubitatur, utrum hęreditas dicti q Bartholomæi deferatur dictę D. Ioanninæ matri dicti infantis, an uerò sorori eiusdem infantis ex latere patris tantum, an uerò illa soror succedat insimul cum matre defuncti infantis.
1 † & breuiter loquendo, ex quo dictus puer natus fuit integer, & uiuus, & sic cum spiritu, licet

cèt illicò mortuus fuerit, etiam uocē non emit
tendo, ta nen succésit patri suo, ut in l.pen.C.
de posthu.hære. institu. uel exhęredan. & in l.
quod dicitur.ff.de liber. & posthu. & per con-
2 sequens ratione suitstis; † quia ille infans fuit
patri suo suus hæres, & in l.in suis.ff.de libe.&
posthu. & institu de exhæredatio. libero. in §.
posthumi. trāsmisit hæreditatem paternam ad
eius matrem, ut in l apud hostes.ff.de suis, & le
giti. & quod habetur in l.j.C.de his qui ante a-
pertas tabulas. & l.unica §. in nouissimo. C.de
caduc.tollen.in uersic hæreditates etenim &c.
& per consequens, cum ex forma illius statuti
hæreditas illius q. Bartholomæi esset delata di
3 cto † infanti exclusa illa pupilla filia fœmina,
licèt aliud esset de iure communi, si non exta-
ret illud statutum, ut in l.maximum uitium.C.
de liber.præte.uel exhæreda. certè ille puer in-
fans transmisit dictam hęreditatem ad dictam
D.Ioanninam eius matrem, & hęc etiam ex-
clusa dicta pupilla sorore ex latere patris tan-
tum dicti infantis, per textum in auth. defun-
4 cto. C. ad tertullian. † nunquam enim trans-
uersales concurrunt in successione defun-
cti cum ascendentibus, nisi quando tales trans-
uersales sunt, utrinque coniuncti illius defun-
cti de cuius hæreditate agitur. Cum ergo ille
infans transmittat ad eius hęredes uenientes
sibi ab intestato dictam hęreditatem paternā,
ut in d. l.apud hostes, & matri deferatur talis
successio. et cum matre non concurrat in suc-
cessione intestati soror defuncti, quæ est ei so-
ror ex latere patris tantum, & sic ex diuersa ma
tre, merito illa pupilla nullum ius habet in di-
cta hæreditate, ut in dicta auth.defuncto, & p
Dyn.in l.hęreditas. §.post cōsanguineos. ff.de
suis & legit. & per Matthęum de Matesilanis in
5 suo tractatu successionis ab intestato. † et præ
dicta procedunt, etiamsi dictus infans natus
esset in septimo mense, ut est casus in l.septimo
mense.ff.de statu homi. & ita præsumendū est,
scilicet quod fuerit natus post sextum mēsem,
ex quo natus fuit integer non declinans ad ali
quod monstrum, ut est casus in dicta l.pen. ff.
de posthu.hæredi.instit.iuncta d.l.septimo mē
se, sufficit enim, quod tetigerit de septimo mē
se ad minus, ut dicunt omnes Doctores in d.
l.pen. Et super hoc standum esset opinioni ob-
stetricum, quæ deponerent per iuramentum
earum, quod eis uidetur dictum infantem te-
tigisse de septimo mense, attento quod na-
tus est cum spiritu, & sic uiuus mouendo se &
eleuando brachia ad caput suum &c. per l.j.§.
1. ff.de uentre inspiciendo, licèt ut dixi in du-
bio, sit præsumendum, quem esse natum secun
dum solitum cursum naturę, & sic debito & cō
sueto tempore ad nascendum, arg. l.qui duos
6 in fi.& l.si fuerit in fi.ff.de rebus dubijs. † Sed

si certus esset, quod natus fuisset ante septimū mensem, tunc de hoc sunt opiniones Doctorum, de quibus per Cuman. in d.l. quod dicit, & in d.l.pen. ubi etiam per Paulum de Cast. & Alex. de Imo. sed nunc non sumus in casu illo, ideo de hoc non dicimus, licèt Do. Alex in d.l. penul. magis inclinare uideatur, quod ex quo natus est uiuus, & sic cum spiritu, quod nihilominus succedat, sicut dicimus in illo infante non nato, qui sectus est de uentre matris suæ defunctæ, ut in d.l.quod dicitur, & hoc etiam quando infans non est integer quòd plus est, ut est casus expressus in d.l quod dicitur. Vnde multo magis in casu nostro, ubi ille infans erat integer & cōpletus, licèt esset paruæ staturæ.

Ego Baptista de S.Blasio. ita dico,
& consulo.

CONSILIVM D. SYLVESTRI Aldobrandini Florentini.

ARGVMENTVM.

¶Filiafamiliàs nupta an possit testari: & nunquid statuto disponi possit, quòd in testamentis consanguineorum adsit consensus, saltim quo ad fœminas.

SVMMARIVM.

1 *Ius municipale, uti nouissimum, ita potentius attenditur.*
2 *Statuta auferentia liberam testandi facultatem sanis mente non ualere. nu. 3. & 21.*
4 *Pacta contra bonos mores non ualent, ergo nec eiusmodi statuta, ualet argumentum.*
5 *Lex sancta esse debet, & quamuis dura seruanda est. num. 14*
6 *Vltima uoluntas ab alieno arbitrio pendere non debet, utroque iure. limita nu. 19. & 22*
7 *Testamentum quid.*
8 *Definitio substantiam rei ostendit.*
9 *Consuetudo & statuta contra substantiam dispositionis testamium non ualent.*
10 *Statuta & consuetudines, ut dispositio captatoria ualeat, nullius sit momenti.*
11 *Statutum requirens consensum uiri, ut mulier testetur, non ualere, contraria opin. uerior, nu. 22*
13 *Statuta multis in locis extare, ne mulieres sine consanguineorum præsentia testentur &c. ualent. nu. 15.*
16 *Testamentum factum omissa solennitate statuti non ualere.*
17 *Testandi potestas iure ciuili introducta alio iure mutari potest. & 18.*
20 *Donatio causa mortis species est ultimæ uoluntatis, tamen alieno arbitrio pendere potest.*
23 *Statuta solennia testamentis mulierum adiacentia,*

tia, ne uidelicet fragilitate sexus decipiantur, iusta.
24 *Causa & ratio in proœmio statuti expressa censetur finalis.*
25 *Consilium mulierum inualidum, & ipsæ sunt fragiles. num. 26*
27 *Mulierum magna nimis infirmitas, & legibus multum considerata.*
28 *Mulieres à feudi successione arceri.*
29 *Statuta mulieribus testari, interdicere non posse, sed bene solennia adijcere.*
30 *Cauendum attentius, ubi maius est periculum.*
31 *Marito sine causa mulierem testari prohibente ex ui statuti, iudex facultatem permittit.*
32 *Mulierem sine mariti auctoritate non debere testari, & naturæ & rationi consonum esse.*
33 *Testari non potest subiectus potestati parentis.*
34 *Filia etiam nupta remanet in potestate patris, ubi infinitas allegationes.*
35 *Testari omissa statuti solennitate, si quid obstet, ut in mortis articulo, licitum est.*
36 *Legislator cum quid disponit, omnia alia habilia præsupponit.*
37 *Statutum Anconitanum circa testamenta mulierum.*
38 *Pluralitas in singularitatem resolui non potest, quando sumus in formalibus, nec contra.*
39 *Vox preconis ubique non innotescit, sed tantum afficit existentes in loco.*
40 *Absentia alicuius priusquam attestetur, necessaria est excussio diligens.*
41 *Nuncio referenti non creditur, nisi constet de cõmissione.*
42 *Forma statutorum præcisè seruanda, maximè cũ annullatio actus, hac non seruata, inducitur. & num. 43*
44 *Forma data à statuto substantialis præsumitur, hinc ea non seruata actus corruit. 45. etiam si actus esset fauorabilis. 46*
47 *Statutorum forma per æquipollens impleri non potest.*
48 *Forma qualibet minima mutatio totum uitiat.*
49 *Vtile per inutile uitiari.*
50 *Forma ex integritate rei consistit.*
51 *Forma non remittitur ob rusticitatem, sexum, ætatem, uel aliam quamuis conditionem.*
52 *Testari non potest alterius potestati subiectus, nec & codicillari. nu. 53.*
54 *Vltimarum uoluntatum principium in causa efficiente consistit.*
55 *Vltimæ uoluntatis appellatione etiam codicilli ueniunt.*
56 *Alienationi minorum, quæ requirantur.*
57 *Minor etiam cum decreto donare non potest.*
58 *Donatio in absentem quomodo conferatur.*
59 *In donationibus absenti factis requiritur. Notarij stipulatio & etiam acceptatio.*

Custodi domine uias meas, ut non delinquam in lingua mea.

CONSILIVM CXXII.



QVOD supra dilucidè, eleganter, & doctè conclusum fuit per magnificum, & excellẽtissimum D. Franciscum Negusantium de Fano, mihi uti fratrem honorãdum, tam uerum arbitror, quàm quod uerissimum, quod testm̃, de
1 quo agit, nullo iure ualere possit. Et cùm † iua municipale potentiua sit, ut quod primũ attẽdatur, taquam nouissimum. Doct. l. oẽs populi. ff. de iusti. & iu. & in. §. sed quoties insti. de in re natu. gen. & ciui. ubi dixi, dico testamentũ hoc, obstante statuto Anconitano, ualere non posse: Quãuis enim fuerit olim apud nostros uariè dubitatum, an huiusmodi decretum de
2 iure ualeret, † quòd testamentum fieri nõ possit sine alterius præsentia, aut consensu, idque etiam non leuibus rationibus & iuribus, & primo per tex. in l. ex facto, ibi cęterũ iniquũ incipit fieri beneficium principis, si adhuc id u. leze dicamus Auferret enim testamenti factionẽ homini sanę mentis. ff. de uulg. & pupi nam ex
3 eo tex. notant ibi ferè omnes † non ualere statutum hoc, quia ex eo libero homini, & sanæ mentis uidetur auferri libera testandi facultas, & ita per illum tex. tenent ibi Pau. de Cast qui dicit se ita consuluisse col. 2. & Areti colu. 4 in
4 8. notab. Alex. col. 2. † non enim ualet pactum auferens liberam testandi facultatem, tanquã contra bonos mores l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de uerb. oblig. quod si pacto id fieri nequit, ergo nec statuto, hanc consequentiã facit Bar. in l. oẽs populi in 3. q. 3. q. princip ff. de iusti. & iur. cum enim sit contra bonos mores, ualere
5 nõ potest, † quippe lex sancta esse debet, c. erit autem lex. 4. distinc. not. Doc. in c. fi. de cõsue. lib. 6. & ideo Ias in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta in 1. not. de uerbo. oblig. tenuit hanc sententiam, quòd statutum hoc nõ ualeret: quam sententiam secutus est idem Ias. in l. non idcirco. C. de codicill. in consi. 127. pro parte negatiua col. 5. uersi. moueor in primis lib. 1. † Ad-
6 de quòd utrunque ius ciuile & canonicum abhorret ultimam hominum uoluntatem pendere ex alieno arbitrio. l. captatorias. l. illa institutio. ff de hæredi. institu qua ratione inductum censetur, ut filius cum consensu patris etiam non testetur, quia si hoc permitteretur, testamentum filij penderet à consensu paterno. l. qui in potestate. & ibi nota. ff de testa.
7 † Est enim testamentum uoluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod post mortem nostrã
8 fieri uolumus. l. j. ff. de testa. at cum † definitio substantiã rei ostendat l. j. §. dolum ff. de dolo.

consequitur quòd hoc, ꝙ testator disponat de
suis proprijs rebus ex propria uoluntate, sit de
9 substantia dispositionis, † ergo nec consuetu-
do, nec statutum ualere potest contra substan-
tiam dispõnis, quia sine ratione esset ita uoluit
glo. in c. 2. ubi est tex. de hoc, de consuetu. li 6.
Hostien & Io. Andr in capitulo Romana §. t.
de appellat. & hac efficacissima ratione moti
Areti. & Ias. uterque in secundo notabi. in l. ij.
10 ff. de uulga. & pupi. † tenent non ualere statu-
tum uel cõsuetudinem, quòd dispositio capta
toria ualeat, quamuis Ang. Imo. & Alex. ibi cõ
trarium senserint, & idem Ange. & Imol in di-
cta l. captatorias. ff. de hæredi. insti. Alexand. in
l. captatorias. C de testamen mili. cum similib.
& in hanc sententiam uidetur inclinare etiam
11 Alexand. quòd † scilicet, hoc statutum non ua
leat requirens consensum uiri in testamento
uxoris in consi 55. consideratis uerbis col. fin.
in fi lib. 1. & in cons. 155. uisis & accuratè con
sideratis colum. 2. uersic intantum quòd dicit
Pau. de Cast. lib. 2.
12 † Tamen, his non obstantibus, contraria o-
pin. & communior, & uerior est, ꝙ huiusmodi
statutum ualeat, & teneat de iure. Nã hoc pro
constanti præsupponunt passim Docto. ut ui-
dere licèt apud Bar. in l. non iccirco C. de codi
13 cill. ubi propriè Bart. præsupponit † plurimis
in locis extare statuta, ꝙ mulieres non possint
testari sine præsentia coniunctorum, & idem
Bar. & omnes in l si cùm dotem §. eo autẽ tem
pore. ff. solu. matrim. dum firmant, ꝙ stante hu
iusmodi statuto, ꝙ mulier nõ possit testari si-
ne consensu consanguineorum, quòd si cõsan
guinei requisiti consentire nolunt, iudicis reli
gioni committitur, examinare causam cõtra-
dictionis, & si eam iniustam reperit, debet co-
gere consentire, aut permittere mulieri, ut con
trahat sine prædicto consensu, & idem Anto.
de Butr. in c. consuetudinis. extra de consuet.
& Deci. in c. auaritiæ. in fi. de præben. Hippol.
Marsi. in l j. §. præterea. colu. 21. de quæstio. &
ualiditatem huius statuti præsupponit etiam
Bar. in consi. 10. uiso statuto cõmunis Tuderti
in prin. Bal. in rub. C. de contrahen. emp. q 24.
in l. omnes populi. col. 7. uers. item si statutum
dicat. ff. de iusti. & iur. quamuis ibi dicat sta-
tutum hoc esse iniquum, tamen uult, quòd ua-
14 leat. † Lex enim quamuis dura seruanda est. l.
prospexit. ff. qui & à quib. Bal. & Saly. in l. j. C.
unde uir. dum disputant, an uir possit uxori si-
bi in testamento aliquid relinquenti consenti-
re. And. Sicu in c. possessiones in fi. de reb. eccl.
non alie. Bal. in l. pactum, quod dotali. 21. q. C.
de pact. Soc. cons. 80 præsens consultatio. col.
15 2. uers. sed contra hãc. lib. 4. † Et ualiditatem
huius nostri statuti ꝑsupponit & firmat Bart.
in l. ex duobus §. fina. ff. de uulga. & pupilla. in
consi. 208. licet consulentes libro tertio, iun-
cto themate super quo consului in cõsi. 139.
16 statuto communis Asisij lib 5. ubi dicit, † ꝙ
testamentum factum omissa solennitate indu-
cta à tali statuto non ualet, ut cõcludit D con
sulens & dicemus paulopost, Corne in consi.
241. de duobus quæritur. col. 2. li. 2. Bertachi.
in tractatu de gabell. in 6. par princi. in 5. q. et
hoc expressè uoluit Ang. in §. pronunciatum.
in authen. ut fact. nou. consti. Nam secundum
17 † eum potestas testandi de iure ciuili inducta
est secundum Dyn. in regula indultum. de re-
18 gu. iu. lib. 6. † quod ius ciuile alia lege ciuili,
& statuto tolli & mutari potest. l. de quibus ff.
de legi. §. ius autem ciuile. institu. de iure natu.
19 gen. & ciui. Non obstat secundum eum, † ꝙ
ultima uoluntas nõ possit conferri in alterius
arbitrium & uoluntatem, quia hoc est uerum
per testatorem, sed per legem id fieri potest.
20 † Videmus enim in donatione causa mortis,
quæ species est ultimæ uoluntatis. l. fi. C. de do
na. cau mortis, habetur in l. ij. ff. de legat. 1. ꝙ
potest pendere ex alieno arbitrio. l. filiusfami.
l. tam is. ff. de dona. cau mor. & dicit Ang. se ita
consuluisse, & ita reperitur in cons. 88. præmit
to primo ꝙ, & in consi. 126. testamenti factio,
& idem consuluit Ben. Capra in consi. 21. cũ
de duobus. col. 2. uers. sed his nõ obstat, & col.
3. uers. quod & primo, & ita expressè tenet So
ci. in l. pactum quod dotali in fi. C. de pact. q. 2
21 secundum Soci. † lex facere potest, quòd testa
toris uoluntas dependeat ab alio. l captatorias
ibi Senatus prohibuit. ff. de hæred. instit. & idẽ
uoluit Ias. sibi contrarius in d. l. ex facto. col. 2.
in 3. notab. & col. 4. uers. facit ista lex, & ibi la-
tè Claud. Aquen. colu. 2. ff. de uulgar. & pupil.
Deci. cons. 612. conclusionem post prin. Affli
ctus decis. Neapo. 260. nunquid mulier. Ma-
ria. Soci. iun. consi. 139. col. 2. nu. 9. lib. 2. sim-
pliciter sequitur etiam ipse hanc conclusionẽ.
22 Nam secundum Ias. in d. l. ex facto. † quando
statutum aufert liberam testandi facultatẽ ho-
mini sanæ mentis uerè illud statutum iniquũ
23 est, ut d. l. ex facto, † sed cum disponat statutũ
de muliere, q̃ propter sexus fragilitatem facilè
decipitẽ, in qua fundatũ est statutũ, quod huic
rationi innisum est, ut not. Doct. in l trãsactio
nem C. de transactio. Bar. in l. qui exceptionẽ.
ff. de condic indeb. Bal. in l. pactum quod do-
tali 12. quæst. C. de collatio. Bald. cum Imo. &
Alexand. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad trebellia.
Bald. consi. 394. statuto communis Papiæ lib.
quinto, Benedic. de Plumb. in l. ij. ff. de manu.
uind. Ange. in l. apud Iulianum. §. fi. in fine, &
ibi Cuma. ff. ex quibus caus. in possess. ea in con
silio 170. reuocatur in dubium colum. 2. Petr.
de Anchara. in cap. 1. in 2. questio. princip. de
constitu. uersicu. hic cadit quæstio disputata.

Fulgo.

Fulgo in l.si unus §.pactus ne peteret.ff. de pa
ctis.Abb.in consi.40.factum colu.2.libro se-
cundo Pan.de Castr.in l fina.§ necessitate.C.
de bon.quæ libet.Corn.consi.254 uidetur.co-
lumna secunda, & columna quarta. libro pri-
mo.Aretin.consi.2.intellecta columna penult.
Ias.in l.ij.§.uoluntatem.colu.2.soluto matri-
mo.Deci.consi.502.ex duobus colu.2.quod
24 tanto magis dicẽdum est, † quia in procœmio
statuti hæc ratio est expressa, quæ propterea
censetur finalis, Bar.in l.fi.ff.de hæred.institu.
cum simili.ut in statuto arguit Deci. in consi.
532.col.3. Ias.in consi.1.colum.5.lib.1.idem
Deci.in c.1.in 10.col.circa fin. de probatio.in
consi.10.uiso puncto colu.1.in fi.in consi.41.
col.2.in l.j.in 2.not ff si cert.peta.in addi.no-
uis, consequitur, ut dixi, postquam imbecilli-
tas sexus muliebris causa est & ratio fundamẽ-
talis huius statuti, quòd non possit dici, ꝙ lex
auferat liberam testandi facultatem homini in
25 tegræ mentis & sanæ. † Nam & Aristotele te-
ste lib.1.Politic.cap.ultimo, consilium mulie-
rum inualidum est, quem refert Bald.licèt lo-
cum non alleget in rubrica. C. de rerum per-
muta. uersicu. item quare donatio, ubi dicit
hoc esse naturale & immutabile. Deci.consilio
388.in casu uers.non obstat ratio, & dicit glo.
in l.j.C.de confirma. tuto. ꝙ earum consilium
est fragile, & alibi dixit glo. in l.j.ff. de satisda-
26 tuto.quòd est infirmum † Fragiles enim sunt
mulieres.l.si mulier.C.ad Velleia.& in proposi
to dixit Hieronymus in regula ad Eustochiũ
capitulo decimosexto, debilis est nimiũ sexus,
quem geritis, ac fragilis ac mobilis si suo relin
quatur arbitrio.& hinc dicebat Ange. in cons.
291.super puncto, inoleuisse morem in tota
Italia, ut mulieres in contrahendo suo non re
27 linquantur arbitrio. † Nimis enim est magna
infirmitas mulierum.l.ij.§.hæc uerba.ff. ad uel
leia.in fi in l.regula. in princi.ff. de iuris & fac.
ignoran. ut corpus teneris, sic mens infirma
28 puellis, cecinit Ouidius, † & earum imbecil-
litas ubique à legibus considerata est.l.impe-
rialis in principio.C.de nupt. & ut Aristo. in-
quit libro nono de animalibus.in princ. facilè
decipiuntur mulieres, cui defectui ut obuiam
irent legumlatores, ita plerunque sanxerunt,
28 † Et uidemus hac ratione prohiberi succede-
re in feudis.c.1.de for.fideli.c.mulier. de noua
for.fideli.constat igitur ex prædictis, quòd nõ
aufertur libera testandi facultas libero homini
integræ mentis, sed homini cuius iudicium in
tegrum non existimatur.
29 Præterea † statutum hoc non prohibet mu
lierem testari. Id enim esset iniquum, sed maio
rem solennitatem exigit propter deceptionis
periculum. Videmus enim hac ratione induci
posse, ut in testamento decem testes non tm̃ se
ptem adhibeantur, secundum Bar.in l.j in 3.q.
30 princi.C.de sum trin. † Vbi enim maius peri-
culum est, ibi diligentius & attentius est cauẽ-
31 dum.c ubi periculum de elec.lib.6.† Nec po-
test maritus non consentire, & ita testm̃ impe-
dire nisi iusta subsit causa, si enim iure non re-
nuat iudex illum cogit ad consentiendum, ut
dixi, & tribuit facultatem testandi sine uiro, ut
uoluit Bar.in d.§ eo autem tempore l. si cũ do
tem.ff.solu. matrim. cum simi supra allegatis,
quod tanto magis dicendum est in isto casu,
in quo statutum uult, ꝙ in ultimis uoluntati-
bus sola præsentia sufficiat sine consensu, ut
apertè dicitur in d.statuto & plurimas rationes
ad hanc sententiã firmandam adducũt Claud.
22 *Sollicitator causæ à testimonio repellitur.*
23 *Instrumentum suæ procuræ non potest quis facere.*
24 *Falsus procurator quis dicatur.*
25 *Interruptio ciuilis non prodest alteri.*
26 *Qualitas & fundamentum intentionis probari debet.*
27 *Reus non minus quam actor suam intentionem probare debet.*
28 *Actio de dote infra annum.*
29 *Regula, non ualenti agere, nō currit præscriptio.*
30 *L.in rebus.C.de iure dotium.*
31 *Actio dotis quando currere incipiat.*
32 *Annus soluendæ dotis respicit maritum.*
33 *Duo priuilegia mariti circa dotem.*
34 *Priuilegium mariti an transeat ad hæredem.*
35 *Mala fides non præsumitur nisi probetur.*
36 *Fama debet esse in loco, quo quis uersatur.*
37 *Ignorantia probatur per iuramentum.*
38 *Argumentum à communiter accidentibus.*
39 *Instrumentum præsumitur cum clausulis consuetis.*
40 *Lex canonica de præscribente cum mala fide.*
41 *Præscriptionem quando impediat mala fides.*
42 *Sciens an præscribat ius alterius.*
43 *Scientiam quando habere quis dicatur.*
44 *Soluens indebitum scienter, censetur donare.*
45 *Potius fatuitas quam donatio præsumitur.*
46 *Error iuris quid faciat in præscriptione.*
37 *Ignorantia iuris excusat à dolo.*
48 *Error in titulo præscriptionis.*
49 *Debitor sciens an præscribat actionem.*
50 *Interpellatio facta debitori multum operatur.*

CONSILIVM CXXIIII.

IN causa, & lite uertente, & quæ uersa fuit in appellatione inter dominum Iacobinum de Ripa, ex una appellantem, & sp legum doctorem dominum Laurentium de Cazzuffis, & fratres ciues Tridenti ex altera, mihi Ferdinando Thienæo iurium doctori per illustres Tridenti Regentes de consensu utriusque partis commissa, uisis scripturis, & processibus inter partes prædictas tam in causa appellationis, quàm principali actitatis, & uisis testibus per utranq; partem examinatis, & instrumentis productis, ac demū diligenter uisis, & perlectis allegationibus ambarum partium, & resolutionibus dubiorum per me propositorum Dei Opt.Max. & eius Gloriosæ Genetricis nominibus inuocatis ego Ferdinandus suprascriptus reor bene fuisse, & esse iudicatum per Magnificum dominum Bernardum Nouolanum prætorem Tridenti in fauorem præfatorum fratrum de Cazzuffis, & male fuisse, & esse appellatum à dicta sententia parte præfati domini Iacobi, uictum uictori in expensis legitimis condemnando, cum hac declaratione, quod præfati de Cazzuffis teneantur facere præfato Iacobino petenti cessionē contra illos dei Grā di pro denarijs solutis de pluri, pro portione ut asseritur, spectante dominę Benassutę iuxta oblationem præfatorum fratrum de Cazzuffis.

Et prętermissis argumentis, quæ facile hinc inde fieri possent, conclusiuè absque uerborū apparatu, prout in consilijs decisiuis consentaneum est, ad ita dicendum, & sententiandum pluribus rationibus & fundamentis moneor, & maxime infrascriptis.

1 Primò quia de iure hæreditas non adita nō transmittitur l.1.§.in nouissimo C. de cad.tol. & in hæreditate sororis tex.est clarus in l.quoniam sororem C. de iure del. sed non apparet in processu q.D Benassuta mater præfati domini Iacobini dum esset in humanis unq̄ adierit hæreditatem q dominę Augustinæ eius sororis de cuius hæreditate agitur, ergo &c.

Nec huic rationi refragatur si diceretur de aditione cōstare per libellum productum per Anto

Antoniũ de uigulo, uti procuratorem ſubſti-
tutum præfatæ q.d.Benaſſutæ, quoniam non
apparet præfatum Antoninm de Vigulo aſſer
tum procuratorem ſubſtiturum necSimonem
Berlins aſſertum procuratorem principalẽ ha
buiſſe aliquod mandatum ad adeundam dictã
hæreditatem. Item quando habuiſſent manda
2 tum, non † ualeret aditio facta per procuratorẽ
l.per procuratorem, alias incipit. Paulus, & ibi
glo.& doct.ff.de acqui.hære. ſiue ſimus in pro
curatore generali, quia in generali mãdato nõ
uenit aditio l.ſi quis mihi bona §. ſed utrum.ff.
de acqui.hær.ſiue in ſpeciali procuratore, quia
in aditione requiritur libera uolũtas hæredis,
& alia eſt hæredis uoluntas, alia procuratoris
ut declarat Pau. ſubtiliter in d.l.Paulus. Nec
ratihabitio quam feciſſet præfatus dominus
Iacobinus aliquid operaretur, tamẽ quia in nõ
tranſmiſsibilibus ad hæredes, ut eſt hæreditas,
& bonorum poſſeſsio, hæres non poteſt ratum
habere geſtum nomine defuncti l. ſi is, & ibi
gl.ff.rem ra.ha.tum quia iam præteritum erat,
3 & eſt tempus adeũdi hæreditatem. Nam † licet
ius adeundi hæreditatem de iure communi ſe-
cundum magis communem opinionem duret
triginta annis, ut per gl. & doc. in l.3.ff.de acq.
hære.& per Bal.& communiter doct. in l.licet
C.de iure delib. cum concord. per D.Iaſonem
ibidem allegatis, & idem Alex.conſil.4. 5.col.
libr.2.ubi dicit hanc eſſe communem opinio-
nem, & Alex.conſi.172.nu.3.libro 6.tamen ex
forma ſtatuti Tridentini durat ſolum uiginti
annis Bal.in l.fi.per illum text. C.de tempo.in
inte.reſti.Soc.conſi.203.3.col. uerſi confirma
tur lib.2.Bar.& Saly.pulchre in l.in contracti-
bus in princ. C.de non numera.pec Felyn.in c.
illud 2.col.de præſcrip. Nam ex quo oĩs actio
realis, & pſonalis uiginti annis ex forma me-
morati ſtatuti extinguitur ergo eodem tempo
re etiam tolli debet ius adeundi. Quo argumẽ
to utuntur glo.& doc.in d.l licet, unde ratiha-
bitio, ſi quam feciſſet, uel faceret prædictus do
minus Iacobinus, uel etiam feciſſet præfata q.
domina Benaſſuta poſt decurſam præſcriptio
nem 20.annorum non releuaret: quia eo tem-
pore actus non poterat geri, text.eſt ſing.& ibi
Barto.& Paul.in l.bonorum ff.rem ra.hab.ubi
4 iureconſultus inquit bonorum † poſſeſsionem
ab alio agnitam ratam haberi oportet eo tem-
pore quo adhuc in ea cauſa ſit ut peti poſsit,
itaque poſt centeſimũ diem ratum haberi non
poteſt. Ad ideſt eſt tex.in l.fi. & ibi Bal.eo.tit.
Neque ſolennitas extrinſeca ex aliqua diutur-
nitate temporis quantumcunq; longiſsimi præ
ſumi debet, ita Bald.in l ſecunda. C.ſi ex fal.in-
ſtrum.& Alex in l.ſciendum.in 4.colum.ff.de
uerb.oblig.

Secundò moueor ea ratione. Quoniam li-
cet appareret præfatam q. dominam Benaſſu-
tam in tempore adiuiſſe, tamen cum nulla per
eam fuerit mota actio, nec per eius hæredem
infra tempus annorum uiginti à morte dictæ
q.Dñæ Auguſtinæ, ergo omnis actio penitus
extincta fuit uigore præallegati ſtatuti, quod
maxime hoc caſu obſeruari debet contra dictũ
dominum Iacobum agentem, ex quo agit titu
5 lo hæreditario qui † dicitur lucratiuus l. inter
ſtipulantem §.ſi rem, & ibi notant Dy.& Ang.
ff.de uerbo: oblig: Alex. conſi.65 nu.34.lib.6.
Nec ad excludendum talem præſcriptionẽ ſta
tutariam refragantur tres rationes quæ ex ſcri-
pturis, & allegationibus productis per agentes
præfati domini Iacobini eliciuntur. Nam pri-
mo allegatur interruptio præſcriptionis, Secũ
do ꝓponitur mala fides præfatorum fratrum
de Cazzuffis. Tertio adducitur promiſsio per
q.dominum Iulianum de Cazzuffis facta in in
ſtrumento dotali, quoniam ad primam ratio-
nem de interruptione præſcriptionis clariſsi-
me reſpõdetur, quòd nulla interruptio ſaltem
legitime infra tempus annorum uiginti a ſtatu
to ordinatum facta apparet, nam ex proceſſu
legitime conſtat q.dominam Auguſtinam de-
ceſsiſſe de menſe Maij anni 1505. Hoc proba-
tur ex ſcriptura libri fraternitatis ſanctę Marię
& ex libro aromatariæ, quæ ſcripturæ licet ſint
omnino priuatę, & de per ſe non facerent ple-
6 nam † probationem l.inſtrumenta domeſtica.
C de probationibus, tamen cum alijs admini-
culis, & probationibus, plenam faciunt fidem,
ut ex tex.in d.l.inſtrumenta domeſtica, & de-
clarat ſpec in tit.de inſtru.edi.§.nunc dicendũ,
tum quia non tractatur de aliquo ſcribentis in
tereſſe, quo caſu non paruam fidem quoad ter
tium facere debent, ut inquit Soc.conſil.295.
2.col. li.2. tum quia nulla fraus in dictis libris
argui poteſt, ex quo non eſt una tantum poſta
ſed adſunt in dictis libris quam plurimæ aliæ
annotationes præcedentes ac ſubſequentes,
adeo quòd nullo modo poteſt coniecturari il
las annotationes falſo modo, ſeu fraudulenter
fuiſſe conſcriptas, & ita inquit Soc.conſi.240.
3.col.uerſi.ſed ego particulariter lib.2.propte
rea inquit egregie Io.And. in addition. ſpec.
ut ſupra, ꝙ ſecundum qualitatem defectus ali-
7 quando eſt † adhibenda ſemiplena fides, quan-
doque minor, unde cum prænominatæ ſcriptu
ræ ab hominibus optimæ opinionis factæ fue
rint, & de nullo eorum intereſſe tractetur, de-
bent multum ad fidem iudici faciendam opera
ri, cum ſint ſeparatæ, per doctrinam Bald.in
quoniam contra col. 13. de probat. relatam a
Iaſone l.ſi quis ex argentarijs.§. cogentur.ff.de
edendo.

Et prædicta priuata documenta coadiuuã-
tur nedum alijs adminiculis, ſed probationi-
bus,

bus, & primo ex attestatione domini Io. Ant. Pona, qui in sua depositione affirmat D. Iulianum de Cazzuffis mortem obijsse de anno 1504. in ęstate, & ꝙ in anno sequenti decessit domina Augustina eius uxor, qui testis in casu isto non censetur suspectus, licet sit affinis
8 producentis, ex quo† talis affinitas non est per lineam ascendentia, & descendentis, sed per lineam transuersalem, ut tradit sing. Ang. consi. 184. incip. uisis processibus. in 2. col. ubi allegat Irno. & Ioan. And in c. nonnulli. de rescriptis refert, & commendat D. Iason in repeti. l. admouendi. in 28. carta, de iureiur. Item quia ętas, & parentela, & similia possunt probari ꝑ cōsanguineos, & domesticos, Bar. in l. de ętate in 3. col. de mino. & in l. si quādo circa finem, unde in text. in c. quoties, & ibi Abb. & Felyn. in 2. notabili. de testi. & Barto. in l. quoties. C. de naufr. Felyn. in c. in literis. in 3. col. de testi.
9 ideo scriptura † patris de natiuitate filij ꝓbat ętatem l. 2. in fine princ. ff. de excu. tut. per glo. Bal. & Pau. in l. neque natales. C. de prob. Item dictæ scripturæ coadiuuantur ex attestatione Alexandri Bondi deponentis dominā Mariam Moscardinam nupsisse de anno 1505. & ꝙ eo tempore fuit dictum dominam Augustinam fuisse defunctam, & ꝙ domina Lucia uxor domini Maximiani hac ratione recusabit licet in uitata ad nuptias accedere, corroborātur præmissa ex attestatione dictæ dominæ Luciæ affirmantis dictam dominam Augustinā decessisse eo anno quo domina Maria accessit ad nuptias dicēdo ipsam testem iuisse ad nuptias lugubri veste. Confirmantur etiam depositione nobilis matronę dominæ Mariæ Balduinæ dicentis de mense Februarij elapsi q. dominum Iulianum de Cazzuffis maritus dominę Augustinæ decessisse iam annis uigintiocto in uigintinonem, quod tempus uidetur præsupponere dictum dominum Iulianū decessisse de anno 1504. Quia ab eo tempore citra erant elapsi uigintiocto anni, & iam finire debebant anni uigintinonem, & deponentis dictam dominam Augustinam eodem anno, uel sequen-
10 ti defunctam fuisse. Ad † prædicta etiam multum adminiculatur scriptura libri dictæ fraternitatis in quo apparet dictum q. dominum Iulianum decessisse de anno 1504. mense Iulio: coadiuuantur etiam præmissa ex alia scriptura libri dictæ fraternitatis, ubi apparet Dominicum Vilium stratimperger decessisse de mense Iulij dicti anni 1504. Et per testes in processu examinatos apparet eodem anno breui interuallo dictos q. dominum Iulianum, & Dominicum defunctos fuisse, confirmantur etiam ꝑ chirographa domini Nicolai, & domini Maximiani de grandis fratrū, facta de annis 1506. & 1507. de solutione dotis præfatæ q. dominæ Augustinæ, ex quibus apparet eandem dominā Augustinam decessisse ante annū 1506.
11 Quæ† chirographa testibus uallata & authoritate iudicis exemplata licet plenam non faciāt fidem tamen negari non potest quin multum adminiculentur causæ, & præcipuè hoc procedit quia præfatus dominus Maximianus, & filij dicti q. dñi Nicolai hoc non negant, immo Marcus Tullius filius in hoc iudicio uti procurator dictorum de Cazzuffis comparuit, quòd non fecisset contra germanum suum si sibi nō fuisset integre de dicta dote dominæ Augustinæ satisfactum, uero namq; omnia consonāt,
12 falso † autem cito dissonant, ut inquit Philosophus. 1. Ethicorum. unde apparet ex ꝓmissis multa adminicula cōcurrere ad faciendam dictam fidem quia adminicula sunt ea, quæ ad ueri suspicionem inducunt, Bald. l. ea quidem. C. de accu. confirmantur etiam prædicta, quoniam in his quæ sunt ex sui natura difficilis ꝓbationis, lex est contenta lenioribus probationibus, & admittitur probatio per coniecturas, ut est tex. in l. consensu. § super plagis. C. de repud. & tradit Bart. in l si quis ex argentarijs. §. an uero. ff. de edendo, & est doctrina Federici de Senis consi. 118. incip. Nulli dubium, quod late prosequitur Alex. consi. 24. 2. col. libr. 2. & consi. 48. 2. col. lib 1. & consi. 114. 3. col. lib. 4. & latissime tradit hanc regulam Iason in d l. si quis ex argentarijs. §. fi. sed sic est, ꝙ tēpus mor
13 tia puncto expeditur, & est difficilis probationis, ut inquit Bar. in l. si quidem. C. sol mat Præterea ad probandum mortem maxime quādo non est de recenti admittitur probatio per famam, ita inquit Bart in d. l. siquidem, post glo. ibi & sequitur Alex. consi. 45. col. lib. 2. ubi allegat multos alios concordantes, & Alexand. consilio 24.

Satis igitur puto sufficienter probatum prę fatam q. dominam Augustinam decessisse de mense Maij 1505. quia unum uerisimile additis pluribus uerisimilibus, plene probat, Bal. in l. si creditoris. in lectu. antiqua. C. de fideicom. & Soc. consi. 149. pen. col. in fin. lib. 2. tunc. n.
14 inducitur plena probatio, quādo iudex ex his quæ probata sunt inducitur ad credulitatē, ita eleganter Barto. in d. l. admonendi. in 5. col. in uersi. & de istis duobus, & uersi. quæro quādo dicatur, & latius Pan. ibi, & pulchre Soccin. consi. 277. fi. col. lib. 2. & consi. 187. 3. colum. in prin. eo. libro. Nam ex pluribus probationibus, & præsumptionibus resultat plena probatio l qui sententiam. C. de pœnis. quem allegat Bald. in c. cum causam. de proba. dicens quòd in probationibus surgit opinio ex diuersis cōiecturis tēdentibus ad eundem finem, & Fely. ibi confirmat alia plura allegans, & Andr. Barba. in c. tertio loco, de proba in 35. colum. per plura

plura media tradit, q plures præsumptiones coniunguntur ad perficiendam unam plenam probationem, & idem consi.90.2.col.libro 3. sed quis esset iudex, qui ex præmissis non induceretur ad opinandum præfatam d Augustinã decessisse de anno prædicto. 1505. unde actio quam habebat præfata q. D. Benassuta ad consequendum portionem hæreditariam dotis dictæ q. dominæ Augustinæ sororis suæ de anno 1505. de mense Maij expirauit, quo tempore erant decursi anni uiginti excludentes omnem actionem, unde allegata interruptio postea, ut
16 dicitur facta † per productionem libelli nomine præfatæ dominæ Benassutæ, seu dñi Iacobini eius filij post completam præscriptionē, nihil operatur, Abb. in c. auditis in fi. de præscrip. Felyn in c illud in 7. col. uersi. quinta cõclusio. de præscrip. sicut mala fides superueniēs post completam præscriptionem non nocet et in foro conscientiæ Abb. & Imo. in c. uigilanti de præscrip. & ibi Felyn. in fi. col. immo tutus
17 præscriptione soluens † posset repetere. Bar. in l. fi. ff. rem ra. ba. Abb. in c. ad aures. eod. titu. & ibi Felyn pen col.

Et si diceretur, nonne in literis per dominũ Laurentium de Cazzuffis præsentatis Magnifico domino Potestati ripæ de mẽse Maij anni 1526. continetur qualiter libellus fuerat productus per procuratorem d Benassutæ, & postea mutatis mutandis reproductus per procuratorē præfati D. Iacobini? Rñdetur primo, q p simplicem productionem libelli non facta aliter citatione nõ interrumpitur præscriptio. Fely. in d c illud.

Secundò quia illa uerba enunciatiua in dictis literis prolata de productione libelli nomine dominæ Benassutæ non faciunt fidem contra dictos de Cazzuffis, in fauorem præfati do
18 mini Iacobini: tum quia † uerba enunciatiua probant inter illos inter quos sunt prolata, nõ inter alios l. optimam. C. de contr. & com. stip. Bar. in authen. si quis in aliquo documento. fi. col. C. de eden. Tum quia licet producens libellum, uel aliam scripturam uideatur confiteri contenta in scriptura esse uera, intelligitur in uerbis dispositiuis non enunciatiuis, ita Bal in l. prædia. C. de præ. mino. Butr. in c. fi. de cõfess. & pulchre Fely. in c. cum uenerabilis in 5. col. uersi. limita dupliciter. de excep. tum etiã quia quando principaliter agitur de enunciato in alio iudicio, uerba enunciatiua etiam inter illas partes inter quas sunt prolata non probant Butr. & canonistæ in c. illud de præsum. Alex. in consi. 21. & in consi. 131 pen. col. lib. 1. Aret. consi. 13. 16. col & Alex. cõsi. 132. 5. col lib. 5. & consi. 202. 2. col. uersi. posset etiam libro 2. & maxime hoc debet procedere in casu nostro, in quo illæ literæ fuerunt commissæ per Magnificum dominum Prætorem Tridenti & sigillatæ fuerunt præsentatæ, & sic potuit probabiliter dñs Laurentius ignorare de illa narratione facta in illis literis, tum etiam quia con-
19 fessio facta † in uno iudicio ad unum finem, non probat in alio ad alium finem, etiam inter easdem personas. gl sing. in auth. item si C. qui pot. in pig Felyn. in c capitulum 13. col de rescrip. & inter alias personas clarum est, q sicut sententiis nõ præiudicat ita nec confessio, Bar. in l. 2. in fi & ibi doc C. de edendo.

Tertiò quia non apparet legitime eum qui dicitur produxisse libellum illum, fuisse procuratorem in causa, & attestationes Simonis Berlina, Antonij de Vigulo asserti procuratoris & Antonij Gratiadei non probant asserrum mandatum, quis non deponunt certitudinariè sic
20 esse, uel non esse, † sed deponũt de credulitate, quo casu non probant, gl. & doct. in l testium. C. de testi. spec in titulo de teste §. 1. uersi. item q deponit de credulitate, & late per Fely. in c. quoties 2. col. & seq. de testi. Bar. in l. quid tamen §. si arbiter ff de arbi. Soc in. consil. 147. 2. col lib. 1. & per Felyn. in d. c. quoties. pe. & fin. col quod autem prædicti testes errauerint, & incerta deposuerint apparet, quia dicunt credere dictum Antonium de Vigulo fuisse cõstitutum procuratorem à dicta domina Benassuta, & tamen in dicto libello, ut dicitur, producto, fit mentio q dictus Antonius de Vigulo erat procurator substitutus, & nõ constitutus
21 à dicta domina Benassuta. Item † dictis testibus non est credendum, quia uaria, & diuersa inter se deponunt per l. eos. ff. de falsis. Nam Antonius de Vigulo deponit, q produxit libellum nomine dictæ dominæ Benassutæ, coram Prætore Vitreo per 15. dies ante expeditionē literarum dimissoriarum ad dominum Prætorem Ripæ ad instantiam dictorum fratrum de Cazzuffis q impetratæ fuerunt 11. Maij 1526. & tamen eo tempore Prætor Vitreus per menses septem, & ultra iã functus erat officio suo, & eo tempore dicta domina Benassuta iam decesserat, ut ex ipsis literis dimissorijs apparet, & sic constat de manifesta contrarietate. Præterea attestatio dicti Simonis Berlina reijcitur
22 quia † fuit, & est sollicitator in causa, ergo repellendus à testimonio propter affectionem. Ita Rota decisione 149. incip. item q sollicitator. in nouissimis, Butri. & Imol. in c. cum à nobis. de testi & ibi Felyn. pen. col. Attestatio præfati Antonij de Vigulo repellitur, quia qs non potest esse testis in cã in qua procurauit siue ad negotia ad iudicia etiam si amplius nõ sit procurator, gl. & Bar. in l. defferre. ff. de iure fi. & glo. in c. romana & ibi Gemi. de testi in 6. per Fely. in d. c. cum à nobis, ubi inquit, q si aduocatus repellitur l. fi. ff. de testi. multo magis procu-

procurator, & in specie q procurator de suo mãdato non possit esse testis adduco pulchrã decisionem Alex. in consil 32.2. col. lib.6. ubi hoc probat bonis rationibus: qa uidetur hoc casu in causa sua deponere, & ideo quis nõ pôt
23 conficere instrumentum de sua procura. Ita Bal. in l. iudices. C. de fide instru. & Felyn. in c. quoniam contra. nume, 73. de proba. Item attestationi dicti Antonij Grasiadei dicentis pro curatorium fuisse in actis suis productũ si aliter non apparet, non statur, ut per Alex. in dic. auth. si quis in aliquo documento pen. col & p Aret. in l. sciendum. pen. col. ff. de nerb. obliga. immo de iure notarius dicens uiso, & per me lecto instrumento procuræ, non probat: quia poterat esse non legitimum, Pau. in d. auth. si quis in aliquo, & doct. ibi & per Felyn. in c. fin. pen. col. de fid instru Potuit namq; Simon Ber lina substituisse procuratorem Antonium de Vigulo, & tñ ipse nullum habet mandatum, & sic nihil operaretur quia cõiuncta psona ante litem contestatam non potest constituere procuratorem l. neque. C. de procu. & talis dicetur
24 falsus procurator † Archi. in c. qui ad agendũ de procu. in 6. doctores in l. licet. C. eo. titu. & Soc. consi. 255. 1. col. lib. 2. Mihi etiam mirum uidetur, q ab anno 1526. usque ad tẽpus cepti iudicij. 1530. reperiantur amissa origiualia tot instrumẽtorum, uidelicet instri procuræ factæ per d. q. D. Benassutam in personam præfati Simonis, & instrumenti substitutionis factę per dictum Simonem, & alterius instrumenti pcurę factæ per dictum q Iacobinum, & fratres in personam pdicti Antonij, de quibus omnibus fit mentio in dictis literis dimissiorijs, & sic resultat quædam fraudis præsumptio, unde illa productio facta à falso procuratore fuit nulla l. licet. C. de proc. falsus enim procurator dr, qui nũq̃ fuit procurator, uel cõstitutus à nõ habẽte authoritatẽ, uel si mandatum est finitũ spec. in tit. de procu. si illa pductio fuit nulla, ergo non debet operari effectum, per regu. nõ pstat impedimentũ quod de iure non sortitur effectum, & de hoc est tex. in l. fi. & ibi Bald. ff. rem ra. habe. ubi acta per falsum procuratorẽ
25 nõ interrũpũt præscriptionẽ Nã† interruptio ciuilis per unum facta alteri nõ prodest, tex. in l. intra ff. de diuer. & temp. præscrip. glo. ordi. in l. cũ notissimi. §. sed & si quis. C. de pscrip. 30. uel 40. anno. & ideo citatio, & contestatio nulla, & productio libelli nulliter facta non interrumpunt præscriptionẽ l. accusaturus in fi. ff. de adul gl. in l. si pater. C. de test. Alex. in l. 2. 2. col. C. de edendo, per Barba. in repe. c. Rayn. 27. carta, de testa.

Quarto quia licet clare constaret illũ libellum fuisse productum per legitimũ procuratorẽ q. D. Benassutę, tñ non intelligitur facta interruptio præscriptionis, qm̃ quoties tem-
26 poris uel † alia qualitas est fundamentũ intentionis alicuius oportet q illa qualitas specifice probetur l. fin & ibi not Bald & Salyc. C. an ser ex suo fac. & est doctrina celebris Bar. in l. non solum. § sed ut probari. ff. de no. ope. nun. quam exclamat ibi Alex & allegat concor. & facit glo. uulgata in l. 1. in princ. in glo. 1. ff. si quad psn. fe. di. Alex. consi. 113. lib 4. & Barb. in rubr. de proba. sed fundamentum D. Iacobini est, q præscriptio allegata fuerit in termino annorum uiginti interrupta, ergo incũbit sibi necessitas probandi. Quam cum non probauerit, succumbere debet. Nam sicut reus suã
27 exceptionẽ, ita, † & actor suam replicationem probare debet l. in exceptionibus ff. de probat. iuncta l. 2. ff. de excep. l. ei incumbit. ff de pba. ubi inquit iurisc̃osultus, ei incumbit onus pro bandi qui dicit, & q prædicta sint uerissima adduco in terminis, quia nõ sufficit pbare appellasse nisi probetur, q infra decendium fuerit interposita appellatio c. Romana. § si uero, & ibi Gemi. de appel. in 6. Pbi. in c 14. col. de app. & Pau. de Eleazario in repe. c. tertio loco. 2. col. de proba. ubi allegat Compo. dicentem ita obtinuisse, & per Fely. in c. quoad consulta tionem de re iud Huic irrefragabili fundamẽ-
28 to non refragatur † actionẽ de dote pro pecunia, uel pro re mobili non posse moueri infra annum contra hæredes mariti, & sic vr̃ in eo anno nõ currere præscriptionem per regulam nõ ualenti agere non currit pscriptio l. j. C. de anna. except. Nam rñsio clare patet ex præmissis, qm̃ Iulianus maritus dictę q. D. Augustinę decessit de anno 1504. in ęstate de mense Iulij & sic tempore mortis d. q D Augustinæ iam erat elapsus annus. Secundo rñdetur, q illa regula q non ualenti agere non currat præscri-
29 ptio, nõ militat in casu nostro: qa † cũ annus indultus fuerit à lege miserationis cã ad solue dũ, pôt infra annũ actiõ intentari licet nõ fieri exequutio, & ita præscriptio currit à die soluti matrimonij nõ à die elapsi anni. Bar. in repe. l. ita stipulatus in 1. q. prin. ff de nerb. obl. quem sequitur Ang. ibi & sequuntur Franc. Aret. ubi opinionẽ Bart pulchris rationibus tuetur ab impugnatione Imo. Paul Roma. & Alex. in l. si pecuniam. ff. si cert pet. & sequitur ibi Iason, & idem tenet Alex. in l. si constante. §. 1. fi. colum. ff. solut matrimo. consilio 126. t. colum. libr. 2. & Anton. de Fano in suo tractatu de pigno. & hypothecis in octaua parte princ. in 3. mẽbro. Et profecto mihi vr̃ tex. clarus in l. cũ notissimi §. illud. C. de præscrip. 30. uel quadraginta anno. & in l. in rebus. §. finali. C. de iure dotiũ,
30 ubi legislator tradit, q † omnis actio ad dotem siue personalis siue uendicatio siue hypothecaria initium capit à die soluti matrimonij

morte nel repudio, & intelligere illa iura, ne lo
quantur quando bona tantum immobilia essent data in dotem, prout intellexit gl.& Cy.in
d.§.illud,& Imol.in d l.ita stipulatus, esset destruere generalitatem illorum iurium, quæ loquuntur in omni actione dotis. Nam text. in
dict.l.in rebus.in prin.expresse cantat, quando
erant datæ in dotem res mobiles, uel immobiles, uel se mouẽtes, & postea continuando eandem casus positionem, determinat ꝙ † omnis
31 actio ad dotem incipiat currere a die mortis.
Præterea text. in d. l. in rebus §. fina.loquitur
expresse in præscriptione rerum mobilium, inquit enim, ꝙ contra omnem actionem ad dotem siue per usucapionem siue per longi temporis siue longissimi 30 uel 40. annorũ præscriptionem incipit currere tempus a die soluti matrimonij morte, uel repudio, pődero illa uerba per usucapionem, Nam de necessitate loquuntur de usucapione rerum mobiliũ quæ triennio præscribũtur. sequentia antem uerba intelliguntur de præscriptione immobiliũ, iurium, & actionum, & ita declarat glo.Bald.&
Saly ibi, tamen legislator ibi nult ꝙ in talibus rebus mobilibus præscriptio incipiat currere à die mortis. Vlterius ego dico, ꝙ dilatio anni concessa marito ad soluendum dotem consistẽtem in rebus mobilibus l.j §.cum autem,&
§.exactio C.de rei ux. act. fuit concessa, & in-
32 ducta speciali fauore mariti,& ideo † nõ competit hæredibus.Ita Iac de Arena, quẽ refert,
& sequitur Salyc.in d.l.in rebus.§. fin. & idem
Alber. confirmat ibi per text. in l. excep. ff.de
except. ubi exceptio personalis non transit ad
extraneos, quod comprobatur tali ratione, nã
in d.§ cum autem, & § exactio, ponuntur duo
33 priuilegia† concessa marito, uidelicet priuilegium ne teneatur ultra quàm facere potest, &
ut infra annum conueniri nõ possit, modo cũ
primum priuilegium ne maritus conueniatur
ultra quam facere possit, ad hæredes non transeat, text. in l. maritum.ff.sol.mat.ergo nec dictum priuilegium de anno, à lege concessum
speciali fauore mariti debet transire, arg.l.iam
hoc iure ff.de uulg.& pup.

Et sic in casu isto hæredes dicti q.D.Iuliani
nõ habuerunt dictam annualem dilationem, &
per consequens absq; dubio exactio dotis statim cõpetebat, ꝑterea illa anni dilatio cõpetit
34 marito si opponatur, sed tñ statim † põt agi,
ergo interim currit ꝓscriptio. l. cum qui ita.§.
qui ita.ff.de uerb.obl.& ibi doc. Bar.in d.l.cũ
notissimi § in his,& ibi doctores.

Præterea tex.ille in §.exactio. loquens de dilatione anni concessa ad soluendum dotẽ loquitur qñ agitur ex stip.tacita, secus si ageretur ex
stipulatione expressa, in qua dilatio legalis nõ
intelligitur repetita, ꝑut egregie dicit Bart.post
Iac.de Arena in l.si diuortio ff.de uerb.oblig.
& sequuntur ibi Imol. Paul. & Rom. & Alex.
qui defendit Bart à morsibus Cumani.

Deuenio non ad rñdendum alij, & secundæ
rationi adductæ cõtra dictã ꝓscriptionem de
mala fide dictorũ de Cazzuffis, quia sciebant,
uel scire debebant ad D. Benassutam spectare
tertiam partem dotis q. D.Augustinę eius sororis, dũ dicunt soluisse dictã dotem fratribus
præfatæ D.Benassutæ. & sic sciebant se esse debitores: cui rationi rñdeo, & primo, ꝙ mala fi
35 des † non præsumitur nisi probetur l quoties
§.qui dolo.ff.de ꝓb.Corn.cõsi.206.4.col.li.2.
& ideo prædicti de Cazzuffis non ꝓsumuntur
in mala fide, non n constat sciuisse, ꝙ tpe mortis d.q.D.Augustinæ superstes esset d. D.Benassuta, & testes loquentes de publica uoce, &
fama, & auditu loquuntur in alio loco.s.in ciuitate Tridẽti quæ distat à terra Ripæ 20. milliaribus, Bar.in l.de minore.ff.de quæst.ubi inquit, ꝙ fama debet esse in loco in quo quis uer-
36 satur. Rursus † non obst. argumentum ꝙ ratione affinitatis præfati de Cazzuffis ꝓsumantur scire facta coniunctorum, qm̃ dicti fratres
licet habeant affinitatem cum dicta D.Augustina, tñ nullam habent affinitatem cum dicta
q.D.Benassuta, quia affinis mei fratris nõ est
affinis mihi. Item affines absentem à loco non
præsumũtur scire facta proximiorũ ita Bar.in
l.qui potest.ff.de acq.hære. & Soc. consi.153.
pen.col.li.2. unde in dubio scientia cũ sit facti
non præsumitur, sed bene ignorantia.tex.in l.
uerius, & ibi gl.ff.de proba.si tamen aliquo ca-
37 su esset opus probare † ignorantiam probaretur iurõ.glo.in c. innotuit in uerbo ignorãtia.
de electio.glo.& Bar. in l.si cui § hisdem.ff de
accu.Alex consi.71.3.col.lib.1.

Præterea licet ꝓfati de Cazzuffis scirẽt d.q.
D Benassutam tunc fuisse in rerum natura, tñ
cum in terrra ripæ, & Tridenti fuerit, & sit consuetudo, ut mulieres dotatæ a patre, uel fratribus renuncient nedũ bonis paternis, & maternis, sed ẽt fraternis, & sororinis, ut ꝑ testes in
processu constat, adhuc fuerunt in bona fide
credendo probabiliter ipsam D. Benassutam
secundum dictam consuetudinem renunciasse
fraternis, & sororinis, ꝑut ẽt alię sorores ꝓfa-
38 ti q.D.August.fecerant, q̃a† argm̃ à cõiter accedentibus in iure bonũ est, ut tradit gl cõiter
approbata in l.neque natales.C.de proba. Contractus autẽ, & actus ꝓsumunt̃ in dubio facti,
ꝑut cõsuetũ est fieri in loco. ita Bal in l.incendiũ.C.si cer pet.Abb.i c.ad nostrã. de reb.eccl.
non aliena. & multa alia in materia tradit solenniter Ias.in l.ut liberis.3.colum.& seq.C.de
collat. per Felyn. in c. cum M.Ferrariensis, de
constitutio. in quibus locis traditur solennis
theorica, ꝙ omnia instrumenta intelliguntur
facta

facta secundum clausulas solitas apponi per
39 tex.sing.in l.si C.de fideiusso. Ex † quibus elicitur una uera cōclusio, ꝙ licet in dicto instru mēto dotali præfatæ q. D.Benassutæ non adsit illa clausula consueta bonorum fraternorū, & sororinorum stāte consuetudine habetur pro apposita, quia notarius intelligitur rogatus, ut apponat clausulas, & renuntias in instr̄o, quæ consueuerunt appoui, ita Bart. in l. si. in prin. ff. de his quæ in fr u cred. Alex. in l. huiusmodi. §. j. de leg. 1. & per eundem consil 27. & 8. lib. 2. & consi. 105. in fi. lib. 2 & per Soc in l. Gallus. §. idem credendum ff. de lib & posth

Demum ꝙ præfatis de Cazzuffis non possit obijci mala fides demonstratur ex eleganti de cisione Petri de Ancha. in reg. sine possessione 18. colum. de regul iuris in sexto, quā exclamat, & sequitur Soc. consi. 63. tertia col. libr. 1.
40 ubi inquit ꝙ † lex canonica disponens existen tem in mala fide non præscribere, intelligitur contra creditorem cui actio competit, secus si non competat sed competere potest, ut in legatario quantitatis, uel speciei, antequam enim acceptet, hæres contra eum præscribit, neq; di citur in mala fide postquam non apparet legatarium agnouisse legatum, & dicit Anchar. ita Bal. consuluisse, & per dictam doctrinā Anch. Soc. in d consi. concludit arguendo a fortiori, quòd si ad aliquem iure hæreditario pōt spectare aliqua actio, ille contra quem pōt intentari illa actio, nō dicitur esse in mala fide si nō apparet illum adiuisse, & acceptasse illam hære ditatem, & hoc sciuisse cum cōtra quem actio intētari potest. Ita clare in terminis decidit do minus Ioan. Franciscus Balbus in tract. de præ
41 script in tertia parte principali, ubi † inquit, ꝙ ubi agitur de iure quærendo, mala fides nō im pedit præscriptionem, & sic in iure adeundi mala fides non nocet, quia antequam hæreditas adeatur, non dr̄ in bonis maternis l. pretia, ubi doct. ff. ad l. Falcidiam, Alex. in l. qui se patris, quarta colum. C. unde liberi, Anto. de Fano in dict. tracta. de pign. & hypo. in sexta par te secundo membro numero 29. ubi inquit, ꝙ pscriptio currit etiam, quòd præscribens sciat
42 alteri ius competere posse. † quando actio nō dum est nata, sed eius ortus pendet ab accepta tione illius contra quem præscribitur.

Et ista decisio clare decidit hūc casum, quo niam non apparet, ꝙ præfata q. D. Benassuta unquam ꝑ sua portione adiuerit portionem hæreditatis quond. D. Augustinæ sibi delatam & minus apparet prædictos de Cazzuffis sciuisse dictam dñam acceptasse dictam hæredita tem, potuerunt. n. præfati de Cazzuffis ꝓbabiliter arbitrari dictā q. D. Benassutā nolle se im pedire in hæreditate d. q. D. Augustinę sororis suæ, sed eam fratribus suis dimittere, & sic inte rim non habuerunt malam fidem, ut expresse dicit Soc. in d. consi. & maxime hoc procedit in casu nostro in quo fratres D. Benassutæ petierunt solū dictā dotem, & ꝙ dicta conclusio sit uera adduco solennem decisionem glo. de qua per Alex. consi. 113. lib 1. ubi ad hoc, ut qs
43 dicatur habere † scientiam alicuius rei, requiri tur, ut sciat rem cum suis qualitatibus, & sic ad probandum scientiam, & malam fidem illorū de Cazzuffis necesse erat probare nedum illos sciuisse dictam D Benassutam fuisse sororem dictæq D. Augustinæ, & eam superfuisse tpe mortis dictæq D. Augustinæ, sed ꝙ ēt ad eam fuisset delata portio hæreditatis prędictæ, neq; fuisset ab ipsa D. Benassuta agnita, & acceptata, quorum nihil in processu extitit probatum. Neque assertio Cazzuffotum dicentium soluisse integram dotem fratribus dictæ q. D. Benassutæ arguit eorum malam fidem. Nam dato, ꝙ scirent se esse debitores dictorum stattū ꝑ dicta dote, & sic quoad eos non possint dici in bona fide si non soluissent, tñ non sequitur ꝙ sciuerint esse debitores præfatæ q. dominæ Benassutæ nec quo ad eā fuerint in mala fide, ut sup. declaratum est. licet n. probaretur scien tia debiti, & sic mala fides quoad aliquam per sonam, non per hoc probatur quoad alias, ita Barto. in l. naturaliter. 2. colum ff de usucap. Salyc. in d. l. cum notissimi. §. in his. Butri. & Felyn. in d. c. illud.

Et ꝙ allegatio solutionis factæ ꝑ dictos de Cazzuffis non arguat malam fidem quo ad ꝑfatam D. Benassutā deducitur tali medio. Nā
44 † ille qui sciēter soluit indebitum censetur donate, nec competit repetitio l. cuius per errorē ff. de reg. iur. traditur in l. j. ff. de condi. indebi. unde si dicti de Cazzuffis scientes portionem dotis spectasse dictæ dominæ Benassutæ sol uissent totam dotem fratribus ipsius dominæ Benassutæ donasse uidetenī, sed potius capien da est præsumptio, ꝙ ignoranter persoluerint ut eleganter tradit gl. in l. cum de indebito, in ptin. in uersi. ignorantiæ. in fi. ff. de ꝓb. & Bar. in l. non fatetur ff. de confessis, & Alex. solenniter in l. sed & si quis. §. si. ff si quis caut. & consi. 102. pen. colu. libro primo & mihi persuadere nequeo dictos de Cazzuffis propter allegatam solutionem factam fratribus dominę Be nassutæ esse in mala fide, quuniam, ut dictum est, tolerabilem ignorantiam prætendere possunt, & potius capienda est præsumptio ꝙ crederent hęreditatem D. Augustinæ in nullo spe ctare dominæ Benassutæ stantibus fratribus masculis quam quòd scienter soluerint indebi tum, & sic donare uoluerint. Ita Cuman. in l. non fatetur. ff. de confessis. Alexand. consilio 164. in fi. libro quinto. Aret. consi lio, 3. pen. & fi. colum. & in l. si rem aliquam. pen. colum. ff. de

ff. de acqui. poss. unde inquit Bald. post Cyn. in l. generaliter. in 4. oppo. C. de non nume. pec. ꝙ potius præsumenda est fatuitas, ꝙ̄ donatio,
45 & si argutus † speculator instaret si dicti de Cazzuffis errauerunt in iure ergo non potuerunt pſcribere quia error in iure impedit usucapionem l. nũquam. in prin. ff. de usucap. Respondeo ubi requiritur titulus, uel bona fides ad præscribendum errans in iure non pōt pręscribere quoniam error iuris nō inducit iustū titulum l. Celsus. ff. de usucapio. & est lata culpa l. regula §. pen. ff. de iur. & fac. igno. gl. in l. liberorum §. notantur. ff. de his qui not. infa.
46 Item † error iuris non tribuit bonam fidem tex. in l. si fur. §. primo, ff. de usucap. sed ubi sumus in præscriptione quæ currit ex sola negligentia non petentis, ut in casu proposito, tunc ad inducendam præscriptionem sufficit cessare dolum, & malam fidem abesse, & sic errãs in iure hoc casu pſcriberet: quia error iuris excusat a dolo, & mala fide, tex. est in l. sed si lege. §. scire. de peti. hær. ubi inquit iurecōsultus non puto hunc prędonē qui dolo caret licet in iure errauerit, & ibi glo. & est glo. uulgatã in l. plagij. C. ad legē fla. de plagia. ꝙ ignorantia iuris
47 excusat a dolo, quam † sequuntur Ang. & Sal. ibi in ignorãtia iuris positiui, & Cep. cōs. 24. 2. col. quęlibet. n. causa etiam iniusta excusat à dolo, tex in l. igitur § potest, de lib. cau. cum similibus. si excusat à dolo, ergo à mala fide. Quia ad inducendum malam fidem requiritur dolus. Ita† Bar. pulchre in l. quod Nerua. ff. de po. quem exclamat Curtius consilio 71. fi col. & ideo in præscriptione longissimi tẽporis in qua non requiritur titulus error iuris non impedit præscriptionem, text. in cap peruenit. de emptio. & uenditione, & in hoc non obstant duæ glo. incontrarium allegatæ per Felyn. in c. de quarta de præscr. Quoniam illæ glossæ & doctores qui eas sequuntur procedunt, & lo-
48 quuntur, ubi† quis errasset in titulo expresse à iure prohibito, & reprobato, tunc. n. dicitur esse in mala fide l. qui contra. ff. de regul. iur. l. quemadmodum, & ibi Bar. C. de agri. & censi. libr. 11. & tunc præscriptio non procederet, & istam differentiam quod aut quis errauerit in iure prohibitorio, & in actu a lege expresse improbato, aut errauerit iure positiuo, & non inducatur mala fides, tradit expresse Bart. in d. §. scire, Abb. consil. 72. ante fi. libro secundo, sed sic est, ꝙ nos nō sumus in iure, ꝓhibitorio nec in actu expressè à legere ꝓbato, sed in iure positiuo, an soror stãtibus fratribus masculis succedat sorori, ergo præscriptio debet habere locum. Hæc dicta sunt ex abundanti, quia nō apparet præfatos de Cazzuffis rem in facto cum suis qualitatibus de quibus supra sciuisse, uidelicet ꝙ superessent D. Benassuta, & ꝙ ad eam delata esset hæreditas, quòd eam acceptasset, ergo &c.

Postremo, ꝙ præfati de Cazzuffis hoc casu potuerint præscribere, non obstante dicta allegatione malę fidei, ita deducitur, nã licet apud
49 docto. fuerit, & sit magna † difficultas, an debitor sciens possit præscribere actionem psonalem, quia Barto. in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucapio. tenuit ꝙ sic, ex quo talis præscriptio currit ex sola negligentia non petentis, & ista prius fuit opinio, Host. in summa, de præscrip. & Inno. idem tenet, Angel. in l. 1. ff. de constit. prin. & Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ubi tenet hoc saltem debere obseruari in foro seculari, & Ang. in l. prima, ante pen. col. C. de jud. & cōsi. 136. in quibus locis inquit hoc debere obseruari in utroque foro, quando debitor non fuisset in mora cōstitutus. idem tenent alij doctores quos refert Alex. consi. 170. li. 7. & Præpo. in c. j. §. si quis per triginta. in tit. si de feu. fuer. contro. sed magis communis opinio vr̃ esse in contrarium secundum Butr. Imo. & Fely. in d. c. si. Abb. in c. ꝙ clericis. de foro cōp. concordando opin. inquit, aut debitor non est in culpa, puta, quia non erat obligatus soluere sine interpellatione, uel creditor erat diuersi fori quo casu debitor non tenebatur ire ad forum creditoris, Bar. in l. litem illa ff. de cōsti. pe. & Alex. consi. 93. pen. col. lib. 1. tunc licet debitor sciret se esse debitorem tñ præscriberet, q̃a his casibus nō diceretur esse in mora nec in mala fide, & tunc procederet opinio Barto. & seq. quãdo uero debitor esset in culpa, & mora pu-
50 ta, quia† esset dies apposita, uel esset facta interpellatio, tunc procederet alia opinio, hanc opinionem Abb. tenet D. Io. Baptista de S. Seue. in repe. l. omnes populi. x. cartha. & Soc. pulcherrime in consi. 203. lib. 2. & solennissime Corneus consi. 206. lib. 2. ubi confirmat hãc sententiam pulcherrimis rationibus quæ ibidem uideri poterunt, unde cum in casu proposito pręfati de Cazzuffis non fuerint in mora quoad præfatam quond. dominam Benassutam, tum quia erant diuersi fori, ut dictum est, tũ quia solutio erat dilata in tempus incertum mortis qđ nō cōstituit in mora absq; interpellatione l. magnã. C. de cōtrahen. & com. stip. vbi Cy. & Bal. & Bar in l. ita stip. la grande. in 2. q. prin. ff. de uerb. obl. & per Soc. consi. 288. 13. col. in 4. dubio lib. 2. ergo omnino potuerũt pſcribere.

CONSILIVM D. FERDINANDI Thienæi.

ARGVMENTVM.

¶ Filius an & quando duas quartas detrahat. Trebellianica an possit prohiberi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An duas quartas, idest legitimam, & trebellianicam filius detrabat.*
2 *L. iubemus. C. ff. ad trebel. to.*
3 *Hodie de consuetudine duæ quartæ detrabuntur.*
4 *Legitima quando imputetur in trebellianicam.*
5 *Iussio testatoris, ut bereditas restituatur.*
6 *Clausula, omni meliori modo in testamentis.*
7 *Idem iuris est in parte, quod in toto.*
8 *Trebellianica potest probiberi.*
9 *Probibita alienatione bonorum censetur probibita trebellianica.*
11 *Baldus uariauit circa detractionẽ duarum quartarum.*
12 *Vtilius interdum est detrabere trebellianicam, quàm legitimam.*
13 *In dubio sequenda est opinio, quæ fauet ultimæ uoluntati.*
14 *Iasonis mendacium, & error arguitur.*
15 *Regulæ Socyni parum ponderis babent.*
16 *Consumptio, & alienatio legitimæ, & trebellianicæ.*

CONSILIVM CXXV.

IN causa uertente inter nobilẽ uirum Franciscũ de Angarano successorẽ q. nobilis uiri Amadei de quinto eius soceri ex una, & nobiles uiros Bartholomęum, & Valerium fratres quõd. D. Galeatij de clericatis ciues Vincẽtiæ ex altera: oritur principalis difficultas, an stãte testõ, & fideicommisso q. D. Bartho. de clericatis senioris condito de anno 1481. ultra legitimam, etiam detrahenda sit trebellianica, & ua lucrit prohibitio trebellianicæ in liberis primi gradus. In quo articulo, rogatus ut opinionem meam Ego Ferdinandus Thienęus doctor in scriptis insererem diu anceps fui, & recusaui cum à quam pluribus Excellentissimis Iurisconsultis tam legendo, & disputando, q̃ ẽt consulendo adamussim ac subtiliter fuerit discusus, tanta tñ in me fuit clarorum uirorum authoritas hoc enixe a me flagitantiũ, ut eorũ uoluntati refragari non sim ausus, at cũ causa apud grauissimum excellentissimumq; uirum agatur, cui hæc incognita non sunt, cur ego simulẽ si quid in his studijs operę posuerim perdidisse? Omisso igitur multiloquio, & uerborum apparatu, Arbitror, & pro constanti pono in casu proposito stantibus uerbis dicti testamenti, in quo testator subiecit bona sua restitutioni fideicommissi in liberos, & descendentes suos absque aliqua detractione legitimæ, & trebellianicæ. Mandando hanc suam dispositionem debere ualere, & sortiri effectum, omni meliori modo sicut non debere ultra le-
gitimam iure naturæ debitã detrahi quartam
1 trebellianicam, non obstante, ꝙ † simus in li-
beris primi gradus, & præteritis argumentis,
quæ multipliciter pro utraque parte fieri pos-
sent, de quibus amplissime ꝑ doctores in locis
infrascriptis. Probo hanc conclusionem ratio
nibus, & authoritatibus. Et primo rõne urgen
tissima. Nam oẽs doctores tenentes trebellia-
nicam nõ posse prohiberi in liberis primi gra-
dus se tantũ fundant in casu legis iubemus. C.
de treb. ubi est text. ꝙ in liberis primi gradus
trebellianica nõ potest diminui per imputatio
nem fructuum, ergo uidetur non posse prohi-
beri, & tñ secũdum tempora illius. l. iubemus,
secundum ueritatẽ iuris una tantũmodo quar
ta poterat detrahi, tex. est expressus in l. filium
quem habentem, quem ibi ita notat Odof. &
Bal. & alij. C. famil. ercis. & tex. exp̃ssus in auth.
2 res quæ, quam ita † notant ibi Bald. & alij. C.
commu. de legat & text. in d. l. iubemus, & ibi
Bal. Et ita post alios doctores concludit Alex.
in l. in ratione §. quod uulgo. ff. ad l. Fal. ubi di
cit ꝙ secundum ueram, & cõem sniam de iure
ciuili, una tãtũmodo quarta potest detrahi, &
hoc dicit expressiua D. Bartholomęus Belen-
cinus in apostillis ad Abb. super c. Rayn. pen.
col. de test. ubi dicit ex mente Bart. Bal. Oldr. &
Odof. & aliorũ, ꝙ dicta opinio de detrahẽdis
duabus quartis, qñ diuerso tp̃e deducũtur, est
falsa & abusiua, & dicit ibi Abb. ꝙ esset magis
rõnabile, ꝙ una tm̃ quarta deberetur, qñ diuer
so tp̃e uenirent deducẽdæ, quia liberi interim
lucrantur fructus, ergo cum illa lex iubemus
prohibeat trebellianicã diminui in liberis pri-
mi gradus, intelligi debet, quando una tantũ-
modo, quarta ueniebat detrahenda, sed cum
3 hodie † de consuetudine, duæ quartæ ueniant
detrahendę, & in casu nostro aduersarij ultra
legitimã uellẽt ẽt detrahere trebell. dispositio
illius. l. nõ dẽt hr̃e locum, tum quia cessat ratio
inductiua illius l. per l. adigere. §. q̃uis. ff. de iur.
patr. tũ quia ut dicit tex. in d. l. iubemus, dispõ
illius l. non habet locum ultra casus ibi specifi
catos, & mihi uidetur hæc ratio concludentis
sima, licet non reperiam ita in specie adductã.
Secundò, ꝙ dicta opinio, & conclusio sit ue
rissima in iure, demõstro alia noua, & ualidis-
sima rõne. Nam D. Bartholomęus testator
mãdauit filijs hr̃dibus suis, ut restituerẽt hęre-
ditatem suam sine detractione alicuius lгĩmæ,
4 vel falcidię, aut trebellianicę. Ergo † hoc casu
legitima debet imputari in trebell. tex. est cla-
rus in l. Lucius. §. maritus. ff. ad trebel. ubi si te-
stator mandat expresse uxori suæ hr̃di, ut resti-
tuat fideicõmissario dotẽ suã, & sic uerum de-
bitũ, eo casu tale debitũ cõputabiẽ in trebell.
& quattenus erit ualor trebellianicæ non pote
rit deduci, si hoc in uero debito, multo magis

in legitima quæ est quasi debita, dicendũ erit, ut quando sit expresse prohibita computetur in trebellianicam, & hoc argumento de uero debito ad legitimã, quæ est quasi debita, utuntur doct. uidelicet Rayn. Nico. de Nea. Paul. & Imol. in dicto §. maritus, & Alex. post alios in l. si debitor. ff. ad l. Falcid. Ad idem allego text. in terminis in l. cum pater. § si Titio. ff. ad treb. ubi si Meuius rogatus sit à Seio restituere Titio hæreditatem, & postea idem Meuius grauer eundem Titium restituere alteri tam suam quàm seianam hæreditatem, hoc casu hæreditas seiana compensabitur, & computabitur cum trebellianica hæreditatis Meuij, sic dicendum in casu nostro, licet legitima sit quasi debita filio, & in ea nullũ grauamen imponi possit, tamen si sit expresse prohibita, tunc computabitur in trebellianicam, & deducta legitima non erit amplius detrahenda trebellianica, & licet hoc casu testator expresse non mandauerit legitimam debere restitui tamen bene expresse ordinauit hæreditatem suam restitui nõ
5 deducta aliqua legitima nec trebellianica, quod idem importat, tex est in dict. § si Titio, quem ad hoc ibi expresse notat Imol. dicendo quòd paria sunt, quòd hæres expresse sit rogatus restituere hæreditatem seianam, uel sit rogatus restituere suam hæreditatem, non deducta seiana hæreditate.

Tertiò, quòd dicta conclusio sit uera, ostendo alia noua, & concludenti ratione, nam clarum est secundum omnium sententiam, uidelicet Rayn Nico. de Nea Bald. Imol & Paul. de Cast. in d. l. Luciua. §. maritus. ff. ad trebell. quod si testator mandat trebellianicam in legitimam imputari, trebellianica non poterit detrahi, & hanc sententiam etiã sequitur Alex. post alios in l si debitor. ff. ad l. Falc. & Bartho. de Pratis, & Bal. in l quoniam in prioribus. C. de inoffic. test & Alex. in l. Marcellus in prin ff. ad trebel. & Iason in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. & in auth. rea quæ. C. com. de leg. colum. quinta, sed sic est, quòd in testamento de quo agitur, testator expresse mandauit trebellianicam non debere detrahi, & deinde in duobus locis apposuit clausulã, quòd dispositio ipsius testatoris ualeat omni, meliori modo uia, & forma, quibus melius, & ualidius de iure fieri potest, & debet, unde cum mens expressa testatoris fuerit, ut nullo modo trebellianica detrahatur, & quòd eius uoluntas ualeat omni meliori modo, talia uoluntas debet sustineri omnimodo de iure possibili, & imaginabili, quia uir-
6 tus huius clausulæ, † omni meliori modo, importat, ut uoluntas testatoris sustentetur omni modo possibili, etiam per subintellectum uerborum, Inno. & doct. c secundo, de ord. cogn. Imol. in l. si cum nulla. ff. de re iud. Ideo dicit

Alex. in l. eogi. §. non omnis, tertia colum. ff. ad trebell. post Bald. Paul. & Cuma. ibi per eum allegatos, quòd licet quando est legata filio certa res, per uerbum relinquo, testamẽtum sit nullum, quia debebat relinqui titulo institutionis, tñ si in testamento sit apposita dicta clausula, omni meliori modo, ualebit testamẽtum omni uia possibili, & trahitur ut habeatur perinde, ac si iure institutionis factum esset relictum, Idem ponit Alex. consilio 176. quinta colum. libro sexto, & d. Pau. de monte Pico. in repe. l. in quartam 18. carta. ff. ad l. Falc. hinc dicit Illustris doctor. D. Bartho. Socin. consilio 173. in fi. libro secũdo, quòd dicta clausula facit ualere testamentum omni uia, qua potest, & allegando Bald. consi incip. reperitur, quòd quidam, concludit, quòd si præcedit testamentum cum clausula derogatoria sub quibuscunque uerbis composita, si in secundo testamento adest clausula omni meliori modo sicut talia uerba sunt præcisa, & perinde est, ac si testator dixisset nolo tale testamentum ualere, non obstantibus quibuscunque uerbis derogatorijs. Sic itaque dicendum est in casu nostro pp dictam clausulam uoluntatem testatoris prohibentis trebellianicã debere sustineri ac ualidari omni uia, & modo possibili, & sic p imputationem trebellianicæ in legitimam. Et si quispiam uigilacis ingenij instaret dictã clausulam debere locum habere, quando testamentum seu uoluntas testatoris in totum subuerteretur, secus si in aliqua particula tantum, p ut in casu nostro in quo loquimur tantũmodo de trebellianica non deducenda, respondetur quod dicta clausula militat, & procedit non solum quando uoluntas testatoris in totum infringe
7 retur. Sed † etiam si in aliqua sui parte, quia idẽ iuris est de parte quoad partem, quod est de toto quo ad totum l. quę de tota. ff de rei uen. & ita in terminis decidit Cuma. consilio uigesimo quinto, secunda ad colum. quòd dicta clausula refertur nedum ad totum testamentum, sed etiã ad quamlibet eius partem, quòd hoc sit uerum probo ex doctrina Bar. in auth. ex causa fi. col. C. de lib. pret. & ibi Bal. in 7. colum. ubi dicunt quòd clausula si non ualet iure testamenti &c. interpretatur, idest quatenus non ualet &c. Et licet aduersariorum aduocatus dixerit has rationes non fuisse in specie tactas ab antecessoribus nostris doctoribus, & me non esse tantæ authoritatis, ut in iudicando aliquod pondus habere debeant. Tñ non sum ita imprudens, ut audeam pfiteri in iudicijs authoritatem meã aliqd pensi hr̃e debere, sed non authoritas mea uerum uiuę rões superius adductę apud iustũ sincerũq; iudicẽ robur habere debent, non. n. oẽs casus sunt in iure decisi. sed p similia, & p rões ualidas casus occurrentes determinari debent

debent non possunt cum similibus. ff. de legit.
& eo propensius, & facilius quilibet iustus gra
uisque iudex in hanc opinionem deuenire de-
bet, cum etiam maximorum iurisconsultorum
authoritatibus infra allegandis sit fulcita, ex
quibus clarissime apparebit hanc esse ueram,
& communem sententiam doctorum, & ab ea
in iudicando non esse recedendum. Nam in
primis Cyn. tenuit hanc opinionem in dicta l.
iubemus, ubi dicit hodie non habere locum
illam legem iubemus, ex quo est introductũ
8 trebellianicam posse prohiberi, Idem affirmat
ualidis rationibus Rapha. Cuma. consilio uige
simoquinto, & in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de
uulga. & pup. & in l. mulier §. cum proponeret,
ff. ad trebelli. Idem tenuit Imol. in l. Lucius. §.
maritus. ff. ad trebell. ubi expresse loquitur in fi
lio primi gradus, & concludit trebellianicam
posse prohiberi. Idem affirmat Alex. Imolen-
sis doctor ueritatis in l Marcellus, in princ. fin.
colum. ff. ad trebel. & consilio uigesimonono,
secunda colum libro quinto, ubi audacter con
cludit, quòd si trebellianica est prohibita, non
potest filius detrahere legitimam, & trebellia-
nicã, & quòd tex in d. l. iubemus loquebatur,
ubi una tantũmodo, quarta ueniebat detrahẽ-
da, & sic Alex. mouetur ratione per me supe-
rius adducta. Idem etiam affirmat Lud. Rom.
in singularibus suis numero 193. incipiẽte est
dubium, nũquid trebellianica, ubi dicit, quòd
nulli dubium est, quòd quando ueniunt detra
hendæ, duæ quartę trebellianica possit prohi-
beri, & quòd dictum Bald. in d. l. iubemus est
falsum, & dicit hoc esse menti tenẽdum. Idem
consulendo affirmat Illustrissimus doctor Frã
ciscus Aret. consilio sexagesimoseptimo, & cõ
silio trigesimoseptimo. Idem expresse affirmat
solennissimus doctor Bartho. Socin. in dict. l.
Marcellus. §. primo, in quinta col. in fin. Idem
consulendo affirmauit Alexand. Imol. Ioan-
nes Baptista Caccialup. & Bartho. Socin. con-
silio posito in lecturis. Soc. post titulum. ff. de
excep. rei iudi. ubi interrogati pro ueritate, &
loquuntur in filio, dicunt quòd ex quo erat
9 prohibita alienatio bonorum, censetur prohi-
bita etiam trebellianica. Idem tenet Pau. con-
silio nono, in nouis, ubi loquitur in filio, & di-
cit trebellianicam stante prohibitione nõ pos-
se detrahi. Istam sententiam etiam tenuit do-
minus Bartholomęus Bellencinus in addi. do-
mini Abb. in cap Raynaldus. in penult. colum.
de testam. quem dominum Bartholomęum, si
curia nõ ubeasset, fuisset altera lucerna ardens
in cathedris iuris canonici, prout fuit Alexãd.
Imol. in cathedris iuris ciuilis. Ita inquit Fely.
in ca. ex parte 13. colum. de rescriptis, ibi ergo
dicit, quòd quando ueniunt detrahendæ duæ
quartæ, filius potest tacite, & expresse prohi-
beri, ne detrahat trebellianicam. Hanc opinio-
nem consulendo intrepide sequutus fuit cele-
bris doctor dominus Petrus Philippus Cor-
neus cõsilio uigesimosecundo, 9. colum libro
secundo, ubi mouetur optimis rationibus, &
dicit quòd licet in discursu lectionum in d. l.
iubemus, sequutus fuerat opinionem Bald. ta-
men rectius considerando sibi placet alia opi-
nio. Eandem sententiam affirmat Firmanus in
repet. suo, in uerbo trebellianica: uersiculo 15.
10 ubi loquens † in liberis primi gradus, dicit in-
dubitanter tenendum est, quòd, quãdo ueniũt
detrahendæ duæ quartæ, trebellianica possit
prohiberi. Eandem sententiam sentit expresse
Paul. consi. 91. & in l. in fideicommissaria. ff. ad
trebel ubi dicit, quòd dispositio dictæ l. iube-
mus, ut fructus non computentur in quartam,
procedit quando unica tantũmodo quarta ue
niebat detrahenda, secus, si duæ quartæ ueni-
rent detrahendæ. Et ego reperio Barto. supre-
mum doctorem in §. si uero expressim, in pri-
mis uerbis Auth. de hæred. & fal. ubi dicit, quòd
dispositio illius Auth. uolentis testatorem pos
se prohibere falcidiam, habet locum in filio,
quando duæ quartæ ueniunt detrahendæ, &
sic Barto. expresse tenuit, quòd dispositio l. iu-
bemus, quæ loquitur in trebellianica, & falci-
dia, non habet locũ hodie, quando duæ quar-
tæ ueniunt detrahendæ. Et quòd ista sit uera,
& communis sententia reperio quòd recolen-
dæ memoriæ, celeberrimus doctor, & domi-
nus meus dominus Antonius Corsetus fecit
unam solennem disputationem in materia tre-
bellianicæ, ubi relatis omnium sententijs, &
rationibus hincinde pensitatis affirmat hanc
esse ueram, & communem opinionem, & re-
spondet auctoritatibus, & rationibus in cõtra
rium adductis, & præsertim respondet ad l. iu-
bemus, ut eius dispositio procedat quãdo uni
11 ca tantum quarta ueniebat detrahenda. Et sic di
cit quòd Bal. in auth. res quæ in lectu. antiqua
mutauit opinionem, & tenuit hanc partem, &
ita etiam Ludouicus Roma. in d. singulari al-
legauit Bald. ita tenere in d. auth. res quæ Ecce
ergo tam maximos doctores sequutos esse hãc
sententiam, quòd testator, etiam in liberis pri-
mi gradus possit prohibere trebellianicam ma
xime quando ueniret detrahendæ duæ quar-
tæ. Et hoc modo saluabitur opinio Bald. &
Salyceti, tenentium, quòd in liberis primi gra
dus non possit prohiberi trebellianicam, ut pro
cedat quando filij unica tantum quarta essent
contenti, sed quando filij uellent detrahere
ambas quartas, uidelicet legitimam, & tre-
bellianicam, tunc debet ualere prohibitio in
trebellianica. Et ita procedit opinio tenẽtium
contrarium, & hoc modo saluabitur utraque
opinio. Quæ concordia sequenda est, quia

ſicuti ęquum eſt iura iuribus concordare. Ita
debemus opiniones contrarias doctorum con
cordare per l primam. C. de inofficioſis doti-
bus, & ideo dicit Socinus conſilio 172. tertia
colum. in fin. ſecundi dubij libro primo, quòd
iudex in iudicando debet ſequi illam opinio-
nem, per quam opiniones contrarię docto-
rum reconciliantur, & concordantur, & idem
Soc. conſilio 112. tertia colum. libro primo, di
cit quòd in conflictu opinionum ſequenda eſt
illa opinio: quæ opiniones diſcordantes redu-
cit ad concordiam. Et ſi quiſpiam ingenij ſub
tilis diceret, ſi talis cõcordia eſſet ſequẽda opi-
nio Bald. nobis ſeruiret de uento. Quia nemo
dimiſſa legitima, quę eſt maior, acceptaret tre-
12 bellianicam. Reſpondeo, † quòd multotiens
eſt utilius detrahere trebellianicam, quàm le-
gitimam. quia multa imputantur in legitimá,
ut puta, dos, & donatio propter nuptias, & do
natio ſimplex, quæ non imputantur in trebel-
lianicam. Ita Bald. in d. l. iubemus. penul. col.
uerſiculo modo quæro, & in ſecunda colum.
uerſi. conſidera.

Confirmatur prædicta opinio, quia ſequen
da eſt illa opinio, quæ nos reducit ad ius com-
mune, glo. ſing. in c. ſtatutum, in uerbo nume-
randum de præben. in 6. ſed de iure uerior opi
nio eſt, quòd non poſsit detrahi, niſi una quar
ta, etiam quando diuerſo tempore eſſent detra
hendæ, ut ſupra dictum eſt, ergo debemus am
plecti hanc opinionem, quæ nos reducit ad ue
ram diſpoſitionem iuris, item in dubija opinio
13 nibus, ſequenda eſt illa opinio, quæ fauet ulti-
mæ uoluntati teſtatoris l. ſi pars. ff. de inoffic.
teſt. quia publice intereſt ſuprema hominum
iuditia locum habere l. uel negare. ff quemad.
teſt. ap. & per ſupradicta patet D. Iaſonẽ, qui
dixit in d. l. Marcellus, opinionem Bald. in d. l.
iubemus eſſe communem erraſſe: quia patet
ex præmiſsis contrarium, & ideo D. Paul. de
monte Pico in repet. l in quartam. ff. ad l. Fal.
dicit in tribus locis opinionem contra Bal. eſſe
communem: plus dicit quòd illa obſeruaretur
in practica propter maximam Alex. authori-
tatem, licet ipſe diſputando teneat contrariũ;
tamen potiſsime mouetur propter fauorem fi
liorum.

Et ego perſcrutando reperi errorem domi-
ni Iaſonis dicentis contrarium ſentẽtiam eſſe
14 communem proceſsiſſe, quia † allegauit Pau.
de Caſt. hoc tenere in d. l. iubemus, cum tamẽ
Pau. ibi in nulla lectura hoc dicat. Immo Pau.
ibi expreſſe ſentit contrarium, dum dicit, ꝙ
diſpoſitio dictæ. l. iubemus, non habet locum,
quando ueniunt detrahendæ duæ quartæ. Itẽ
allegauit Curt. tenere contrarium in conſilio
uigeſimoquinto, cum ibi expreſſe noſtrã par-
tem teneat ſequendo opin. Cyn. Et ſic docto-
res, qui non uident in fonte, ſed recollectas in
cidunt in huiuſmodi errores, & ipſemet Iaſon
in l. filium, quem habentem, quinta colum. uer
ſiculo tertio, ſingulariter ſenſit expreſſe cõtra
rium eius quod dixit in d. l. Marcellus. Non
15 obſtat † regula Socin. 432. quia ut audiui ab
excellentiſsimis uiris, non fuerunt regulæ Soc.
& arg. quia ſunt nudę, & tanto doctori non cõ
gruunt, uel cõpoſitę fuerunt in pueritia, & ma-
tura etate mutauit opinionem ſimiliter conſi-
lium Ana. non habet ſaporem, & nil allegat, &
eo maxime in caſu noſtro trebellianica nõ po
teſt deduci: quia nedum ipſa trebellianica eſt
expreſſe prohibita, ſed etiam fuit prohibita de-
ductio legitimæ cũ clauſula omni meliori mo
do per rationes ſuperius adductas.

Demum reperio quondam dominum Do-
minicum filium teſtatoris, qui rogatus fuit de
reſtituendo hæreditatem proximioribus de fa
milia teſtatoris alienaſſe quam plurima bona,
16 & feciſſe maximas † obligationes de ſuis bo-
nis ad ſummam ducatorum trium milliũ, uel
circa, ut ex prædictis inſtrumentis ſerioſe ap-
paret, unde conſtat eum alienaſſe, nedum le-
gitimam, ſed etiam trebellianicam, & multo
plus. Nã ex teſtamento paterno conſtat ipſum
teſtatorem deſcripſiſſe omnia bona ſua immo
bilia, quæ in totum ſunt campi 460. & dicto
q. d. Domitio poterat tangere pro ſua tertia
parte campi 153. in totum.

Item apparet eundem dominum Domitiũ
conſumpſiſſe ſuam partem bonorum mobi-
lium, quæ erant magni ualoris, & ſic in omnẽ
euentum luce meridiana clarius conſtat alie-
natam fuiſſe, nedum legitimam, ſed & tre-
bellianicam, & multo plus, & ſic excellentia
ueſtra debet reuocare ſequeſtrum impetratũ
per Franciſcum de Angarano, in petia terræ
in ipſo ſequeſtro deſcripta, & ꝓnũtiare ipſam
petiam terrę fuiſſe, & eſſe ſubiectam fideicom-
miſſo ex teſtamento quõdam domini Bartho
lomęi de Clericatis, & eius uigore ſpectare di-
ctis Bartholomęo, & Valerio fratribus, nepo-
tibus teſtatoris. Et per conſequens uenditio-
nem factam per dictum quõdam Domitium
de dicta petia terræ de anno 1493. quond. no-
bili uiro Amadeo de quinto, nõ potuiſſe fieri
in præiudicium dictorum fratrum de clerica-
tis, & illam, cum ſequutis caſſari, annullari, &
reuocari debere. Laus Deo.

CONSIL. INCERTI AVCTORIS.

ARGVMENTVM.

¶ De poſſeſſorio recuperandę, & de petitorio.
De pręſcriptione ſtatutaria.

SVMMARIVM.

1 *Index quid seruare debeat.*
2 *Remedium c.reintegrandæ.3.q.1.& num.6.*
3 *Possessio posterior quãdo censeatur clandestina.*
4 *Remedium c.reintegrandæ, quando cesset*
5 *Vis, seu uiolentia quæ dicatur.*
7 *Capitulum, cum ecclesia.5.q.2.*
8 *Amittens sua culpa possessionem, non agit.*
9 *Quid in remedio restitutorio probare oporteat.*
10 *Iudex non debet contra communem iudicare.*
11 *Conditio testis quo tempore attendatur.*
12 *Narratio proprietatis non immutat causam possessorij.*
13 *In libello possessorij an pronuncietur super petitorio, seu dominio.*
14 *Finis exceptionis est repullire agentẽ duntaxat.*
15 *Sententia debet esse conformis libello. 20*
16 *Agens ex una causa non potest obtinere ex alia. num.30*
17 *Iudex non supplet quod non est petitum.*
18 *Etiam in causa appellationis, non potest aliud intentari.*
19 *Clausula, ius, & iustitiam ministrari.*
21 *Post conclusionẽ in causa nihil potest attentari.*
22 *Forma principalis agendi spectatur.*
23 *Verbum, pleno iure.*
24 *In rei uindicatione, quomodo oporteat probare dominium.*
25 *Non probans dominium succumbit in rei uendicatione.*
26 *Instrumentum locationis non probat dominiũ.*
27 *Reus potest uti pluribus exceptionibus.*
28 *Res aliena uendi potest.*
29 *Hypothecaria præsupponit dominium.*
31 *Exempla instrumenti non probant.*
32 *Publiciana quando competat.*
33 *Quasi dominium contrariatur dominio.*
34 *Clausula, petens in præmissis &c.*
35 *Titulus pro hærede, quando competat.*
36 *In Publiciana plura requiruntur.*
37 *Titulus probatur per instrumentum.*
38 *Bona fides in dubio præsumitur.*
39 *Clausula dans licentiam apprehendendi &c.*
40 *Exceptio præscripsionis.*
41 *Statutum Vicentinum de præscriptionibus.*
42 *Statutum non aufert beneficium iuris cõmunis.*
43 *Legum correctio est euitanda.*
44 *Argumentum à contrario sensu.*
45 *Casus omissus à statuto relinquitur iuri communi.*
46 *Præscriptio xxx. annorum.*
47 *Præscriptio longi temporis est fauorabilis.*
48 *Præsens quis dicatur in præscriptione.*
49 *Auth. malæfidei. C. de præscri. longi temp.*
50 *Exequendo actum quis dicitur consentire.*
51 *Voluntas quid sit.*
52 *Patientia diuturna indueit consensum.*
53 *Argumentum à uerisimili.*
54 *Solutio pensionis arguit bonam fidem.*

CONSILIVM CXXVI.

IN causa cępta per Simonem q. Sebastiani de Thienis usq; de anno 1526. & psecuta de anno 1540. & 1541. per Iosipum à porta notarium agentem nomine. d. Altedonæ & Franciscæ sororum & filiarum dicti q. Simonis cõtra D Ferdinandum de Thienis, doctorem & equitem se tuentem: Omissis nugis, ac uociferationibus de domini Ferdinandi potentia atque opibus: et prædictarum sororum inopia, quoniam ipse dominus Ferdinandus nulla potentia, nisi apud bonos & doctos uiros est sub nixus: Immo potius aduersarij ope & fauore æmulorum. d. Ferdinandi, multa mirificè contra eum sunt moliti: Attamen semper constantis & recti iudicis officium est, ita magnum sicuti paruum iudicare. Neque enim debet iudex in mala causa pauperis misereri, nec auferre diuitibus, & egenis dare, ut legitur in decretis. Sed perpenso iudicio, prout quæq; res expostulat statuendum est. Et secũdum leges est iudicandum, ut in auth de iudicibus. § oẽs. &, de mandatis principum. §. & nõ permittitur. hinc dicit legislator institu. de officio iudic. in princ. in primis iudex hoc debet obseruare, ut
1 non aliter iudicet, quam † quod legibus, aut constitutionibus proditum est. Adeo, quod non debent iudices in absoluendo, uel condemnando propriam sequi conscientiam, sed secundũ allegata, & legitimè probata procedere & sententiam ferre. l. illicitas. §. ueritas. ff de offi. psi. Hinc inquit beatus Hieronymus in parabolis Ne innitaris prudẽtiæ tuę Prudentiæ autẽ suæ innititur qui spretis legibus secũdum psopriã uult iudicare conscientiam. Causæ igitur ipsius merita diligentissimè sunt disquirenda & perscrutanda In primis autem est aduertendũ ex libello euidenter constare actũ fuisse remedio reintegrandæ, seu restituẽdæ possessionis, pro quo in iure, plura sunt prodita remedia, ut tradit Spec. in titu. de restitu. spol. § 1. & per Canonistas in c. sæpe. de restitu. spol. & per legistas in l. rem quæ nobis ff. de acquir. possess. Sed præ cęteris pinguius & exuberantius. re-
2 medium est. c. reintegrandæ. 3. q. 1. † quod cõpetit contra possessorem, etiam nõ uiolentum. ut per Inno. & Canonistas in c. cum ad sedem. de resti. spoli. & Doctores in d. l. rem quæ nobis, maximè Socinum solennissimè ibi hanc materiam pertractantem, competit etiam contra possessorem bonæfidei, ut per Doct. in d. c. cum ad sedẽ. & in d. l. rem quæ nobis. Datur

etiam

etiam contra titulo possidentem, rem affectã
uitio reali uiolentiæ uel furti, ut per Bar.in d.
l rem quæ nobis. Quando uero quis posside-
ret cum titulo & bona fide rem non affectam,
uitio reali uiolentiæ uel furti, tunc secundum
Bar.Ang & Imolam in d.l.rem quæ nobis ces
saret dictum remedium restitutorium præal-
legati cap.reintegrandæ idem tradunt Specu.
Nicolaus de Neap.Andr de Barulo, & Andre.
de Platea, ut referunt Alex. & Soci. in d.l.rem
quæ nobis.idem tenet Alex.consi.118.2.uolu.
& consi.89.5 uolu.& Soci. in d.l.rem quæ no-
bis.in 4.quæst.principali.& in consi.266.li.2.
Verum est quòd Inno Butri.& Abb in d c.sæ-
pe. contrariam tenent sentẽtiam, quam sequi
tur Alex.Areti.& Ias.in d. l.rem quæ nobis. &.
Alex.in pluribus consilijs:fundamentum eorũ,
3 est, quia posterior † possessio præsumitur clã-
destina. pristinę possessionis respectu, ut dicit
Alex consi.51.1.col.lib.1:& Soci. in d l.rem q.
nobis.in 4.q.at in specie opposita, perspicuè,
constat possessionem D. Ferdinandi non esse,
nec dici posse clandestinam, quum per septem,
testes clarè liqueat D Hieronymum de Thie-
nis, D.Ferdinandi fratrem palam sciente, & nõ
contradicente Simone, immo eo uolente, pos-
sessionem domus & curtiui contentiosi fuisse
adeptum. Et sic nullo modo clandestinitas re-
spectu D.Ferdinandi & fratrum dici aut consi
derari potest.l.clam possidere.in princip.ff.de
acquir poss.ibi non uideri clam possidere, qui
sciente aut uolente eo, ad quem ea res pertinet
aut aliqua ratione bona fide possessionem nã-
cescit, & subdit iureconsultus, itaq; clam nan-
ciscitur possessionem qui ignorante eo, quem
metuit furtiuè in possessionẽ ingreditur. Hinc
inquit iureconsultus in l iij.§.fi.ff. quod ui aut
clam: clam facere uideť, ut Cassius scribit, qui
celauit aduersarium, uel celandi animũ habuit
quem prohibiturum intellexit. Idcirco dubio
4 procul secundum † omnes in casu isto, cessat
dictum remedium restituendæ possessionis.
Et ita in terminis tradidit Soci.in d cons.266.
6.colu in uersi.quarto uidendum. Hinc illam
opin.sustinere uolentes, quòd contra titulo &
bonafide possidentem rem nõ affectam uitio
reali competat dictum remedium, dicunt eam
procedere, quando per actorem capitulatum
esset, aduersariũ clam possidere respectu pri-
stinæ possessionis actoris. Alex. in d.cõsi.118.
& in d.consi.89.& Soci. in d.l. rem quæ nobis
in fine.quartæ quęstio.princi.sed in casu pro-
posito hoc non fuit capitulatum, nec dici po-
test, ergo contra D.Ferdinandum cum titu.&
bonafide possidentem prædictum remedium
locum habere non potest. Quæ sentẽtia ex edi
cto prætoris in l.j.in prin.ff.uti poss.confirma-
tur, ubi inquit, uti eas ædes, de quibus agitur
non ui non clam non precario ab altero possi
detis, quominus ita possideatis, uim fieri ueto.
Ecce ergo, quòd quando quis nõ reperitur ui
aut clam uel precario possidere, est in posses-
sione tuendus, sed in re proposita nulla inter-
5 uenit uiolentia, † quia uis est maioris rei im-
petus, cui resisti non potest tex.est in l.ij ff. qđ
metus causa. Nec clandestinitas, ut demõstra-
ui, & quia quando quis possidet sciente aduer-
sario, & non cõtradicente illa est legitima pos
sessio.l.nemo.C.de acquir poss. & l.improbã.
eo.tit.& Fely.in cap licèt causam nume. 26.de
proba. Nec etiam aliquod precarium interue-
nit. Ergo D.Ferdinandus omni iure in posses-
sorio debet obtinere.

Quam sententiam probam, & uerissimam
esse luce clarius demonstratur: Nam quamuis
dictum remedium sit latissimum, adeo ꝙ non
sit necesse uiolentiã probare ut per Alex.cons.
6.lib.3.& consi.91 fi.col.lib.5. & per Imolam
& alios in d.c.cum ad sedem. tamen competit
solum spoliatis, tex.est in d.c.reintegrandæ.ibi
spoliatis & eiectis & ideo debet possessio & e-
iectio probari.c.consultationibus. & ibi Abb.
6 et Deci.in 2.nota.de offi.delega. † dicentes, ꝙ
ad obtinendum restitutionẽ possessionis duo,
probari debent possessio & deiectio, et ibi De
cius alia allegat.et idem tradit Ias. consi. 172.
1.col.in fi.lib.4. at aduersarij in processu mi-
nimè de possessione Simonis bonorum peti-
torum docuerunt, et minus de aliqua eiectio-
ne, ergo succumbere debent. Quinimo per cõ-
plures testes omni exceptione maiores. D.Fer
dinandus fidem fecit, præfatum Simonẽ usq;
de anno 1498. spontè recessisse ex curtiuo, &
domo petiti, seamq; uolũtariè D.Hieronymo
dimisisse & relaxasse. Vnde quum uoluntariè
illi possessioni Simon cesserit, non potest dici
eiectus, & propterea omni remedio pars aduer
sa est exclusa per tex.clarum in c.cum ecclesia.
7 3.q.2.ubi cõceditur † remedium aduersus res
ecclesiæ possidentes contra uoluntatem recto-
ris. & sic cessat quando intercedit cõsensus re-
ctoris, & multo magis in priuata persona ces-
sare debet: si sua uoluntate possessionem a-
misit, & illum tex.ad hoc ponderat Soci. in d.
l.rem quæ nobis in 1.q.in 2.col uersic. ex qui-
bus concludo, pro quo etiam tex.in d.c.reinte
granda. ibi, per quascunque iniustas causas,
sed siqs uoluntate aduersarij adeptus fuit pos-
sessionem non potest dici, ex iniustis causis a-
deptam: quum possessio solo animo amittať
l iij. §. in amittenda.ff de acqui. poss. Ego alle-
go tex.in terminis in l.si rem quam. in §.si du-
8 plæ.ff.de euictio. ubi si quis † sponte, uel culpa
possessionem amisit agẽdo repellitur, & idem
etiam concludit Alex.consi.69.in fi. lib.7. ubi
siquis spontè relaxauit fundum, non habet re-

medium

medium ad recuperandum poſſeſsionem. Et
propterea dictum remedium locũ habet quan
do quis ſine facto ſuo, & abſq; ſua culpa ami-
ſit poſſeſsionem, ut lumina utriuſque iuris tra
didere Inno.& omnes in d.c.ſæpe.& Abb in d.
c.eum ad ſedem.pen carta, & Alexã.conſi. 90.
niſo proceſſu lib.5.& in cõſi.117. 2.col.lib.2.
& conſi.51 circa princi.lib.1.& Decius conſi.
57.in 2.col.uſque adeo, ut ſiquis facto ſuo uel
ſua culpa perdidit poſſeſsionem nullatenus ei
dictum remedium reſtitutorium competit,ita
Alexan. conſi.103. nume.6.lib.7. & conſi.90.
uerſi.nec obſtat,ſi dicatur,ibi,nec de conſenſu
dicti Romanini lib.5.& pulchrè Soci.cõſi.39.
num.9.lib.3.& clarè Decius conſ.302.nu.24.
& conſi.252.nu.2.& conſi.136.ubi inquit, ꝙ
ad hoc ut competat dictum remedium ſuffi-
9 cit probare poſſediſſe,† & à poſſeſsione ſine fa
cto ſuo cecidiſſe, & idem Soci. in d.l rem quæ
nobis in 2.q.principali,uerſ.quinto dubitatur,
ubi ex mente omnium doctorum concludit,
ꝙ quando quis culpa, aut negligentia ſua ami
ſit poſſeſsionem ceſſat dictum remedium. idẽ
Soci.conſi.266.8.col.uerſ.alia uia lib.2.& Ber
trandus Gallicus conſi.230. nu. 2. prima par-
te,ubi inquit,eum qui à poſſeſsione cecidit de
bere reintegrari,niſi reus probet illũ facto ſuo
uel culpa ſua à poſſeſsione cecidiſſe.& idẽ tra-
dit Calcaneus conſi.75. et hoc eſt omnium do
ctorum calculo recepta ſenten. Et ideo in iudi
cando eſt tenaciter cuſtodienda: quum à com
muni doctorum ſententia, minimè ſit in iudi-
cijs recedendum ſecundum Innoc.Io.Andr.&
omnes in c. 1.de conſti.adeo quòd iudex, qui
10 contra † communem doctorum opinionem
ſententiam facit litem ſuam, & ſententia eſt
nulla, ut tradit Alexan.in l.cum prolatis. ff.de
re iudic. Quum itaque ex proceſſu apertiſsimè
conſtet Simonem,nedum culpæ, ſed etiam fa-
cto ſuo poſſeſsionem,ſi quam habebat, amiſiſ
ſe,quia ſponte in aliam domum cum ſarcinu-
lis ſuis migrauit, ut per ſeptem teſtes probatũ
fuit. Quoniam in cauſsis quantumcunque ar-
duis, duo teſtes ſufficiunt. l. ubi numerus. ff.
de teſti.c.quoties. de teſtib. & ibi notant Abb.
& Feli. Neque oppoſitio facta Do. Franciſco
de Fabris,quòd fuerit ſororius D.Hieronymi,
obſtat quũ in perhibẽdis teſtimonijs attendit̃
11 conditio † teſtium tẽpore examinationis,tex.
eſt in l j §. idem nuncio ff.de quęſtio. & ibi no
tat Bar.et late Hippolytus de Marſilijs,ſed hoc
tempore filijs & hæredibus D. Hieronymi ex
alia uxore,nihil attinent D. Franciſco, et præ-
ſertim prædictis teſtibus ſtandum eſt, quoniã
ſunt omni exceptione maiores, ex quo eis ni-
hil eſt oppoſitum, gl.in §.item uerborũ, inſtit.
de inuti.ſtipu.in uerſi.idoneos. & glo. in ca.1.
de con.& affi. et Alex.conſi.18. ult.colu.lib.1.
& Barba.in Rubri de proba.13. col. Male ita-
que & perperam fecit.Sp.Do.Vicarius contra
D.Ferdinandum iudicando. Et quamuis in
principio petitionis fuerit narratum bona pe-
tita ex iuſtis cauſis. q.Simoni ſpectaſſe, ꝓpter
hoc nõ mutatur cauſa poſſeſſorij. quia pręcisè
fuit reſtitutio poſſeſsionis petita,et reintegra-
tio in priſtinum ſtatum.ita doct. in c.ex parte.
de foro compe.& tradit Decius d.conſi.57.in
12 princip. † Narratio etenim proprietatis non
immutat cauſam poſſeſſorij. Decius conſi.28.
2.col.ubi ait,quòd quando petitur mera reſti-
tutio poſſeſsionis,indubitatum eſt,uideri poſ-
ſeſſorium intentatum.idem tradit Alex.conſi.
72.2.col.lib.5.& conſi.96.1.col. eodem lib.
Prudens enim aduerſariorum aduocatus a-
nimaduertens, magnum poſſeſsionis commo
dum.§.commodum.inſti.de interdictis. & ex-
ploratum habens dominij probationem eſſe
difficilem,ut tradunt Bar.et doct.in d. l.rem q̃
nobis,noluit in libello poſſeſſorium propone
re,intentando remedium reſtituendæ poſſeſ-
ſionis, inſcius Simonem eam ſponte, et facto
proprio amiſiſſe.
Sed hic aduerſariorum patroni conſiderãtes
nullum remedium ad recuperandam poſſeſ-
ſionem facto ſuo, et ſponte amiſſam eis cõpe-
tere inſurgunt inquientes, quòd quamuis in li
bello propoſitum fuerit poſſeſſorium, tamen
quum pro parte domini Ferdinãdi plures fue-
rint contra petitionem obiectæ exceptiones
petitorium reſpicientes, & pręſertim quòd a-
13 genti † obſtat exceptio deficientis dominij,ſu
per ipſo dominio eſt pronunciãdum,acceden
te quòd pro parte D Ferdinandi fuere produ
cta inſtrumenta concernentia petitorium,alle
gando doctrinam Alex.in l.naturaliter § nihil
commune.in 1 t.col.in 14.fallen.ff.de acquir.
poſſeſ, dicentis. quòd licèt agẽti interdicto re
ſtituendæ poſſeſsionis non debeat quæſtio do
minij refricari, tamẽ ſi reus fuerit admiſſus ad
excipiendum et probandum de dominio,non
reclamante actore,tunc obſtabit exceptio pro
prietatis contra agentem poſſeſſorio recupe-
randæ. Sed uidete quam paucis reſpondeam,
namque reo licitum eſt,uti pluribus exceptio-
nibus etiam diuerſis, et contrarijs l.nemo. ff.
exceptio.ſuper quibus exceptionibus merita
cauſæ reſpicientibus non eſt pronunciandum
l.j & ibi glo.Barto.Pan. & alij.C.de ordi.iudi.
Sed uel iuxta actoris petitionem debet ſequi
condemnatio, ſi eius intentio fuerit probata,
uel ſecundum rei intentionem abſolutio à pe-
titis proferri debet.ut ibi per Doct. et idcirco
D.Ferdinandus in ſuis exceptionibus,nunquã
aliud petijt,niſi ſe à petitis abſolui.Quæ cõclu
ſio clarè confirmatur, quia finis exceptionis
14 eſt repellere agentem,† non tamen ut aliquid
detur,

detur, in fine.de or.cogni.& ibi.doc. maximè Imola in secundo notabili, pro quo in terminis adduco elegantem doctrinam Abb.in c.ex conquæstione.fi.co.de restit.spoli. inquientis, quòd si reus contra actorẽ opponat,ꝙ est dominus & probauit, non debet sequi sententia pro reo super dominio, quia non est petitum, nec lis super eo contestata, sed ut dictum est D.Ferdinandus nunquam aliud petijt, nisi se à petitione absolui, ergo super dominio nõ pe tito ex parte actoris, neque rei non est pronũciandum. Hinc D.Ferdinandus in productionibus suorum capitulorum semper declarauit uelle, super possessorio insistere, & spolio intẽtato, & super eo probationes inducere pro sua possessione iustificanda. Et in termino ex oblatione aduersarij concesso. Dixit, & protestatus fuit, quòd non consentiebat scripturis, & actis petitoriũ concernentibus, ut in actu diei 4 Maij. 1541. apparet. Neque obstat scriptura per Iosephum aduersariũ die 8.Iunij 1541 producta, tum quia extra terminum uoluntarium, quo in causa fuit conclusum, producta fuit; tum quia sententia debet esse libello conformis in re, causa, & actione, l.fi. & ibi Bal.no
15 tat.C.de fideicom.liber. † Ergo si super alio, quam possessorio ferretur sententia esset nullatum etiam quia in prætensa scriptura, conclusum, & petitum fuit, prout in sua petitione continetur, & sic nihil aliud nisi super possessorio petitum fuit. Quoniam quando una scriptura ad aliam se refert, omnia quę sunt in scriptura, ad quam fit relatio, censentur in scriptura referente apposita, l.si ita scripsero. ff.de cõditio.& demonst.et hanc regulam tradit Soci. consi.89.4.colu.lib.1.& consi.251.in 2.col.in fi.2.uolu.& Decius consi. 63. 2. & 3. colu. Vnde his consideratis.Sp.D. Vicarius, qui sententiam pro Iosepho tulit super mero possessorio iudicauit, ex quo D.Ferdinando in petitorio ius reseruauit circa campos quatuor.

Quamuis igitur Iosephus de iure suo in petitorio legitimè probasset, equidẽ omnino succumbere deberet. Quoniam quãdo in iudicio aliquis agit ex una causa, & in processu de alia
16 ad obtinendam uictoriam, sufficienti probaret, minimè potest obtinere, tex.est in l.Bebius Marcellus.ff.de pac.dotalibus, & Bart.in l.j.in secunda col.ff.de eden.in uersicu.ueniamus ad causam, & ibi sequuntur Doct. & tradit Inno. in c.1.de lit. conte. & Bal.in l.j.ff. de publiciana, & Ange.in l.Claudius in 2.colu.quib. mo. pig. uel hip.sol.ubi ex tex.in d.l.Bebius. colligit optimam practicam, quam millies dicit ui disse obseruari: quòd si quis ex una causa agit, & non probat, si ex processu in alia causa constat ei ius competere, debet sequi absolutio cũ reseruatione illius iuris, & idem tradit Angel. consi.207.& Alex.consi.131.3.col.lib.1.& cõ si.56.in princip.lib.2.et dicit Pau.consi.50.2. col.quemlibet debere ea probare, quæ in libello intentauit, & si probat in alia actione, & in alia causa succumbit. Vnde dicit Bal.in c.1.de milit.uas.qui con.est, quem allegat, & sequitur Alex.consi.163.2.col.lib.2.quòd iudex nõ de-
17 bet supplere † si plus est probatum, quàm petitum. Pro quo allego celeberrimam doctrinã Abb.post Compo & Io.And.in c. ex conquestione.pen.col.de resti.spoli.ꝙ in eadẽ instantia alius iudex præter Papam, nõ potest ultra in libello contenta pronunciare, nec etiam in beneficialibus, adeo quòd etiam si iudici constaret reum, uel ex propria ipsius confessione, uel ex probationibus nullum habere ius, non potest in eadem instantia contra reum pronũciare, sed absoluere debebit. Hinc siquis agat publiciana, et probat de dominio, succumbit, quia alia et causa, in qua nõ fuit petitum, nec lis contestata, glo.Bal.& Ang.in l j ff.de publiciana, et Ang.Areti.in §.sed istæ in 9.col insti. de actio.& econtra, si quis agit rei uendicatio ne pro dominio, & probat de quasi dominio, non potest obtinere, ut infra dicam: et siquis agit rei uendicatione, pro dominio fundi, et probat de usufructu debet succũbere, ita Alex. in l.naturaliter.in § nihil commune in 4.colu. uersi. et facit ad quæst.ff de acquir.poss.

Et præmissa procedunt etiam in causa appellationis, in qua non potest alia causa, nec
18 alius titulus † proponi, nisi quæ in causa principali fuere proposita, ita Bal. in additionibus Spec.in tit.de appellationibus.in pen. carta, in uersi.petij bouem, & in ultima carta, uers. qua lis, ratio, quia in causa appellationis nõ potest alia causa, nec alia actio quam in principali de ducta proponi.ita Bal.in l.per hanc in 3.colu. uersic.ueniamus ad exempla, et uersi. quid ergo uult.C.de tem.app. & idem tradit ibi Salic. in 3.& 4.colu.idem concludit Bar.ibi in 2.colum.in uers.quid ergo dicemus, ubi inquit, ex parte actoris dici nouum capitulum, quando non respicit propositam actionem, et idem tenet ibi Ang.in prima columna.

Secundo principaliter aduersarij contendunt fuisse deductum petitoriũ, ex quo in principio libelli narratum fuit bona petita pleno iure q.Simoni, uti patris hæredi spectauisse, stante clausula in fine libelli apposita, petẽs in præmissis, & circa præmissa sibi ius & iustitiã ministrari omni meliori modo &c. cuius uir-
19 tus est, quòd referatur, † non solum ad ea quæ in conclusione libelli fuere apposita, sed & ad omnia, quæ in libello fuere narrata, secundum Calde.Butr.& Abb.in d.c.cum dilectus.de or. cogni.et per Alexan.consi.121. 4.col. lib.6.

Sed respondetur primo, prædicta procede-

re in

re in casu dubio, non quando clarè cóstat de
intentione libellanris. ita pulchrè Soci.in cósi.
39.pen.col.uersi.uerum licèt articulum,lib. 1.
& consi.199.ult.col lib.2.ubi allegat Marianú
Soci.eius genitorem, quia in incertis non cer-
tis locus est coniecturæ. Ideo quando in libel
lo nó deprehéditur alia actio, & causa quàm q
in conclusione libelli est expressa clausula præ
dicta nihil operatur. ita Corneus in cósi.138.
2.col.lib.1. Præterea per dictam clausulam ea
uia uidetur proposita, quæ ex libello elicitur,
si in processu erit declaratum & probatum,se-
cundum Butr & Imolam in d.c.cum dilectus,
ita Alex.consi 38.2.col.lib.3.& in consi.137.
circa princ.lib 6. ubi inquit ferendam esse sen
tentiam, secundum illam uiam, quæ in proces-
su erit declarata & probata, quando adest di-
cta clausula. Sed in processu pars aduersa an-
te conclusionem in causa,in nulla parte decla-
rauit uelle prosequi petitorium, & rei uendica
tionem. Sed semper dixit uelle petere, ut in li
bello continetur. In replicationibus enim se
fundat in possessorio, contendendo possesio-
nem uiolenter,uel clandestinè occupatam, pe
tendo pronunciari in omnibus, ut in petitio-
ne sua continetur, & in alia scriptura produ-
cta die 3. Nouembris 1539. petit bona resti-
tui iuxta petita:& demum in scriptura ultimo
loco producta die 8. Iunij 1541. petit pronun
ciari, ut ante petitum fuit; quum itaque senten
30 tia libello conformis esse debeat † ut dixi, er-
go nullatenus in petitorio proferri debet.

Et quamuis in dicta ultima scriptura diei 8.
Iunij uideatur pars aduersa per uiam oblatio
nis,circa petitorium contendere,tamen prędi
cta scriptura in nulla cósideratione haberi de
bet,ut dixi,ea præsertim ratione, quia post có
clusionem in causa uoluntariè factam,& instá
te Iosepho fuit producta,per doctr.Bart.in l.si
mater,§.eandem.in fi.ff de excep. rei iudi. ubi
ait non posse intelligi in iudicio deductum,
quod post conclusionem in causa deductum,
uel productum fuit: & in terminis quòd decla
ratio non posit fieri post conclusioné in cau-
21 sa,tradit Ang.cósi.249. post princ. † et ita D.
Ferdinandus in actu diei primi Augusti fuit
protestatus. Præterea quòd prædicta clau-
sula,petens &c.non debeat referri ad narratio
nem dominij, ita probatur. Nam clausula in
fine apposita refertur ad ea,quæ principaliter,
et dispositiuè, & non ad ea, quæ incidenter et
demonstrationis gratia fuere apposita.l. fi.§.
Titia,&ibi notat Bar.ff.de lib.lega.adeo quòd
in dubio uerba demonstrationis causa apposi
ta censentur, Bar.in l.centurio,in antepen col.
uersic.quęro iuxta prędicta,quid si.ff.de uulg.
& pupi.et Decius consi.568.2.col. Sed sic est,
quòd illa uerba in principio libelli, quòd cum
bona pleno iure spectarent q. Simoni,non fue
runt principaliter & dispositiuè, sed inciden-
ter & demonstrationis gratia prolata, quia
uerbum principale libelli incipit, ibi. uide-
tur modo quòd existente &c Ergo prædicta
clausula in fine apposita non debet referri ad
illa uerba,pleno iure spectarent. Quod confir
matur per tex.in d.ca.cum dilectus, ubi notat
Imola in septimo notabili, quòd in discernen
22 da † uia in iudiciú ꝓposita, attendi debet for
ma principalis proponendi,& non quod inci-
denter proponitur.

Sed fac partem aduersam super omnibus
quomodocunque narratis peijsse & id in pro
cessu declarasse,equidem omnino absolutoria
sequi deberet: Quoniam per illa uerba narra-
tiua,bona pleno iure.q.Simoni spectasse,uide
retur illorum bonorum dominium deductú.
Nam tunc bona dicútur alicui pleno iure spe
ctare, quando habet dominium cum usufru-
ctu.l.mater,& ibi notant Bal.Ange. & Paul.C.
ad tertul.l.fœminæ.§.illud.et ibi Bal.C.de sec.
nup.& ita tradit Alex.cons,162.2.col lib.6.&
Soci.consi.53.pen.col.lib.1. hinc inquit Ale-
xand.consi.208.2.col.lib.2. quòd uerbum ple
23 no iure importat i. sine diminutione, † & libe
rè absque aliqua obligatione,plenum enim di
citur cui nihil deest. Cuma cósi.87.post prin.
& idem concludit Abb.in c.cum inter. in 4.co
lu.de re iud si igitur in petitione narratur bo
na pleno iure Simoni spectasse, & intelligatur
ac intelligi debeat de dominio, & sic uideatur
rei uendicatio intentata, quæ præsupponit do
minium,ex parte agentis l in rem in princi. ff.
de rei uendi.& tradunt glo.& Doct in l.j.C de
alie.in.mu. cau fac. ergo quum de dominio q.
Simonis minimè fuerit probatum,omnino ad
uersarij succumbere debent, quia actore non
probante reus, & si nihil probauerit,succum-
bere debet.l qui accusare.C.de eden l fin.C.de
rei uendi. actor etenim ex iure suo, non ex nó
iure rei metiri debet.l j §.1. ff. si pars hære pe.

In rei uendicatione namque in qua dominiú
deducitur, non sufficit per instrumenta titulú
probare,sed opus est probare dominium secú
dum modos à iure traditos,ita Specu. in titu.
de caus.pos.& proprie §.nunc dicendum,in 2.
24 col.et idem † tradunt glo.Bar.Ang.& Saly.in
l cum res.C.de probat. ubi omnes concludút
in rei uendicatione non sufficere per instrumé
ta probare titulum emptionis,uel alterius con
tractus,sed opus est probare dominium gen-
tis,uel sui authoris, idem egregiè tradit Paul.
consi.96.ubi inquit, quòd in rei uédicatione
quis non potest obtinere, etiam si probet titu
lum suum, uel suorum authorum et possesio
né,sed opus est de dominio docere, & idé tra-
dit Alex.consi.24.& consi.35.pen.col. nu.20.

lib.7.& pulchrè Alex.consi.98.2.col lib.2.ubi
inquit requiri probari authorem dominũ, nec
sufficere probari, quòd dominus reputabatur,
& quòd rem pro sua tenebat, & possidebat, &
præmissa etiã tradit Soci.consi.39.2.col,nu.2.
lib.3.& prædictam rem tradit Inno.in c.illud.
de præsumpt. ubi siquis probat possedisse ali-
quam rem pro sua, & quòd dominus reputa-
batur non obtinebit, nec super dominio, nec
quasi, & refert & sequitur Soci consi 112 pen.
col.nu.24.consi.4. Quæ adeo sunt uera, ut etiã
siquis ageret rei uendicatione contra uiolen-
tum possessorem, succumberet, si de dominio
non probaret. Bart.& Angè. in l.eius.C. de rei
uendi. & pulchrè Alex.in l si alienam. 1.col ff.
solu.matrim. et etiam siquis ageret contra ha-
25 bentẽ ab eo causam. Quia † si commodans uel
deponens ageret rei uendicatione contra com
modatarium uel depositarium, nisi de domi-
nio probaret, succumberet glo.or. in l.ita ut si
fur.ff cõmo.Pau.consi.3.1.& 2.colum. Hinc si
mulier agit rei uendicatione contra maritum
pro fundo in dotem dato succumbet, si de do-
minio non probat, glo.Bar.& alij.in d l si alie-
nam.ff.soluto matrimo. hinc si locator agit rei
uendicatione contra conductorem, absoluen-
dus est reus, si de dominio non probaretur, gl.
Cyn.Bal.& alij in l.siquis conductionis.C.lo-
cati.glo.& Doc.in c.inter dilectos. de fi.instru
mento. hinc siquis agit contra emphyteutam
suum, non ex locatione, sed rei uendicatione,
non probato dominio, absolutio facienda est,
Spe.in titulo de locato §.nunc aliqua, uers.52.
Bar.in l legata inutiliter ff de adi.lega.& Alex.
in d.l.si alienam 1.col.& consi. 42. 3.col.lib.4.
& pulchrè consi 68.lib.5 & Soci consi.167.in
5.quest.princ.lib.2. & per Iasonem in l.ij.65.
col.uersic.quæro decimoseptimo. C. de iu.em
phyt.ei enim imputãdum est, qui talem uiam
elegit, & ista est communis maiorum nostro-
rum sententia, ut dicit Alexan.in d.cons.112.
col.quòd per instrumentum locationis, etiam
26 agendo † contra conductorem non probetur
dominiũ, & sic ex præmissis, clarè apparet par
tem aduersam, nihil per instrumẽta producta
de dominio probasse.

Neque in diuersam sententiam nos adduce
re debet, quod D. Ferdinandus bona cõtentio
sa acquisiuerit, ut dicitur à D. Bernardino de
Thienis Simonis authore uigore trãsactionis,
cum eo, de anno 1496. initæ. Quoniam in pri
mis respondetur in illo instrumento trãsactio
nis non fuisse aliqua bona expressa, sed solum
bona hęreditaria q.Sebastiani de Thienis, fue-
re q.Simoni filio renunciata & nullibi constat
bona contentiosa fuisse in hæreditate dicti q.
Sebastiani, & sic cessant longę ambages partis
aduersæ.

Et in hoc nõ obstat aduersariorum funda-
mentum inquientium D.Ferdinãdum in exce-
ptionibus suis confiteri bona contentiosa fuis
se q Sebastiani. Quoniã si cuncta in exceptio-
nibus ipsius D Ferdinãdi adducta adamussim
perlegantur, minimè D.Ferdinandus, hoc fuit
confessus Nam licèt asserat bona fuisse uendi-
ta ad publicum incantum pro debitis q Seba-
stiani non propterea sequitur, quòd ipsa bona
fuerint Sebastiani, qppe Bernardinus de Thie
nis D Ferdinandi author fuerat fideiussor di-
cti q. Sebastiani eius fratris ex causa collecta-
rum. Et rursus quamuis D.Ferdinandus dicat
ea bona acquisiuisse à legitimis hæredibus q.
Sebastiani, non propterea sequitur quòd fue-
rint.q.Sebastiani. Nam, ut supra dictũ est reus
27 potest † uti pluribus exceptionibus etiam di-
uersis & contrarijs: Præterea quando cõfessio
continet unum capitulum, pars aduersa nõ po
test diuidere confessionem, & pro parte acce-
ptare, & in parte improbare, ut solenniter de-
clarat Bar.in l.Aurelius § idem q[illegible] ff d[illegible] li
be.lega per glo Bar & Doct in l.liquidèm. C.
de exceptio.Alex.consi.87 in causa Lud[illegible].
circa princ lib.1.& ideo in casu nostro [illegible]s
aduersa uult in dicto capitulo se fun[illegible]re de-
bet in totum illud acceptare, quod si [illegible]plici-
ter acceptaretur dubio procul contineret de-
fensionem ipsius D.Ferdinandi.

Sed esto, quòd bona contentiosa contine-
rentur in dicto instrumento transactionis &
renunciæ per hoc non probatur dominium di
ctorum bonorum fuisse penes q. Sim[illegible]nem, p
iura & rationes proximè allegatas. N[illegible] si agen
do rei uendicatione contra eum, qui à me cau
sam habuit puta commodatarium uel condu-
ctorem, non sufficeret producere instrumẽta,
sed alio modo de dominio est probandum, ut
supra est demonstratum, quanto magis agen-
do contra eum, qui ab authore meo cau[illegible]n ha
buit? Quoniam D Ferdinandus emẽdo a Ber-
nardino de Thienis, non per hoc uidetur fate-
ri D. Bernardinum fuisse dominum illorũ bo
norum. Quis enim rem alienam uendere [illegible]or,
28 l.rem alienam ff.de contrah empt. & hoc tra-
dit glo.in l j.in uerbo à non domino. ff.de pu-
blici.quam Ange.ibi notat, inquiens, quòd qs
ab aliquo emendo, non uidetur fateri eum do-
minum. Refert, & sequitur Alexã. consi.42.3.
col.lib 4.in uersi.præterea.et præmissam con-
clusionem esse ueram, probo ex doctrina Bar.
in l rem alienam.2.col.uersi.quæro circa hanc
partem, ibi, & sic dico.ff de pigno.actio.ubi si-
quis agat hypothecaria, contra tertium posses
sorem, habentem causam à debitore post con
tractum debitũ, non poterit obtinere, nisi pro
bet illam rẽ fuisse in dominio debitoris, & di-
ctam sententiam etiam tradunt Cyn.& Bart.
in l.

in l.cũ res.C.si alie. res pigno. data sit, & Aret. in §.item seruiana.in 3.col.& seq.insti.de acti. ubi inquit dictam opi. Bar. in practica seruari,& sequitur Iason ibi.in 17.col.uersi. secundo casu principali.si ergo tertius possessor ha-
29 bens à debitore † causam,cõuentus hypothecaria quæ præsupponit,dominium ex parte debitoris obligantis, potest dicere eum, qui sibi uendidit non fuisse dominũ,adeo quòd agens habet necesse de dominio debitoris probare: Idem concludendum est in casu nostro, quòd si D.Ferdinandus conueniatur rei uendicatio ne ab hæredibus Simonis, eis incumbit onus probandi de dominio suo, nec allatenus probatur per instrumentum emptionis D. Ferdinandi,nec per instrm assertæ transactionis.

Vlterius etiam respondetur, ꝙ in hoc casu, actores nõ possunt se fundare, ꝙ D.Ferdinandus nõ possit quæstionem dominij referre, eo quia à D.Bernardino eorum authore emerit. ex quo ipsi agentes in eorum libello nõ se fundant in cessione & renuncia. D.Bernardini.q. Simoni de anno 1496.facta, nec de ea in ipsa petitione faciunt mẽtionem, ut solenniter tradit aurens doctor Alea. in d.consi.42. uersic. præterea ad probandũ lib.4.nõ enim prodest actori probare illud.quod in libello non deduxit,ut dicit ibi Aleaã. hinc siquis uellet ea iure cessio agere debet in petitione de cessione facere mentionem,secundum Bar.Bal.& Alex.in l. qui stipendia C de procura.& Alea.cõsi. 137. 2.col. lib.2. hinc siquis agit rei uendicatione ex uno titulo,& probat de alio,succumbit, Sp. in titulo de libellorum concep.§. iuxta, uersic. sed nunquam debet,& ibi Io.And.in additionibus in uersi.succumberet, & ita tradit pulchrè Bal.in additionibus Spec.in tit.de appellationibus.in pen.carta.uersic. petij à te bouẽ, pro quo adduco tex.in c.abbate sanè. §.cæterum. & ibi notat Geminia. de re iu.in 6. ubi si
30 quis agit ex † causa donationis, & probat de uenditione, uel si agat ex donatione regis, & probat de alio, succumbere debet: & propterea Ang.& Bal. in l.fi. C.de anna. exceptio.inquiunt, ꝙ si in petitorio quis deducit unã causam,non potest obtinere si de alia probaret: ꝗ si fuisset deducta obtinuisset,et prędicta etiam procedunt in causa appellationis, utsupra demonstraui. Sed profecto Simon narrauit bona ei pleno iure spectare uti patris hæredi. Ergo aduersarij in alio titulo, & in alia causa, & sic nec in prætensa cessione & renuncia, minimè se fundare possunt. Quinimo iuridice dici potest,partem aduersam in hoc iudicio non legitimè de titulo suo probasse, quia tantũ exẽpla certorum instrumentorum produxit, ut in actu diei 3. Nouembris 1539. quæ exempla non probant,c.2.de fi.instru.maximè quia tan
31 quam † exempla fuere producta, ut eleganter tradit Decius in auth. siquis in aliquo documento.5.col.7.fall.nu.24.C.de edend & quia ad pdictam productionem D Ferdinãdus nõ fuit citatus.Bal.in l.si quando ulti.col.C.de testi.& in l.iudices in quarto notabili. C.de fide instrum.& per Iaso. in l.ait prætor.§. si iudex. ff de re iudic.

Forsitã dicet aliquis, fateor ipsum Iosephũ à porta in rei uendicatione, quia de dominio non probauit,obtinere non posse. Sed bene in publiciana debet obtinere, quod est remediũ petitorium,& competit non domino habenti titulum & traditionem §.sed istæ.insti.de acti. l.j.& toto titulo. ff. de publici. Simon autẽ de Thienis in sua petitione narrat bona petita sibi,ut patris hęredi spectare, & sic uidetur in titulo pro hærede se fundare per l.j.in toto titu. ff.pro hęrede.Sed pro clara responsione est ad uertendum, ꝙ in aduersariorum petitione nõ fuit simpliciter narratum,bona Simoni specta re & pertinere,quia tunc etiam publiciana ꝑ quasi dominio posset uideri intẽtata. per l.uer
32 bum pertinere.ff.de uerb.sig.sed † fuit in petitione semel atque iterum expressum bona pleno iure ipsi q.Simoni spectasse, ꝑpter quæ absque aliquo dubio, dominium uidetur intentatum & propositum, ut supra latè demõstraui: Et hoc clarè tradit practica Papiensis in forma libelli actionis realis,super uerbo iure dominij,uel quasi.in 8.col.in uersi. sed quæro qd dices. ubi siquis in petitione narrat rem ei pleno iure spectare, uidetur dominium petitum, & rei uendicatio intentata. Quum igitur in petitione fuerit dominium deductum,nõ potest in quasi dominio saluari, nec quasi dominium potest uideri deductum,ita Bart.in l. si mater. §.eandem, uersicu. quæro pone quòd ego.ff.de exceptio rei iudi.& in l j.ff.de actio.& oblig & Butri.in c.examinata de iudic.& Bart.in l.minor.in §. 1.ff.de euictio.ubi agens rei uendicatione uidetur omne dominium directũ,& utile intentare,non autem publicianã,in qua succumberet, & idem tradit Alea.consi. 121.2.co. lib.1.& consi.202.1.& 2.col.lib.2.huius rei ratio est, secundum Bar.& Alex.quia quasi dominium cõtrariatur dominio, & qui utitur quasi dominio fatetur se non dominum, & cum sint
33 remedia contraria, † qui unum intentat, non potest uideri aliud intentare. Et ideo siquis ageret publiciana pro quasi dominio,& de dominio probaret, succumberet, secundum Bal. & Ang.in l.j.ff.de publici.& Areti.in §. sed istę. in 9.colu.insti.de actio. sicuti siquis ageret ex una actione, & ex una causa, & de alia probaret, succumberet, ut supra latè demonstraui. Nihil itaq; aduersarios releuat illorum instrumentorum productio. Neque clausula illa in

fine

fine libelli apposita, petẽs in præmissis &c. potest operari, ut in hoc iudicio uideatur quasi dominium deductum. Quoniam illa clausula ad narrata tantum referri potest, & non ad ea, quæ in libello non fuere narrata. Ita Abb. in d.c.cum dilectus.& Alex d.consi.121.4.col.& pulchrè Corneus consi.56.pen.col. 2.uolu & consi.91.1.& 2.col.eod.lib. & prædicta clausula operatur, quo ad causam in libello expressam,& narratam Corn.consi.207.2.col.1.uo. pro quo allego elegantem doctr.Soci.cõs.39. pen.col. uersic.moueor etiam, iunctis his quæ dicit in antepe.col.uersi.uerum, quia in termi
34 nis,lib.1.ubi inquit. ꝙ † prędicta clausula petens iustitiã &c. & clausula omni meliori modo,referuntur ad narrata tantum, & ꝙ nõ potest ferri sententia, in alia causa, nec in alia actione non deducta, etiam si ambæ dictæ clausulæ adsint,& idem in effectu tradit Iason in §. omnium,in penult.carta,uersic. nam talis clausula institutio. de actio.

Et pręmissa alia ratione suadentur. Quoniã ut quis possit publiciana experiri debet in petitione de quasi dominio mentionem facere, ut demonstretur quę actio proponatur glo. in d.§.sed istę.in glo.magna,ibi quinto,quam sequuntur ibi Dynus & Areti. et ita expressè declarat ibi Ias.in 21.col.super dicta glo.in uers. quinto,& sic nullatenus potest uideri publiciana intentata. Secundo respondeo, ꝙ si Simõ de Thienis erat filius legitimus & naturalis dicti q.Sebastiani, ut obloquitur pars aduersa, ergo titulus pro hærede ei tanquã suo non suf
35 fragatur,quia in uita † patris censetur tanquã dominus,glo.& Bar.in l.j.ff.pro hære.& l.fi.& ibi glo.& Bar.C.eo.tit.et Alex.consi.1.co.lib. 1.& idem tradit Balbus in repet. l.Celsus.ff.de usuca.idem si à principe fuisset legitimatus,quia cõsequitur omnia iura legitimorum.§.reliqua auth.quib.mo.na.effi.sui.et traditur per Alex. Soci.et alios in Rubr.ff.de lib.et posth.si uero erat spurius,ut re uera erat, tunc institutio de eius persona facta de iure erat inualida.§.fin. auth.qui.mo.nat.effi.sui. quo casu huiusmodi titulus inualidus habetur pro non titulo,& nõ patrocinatur, quoad usucapionem, nec alia l. nec ullam.ff.de peti.hære & l.diutina. ibi, sine iusto titulo.C.de præscri.lon.temp.nec quo ad publicianã,ut dicit Ias.in d § sed istę.18.colu.

Præterea in publiciana plura alia requiruntur, uidelicet,traditio uacuę possessionis,alias non competit,ita Bart.in d.l.Celsus,in 3.colu. uersic.quæro an habeam,& Cyn.Iacob.Butri. Bar.et alij in d.l cum res. C.de proba. et Alex. consi.10.lib.4.ubi inquit, hoc probari esse dif-
36 ficile. Sed in casu nostro nullatenus† pars aduersa de aliqua possessione, saltem uacua probauit, quia illa dicitur uacua possessio quæ à nullo alio detinetur,ut dicunt Bal.& Saly.in d. l.cum res et Alex.in d.consi.10.ubi ait hoc probari esse necessarium. et requiritur bona fides, quæ quamuis ex titulo præsumatur, debet tamen allegari per l. si adulterium cum incestu. §.idem Pollioni.ff. de adult. et ita tradit Ang. in l eum qui.§.fina.ff.de publici.et Aret.in d §. sed istę.in 5.col.& Alex.in l.à Diuo Pio.§.si super rebus.5.col.uersi.item ex glo nota ff.de re iudi.et latissimè Balbus in repetit. d l Celsus. 22.col.nu.21.ubi concludit, ꝙ quis debet esse cautus,in allegando bonam fidem. alias succũbit,quia non præsumitur,nisi allegetur, & ibi plurimas allegat authoritates. At pars aduersa in nulla parte processus de huiusmodi bona fide allegauit. Do.autem Ferdinandus semper hoc deduxit,ut in processu apparet.

Et denique,ut competat publiciana requiritur ne ille cõtra quem proponit sit dominus, tex.in l.pen.& fina.ff de publici. & Aret.in d.§. sed istæ. Vnde hic est aduertendum, ꝙ Do Ferdinãdus per annos 28 bona petita cum titulo & bona fide ante ceptum iudicium, pacificè, sciente,& non contradicente Simone possedit. De titulo enim constat per instrumentum emptionis.D.Ferdinandi, & fratrũ factum die 4. Aprilis 1498. & per testes in processu examinatos: Item D. Ferdinandus habet etiam titulum diuisionis, cum duobus eius fratribus, de
37 anno 1501.quæ † est habilis ad usucapiendũ. Bar.& Doc.in l.cum solus.ff.de usuca & Alex. consi.24. lib.5. et Decius consi. 267. nume.5. De bona fide etiam apparet ex tit.l.pen.de euictio.glo.in c.abbate sanè,de re iudic. in 6.per Bar.& Doc. in d l.Celsus.& per Abb. et Doc.
38 in c si diligenti.de præscriptio. † quæ bona fides etiam in dubio præsumitur, si allegetur.ut not.per glo.insti.de usucapio.in prin. in uersi. bona fide, & maximè concurrente longo tẽpore, Alex.consi. 200. 1.col lib.2.et Deci d.cõsi. De possessione etiam probatũ fuit per testes, ꝙ D.Hieronymus habuit possessum & D.Ferdinandum usque in præsens, tenuisse et possedisse. De traditione quoque constat: quia ille qui habet titulum et possessionem,eam ex pręcedenti titulo habere censetur, l.ij. & ibi notat Bar.C.de acquir.poss. & glo.fi.in l.quædã mulier.ff.de rei uendi.& Bal.et Angel.in d.l.ij ubi inquiunt, ꝙ semper pręsumitur emptorem uolente uẽditore possidere, nisi aliud probetur, et idem tradit Specu.in titu. de locato. §. nunc aliqua,uersicu.58. & idem tradit Bar.in l cum qui.§.prætor.ff de publici,& prædicta procedunt, etiam siquis haberet titulum ab uno, & possessionem ab alio.ita egregiè Bar.in d.l.cũ solus,ante finem.ibi si uero titulus,& ibi,si uero ille.ff.de usuc.ubi inquit, quòd si ille, à quo habeo titulum non possidebat uel dubitetur,

tunc

tunc occasione tituli præsumitur emptor possidere, ex quo uidetur emptor habere facultatem à quocunque apprehendendi. et idem tradunt ibi Ang. in finalibus uerbis. & Imola & cæteri Docto. sequuntur, ut tradit Balbus in repetitio. d. l. Celsus, numero nigesimo primo, quæ maximè procedunt, attenta notariorum consuetudine apponentium, in instrumentis
39 clausulam, dans licentiã apprehendendi possessionem. Ita Barto. In dicta l. ij. continuatio præterea possessionis per testes probata fuit, & per iuris præsumptionem, quia ille qui semel possedit, semper præsumitur possidere, si hoc alleget. l. siue possidetis. & ibi glo. & Doctor. C. de probatio. Bar. in dicta l. Celsus, in penultima columna. & ita communiter cóncluditur, secundùm Alexandrum consil. 133. penultima columna, libro primo. & tenet Ioan. Andre. & alij doctores in capitulo cum ad sedem. de restiturione spoliato. & per Aretinum consi. 68. fi. col.

Ergo dominus Ferdinandus longo tempore decem, & uiginti, & uigintiocto annorum præscripsit bona petita, institu. de usucapio. §. 1. & in l. j. C. de usucap. transfor. & toto titulo. C. de præscriptio. longi tempo. decem uel uiginti annorum. Alexand. consi. 89 lib. 5. & per Decium consi. 267. numero quarto & quinto. et consi. 685. circa princip.

Et acquisiuit dominium utile l. siquis emptionis. C. de præscriptio. longi tempo. triginta uel quadraginta ann. in principio. per glo. et Docto. in authen. nisi tricennale. C. de bonma. & iste est unus modus probandi dominiũ, ut tradit Bart. in d l. rem alienam. ff. de pigno. ac in penultima columna, uersic. ad probandum. & Docto. in dicta l. cum res. C. de probatio. et huiusmodi exceptio præscriptionis dicitur rei finitæ, Barto. in l. j. ff. ad tertull. Alex. post Barto. in l. fratria C. de transactio. & De-
40 cius consi. 272. nume. 6. quæ † nedum ad processum, sed & ad merita causę proponi potest. ut per Bar. in l nam, & postca. in princ. ff. de iu. iur. igitur pars aduersa, si quod dominium, uel aliud ius in dictis bonis habebat, illud totum per dictam præscriptionem D. Ferdinandi, cum titulo et bonafide est sublatum, & D. Ferdinandus effectus fuit dominus, & omni in re est tutus. Sed contra hoc solidum fundamentum adductum fuit per patronum aduersariorum statutum nostrum sub rubri. de præscriptionibus, disponens, quòd siquis rem per triginta annos possederit, sit tutus etiam contra hypothecariam, & acquirat dominiũ, etiã titulo non ostenso: Arguendo à contrario sensu, uideri per dictum statutum correctum ius cõe disponẽs. de prescriptio. x. uel xx. anno-
41 rum † cum titulo & bonafide. Huic obiectioni occurrit Pau. castrensis ueritatis amicissimus in consi. a 51. & 478. in nouis. Dicens ꝙ huiusmodi statutum loquens de præscriptionibus, minimè tollit præscriptionẽ longi temporis, cum titulo & bonafide à iure communi inductam. Quia esset indecorũ, tantum ius habere fine titulo præscribens quantum cum titulo & bo. fide. Item quia prædictum statutum fuit inuentum, ad ampliandum pręscribẽtium ius, et ideo non debet diminutionẽ inducere, et hoc in statuto nostro Vicẽtino expressè firmat Pau. Ca. cõsi. 306. in fi. in nouis, à cuius authoritate, cũ neminem habeat contradictorem, nefas esset in iudicando recedere Quã conclusionem esse uerissimã ex pluribus clarè ostendo. Nam quando statuta sunt condita super dispositis a iure cõi, debent secundum ius commune intelligi. tex est in l ij. C. de noxa. et ita illam l. sumat ibi Bal. idcirco statutũ indefinitẽ loquens, per ius cõe distinguitur. Et declaratur. glo. sing. in l. fi. §. in computatione in glo. magna. in fi. C. de iu. deli. quã Bal. ibi. pen. col. uersic. & hanc glo dicit, ad hoc semper allegari, & eam Bar. & cæteri docto. sequuntur, per quam etiam Bal. in d. l. ij. pulchrè infert, ꝙ per statutum nunquam uidetur auferri beneficium iuris communis. Sic ergo statutum no-
42 strum loquens † simpliciter de præscripti. 30. annorum non uidetur auferre beneficium iuris communis concessum, possidentibus cum titulo & bonafide.

Secundo dicta conclusio liquido confirmatur. Qm̃ statuta debent intelligi & limitari, ut minus lędant ius cõe, q̃ fieri possit, & taliter intelligi, ut cum iure cõi concordent tex. est in c. cum dilectus. de consue. et ita notant ibi But. et Abb. & tradit Alex. cons. 19. fi. col. li. 1. & cõ fi. 82. 2. colu. eo. li. et Ias. in l oẽs populi. pe. co. ff. de iu. et iure, et Deci. consi. 444. inquiens statutum gñaliter loquens, ad interpretatiõnẽ iuris cõis reduci debere Ideo inquit Deci. conf. 484. nu. 5. ꝙ casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris cõis: Et in terminis ꝙ statuta de pscriptionibus generaliter loquẽtia debeant secundum ius cõe intelligi, tradit elegãter Deci. consi. 445. nu. 48. & 49. et idem dicit Pau. consi. 24. in finalibus uerbis. Nam & posteriores leges declarantur per priores. l. nã & posteriores. ff. de legib. similiter & statuta municipalia per leges communes declarari, & interpretari debent per glo. in d. § in computatione, et doctores supra allegatos. Hinc uidemus legem nouam quamuis uniuersalem recipere interpretationem & restrictionem, ut minus lædat ius commune, quàm fieri possit gl. ord. in l. fi. C. sine censu, uel reliquis, & ibi Bal. in 1. col. quam regulam tradit Ias in auth. præterea. S. colu. uersi. aliqñ & tertio casu. C. unde

ulr & uxor. hinc inquit legislator in l.si quan-
do. in principio. C. de inoffic. testamen. non
esse uerisimile, legis conditores iuris obseruã-
tiam tot uigilijs excogitatam, atque inuentam
uelle euertere, idcirco minimè credendum est
statutorum nostrorum conditores uiros pru-
dentissimos, & apprime eruditos uoluisse tot
iura, & leges tanto cum apparatu circa præ-
scriptionem longi temporis, cum titulo & bo
na fide, compositas corrigere. Nam de huius-
modi præscriptione habetur insti, de usucap.
§. 1. & 2. & C. de usucapione transformanda.
l.j.& per totum titulum. C. de præscripti. lon-
gi temporis. & in titulo. C. in qui.ca.cessat lon
gi tempo. præscr. & in alio titulo qui.non ob-
stat longi tempo. præscr. & in auth. ut sponsa-
litia largita. §. rursus. hinc dicit tex. in l.præci-
pimus. in fine. C. de appella. euitandam esse le-
43 gum correctionem, † per quem text. dicit ibi
Bar. quòd requiritur specifica mutatio ad hoc
ut inducatur correctio, et propterea Saly. ele-
ganter, & magistraliter in d.l.ij. C. de no-
xa. in 3. col. uersi. secundo uero casu principa-
li. tradit hanc doctrinam, quòd quãdo uerba
statutorum absque correctione possunt ha-
bere locum, nunquam uidetur ius commune
correctum, sed per diuisionem casuum debet
concordari. Adeo quod etiam ex idẽtitate uel ma
ioritate rationis non debet induci legum cor
rectio, gl. uulgata in auth. quas actiones. C. de
sacrosanc. eccl. & ibi per Doct. maximè per Ia
sonem solẽniter. Hinc in statutis ad correctio-
nem iuris masculinum non concipit fœmini-
num, Anan. consi. 4. 1. col. & Alex. consi. 29. nu.
13. lib. 3. hinc statuta sunt strictè intelligẽda,
Bar. in l. constitutionibus. ff. ad munici. Deci.
consi. 438. nu. 5. Hinc in statutis non sumi-
tur argumentum, à contrario sensu, ad corre-
ctionem iuris communis. Bar. in repe. l. oẽs po
puli. in 6. q. princip. ff. de iu. & iu. et in l. j. ff. de
offi. eius, cui man. est iur. et ibi pulchrè per Alex.
post alios in 9. col. super glo. in uerbo fortissi-
mum, ratio est secundum doctores, quia argu
mentum à contrario sensu non inducit expres
44 sam dispositionem † sed tacitam, & coniectu-
ratam mentem, & leges non intelliguntur cor
rectæ, nisi expressè sit dictum ut ibi. Quamuis
ergo statutum nostrum dicat, siquis rem per
30. annos possederit, sit tutus, non debet tamẽ
fieri argumentatio à contrario sensu, quod siquis
minori tempore cum titulo & bonafide posse
derit, non sit tutus, ad correctionem iurium
prædictorum, præsertim quum huiusmodi sta
tutum in sensu directo plurimum operetur, ut
infra clarè demonstrabitur, per ea, quæ tra-
dunt Alexan. & alij in d.l.j. ff. de offic. eius cui
est man. iu.

Vlterius accuratè considerãdum est, quòd
etsi in casu nostro deberet sumi argumentum
à contrario sensu, non tamẽ excluderetur pre-
scriptio decennalis, cum titulo & bonafide, à
iure communi introducta. Quoniam argumẽ
tum à contrario sensu debet strictè ad termi-
nos uerborum accipi, & quatenus necessario
infertur respectu directi sensus, & non aliter,
uidelicet hoc modo statutum dicit, siquis per
triginta annos rem possederit, est tutus con-
tra quamcunque actionem, ergo à contrario
sensu, si non possederit per triginta annos, non
est tutus præscriptione statutaria, hoc bene ne
cessario sequitur à contrario sensu, sed per
hoc non excluditur præscriptio cum titulo &
bonafide, quæ a iure communi est inducta,
quia hoc casu remanet in dispositione iuris cõ
munis, & ita hanc materiam declarauit Butr.
in c. cum apostolica, de his, quæ fi. à præ. sine
45 con. capi. † & pulchrè Decius consi. 364. nu-
mero secundo & in d.l.j. nume. 47. & sequen-
tibus. et idem tradunt ibi Albe. Fulgo. & Cur-
tius iunior nu. 59. & Corneus in l.ij. C. de con
ditio. inser. aliud est enim dicere, quòd præ-
scribens cum titulo & bonafide non compre-
hẽdatur in statuto, et uerum erit. Aliud quòd
sit à statuto exclusus, et hoc non est dicendũ,
quia hoc non inducitur per argumentum à
contrario sensu, ut dixi, et quia statutum ema
nauit ad inducendum præscriptionem, contra
quamcunque actionem. Ideo non debet ope-
rari contrarium effectum. l pro hærede. §. 1. &
ibi notat Bal. ff. de acquir. hæred. Vnde si sta-
tutũ dicit, quòd minor uiginti annis non pos-
sit sine certa solennitate obligari. non tamen
à contrario statutum, post illam ætatem uide-
tur maiorem uiginti annis habilitare, ultra ius
commune. Nam post illam ætatem non erit
necessaria solennitas statuti, et hoc à contra-
rio sensu bene colligitur, et tamen eo casu in
maiore uiginti annis ius commune obserua-
bitur. Ita Paul. consi. 272. & per Decium con-
silio 110. numero quinto.

Præterea præmissa corroborantur efficaci
ratione, quia dummodo statutum aliquid ad-
dat iuri communi, semper est secundum ius
commune interpretandum, ut illud non tol-
lat, ita tradit Imola in lege si uero §. de uiro, in
quarta columna. ff. soluto matrimonio. & Ale
xander in l. quarta. in §. prætor. ff. de damn. in-
fect. et cum hac doctrina, tanquam uera tran-
sit Felyn. in Rubrica de præscriptio. in secun-
da columna, uersiculo respondeo ex doctrina
Imolæ. at prædictum statutum multum ultra
ius cõe operatur primo, quia tollit oẽm præscri-
ptionẽ annorum 40. quæ in multis casibus de
iure cõi locum habet, ut in l. omnes. & in l. cõ-
perit. et in l. cum notissimi. C. de præscriptio.
longissimi temporis. 30. uel quadraginta ann.

Item

Item per illam præscriptionem statutariam acquiritur uerum & directum dominium, quod de iure communi non acquiritur, sed utile. glo. & Doct. in d. auth. nisi tricenale. C. de bo. mat. Item de iure communi præscriptio non tollit ipso iure ius alterius, sed ope exceptiõis, ut est tex. & ibi glo et Bar. in l. j. C. si aduer cre & gl. in d. l. cum notissimi. et Alexã. in consi. 177. in pe col nu. 11. lib 6. & per dictum statutum ipso iure tollitur ius tertij, ex quo uerum & directum dominium acquiritur ut supra. Amplius de iure communi, si præscribens sine titulo ca debat à possessione, non habebat actionẽ contra priorem dñm, uel habẽtem ab eo hypothecariam l. si quis emptioni. §. 1. & ibi glo. cõiter approbata C. de præsc. 30. uel 40. ann. & Alex. consi. 134. 1. col. lib. 6. sed per statutũ indistincte contra omnes habet actionẽ. Præterea huiusmodi præscriptio longi temporis cum titulo & bonafide est fauorabilis, ut dicit Pau. in l.

47 fi. ff rem ra hab. & † fauores sunt ampliandi. & non restringendi, l cum quidam. ff. de liber. & posthu ergo nullatenus debemus dicere hanc præscriptionem sublatam. Demum suprascriptam conclusionem esse ueram, clarè ostendo per tex. in l. sicut in princi iuncta glo. in uer sicu posidente. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. nam ibi dicit lex annis 30 posidentem tutum esse aduersus omnem actionem realem, et tamen remanet firma præscriptio lõgi temporis cum titulo & bo. fi. quæ à lege antiqua erat inducta, & ita etiam tradit ibi Bal. circa prin. sic dicendum est in re proposita, ut per statutum simpliciter de præscrip. 30. annorum loquena, non intelligatur præscriptio longi temporis cum tit. & bo. fide sublata. Accedit quia dictũ statutum uenit ad ampliandum ius commune. ergo idem erit in ampliante, quod in ampliato. Bal. in Rub. extra de cau. pos. & pro. Alex. in d. l. fi. § in computatione fi col.

Et aduertendum est, quòd quũ Simon de Thienis, et D. Ferdinandus essent de eadem ciuitate, & habuerint ambo domicilium in ciuitate Vincentiæ & territorio, dicũtur fuisse præsen-

48 tes, & cncurrit præscriptio † decem annorũ, l. fi. C. de presc. longi temp. adeo quòd hoc casu præsumitur scientia, nec alia probatio requiritur. per d. l. fi. & ita tradũt Bal. & Ang. in l. emptor. C. de præsc. longi tempo. inquientes, ita de consuetudine seruari & millies practicasse, & idem Cor. cõsi. 50. fi col. li. 2. et Alex. cõs. 89. co. li. 5.

Neque huic firmissimo fundamento refragatur dispõ auth. malæfidei. C. de præs. longi tẽp. ubi ille, qui emit à malæfidei possessore decennali tempore non præscribit, arguendo quòd Do. Bernardinus author D. Ferdinandi erat in malafide, quia per antea fecerat transactionẽ cum Simone de Thienis. Quñ dispositio illius auth. habet locum, quñ dominus uel ille qui dominiũ prætendit erat iuris sui ignarus, uel uenditionẽ ignorabat, prout expresse dicit tex. ille. aliàs si sciret sibi ius competere, et per decennium taceret est exclusus, per illũ tex. et ita tradit Bar. in l. Pomponius §. cum quis ff. de acqu poss. et ibi Alexã. et Pau. consi. 3. in fine et glo. in d. ca. Abbate sanè. in glo. magna de re iu. in 6. et Bal. in d. l. si in 3. col. C. de præscr. longi tempo. Et quũ dicta auth. loquatur copulatiuè, ut emẽa à malæfidei possessore non præscribat, si ignorabat ius suum, et uenditionem factam. Ergo ut præscriptio longi temp. cum titulo & bona fide locum habeat, sufficit alterũ de duobus,

49 uel † quòd quis sit sui iuris gnarus, uel sciat uenditionem factam ita magistraliter Salyce. in d. auth. malæfidei. At in specie proposita sciuit iura sua per testamentum paternum, et per prædictam transactionem. Item etiam sciuit prædictam uenditionem D. Ferdinãdo factam, ut dicunt testes, maximè Franciscus de Fabris in processu &c. inquiens Simonẽ tradidisse possessionem in executione prędictæ uenditionis D. Ferdinando factæ Preterea D Bernardinus re uera nõ erat in malafide. Quia à camera Vicentiæ bona de anno 1498. emerat. licèt de ea non appareat, pp librorũ, et actuũ amissionẽ.

Postremo alia ratione aduersarij sunt exclusi. Quia uenditio D. Bernardini in D Ferdinãdum fuit de uoluntate q. Simonis facta, et ipse q. Simon dictæ uenditioni acquieuit, ex quo in executione pdictæ uenditionis dedit D Hieronymo D. Ferdinãdi fratri possessionẽ domus

50 et curtiui, † ut dicunt testes: exequendo enim actum, quis dicitur consentire, l. ad solutionẽ. C. de re iu. et est pulcher tex. in l. sed Iulianus. in §. fi. ff. ad maced. ubi exequendo actum, quis uidetur consentire, nec amplius põt cõtradicere, qđ et tradit Ang. cons. 314 inci. in nomine dñi statuto cauetur. Et ideo qui cõsentit uenditioni rei suę, sibi præiudicat l. cum quędam. C. de admi. tu. l sicut §. uenditioni. ff. qui. mo. pig. uel hy. sol. est tex. in l uẽditioni. C. pro emp. sicuti si quis cõsentit, legari rem sua n, ubi præiudicat. l. si quia fundũ per fideicõmissum, et ibi Bar. not. ff. de leg. 1. et hoc habet locum ẽt si uẽditio non esset suo nomine facta in præiudicium ipsius ratificantis, tex. est in l. mř. C. de rei uen. et declarat Bart. in l. j. §. sed et cũ qs ff. de ui. et ui ar. et Io. And in regu. ratum, de re iu. quę uoluntas, nedum uerbis sed et factis declaratur. l. Paulus. ff. rem ra. ha. l. reprehendenda. C. de institit. & substi. et ibi Iason plura allegat, subdens uoluntatem magis factis, quàm uerbis declarari, et idẽ tradit Deci. ibi. et Alex. cõsi. 127. 1. c. lib. 5. et similiter consensus, nedum uerbia sed et factis probatur. ita Socin. consil. 124. circa prin. lib. 1. et Bertrand. consi. 18. nu. 4. 3. parte.

quippe nolnntas est animi motus sine coactio ne, uel uoluntas est animi motus intelligentis
51 & acceptãtis.† ut dicit Bal. in l. in emeritis in 3. columna, uersiculo ueniamus ad quæstiones. C. de contrahen. emptio. idcirco quum Simon sciret uenditionem Do. Ferd nando factam, & sponte possessione tradẽdo eam fuerit executus, absque dubio uidetur consensisse, & sic sibi præiudicauit Quia qui consentit actui su per re sua inito uí cum celebrare. Bal in l si ut proponas, de ser. pig. da mann. Sicuti in simili uidemus, quòd si quis recipit literas creditoris requirentis creditum suum non dissentiendo, uidetur consentire, l. si filius & ibi Bart. ff. ad macedo. & Alexan in l quæ dotis. ff. soluto matrimo. et eius recipiendo pensionem, uidetur caducitatem remittere & consentire, glo. magna in l. secunda. C. de iu. emphyt. & ibi Bar. per Iasonem super illa glo. & recipiendo pensionem quis consentit locationi, Socin. consil. 125. circa princi. lib. 1. & Alexand. consi. 111. 2. col. libro quarto. ergo si per unicum actum quis uidetur consentire: quum Simon nedum sponte possessioni domus, & curtiui contentiosi, per d. Ferdinandum empti, cesserit, sed & per annos 28. uiderit d. Ferdinandum pacifice bona possidere, & nunquam in iudicio, nec extra reclamauerit, dubio procul dicendũ est, ipsum Simonem consensisse, quasi conscientia ductus petere nolnerit, ut in simili tradit Pan. cast. consi. 8 a. fin. col. namque scientia & patientia diuturnà inducit consensum, ita emi
52 a ncntissimus† doctor Alex. in l. ij. §. noluntate. 1. colu uersic. hoc tamen limita. ff. soluto matrimo. & Decius, & Alex. consi. 94. 2. col. lib. 7. consi. 409. nume 6. & 13. et ideo uidemus ex scientia, & patientia populi diuturna tacitum induci ipsius populi consensum, l. de quibus circa finem, cum materia. ff. de legib. & l. diuturna. eo. titulo, et per diuturnam scientiam & patientiam, cum allegatione tituli, acquiritur seruitus itineris, & alia etiam habens causam discontinuam. ut per glo. et Doct. in l. seruitutes la grande. ff. de seruitutibus.

Nequicquam pensi esse debet allegata Simonis paupertas, & timiditas. Quoniã ex plurimis testibus per D. Ferdinandum examinatis, numero, & honestate, ac dignitate præstantioribus, est probatum, Simonem, dum uiueret, fuisse uirum promtum, & sagacem, atque animosum, et officium procurationis in foro Vicentino exercuisse, et in uestitu, et uictu honestè & ciuiliter se habuisse, ex quibus luculenter constat, eum non fuisse in necessitate & miseria constitutum, ut obloquitur pars aduersa. Immo si ius habuisset in bonis, iuris remedijs experiri potuisset. Et præsertim, quia erat causidicus, & si pro alijs patrocinabatur, potuisset etiam in causa propria experiri.

Et testes aduersariorum loquentes de paupertate Simonis, licèt pauci & suspecti, possent saluari in tempore bellorum, et penuriæ quibus etiam multi alij ciues patiebantur, nt à falsitate et contrarietate excusentur.

Nec etiam parti aduersæ suffragatur, ꝙ dicatur D. Bernardinum fuisse armigerum et terribilem, tum quia apparet eum in nullo actu possessorio interuenisse: tum qnia etiam ex testib. per aduersarios productis constat D Bernardinum fuisse uirum probum et benignum erga omnes cum eo agentes, & nullam unquam uiolentiam commisisse Et præmissa etiam ratione persuasiua suadentur. Nam bonũ est argumentum à uerisimili, cap. quia uerisimile. de
53 præsump. & quod non est uerisimile, est quædam falsitatis† imago Bar. in l. j. C. de ser. fugi. sed minimè est uerisimile D Aloysiũ de Thienis iureconsultum præstantissimum, ac uirum egregium, & nulla non laude dignum, pro d. Bernardino intercedere noluisse, & ꝓ eo principaliter se obligare, nisi Do. Bernardinus ius, et facultatem uendendi habuisset.

Ex omnibus supra adductis luce clarius illustriusq; constat de nullitate. & maxima iniustitia sententiæ Spe. D. Vicarij contra Dominum Ferdinandum latę, et magis mala mens, malusq; animus perspicitur, qui nedum Do. Ferdinandum ad relaxationem bonorum petitorum condemnauit, sed et ad restituendum fructus perceptos & percipiendos, non obstãte ꝙ ipse D. Ferdinandus pro bonis petitis omni anno soluerit ducatos 22. pro pensione ip
54 sorum bonorum† ut per instrumenta & schedulas apparet, pro quibus de iure nullo modo potuit molestari, ut tradunt Bar. et Doctores in l. si urbana. ff. de condi. in de. ubi si quis conduxit à pdone, uel ab abbate intruso, & ei soluit pensionem liberatur etiam à uero dño, et idem tradit Alex in consi. 103. nu. 11. lib. 2. sed d. Ferdinandus cõduxit à D. Bernardino, et ei ac suis successorib. soluit, ergo omnino est liberatus. Et ulterius maior ẽt malignitas deprehẽditur, quia D. Ferdinandus uti temere litigans in omnibus expensis fuit condemnatus, quod ꝙ sit iniquissimum & absurdum, cuiq; faciẽ liquet & paucis cognoscitur. Nã de iure semiplena partis probatio: Item causa parandi actionem de euictione contra authores suos, ab expensis excusant, ut traditur per Doctores, maximè Iasonem in l. properandum, in §. sinautem alterutra. C de iudi. Sed D Ferdinandus nedum semiplenè, sed plenissimè suã probauit intentionem, et pręterea necesse habuit prosequi iudicium pro paranda actione de euictione contra suos authores. l. si ideo. ff. de euictio.

CON-

CONSILIVM D. FERDINANDI Thienæi nobilis Vicentini.

ARGVMENTVM.

¶De datione in solutum, & tenuta pro dotis restitutione.
De compensatione inducenda.
De legato cum onere agnoscendo.
Falcidiæ beneficio non utitur hæres inventarium non conficiens.
Hæreditas non adita, an & quando transmittatur.
Aditio hæreditatis quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Per hæreditatis aditionem acquiritur dominiũ.*
2 *Petitio hæreditatis. 33.*
3 *Dominium non transfertur absq; titulo habili.*
4 *Frustra iudex imploratur, si lex annullat.*
5 *Interrogatio debet præcedere num quis sit hęres.*
6 *Tenuta non ualet sine citatione.*
7 *Citatio requiritur in quolibet actu ꝓiudiciali. 11*
8 *Statutum Mirandulanum de citatione, & tenuta. 14. 22. 29. 39.*
9 *Defectus citationis probatur ex actis.*
10 *Sñia est ꝓferenda super quibus lis est contestata.*
12 *Decretum iudicis requirit causæ cognitionem.*
13 *Vbi requiritur cãę cognitio, citatio est necessaria.*
15 *A forma legis, uel statuti non est recedendum.*
16 *Verbum, uidebitur, et placuerit. 18.*
17 *Statutum est pars iuris ciuilis.*
19 *Verba multiplicata & iterata.*
20 *Verba, ubicunque uidebitur, uel uisum fuerit.*
21 *Parisius reprobatur.*
23 *L. fin. C. de iure dom. impetr.*
24 *Priuilegiat° qũ ĩtelligitur in casib. à iure exꝓssis.*
25 *Regula statur nisi contrarium doceatur.*
26 *Excussio an requiratur in hypotheca.*
27 *Priuilegium cessat contra pariter priuilegiatũ.*
28 *Lex generalis non derogat priuilegio.*
31 *Iuramentum intelligitur secũdum naturã actus.*
32 *Iuramentum non transit ad hæredem.*
34 *Confirmatio actus inualidi quando prosit.*
35 *Fructus ꝑcepti ab usufructuario nõ restituũtur.*
36 *Compensatio non fit nisi parte petente.*
37 *Consuetudo terræ, uel loci spectanda est.*
38 *C. salubriter, de usuris.*
39 *Agnoscẽs legatum debet etiam agnoscere onus.*
40 *Legatarius quãdo sine interpellatiõe fit in mora.*
41 *Falcidia quando detrahatur. 57*
42 *Aditio hæreditatis ex quibus inducatur. 47. 49*
43 *Hæreditas non adita non transmittitur.*
44 *Aditio hæreditatis probanda est.*
45 *Ex dissensu non inducitur consensus.*
46 *Declaratio uoluntatis, an transeat ad hæredes.*
48 *Quod deficit in fide, supplet numerus.*
50 *An per testes, & quando probetur aditio.*
51 *Testes singulares. 53. 54*
52 *Testes de diuerso loco, & tempore.*
55 *Testes debent deponere uerisimilia.*
56 *Interusurium dotis.*

CONSILIVM CXXVII.



COR mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis, ut ueritatem iustaque enunciare ualeam. In causis & controuersijs ortis, inter nobiles dños Galeotum. q. Do. Francisci de Pedochis, et dños Nicolaum & Antoniũ filios q. D. Thomasini de Pedochis nobiles terræ Mirãdulæ, hæredes ex testamento q. magnifici D. Antonij de Pedochis, suo & aliorum cohęredum nomine ex una, et magnificum D. Cæsarem de Pedochis suo, & nobilis Dñę Eleonoræ eius uxoris nomine ex altera. Interuenientibus ẽt hæredibus q. nobilis D. Orsolinę olim uxoris prędicti q. D. Antonij, nec non hęredibus. q. D. Alexãdri de Pedochis. Consultus ego Ferdinandus de Thienis iurium doctor, & eques Vicẽtinus nomine magnifici D. Prætoris Mirandulæ. Visis & diligẽter perlectis themate, dubijs, & omnibus scripturis ad me trãsmissis, uisis quoq; ac studiose animaduersis consultationib. & allegationib. clarissimorũ iurisc. utrinq; exhibitis qui subtiliter elegauter & copiosè adeo causas ipsas enucleauerunt, ut nihil ad dicendũ super esse uideatur, dubia mihi proposita pro ueritate expedire, ac diffinire curabo.

Ad primum igitur quæsitum rñdeo, ꝓfatum D. Cęsarẽ suo, & Do. Eleonoræ uxoris nõĩe teneri, & obligatũ esse dimittere, & relaxare præfatis D. Galeoto & Dñis Nicolao & Antonio de Pedochis, hẽdib. antedictĩ. q. D. Antonij de Pedochis, & alijs eorũ cohęredib. pro suis portionibus hẽditarijs illas duas petias terræ bubulcarũ 32. uel circa, de quib. in instro dotali D. Eleonorę anni 1521. & in tenuta D. Cęsaris anni 1527. ac in datione in solutum anni 1532. soluentib. tñ dictis hẽdib. eidẽ D. Cęsari scutos 250 ꝓ residuo dotis d. D. Eleonorę, et hoc plurib. rationib. Et ꝓsertim qm clarũ eit dictas petias terræ fuisse in bonis d. q. D. Antonij, ac ꝓ eũ tpe eius uitę, & mortis fuisse possessas, & eo defuncto in eius remãsisse hẽditate: Vnde ꝓfatis D. Galeoto, & consortib. † postea hẽditatẽ ipsius q. D. Antonij adeuntib. do' miniũ earũ fuit qũitũ. l. cum hẽdes ff. de acqu. poss. et ẽt si ex interuallo sit adita hẽditas, oĩa hęredũ iura perinde habentur, ac si continuo post mortem hæredes extitissent. l. omnia ferè iura. ff. de reg. iur. l. hæres quandoque. ff. de acqui hære. idcirco prædictis hęredibus cõpetit petitio hæreditatis ad consequenda dicta bona hæreditaria. l. regulariter. ff. de pet. hære. quæ competit † etiam pro rebus particularib, licẽt minimam. ff. de pet. hæredi. et hoc non

obstante dicta tenuta per dominum Cæsarem accepta, esto quòd legitimè fuisset accepta. Quoniam per tenutam à creditore acceptam, solum possesio fuit acquisita, ut tradunt glo. & Doctores in l. cum notissimi. §. 1. C. de præscrip. 30. uel 40. an. & per Barto. in l. si de eo. in principio. ff. de acquiren. possess. et per Alexan in l. j. §. per seruum corporaliter. ff. de acquir. possess. et non dominium, quod non transfer-
3 tur absque titulo † habili l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. do & per Alex. consi. 73. libro 2. per dictam igitur domini Cæsaris tenutam cẽsetur in eum possesio iure pignoris translata, non iure dominij. l. j. & ij. C. si in causam iudi. pig. Anania post Butrium in cap. 1. 2. notabili. de usuris. Alexan. in apostillis ad Bart. in dicta l. cum notissimi, pignus quippe remanet in bonis debitoris. l. pignus in bonis. C. de pigno. actio. & l. neque creditores eo. titulo. per dationem autem in solutum à parte, uel à iudice factam bene transfertur dominium l. cum domi nam. C. de pigno. & l. si prędium. C. de euictio. & tradit Bar. in l. si finita. §. Iulianus in fine. ff. de damno infecto. et Decius consi. 308. in fin. et rursus assignatio, & adiudicatio in solutum anno 1532. Domino Cæsari per mag. dominum Potestatem facta minimè obstat. Quoniam dictus actus, tanquam nullus & inualidus, nullius pensi esse debet. l. quarta. §. cōdem natũ. ff. de re iudi. caretque nomine, & effectu l. à nullo. C. de ferijs. et est trita iuris regula, nullum præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, & tradit diffusè Felyn in capitulo ex tenore. 3. col. & sequentib. de rescriptis. & de actibus iudicialibus inualidis, quòd nullum debent sortiri effectum, tradit Bal. in l. j. C. ne ex delictis defun. et Soci. consi. 18. lib. 1. ubi subdit non esse necessarium intentare aliquod remedium annullatiuum. Quia
4 cum lex † hoc faciat, non est necesse peti à iudice, & in terminis quòd adiudicatio in solutũ nulla non habeat aliquod præstare impedimẽtum, tradit Alex consi. 5. lib. 2. et ideo pro sententia nulla non obstat exceptio rei iudicatæ, nec quoad impediendum processum, nec quo ad merita. Nec etiam est necesse in rescripto de sententia nulla mentionem facere. ut tradit Alex. consi. 41. lib 4. quòd autem dictus actus dationis in solutum fuerit, & sit nullus, pluribus demonstratur rationibus. primo quando petitur executio in bonis, uel in persona contra aliquem uti hæredem, prius requiritur liquidatio, quòd ille sit hæres, secundum Bald. in l. p diuersas 10. q. C. mādati. et tradit Alex. consi. 83. lib. 2. & in l. postulante. in princ. ff. ad trebel. ubi plura allegat, in 2. & 3. col. et per Decium consi. 449. at D. Cæsar non liquidato, nec aliter declarato, qui essent d. Antonij hæredes, processit ad executionem, & à iudice tenutam, & dationem in solutum obtinuit, nolens causa non cognita ipsos D Antonij hę redes dictarum petiarum terræ dominio priuare, ergo omnia sunt nulla. Debebat enim d. Cæsar contra hæredes scriptos interrogato-
5 rium, si uolebant † esse hæredes producere iuxta. l. j. & toto titulo. ff. de interro. actio. & tradit Alex. in d. consi. 188. uel saltem debebat facere decerni curatorem hęreditati iacenti, ut per Alexan. consi. 100. lib. 4. nam contra hereditatem iacentem non potest deueniri ad secũdum decretum, non dato curatore ipsi hęreditati iacenti, ut per Alex. in l. iiij. §. prętor, pe. col. ff. de damno infecto. & in l. si constante. §. fin 1. col. ff. soluto matrim. alia etiam ratione prædictæ dationis in solutum clara nullitas pro-
6 batur. Quia apparet nullam † interuenisse dictorum hæredum citationem. Solum domini Galeotus, & Nicolaus & Antonius ex scriptis hęredibus fuere pręsentes, quando Do. Cæsar die 22. Augusti 1532. quãdam in iudicio produxit scripturam, Qua petebat tenutam suam anno 1527. acceptam confirmari. Et postea idem Do. Cæsar suo & uxoris nomine die 7. Octobris dicti anni 1532. citata tantum Do. Orsolina relicta dicti q. Do. Antonij, & bonorum suorum usufructuaria, alteram produxit scripturam cum exhibitione instrumenti dotalis, & testamenti D. Antonij, item tenutę dictarum petiarum terrę, petendo dictam tenutam confirmari pro scutis 250. pro residuo dotis D. Eleonoræ, dictasque petias terrę, sibi in solutum assignari pro dicto residuo dotis. Et eodem instanti magnificus D. Prętor, uisis prędictis scripturis, et nõ uisis responsionibus D. Galeoti, et aliorum coherędum prędictam cõfirmauit tenutã, ac eidem D. Cęsari dictas petias terrę in solutũ assignauit, et adiudicauit, pro dicto credito dotali scutorũ 250. et sic apparet p̃dictos hęredes D. Antonij, nullo modo ad actũ prędictum dationis in solutũ fuisse citatos. Ergo dictus actus oĩno fuit nullus, quũ
7 in quolibet actu p̃iudiciali requirat̃ citatio. l. de unoquoq;. ff. de re iud. quę citatio est naturalis defensio, nec à principe remitti põt, clem. pastoralis. de re. iu. et ibi per oẽs scribentes. Nã in illo textu annullatur imperatoris sñia. Quia parte non citata, uel non legitimè citata lata fuerat. Et latè tradit Marsilius in repeti. dictæ legis, de unoquoq; 1. & 2. col. ubi latè concludit, hoc ẽt p̃cedere in sñia interlocutoria p̃iudiciali. & q̃ in datione in solutũ per secũdum decretũ requirat̃ citatio, est text. in l. creditor. C. de di. pigu. et in l. fi. C. de bo. au. iu. po. tradunt glo. et Bart. in d. l. si finita. §. Iulianus. Inno. Io. And. Abb. et alij in c. 1. de eo qui mit. in pos. et magr̃aliter Spe. in tit. de 2. decre. §. 1. circa prin. ubi

ubi declarat requiri citationē personalem, uel ad domum, uel per proclamata. Et id etiam requirit statutum Mirandulanum. Et ideo non sententia ob omissam citationem est nulla, sed et decretum iudicis, ut per Decium consil. 606. nu.9.11.& 12. et quamuis quidam ex hæredibus D.Antonij ut supra fuerint præsentes primo actui diei 22. Augusti 1532. Non tamen potest sustineri dictus actus dationis in solutum diei 7.Octobris dicti anni. Quoniā quando est facta citatio ad unum actum, & actus ille expeditur in qualitate uel substantia aliter, quàm in citatione sit expressum, non ualet, ut tradit Bar. in l.aut qui aliter.in princi.ff. quod ui aut clam. et Butrius in c.cum dilecta. de dolo, & con.& Decius in dicto consi.449. 1.col. & Felynus in capitulo primo, pen.colu. de iudicijs. Et si citatio fuit facta una die, uel una hora, & alia expediatur actus est nullus. Bar.in l. fin.§. si.ff. quod ui aut clam. et sequuntur Butrius, Abb.& Felynus in d.cap.1. de iudicijs, et per Doctores in c.consuluit.de offic.deleg. & per Iasonem in l.j.§.editiones.ff.de edendo.et latè per Bologninū in reper.d.§ Iulianus. post Bart.nu.31. et defectus citationis probatur ex actis.c.quoniam cōtra.de proba.& tradit Decius consi.483.num.5.& 6.

9 † sed in proposito prædictus dationis in solutum actus absque ulla citatione fuit factus, & 45. dierum interuallo interueniente, et ualde diuersus fuit in qualitate & substantia, ergo omnino fuit, & est nullus. Neque D. Cæsari suffragatur citatio D.Orsolinæ usufructuariç.quia secundum decretum factum contra usufructuariam operatur solum quo ad commoditatem usufructus, ut per Bart in l.si finita. §. si de uectigalibus.in quinta quęst.ff.de damno infecto.& finitur morte usufructuarij, secundum Alex.in l.ij.ff.si ex no. cau agatur. Et sic dictum secundum decretum non præiudicat hęredibus D. Antonij habentibus ius in re, absentibus, & nō citatis, ut dicit Bar.in l.in noxalibus.per illum textum.ff.de noxalibus.

Præterea aduertendum, quia prædicti Dñi Galeotus, Nicolaus & Antonius de pedochis hæredes scripti, ut supra, contradixerunt requisitioni præfati D.Cæsaris, et eis petentibus à iudice fuit statutus ad respondendum terminus dierum trium iuridicorum, qui die 30. Augusti comparentes suas produxerunt responsiones pręsente dicto domino Cæsare, in quibus fuit petitum instrumenta crediti, et tenutæ produci, et tenutam reuocari, et se à petitis, uel ab obseruatione iudicij absolui: & tamen antedictus dominus Cęsar, aliter causa non cognita, nec aliter prędictorum comparentium euacuata contradictione, immo nec aliter uocatis Domini Antonij hęredibus, sed tantum domina Orsolina citata ad dictam dationem in solutum, malè tamen et nulliter, processit. Nam lite super dicta intentione do-

10 mini Cęsaris contestata, † proferenda erat sententia. ut est tex.in auth qui semel C.quomodo et quando iud.et l de qua re cognouit iudex.ff.de iudicijs. et fraudulenter dominus Cęsar uidetur dationem in solutum obtinuisse, spreta aduersariorum requisitione et contradictione. Quod minimè fieri potuit, ut dicit Alexander in dicto consilio quinto, prima colu. in fine, libro secundo. et prędicta in fortioribus terminis declarat Bal. in l.ij.decima quęstione.C.de ser.& aqua. Dicens, quòd si creditor uigore pacti poterat accipere possessionē rei pignoratæ propria authoritate, et adijt iudicem, & coram eo fuit iudicium cœptum, nō potest à iudicio recedere, & ingredi propria auctoritate, ne sit in potestate creditoris illud euertere. Et idem tradit Iason in l.ij. 40. columna. C.de iure emphyteut et Negusantius in tractatu de pignoribus, quarta parte. numero uigesimoquinto. et sic nullo modo prædicta

11 datio in solutum defendi potest. † Et pręmissa etiam probantur, quia quando debitor est semel citatus & non comparet, tamen sine noua citatione non potest ad ulteriora procedi, secundum communem opinionem, ut tradit Alexand. in dicto §. Iulianus. decimasexta columna. Quanto magis ergo requirebatur noua citatio, quando debitores comparent, & contradicendo petunt acta per creditorem gesta reuocari.

Vlterius etiam demōstratur prędictam dationem in solutum fuisse, et esse nullam. Quia in huiusmodi datione in solutum, ex secundo decreto requiritur causę cognitio, ut tradunt Specul.in dicto titu.de secundo decreto.§.primo, circa principium.et Bar. in dicto §. Iulianus.et ibi latè per Bologninum numero 32. &

12 ideo decretum iudicis, † absque causæ cognitione interpositum est nullum maximè, quando concernit alienationem, uel renunciationem secundum Bal. et Salyc. in l.j C. si aduer. dona.et exclamat Aretinus in § tripli institut. de actionibus, in tertia colu.& per Fely. in cā. ecclesia sanctę Marię.de consti.num. 17.et tamen ille magnificus Pręior uelo leuato, non citata parte, non nisis defensionibus hęredum D.Antonij eodem instanti ad dationem in solutum processit, quo casu ex tanta tēporis breuitate non censetur interuenisse causę cognitio, & actus redditur nullus secundum Bar.in l.prolatam.in fin. C.de sent. et interlocu. omnium iudicum.et tradit Alex.conf.33.lib.1. et subdit ibi Alex.hoc ꝓcedere, nedum in diffinitiua, sed ēt in interlocutoria ꝑiudiciali. et idē in omni actu, in quo requirit causę cognitio

secundum Alex.consi.210.pen col.lib.2. et la tißime per Felynum & alios in d. c. ecclesia S. Mariæ.quòd etiam non interuenerit causæ co
13 gnitio clarè demõstratur,quia ante † omnia, ubi requiritur causȩ cognitio,citatio est necessaria eorum qui habent interesse l.in causæ.§. causa cognita.ff.de minoribus.et tradit Bal. in l.ea quæ.secunda colu.C.quomodo & quando in.et Soci.consi.246.3.col.lib.2. et requiritur liquidatio crediti, sed non potest dici creditũ liquidatum, ex quo parte dictorum hæredum fuit petitum instrumentum crediti dotalis in iudicio produci uel exhiberi, nisi instrumentum sit in iudicio productum . & datus parti terminus ad opponendũ. & instrumento fides per iudicem sit imposita. Ita egregiè Barto.in extrauaganti ad reprimẽdum,in uerbo de plano,uersicu. & per hoc dico . Et tradit pulchrè Romanus consi.519. et per Iasonẽ in l.ait prætor.§.si iudex nu.21.ff.de re iudic.denique alia ratione prædicta datio in solutum fuit nulla.
14 Quia facta fuit † non seruata forma statuti Mirandulani, quo multum solenniter ex mente iuris tradita fuit forma , quã creditores in accipiendis in solutum bonis debitorum in tenutam acceptis seruare debent. Primo enim requirit statutum debiti liquidationem . item debitoris admonitionem in persona,uel ad domum, uel per proclamationes super scalis palatij factas, item bonorum æstimationem per æstimatores eligendos faciendum,quæ statuti forma in exequendo , & in accipiendo rem in solutum ad unguem est seruanda ,glo. in l. fin.C.de iure do.impe. quam ibi notat, & declarat Bal & ideo cum non fuerit dicta forma seruata,actus est nullus secundum Bal.in l.ordo.2.colu.C.de execu.rei iud. et tradit Bal. in l.ij.ultima colu. C . quomodo & quando iu.et Decius consi.10 et generaliter quando est da-
15 ta aliqua forma à lege uel statuto,†quod si nõ seruetur actus redditur nullus, est tex. nulgatus in l.cum hi.§. si prætor. ff. de transactio.& ibi per Doctores. & solenniter tradit Felyn.in capitulo cum dilecta.de rescriptis.quæ conclusio procedit etiam in foro conscientiæ , ut per Fely.in capitulo canonũ statuta.18.col.de constì.& remitti non potest,ut per Fely. in c. cum accessissent 6.colu.de constitu.

Et si diceretur Dom. Cæsarem uigore prædicti instrumenti dotalis facultatem habuisse accipiendi tenutam propria auctoritate, et eã in solutum retinendi, prout ei uidebitur & placuerit.l.formam. Respõdeo prædictam facultatem faciendi propria auctoritate respicere modum accipiendi tenutam , & possessionem quæ est modici præiudicij , nõ autem modum accipiendi in solutum. Quia tunc contrahentes se remiserunt ad arbitrium d. Cæsaris non liberum , sed uti boni uiri per illa uerba uide-
16 bitur & placuerit . † Quæ important arbitriũ boni uiri l.continuus.§. cum ita.ff. de uerborũ oblig.l.thais.§.sororem ff.de fideicõmis.liber. et tradit Bart in extrauaganti ad reprimendũ. in uersic.uidebitur. et in l.creditor . §. Lucius. ff mandati.et per Doctores omnes in l.si sic.in princip.ff.de legatis primo. et per Corneum consi.302. 1 colu.lib.4. et per Decium in cap. si pro debilitate. de offic. delega. penult. colu. ubi ait nullum contradicere. Vnde cum facultas accipiendi in solutum à cõtrahentibus fuerit in d. Cæsarem collata , per uerba arbitrium boni uiri significantia, tunc absque dubio debet intelligi de arbitrio à ratione regulato, & prout bonus uir esset facturus, & debet seruare regulas iuris, nedum naturalis & gentium, sed etiam iuris ciuilis, ut latè declarat Bart. in dicto uerbo uidebitur. et latè tradit Iason in d.l.si sic.in princ.num.26. ubi plura allegat. et sic d.Cæsar debebat suæ patriæ statuta serua-
17 re. quæ † sunt pars iuris ciuilis. l.omnes populi.ff de iust.& iure. et ueniunt appellatione iuris, ut per Ias.in repeti. dictæ l. omnes populi. nume.20.& sequentibus. immo contrahentes uidentur uelle conformare, & regulare mentẽ & contractum suum secundum formam iuris & statutorum suæ patriæ, secundum Bart.in l. iurisiurandi.§.si liberi.ff.de ope. lib. & per Bar. & Docto.in l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad trebellia.& ibi per Alexan.latè 5.& 6.colu.& latè Cardi. Alexandrinus in c.1.in princip.de feudi success. ubi ponderando illum textum quẽ dicit aureum ponit regulam . Quòd contractus recipiunt interpretationem pasiuam à iure & statutis, ut ibi.& per Iaso. in l.post dotem numero 32.& 33.ff.soln.matrim.& in d.l.omnes populi nu.31. Nec præmisis refragatur quorundam Dominorum consultorum argumentatio inquientium, per dicta uerba multiplica
18 ta † uidebitur,& placuerit concessam fuisse D. Cæsari liberam disponendi facultatẽ per l.balista.ff.ad treb.& huius opinionis adstipulatorem habent. Parisium consi.70.3. col.lib.3. & Crauetam consi.105. nu.4. nam ab his consultoribus,& clariss.D.Parisio longè dissentio:ea quidem ratione, quoniam uerba multiplicata augent significationem uerborum prolatorũ ut dicit Alex.consi.91.nu.3.lib.6. et sic per dicta uerba geminata,magis enixè uidetur requiri arbitrium boni uiri,non autem inducunt diuersum & contrarium effectum, ut libera uoluntas concessa uideatur, pro quo allego text. in l.cum ita.in princ.ff. ad treb. nam si testator mandat hȩredem restituere,quæ ad eum ex hȩreditate peruenerunt , non ueniunt fructus. Et idem si mandat restitui,ea quæ ex bonis peruenerunt. Et si ista uerba sunt multiplicata,

quia

quia grauatus fuerit hæres restituere quicquid ex hæreditate, & bonis peruenerit. lex. ibi dicit,
19 quòd † etiam tunc non ueniunt fructus, ut declarat Alex. in d. l. ballista. fi. col. uersiculo non obstat quòd hic fuit, & ꝙ prædicta uerba multiplicata, uidebitur & placuerit, importent bo ni uiri arbitrium tradit Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, & Decius consil. 493. nu. 16. & 17. & idem clare tenet Corneus consil. 302. 3. col lib. 4. ubi ait non negare quòd ista uerba multiplicata uidebitur & placuerit, importẽt arbitrium boni uiri, & ter repetit dicta uerba importare arbitrium regulatum, & eandẽ sententiam clare tradit Romanus consil. 55. & in fortioribus terminis idem tradit Felyn. post Butr. & Abb. in c. 1. nume. 16. de iudicijs, dicẽs
20 ꝙ illa uerba † ubicunque uidebitur, uel uisum fuerit importãt arbitrium boni uiri. Quinimo, etsi cum uerbo importante arbitriũ boni uiri esset adiectum uerbum uoluerit, importans libram uoluntatem, ut si diceretur, ut uidebitur & uoluerit, demõstratur arbitrium boni uiri, quia illud uerbum uoluerit, recipit declaratio nem à uerbo uidebitur. Ita eleganter Bar. in d. uerbo uidebitur, uersiculo sed quid si apponũtur, & ex hoc infert Alex. in d. l. si sic in 2. col. ꝙ illa uerba pro tuę uoluntatis arbitrio, inducũt arbitrium boni uiri, & sequitur Ias. ibi nu. 31. plus dicit Alex. in d. l. si sic, 1. col. quòd illa uerba facias quicquid tibi uisum fuerit, importãt arbitrium boni uiri. & allegat Butrium, Imo. Lapum, & Geminianũ ita tenentes, ex quo apparet Ruynum male sentire aliud dicentẽ con silio 222. 1. col. lib. 1. Non obstat modò allega
21 tum consilium Parisij, quia Parisius satis frigi de monetur per dictã l. ballista, & similia, quæ non faciunt ad propositum. Nec etiam obstat consilium Crauetę, quia errore lapsus fuit, ex quo pro sua opinione nil aliud allegat nisi dictum consilium Cornei contrarium in effectu dicentis, ut supra dixi, & error depręhenditur quia in principio tertię col. Corneus dixerat illa uerba arbitrio hæredis, & ut ei uidebitur, & placuerit multiplicata, debere aliquid operari non tantum in modo dispensandi, sed etiã in qualitate arbitrio tamen suo regulato.

Præterea etiã si essent prólata uerba liberã uoluntatem importantia, hoc in casu uidetur arbitrium regulatum, & uti bono uiro uideretur concessum: quia quando quis cõmittit aliquid in liberam uoluntatem aduersarij intelligitur de arbitrio boni uiri secundũ gl. & Bart. in l. pen. ff. de arbitris, & tradunt Alex. & Ias. in d. l. si sic in princ. nu. 31.

22 Amplius † non obstat aliud fundamentum à quodam doctißimo consultore adductum Mirandulanum statutum non comprehẽdere causam dotis per doctrinam Salyc. in l. fi. C. de iure dotium dicentis, quòd statutum annullãs instrumenta non registrata non compręhẽdit instrumenta dotaliã, sequitur Ias. in l. 13. nota bili. ff. sol. matr. Et dominus Antonius Negusantius in suo tractatu pignorũ in primo mẽbro octauę partis. nu. 23. Soc. consi. 46. libr. 4. Quoniam prædicta Salyc. opinio non uidetur uera, & eam eleganter reprẽndit Decius consilio 15. & consi. 301. & in l. 1. ff. de reg. iuris, & in l. 2. C. unde liberi ubi pulchre declarat, & dicit ita fuisse Florentiæ iudicatum, & istam senten tiam commendat, & dicit uerißimam Socyn. Iunior consi. 12. nu. 12. & sequentibus in secũ-
23 da parte, & mouetꝰ Decius † optimis rationibus, quòd illa lex fin C. de iure do. non probat opinionem Salyc. Sed potius contrarium. Et hoc non negat Negusantius. Item etiam mouetur Decius solida ratione, quòd lex uel statutum generaliter loquens comprendit causas priuilegiatas, nisi de speciali appareat priuilegio l. in fraudem. §. fi. & ibi notat Bal. ff. de testa militis. Quam rationem optime confirmo:
24 quia † priuilegiatus, ut pia causa nõ utitur priuilegio nisi in casibus à iure expreßis, ut dicit Salyc. in l. 3 5. col. C. de sacrosan. eccle. Et ita egregia tradit Alex. in consi. 182. super eo, circa principium lib. 5. & Curtius Iun in l. pactũ quod dotali 2. col. C. de pactis, & Decius ibi, & ita pulchre declarat Parisius consil. 174. nume. 19. & 20. lib. 3. licet prædicta non alleget, pro quo etiam allego in terminis glo. ord. in l. à diuo pio. in princip. in glo. magna circa prin. ff. de re iudicata dicentem, quòd licet delegatus principis multa habeat priuilegia, tñ ubi non reperitur expressum, utitur iure commu-
25 ni. Item † confirmo, quia semper debemus stare regulæ nisi doceatur esse in casu speciali, ut tradit Barto. in l. 2. in prin. in 2. col. ff. siquis in ius uoc. non ierit, & ibi latißime Ias. extendit nume. 31. & Ias. in d. l. à diuo pio. in prin. & Decius in d. l. 1. ff. de regulis iuris. Præterea dicta opinio Salyc. & aliorum confunditur ex communi doctrina Bar. Alex. & aliorum doctorũ in l. si constante in prin. ff. sol. mat. concludentium dispositionem auth. hoc si debitor. C. de pigno. quòd non poßit agi hypothecaria contra tertium possessorem nisi prius excusso debitore principali, habere locum, & in dote, & tamen uigore legis antiquę poterat agi hypothecaria expressa contra tertium, nulla facta excusione contra debitorem principalẽ l. psecutione. C. de pigno quæ sententia in iudicando, & consulendo est seruanda, ut dicit Ias. in d. l. si constante, & Negusantius in loco præallegato.

Neque obstat imbecillis ratio per eundem
26 Negusantium adducta, ꝙ † per legem ueterẽ in tacita hypoteca requirebatur etiam in dote excusio,

excussio: quia text.in d.l.persequutione, & in
d.auth. hoc si debitor, loquuntur in hypoteca
expressa.

Et præmissis non obstat consilium Bald.in
cipiens quemadmodum imperator, nec consi.
Soc.46.lib.4.Nam ibi cõcludunt, quòd dispo-
sitio l.bene à Zenone. C. de qua.præsc.qua ca-
uetur, uenditionem à Principe, uel fisci factam
inuiolabiliter quo ad emptorem seruandã esse,
non habet locũ in dotibus, ea præcipue ratio-
ne, quia dispositio illius legis nõ est generalis,
sed speciali priuilegio principis, & fisci. Soc.d.
27 consi.46.nu.25 & ratio mihi uidetur esse† qa
priuilegiatus, ut fiscus non potest uti priuile-
gio contra pariter priuilegiatum l sed & mili-
tes.ff.de excu. tut. & notant Iaco.de Are.Bald.
& Imol.in l.cum pater.§.euictis. ff. de leg.2.Et
tradit Soc.Iun consi 74.nu.21 lib.1. At nos tra
ctamus, an iura posteriora generaliter loquen-
tia comprendant personas alias priuilegiatas,
& tunc clarũ est, quòd sic, ut solenniter tradit
Decius in d l.2. & in dictis cõsilijs, & quamuis
Soc.in d.consi.46. alleget dictam Saly. doctri
nam, tamen mouetur alijs efficacioribus ratio
nibus, & incidenter pro exornatione cõsilij al-
legauit dictum Salyceti |Denique cõtra dictã
sententiam Salyc. & aliorum urget doctrina
glo.& Bar.in l.decurionibus.per illum text.C.
de silentiarijs, libro 12.& Bal.in l non plures.in
fine.C.de sacrosan. eccle dicentium legem se-
28 quentem generaliter loquentem † non dero-
gare priuilegijs nec iuribus specialibus in iure
concessis, nisi fiat specialis mentio. Et hanc re-
gulam tradit Soc.consi.153.10.col.lib 2.& la-
te prosequitur Ruyn.consi.221. nu.9.lib.3.&
Soc.Iun.consil.131.nu 45.lib. 1.& tradit Ias.
in l.1.4. notabili.ff.solu. mar. & in l.sciendum
in prin post glo.& Bart.ibi. ff.qui sa.cog.unde
si iura posteriora generaliter loquentia non ui
dentur derogare legibus ius speciale, & priuile
giatiuum continentibus cõprehendunt causæ
etiam alias priuilegiatæ Et secundum hanc di
stinctionẽ saluari potest dicta doctrina Salyc.
ut dicit Decius in d.l.2.

Sed esto, ꝙ simpliciter tenenda esset senten-
tia Salyc. & Negusantij equidem procedit, &
habet locum quando statutum esset iuris com
munis correctoriũ, uel à iure exorbitans, put
in his terminis loquitur Salyc.in statuto annul
lante instrumenta non registrata, sed nos non
sumus in statuto correctorio nec à iure exor-
bitãte, immo † fauorabili ad fraudes credito-
29 rum coercendas. Nam † ut dixi, de iure com-
muni in datione in solutum ex secundo decre-
to requiritur causæ cognitio quæ causæ cogni
tio uersatur, ut fiat coram iudice l.1. & 2.C.de
iur.do.impe.quòd fiat præsente parte, uel legi
time citata l.creditor.C.de pigno.& fiat exami
natio.l.si C.de bon.au.iu.pos. Prędictum ergo
statutum est potius iuris communis declarato
rium, & exequutiuum quàm noui iuris intro-
ductorium, & ideo tenaciter quoad omnes est
seruãdum ex quo principaliter est introductũ
ad fraudes creditorum euitandas, ut in simili
statuto dicit Dec.in d.consi.5.in fine per iura
ibi per eum allegata, iura enim fraudes ualde
abhorrent l cum hi §. sed cum lis. ff de transac.
& ibi per doct & l non dubium. C.de legibus,
& ibi per Iasonem. Præterea aduertendũ, quia
si statutum de quo meminit Salyc. obseruare-
tur in dotibus, de facili miserę mulieres suis do
ribus priuatę remanerent, si ignorantia, uel ne-
gligentia instrumenta dotalia non facerent re-
gistrari, sed statutum de quo agitur non tẽdit
ad præiudicium mulierum in dotibus, sed ad
conseruãda credita, & ne debitores bonis suis
fraudentur. Longa autem est differentia dãni,
& lucri l.fin.C.de codicillis.
30 Insuper† alia statuti obiectio satis imbecil-
lis mihi uidetur, dum dicitur, uerba statuti lo-
qui in subhastatione, & non posse in casu no-
stro uerificari, quoniam ex forma prędicti sta
tuti duplex remediũ habet creditor, uel facien
di bona in tenutam accepta subhastari, & hæc
uerba statuti non possunt in hoc casu uerifica-
ri, aliud remedium habet creditor accipiendi
bona in solutum, & præcise sumus in hoc casu
quod statutum tenebatur ad unguem seruare
D.Cæsar, & citatis debitoribus secundum for
mam dicti statuti debebat creditum suum liq-
dari facere, & insuper facere bona ęstimari per
ęstimatores eligendos, & deinde in solutũ ac-
cipere, sed nihil illorum D.Cæsar facere cura-
uit, ideo omnia sunt nulla, ut supra declaraui.

Non obstat modo, quòd in dicto instrumẽ
to dotali interuenerit iuramentum, quoniam
iuramentum intelligitur secundum naturã cõ
tractus super quo interponitur l.fin.C.de non
31 num.pec. Per † quem text Bal. & Oldr.ibi di-
cunt iuramentum præter consensum nihil ad-
dere nisi religionis uinculum, & tradit, & de-
clarat Dec.consil. 240. ante finem, & ex dicto
tex.in d.l.fin Bar. multum notabiliter in l.siqs
pro eo.fin.col. ff.de fideiussoribus, infert, ꝙ si
consensus partis interuenit certo modo, uel cũ
certa conditione, eodem modo intelligitur
iuramentum, quia non extenditur nisi quate-
nus est consensus. Vlterius iuramentum est p-
32 sonale, & non † transit ad hæredes l. generali-
ter, & ibi glo.Bar. & doctores.C.de rebus cre.
& iure iurando.

Denique nõ obstat, si diceretur, petitionem
hæreditatis non dari contra titulo posidentẽ
l.2.C.de pet.hære Nam dicta regula non pro
cedit, quãdo titulus est nullus, uel habetur pro
non titulo. l nec ullam.ff.de pet.hæred.& glo.
in d.l.2.

In d.l.2.in glo. magna in fi. & ibi per docto.&
33 tradit † Alex.consi.147.nu.3.libr.7.& titulus nullus habetur pro non titulo, Alex. consi.46. lib 3. Et Ruyn consi.26.in fin.lib.3. Abbas,& Felyn.in c.de quarta num.8.de præscriptio.& Fulg.consi.190.ubi tradit dationem in solutu nullum effectum nullum habere.

Sed restat adhuc unus scrupulus,quia ius dicens potest dationem insolutum nullam confirmare si concedenda erat,sicuti sententiã nullam confirmare potest.Bart.Ang.& Imo.in l. si expresim.pen.col.ff.de appellationibus. Et tenuta nulla confirmari potest secũdum Ang. & Alex.in l.si finita in princ.ff.de damno.infec. & per Decium consi.449.nu.8. sed respondetur prædicta procedere quando uicium est solum in sententia,puta quia dic feriata, uel parte non citata, secus si defectus nullitatis concerneret etiam processum secũdum Butrium Imo.& Abb.in capitu.cum dilecti.de emp.& uend.& tradit Alex.consilio 79.libr.2.& meli. consi.53.lib.5.3.& 4.col.ubi loquitur in adiudicatione in solutũ quæ confirmari non põt si uicium concernit processum, ut ibi late.In ca-
34 su nostro † defectus nedum concernit ipsam adiudicationem in solutum, sed etiam processum,ut superius seriose fuit declaratum. Præterea confirmatio actus nulli conualidat actũ, ut ex nunc,non ut ex tunc, & non trahitur retro.Ita egregie Abbas in c.3.de his quæ fi.à prælatis si con.ca.& tradit Dec.in l. quòd initio. ff.de reg. iur. nu.12.& in specie nostra huiusmodi confirmatio nõ operatur uolentibus debitoribus in præsenti debitum soluere l.fin.C. de iur.do.impe.

Ad secundum quæsitum respondeo D.Cæsarem absoluendum esse à petitione dictorum dominorum Galeoti, & aliorum cohæredum facta occasione fructuum uiuente D. Orsolina perceptorum per ipsum D. Cæsaré ex prædictis petijs terræ in tenutam,& in solutum,ut supra acceptis. Quoniam præfati hæredes domini Antonij ad dictos fructus uiuente domina Orsolina usufructuaria perceptos nullã ha-
35 bent actionem:† ex quo ipsa D. Orsolina instituta fuit usufructuaria omnium bonorum immobilium præfati q.D.Antonij, & si quisq; diceret fructus per D.Cæsarem perceptos sortem ipso iure extenuare l.1.C. de distra. pign. & l.2.C.de pign. Respondetur huiusmodi cõpensationem ipso iure fieri, parte tamen petẽte,uel opponente,& non aliter,ut tradunt glo. Bald.& Salyc.in d.l.1.C.de di. pign.& tradunt
36 Abb.& alij in cap.1.de usuris.Nam † & in alijs debitis fit ipso iure compensatio, parte tamen opponente,& petente,ut per gl. & doct. in l.si constat.C.de compensationibus,sed prædicti hæredes q.D.Antonij non possunt de credito alieno obijcere compensationem l. eius. C. de compen.& l.in rem.§.1 ff.eo.tit. ubi plus dicit iurisconsultus.adeo hoc esse certum etsi etiam alius creditor,assentiret, tamẽ de credito alieno compensatio peti non potest,& tanto magis prædicta hæredum petitio est abijcienda: quia præfata D.Orsolina signanter citata nunquam dictæ tenutæ, & dationi in solutum consensit tradixit, sed donec uixit acquieuit, est uerum quòd fructus per dictum D. Cæsaré post mortem D. Orsolinæ percepti spectant ad pdictos hæredes D Antonij, uti dominos fundorũ,ex eis tamẽ detrahi debet interusurium prædicti residui dotis, non habito respectu ad taxationem in ratione scutorum decẽ singulo anno, ut in dicto instrumento dotali cõtinetur, quia dicta taxatio facta fuit signanter durante termino triennij,ut cãtat instrumentum, sed haberi debet consideratio ad consuetudinem,&
37 obseruantiã terræ Mirandulæ, secundũ q † in similibus casibus solet obseruari: quia contractus à consuetudine recipiunt interpretationẽ. l.excepto.C.locati,& l.quod si nolit §.quia assidua.ff.de ædilitio. edi.& quamuis text.in ca. salubriter.de usuris dicat, q maritus lucretur fructus fundi pro dote pignorati tamen debet intelligi de usuris reducibilibus ad probabile interesse secundum probabilem consuetudinem locorum.Ita solenniter Bal. in l.fi.§.præterea C.de iure do & pulchre tradit Anania in d.c.salubriter.2.col & Alex.in consilio 178.3. col.nu.10.lib.7.& tanto magis id in casu no-
38 stro seruari debet,quia † dubium est an dictũ capitulum salubriter, habeat locum in dote p missa ab eo qui non tenetur dotare, ut p Imo. & Alex.in l.in insulam.§.usuras.ff.solut. matr. quod aliter non determino.

Ad tertium respondeo,hæredes dictę dominę Orsolinæ olim uxoris dicti q.D.Ant.& bonorum suorum usufructuariæ teneri, & obligatos esse ad soluendum,& resarciẽdum antedictis D.Galeoto,& D Nicolao, & alijs hæredibus suprascripti D.Antonij pro eorum portionibus hæreditarijs. damna per eos passa ex eo quod dicta q. D.Orsolina non soluit dictũ debitum dotale scutorum 250. prout tenebatur.Quoniam præfatus q. d.Anto.in suo testamento iure institutionis reliquit D. Orsolinæ, eius uxori omnia sua bona mobilia ubiq; existentia.Item usumfructum omnium suorũ bonorum immobilium. Item omnia nomina debitorum cum onere ei iniũcto soluendi dictũ
39 debitum dotale, unde † cum ipsa q. d. Orsolina dictum agnouerit legatum, & omnia ei relicta absq; ulla cõtrouersia fuerit consequuta, censetur etiam agnouisse onus ipsis legatis annexũ c.officij,& ibi notãt doctores. de testa. & l.cum ab uno.ff. de leg.2.& tradunt Paul.& Alex.

Alex.in l.si cum dotem.§.si pater. ff.solut. mat. & per Ruyn.consi.79.t.col.lib.2.& propterea dictum onus soluendi ut supra eadem domina Orsolina adimplere tenebatur l.1. C.de his quæ sub modo,& ibi per glo & doct.& p Bar. in l.quibus diebus.§.Termilius. ff. de condi.& demon.Neque dicti hæredes dominæ Orsolinæ excusari possunt sub prætextu quòd domina Orsolina non fuerit ad soluendum interpellata,quia cum ipsa D.Orsolina propria authoritate omnia prædicta legata uigore prædicti testamenti fuerit consequuta censetur ab hæredibus seu hęreditate iacente habuisse,& re ipsa

40 absque ulla interpellatione † fuit in mora implendi modum, ut pulchre declarat Ruyn.consilio 42.pen.col.li.2.& insuper D.Cæsari suo, & uxoris nomine competebat contra D.Orsolinam actio ad cõsequendum residuum dotis prædictæ uigore dicti testamenti. D.Antonij pro onere legatis annexo adimplẽdo l.2.C.de his quæ sub modo,& ibi glo.& tradit Barto.in d.§.Termilius.Ideo bene fuit à D. Cæsare iudicialiter interpellata ad soluẽdos dictos scutos 250. cui etiam copia instrumenti dotalis fuit transmissa, & sic nullam potest habere excusationem.

Ad quartum quęsitum Falcidiam cõcernẽs, & si crediderim non esse opus huic dubio respondere,quoniam ut supra declaratũ fuit illæ duæ petię terræ hæredibus D.Antonij sunt restituendæ,quatenus tunc legata transcenderent dodrantem hęreditatis D.Antonij:Respõdeo præfatum D.Galeotum non posse in casu

41 nostro,uti† beneficio legis falcidiæ,ratione inuentarij nouiter confecti cũ in termino à l.fi. C.de iur.delib.non fuerit confectum.Nam per scripturam per ipsum dñm Galeotum die 30. Augusti 1532.cõtra D. Cæsarem productam satis clarè apparet D. Galeotum hæreditatem D.Antonij adiuisse petendo bona hæreditaria D.Antonij cũ fructibus sibi restitui, & se red. integrari, & quamuis per susceptionẽ iudicij, & simplicem defensionem non uideatur probata aditio,ut tradunt Cumanus, Ro.& Alex. in l.necessarijs in 3.col.ff.de acquir.hæred. tamen per petitionem prædictam reor de uoluntate D.Galeoti apparere,q̃ dictam D.Antonij hæreditatem pro sua portione adiuerit,ex quo non potuit petere restitutionem bonorum hæreditariorum per D.Cæsarem occupatorum citra ius,& nomen hæredis l.pro hrđe in prin. & in §.Papin.ff.de acqui.hære. & per Bart.in l. geri.2.col.eo.titu. pro quo adduco text in l.si auia.C.de iure deli.ubi si hætes scriptus sciẽter bona alteri legat hæreditaria,uidetur hæreditatem adire,quanto magis† petendo bona hæreditaria sibi restitui uidetur adire. Item adduco

42 doctrinam Barto.in d.l.gerit 4.col.in quientis quòd si quis format libellum in petitione hęreditatis,uel interrogatorium producit ꝓ agendo petitione hæreditatis,censetur probata aditio. Quo autem ad D.Nicolaum, & d.Anton. & alios cohæredes q̃ (ut dicitur) nouissime domini Antonij hæreditatem adierunt, putarem q̃ si in tempore legit. ab adita hęreditate se inuẽtarium fecisse docuerint, posse eos uti legis falcidiæ beneficio l 2.& toto tit.C.ad legẽ falcidiam, cum non reperiatur à testatore prohibita. Et hoc ex eo quia præfati D.Nicolaus, & Antonius, in sua scriptura die 30. Aug. 1532. producta,expresse protestati fuerunt, & declarauerunt, quòd non intẽdebant per aliquem actum tunc faciendum prædictam adire hæreditatẽ,quæ protestatio reseruat ius protestantis.l.qui in aliena. §. Celsus.ff de acqui.hære.& ibi per doct.& per gl.& Bart.in d.l.pro hærede in prin.& facit tex.in c.solicitudinem. de appel lat.& ibi per doct.

Ad aliud quæsitum, an D.Alex.scriptus hæres in testamento D. Antonij suam portionem hæreditariam ad hæredes suos institutos transf

43 miserit. Clarum est,hæreditatem† transuersalium,& extraneorum non aditam non transmitti l.quoniam sororem. C. de iur. delib.l.1. §.in nouissimo.C.de cad.tollen.rationem tradunt doctores,quia aditio hæreditatis nõ est in bonis nostris l.pretia rerum.ff.ad l.Falci.& & quod non habemus, in alios transferre non possumus, & quia aditio hæreditatis est qualitas animi, & facti & uoluntatis quæ à persona separari non potest,tradit Bar.in l.si stipulatus in prin. ff. de solutio. aliam rationem assignat Bald.in l.si infanti pen. col. uersi, præterea oĩs transmissio. C. de iure delib. dicens q̃ si fieret transmissio hæreditatis non agnitæ, hæres secundus adeundo efficeret hæredem illum qui est mortuus,est autem impossibile quòd ille q̃ nõ fuit hæres in uita,efficiatur hæres post mortem,cum mors omnia soluat, & si primus non est hęres,est impossibile,quòd secundus sit hæres per notata in l.3. ff. de pet. hære. unde q̃ sq̃s se fundat in aditione hęreditatis per aliquem

44 facta probare debet l.ei qui.ff.de prob.& Bar. in l.pro hærede.in prin.circa finem ff. de acqu. hære.& tradit Bal.in consi.197.lib.2.& Alex. consi.121.4.col.libr.1.& Soc. Iun.consil.94. nu.36.lib.1.& Craueta consil.37.Nam & si in aditione hæreditatis sola sufficiat uoluntas l.si auia.C.de iur.deli.exterior tamen actus requiritur ad declarãdum interioris animi motum secundum gl.Bar.& omnes in l.gerit.ff de acq. hæred.quia consilium in mente retentum non facit quẽ hæredem ex quo sensus mentalis neque uerbo neque actu declaratus non accommodatur actibus, neque aliquid operatur l si repetendi.C.de condi.ob cau. Nec ex solo aio

quis ob'igatur,nisi Deo,ut declarat Bar.in d.l.
gerit 1 col.num 5 disquirendum igitur est an
d.Alex.suam uerbo,facto,uel scripto,declara-
uerit uoluntatem,& affertur scriptura una die
11.Ian 1527.qua post exhibitionem cuiusdã
protestationis per D. Cæsarem contra d.Alex.
& alios uti hæredes D.Antonij productæ scri-
ptum est præsente D.Alex.& non consentien-
te, sed reor ex pdicta scriptura nullo modo in-
ferri D.Alexandrum prædictam adiuisse hære
45 ditatẽ, quia † in aditione (ut dixi) requiritur
noluntas, & ex dissensu non inducitur consen-
sus, quia actus agentium non operantur ultra
nec contra eorum intentionem l nõ omnis.ff.
si certum petatur, & ibi per doctores, & quia
ex oratione negatiua non inducitur affirma-
tio,ut tradit Ancha.consi.137.2.col.Alex.con-
silio 150.9.col. lib.5.& tradit eleganter Paul.
cõsi 237.suprascriptus 2.col.dicens, ꝙ ex acti
bus negatiuis non licet arguere ad alicuius
actus affirmationem, quam cõclusionem esse
ueram probo ex pulchra doctrina Aret. in d l.
gerit in 4. col. dicentis, quòd si esset producta
aliqua scriptura contra aliquem, uti hæredem
& sit scriptum præsente illo, & non contradi-
cente,per illa uerba nõ inducitur aditio, quia
ubi requiritur consensus non sufficit tacere,
uel non contradicere, quanto magis ergo nõ
inducitur nec probatur aditio, quando uoca-
tus simpliciter dissentit.

Vidẽdum itaque restat,an per duos illos te-
stes singulates ab hæredibus d. Alexãdri exa-
minatos sit probata ipsius D. Alexãdri aditio,
uel saltem sint probata uerba dubia quæ adi-
46 tionem inferre possent, † quo casu huius du-
biæ uoluntatis declaratio esset ad hæredes trãs
missa secundum Bart.post Iaco.de Aren.in d.l.
gerit,in 4.col. quem doctores ibi non contra-
dicendo sequuntur, & idem tradit Bart.in l.si
quis à filio.§.si plures ff.de leg.1.& sequit Soc.
consi.60.in uersi. pręterea, ut dicebat libr.1.&
Decius in l.edita nu.50.C.de edendo, & Cra-
ueta consi.147.nu.4.ubi ait hanc esse commu-
nem opinionem, & ratio est secundum Bart.in
d. l.gerit, quia in hac specie non tractatur de
damno,sed de auferendo lucro, & hoc casu de
claratio transit ad hærèdes,ut per Bart.in l.in-
ter stipulantem §.si stichum. ff.de uerb, oblig.
& tradit in simili Abb.in consi.187.2.parte,&
Ias.in d § si plures pen col.

Sed dubium nõ mediocre facit decisio Soc.
consi.295.in 2.col.libro 2.dicentis aditionem
47 hæreditatis † probari per testes singulares, &
allegat pro hac sententia consilium Anch.non
impressum,& consilium D.Ioan.Baptistæ Ca
cialupi, & mouentur Ancharanus Soc. & Ca-
cialupus,quia hoc casu testes uidentur depone
re de actu succesiuo, & sic singularitas non
obstat glo.in l ob carmen §. fin. ff de testib.Et
per ea quæ tradunt doctores in c. licet ex qua-
dam.de testib eandem opinionem tradit Cor-
neus consi.91 14 col.lib 4 & per D.Consulen-
tes allegatur consilium Pauli, quod tamen in
meis libris antiquis,& modernis reperire non
potui in contrarium consuluerunt duo docto
res antiqui,uidelicet Argẽtinus filius D. Ray-
nerij, & Ioannes de Capitanio consi.115.posi-
to in 5.uolum.consiliorum Baldi, qui à parti-
bus requisiti,& pro ueritate consulti,ita respõ-
derunt, & dicto consilio se subscripsit Baldus
consi.116.quia testes, quod consilium est im-
mediate post dictum consilium 115.& ista est
opinio aurei doctoris Alex. in d.consi.121.4.
colum.lib.1.ubi ait, tres testes singulares non
probare aditionem, in hac ergo tot illustrium
doctorum uarietate libenter a iudicando absti
nerem, cum autem semel iudicandi munus su-
sceperim magis hæc secũda opinio placet,qm
regula est testes singulares probare c. licet cau
sam,de probationibus.c.in literis de testi.& c.
48 bonæ,& c.cum dilecti.de electione. Et † illud
quod dicitur,qd deficit in fide supplet nume-
rus,iux.glo.in l.3.§.1.ff.de testi. non habet lo-
cum in testibus singularibus scdm Alex. in d.
consi.20 lib.4.& ratio prædictæ regulę est, qa
in pbatione testium requiritur numerus l.ubi
numerus ff.de testib & ubi est testium singula
ritas ibi non est numerus nec aliqua conformi
tas,secundum Bal.in d.l.testium in 5.col.uersi,
secundo considera, aliam rationem dat Bald.
consi.222.punctus lib.1. ꝙ singularitas testiũ
diuidit, & lacerat testes, & omne diuisum est
imperfectum. Tertiam ego adduco rationem
ex mẽte Ciceronis in oratione p Lucio Flac-
co: ait enim,aut uita testis lęditur aut oratio
refellitur,si testes dicũt solos aliquid scire, tũc
testis oratio redargui non potest, & eis minus
est credendum. Nõ obstat modo dictum Soc.
consi.295.quia in eo casu ultra testes plura cõ
currebant adminicula. ut ex lectura pdicti con
silij apparet. Itẽ non refragatur ratio p Anch.
Corn.Cacialupum,& Soc. adducta, quoniam
Bald.in d.consi.116.lib.5.multum magistrali
ter huic rationi occurrit, inquiens aditionem
hęreditatis non esse actum succesiuum, & adi
tio semel explicata amplius fieri non potest,
49 quia † ius adeundi in primo actu trahit suum
effectum, & cum est aliquis actus qui non põt
fieri nisi semel, de iure uel de facto non recipit
pluralitatem,idcirco de diuerso actu,& tempo
re testes deponentes exiãt singulares, & sic nõ
probant.Pręterea ratio per Anch. Soc.& alios
adducta non militat in casu nostro,quod per-
spicue demonstro,inquiunt enim, aditionem
hęreditatis probari ex administratione rerum
hęreditariarum,qui est actus succesiuus; non
momen-

momentaneus,ideo testes sufficere singulares,
sicuti in probanda iurisdictione, uel quasi
possessione iurisdictionis,hinc infert Socin.in
casu suo,quòd si unus testis dicit uidisse talem
uti hæredem possidere bona hæreditaria.alius
dicit uidisse uti hæredem possidere domũ quę
remansit in hæreditate, tunc probant aditio-
nem.At in casu nostro testes non deponunt de
aliqua administratione rerum hæreditariarũ
nec de aliquo actu successiuo, sed momenta-
50 neo.Ergo† uti merè singulares non debēt cõ-
iungi ad faciendam plenam probationem. Ex
quibus ita declaratis has elicio cõclusiones ex
mente omnium allegatorum doctorum,quòd
aditio hæreditatis est actus momentaneus, &
posse quandoque probari per actus successi-
uos:puta per testes deponentes talem uti hęre
dem possedisse talia bona hæreditaria, & hoc
casu tales testes singulares fortè probarēt adi-
tionem, & in his terminis propriè loquuntur
Ancharanus,Cacialupus,Soc.& Corn. si uerò
tractaretur de ꝓbanda aditione per actus mo
mentaneos, ut per aliqua uerba prolata,tunc
absque dubio testes singulares non probarent.
Et hoc casu clare procedit sententia Argenti-
ni, Baldi, & Alex.& hæc sententia est amplec-
tenda in iudicando per quam uariantium do-
ctorum opiniones ad concordiam reducũtur
ut dicit Alex.consi.50.nu.7.lib.7.& Soc.consi
lio 66.7.col.li.1.Præterea illa doctrina Anch.
Cornei,& Soc.ꝙ ad probandum actus succes-
siuos, uel aliquod quod habet cõtinuationem
& temporis perseuerantiam, & actuum multi-
plicationem sufficiant testes singulares,Inno.
Imo.& Abb.in d.c.licet ex quadam, est multũ
dubia per ea quæ tradit Ripa in l. si constante
in prin.nu.17.ff.sol.mat.ubi concludit posses-
51 sionem non probari per testes † singulares,&
per ea quæ solenniter tradit Felyn.in d.c.licet
ex quadam.in 3. col. cum tribus sequentibus,
ubi late hunc disputat articulum, & multa in
contrarium allegat, & tandem duobus modis
restringit prædictam doctrinam, ut habeat lo
cum in indiuiduis tãtum, & quando ageretur
de probando aliquo uniuersali, & testes depo
nerent de ipso uniuersali per diuersa media pu
ta si deponerent de possessione,uel quasi pos-
sessione iurisdictionis,uel decimationis per di
uersos actus, sed si ageretur de probando ali-
quid in genere per testes non deponentes prin
cipaliter de ipso genere,sed de actibus particu
laribus, ex quibus quis uellet aliquid generale
probare,tunc non probant puta si tractaretur
de probando quem usurarium,uel hæreticum
uel sanctum. Et prædictam doctrinam tradit
Fely.ex mente Pauli de Eleazarijs in sua dispu
tatione incipiente,contra instrumentum debi-
ti opponitur: eandem sententiam clarè tradit
Iason in d.repet.l.admonendi nu.256. uersicu
lo nota etiam diligenter,Ruyn.consi.222.li.4.
sed in casu nostro prædicti testes nõ deponũt
super actu principali aditionis,sed super diuer
sis actibus ex quibus pars uellet inferre aditio
nem, ergo non probant ut testes singulares.

Et ulterius præmissis non obstat alia ratio
per quosdam dominos consultores adducta,ꝙ
in his in quibus tempus non est de substantia
testes singulares probant,per glo.in d.l.ob cae
men.§ fin ff de testib. quia illa glo. hoc non di-
cit,solum enim dicit, quòd in his quæ non re-
quirunt tempus, testes de diuerso loco,& tem-
52 pore † deponentes non reprobantur, & ualēt
eorum dicta, ex quo de actu reiterabili depo-
nunt,quòd autem plenè probent, hoc non di-
cit glo.immo cõtraria opinio est uerior quòd
etiam in his in quibus tempus non est de sub-
stantia,testes singulares non probant.ꝑut hęc
fuit finalis opinio spec in tit de testa.§. iam de
interrogatorijs uersiculo, & breuiter scias, ex
quo dicta opinio fuit ultimo loco relata,vt tra
dunt glo.& doctores in l.qui filium §.Sabinus
ff ad treb.eam opinionem tenet etiam pater iu
ris Ioan.And.ad spec.ur sup.& in tit.de inqui-
sitio.§ nunc uidendum, Alex.consi.94. libro 6.
Et prædictam sententiam tradit Cacialupus in
repet.legis admonendi.num. 91. ff.de iureiur.
ubi ex mente doctorum utriusque iuris cõclu-
dit,quòd quando agitur de probando aliquo
actu reiterabili testes de diuersis actibus depo
nentes, & sic singulares non probant, etiam si
essent plures, & hæc dicitur singularitas diuer-
sificatiua,quę nunquam coniungitur,ut ibi,&
subdit hoc casu bene uerificari doctrinã Bal.
in l.iurisiurandi.C de testib. ꝙ tantum probat
unus testis singularis quantum mille,& prædi
cta conclusio etiam probatur per infrascriptas
ueras, & communes doctorum conclusiones,
testes enim singulares non coniungũtur ad fa-
53 ciendum plenam probationē,† ut dicunt Bal.
Calde.Butr.Anch & Abbas quos refert,& seq-
tur Ias.in repetitione d.l.admonendi nu. 255.
eandem sententiam tradit Alex.consi.20.li.4.
& d.consi.94.2.col.lib.6.& Felyn. in d.c.licet
causam.nu.13.& in ca. cum causam.nu.11.de
probationibus.Item testes singulares nõ pro-
bant consuetudinem, ut tradunt Alex.consi.
175.2.& 3.colum.libro secundo,& Dec.con-
silio 404.numero 15. ubi ait hanc esse commu
nem opinionem. Item etiam testes singulares
non probant pariter confessionem secundum
Butrium in d.cap.licet ex quadam,& in c.fi de
cõfue refert,& sequitur Ias.in repet. d.l.admo-
nendi nume.255.& idem tradit Bal. in d.con-
silio 222.lib.1.Alex.consilio 68.2.col.lib.2.&
consilio 19. libro quarto, & Paul. consil.155.
circa finem 2.parte,& late Parisius consi.155.
nu.27.

nu.27.libro quarto,& consi.60.nu.23.codem libro,& Decius consi.300.in fine ubi ait confessionem pro matrimonio non probari per testes singulares. Et denique non obstat dum nir dictum, quod ubi agitur de probando aliquid in genere, testes singulares sunt sufficiẽtes: quia in casu nostro agitur de probando actu particulari aditionis, nõ generali: immo uerior opi-
54 nio est, quòd † etiam ubi agitur de probando aliquid in genere, uel in uniuerso non sufficiãt testes singulares, ut solenniter tradit Alex. d. consil.175.ubi pro hac sentẽtia allegat Hosti. Gofr. Inn.& Ricardum Malumbrã, & Bal.& Imolam. Et idem tradit Alex.consi.82.3.& 4. col.lib.1. Et eandem sententiam late tenet, & comprobat Iason in dicta repetitione l.admonendi num.156.& Decius in d.c.licet causam numero 7. Et idem tenet late Felyn. in d.c.licet ex quadam, penultima colum.& Pan.de Eleazarijs,& alij doctores ibi relati, & Ripa in d.l. si constante nu. 17. Et in hanc sententiam, quod in specie proposita prædicti testes non probent domini Alexandri aditionem sum procliuior, quia dicti duo testes sunt non nihil suspecti tũ quia compatres D.Eleonoræ, & D.Cęsaris secundum Alexandrum consil.237.libr.6.Tum
55 quia † non uerisimilia deponunt, quo casu nõ probant secundum Abb. & Felyn.in c.quia uerisimile,de præsumptio. Non etenim iudicio meo est uerisimile hos testes recordari uerba domini Alexandri iam uigintiocto annis prolata, nisi fortè admoniti fuissent, ut illa uerba memoria tenerent, quæ tamen admonitio non interuenit, nec intercesisse præsumitur.

Concludendo igitur omnia præmissa consulo partes Magnifici D. Prætoris Mirandulæ esse in iudicando, ut infra uidelicet condemnare,& ita condemnet præfatum D.Cæsarem de Pedochis suo, & dominæ Eleonoræ nomine ad dimittendum, & relaxandum præfatis dominis Galeoto, Nicolao, & Ant. de Pedochis hæredibus dicti D. Antonij de Pedochis, & alijs si qui sunt eorum cohæredibus pro eorũ portionibus hæreditarijs illas duas petias terræ bubulcarum trigintaduarum, uel circa de quibus in instro dotali dictæ dominæ Eleonoræ anni 1521.& in tenuta anni 1527.& in datione in solutum anni 1532.cum fructibus per prædictum dominum Cæsarem post mortem dominæ Orsolinæ perceptis liquidandis, detracto tamen interusurio dicti residui dotis dominæ Eleonorę, ęstimando ipsum interusu-
56 rium secundum consuetudinem † terræ Mirandulæ pro rata temporis post mortem d. Orsolinæ decursi, cum declaratione, quòd præfati d.Cæsar,& d.Eleonora iugales non possint de possessione expelli nisi prius eis solutis dictis scutis ducentulquinquaginta per prædictum D.Galeotum,& alios hęredes q.dicti Antonij.

Item absoluere, & ita absoluat antedictum D. Cęsarem à petitione præfati dñi Galeoti, & consortum hæredum, ut supra contra prędictum D.Cęsarem facta occasione fructuum per eundem d. Cæsarem ex prædictis petijs terræ uiuente D. Orsolina perceptorum in sortem, ut dicitur compensandorum.

Item condemnare, & ita condemnet hęredes dicti q. d.Orsolinæ ad soluendum prænominatis dominis Galeoto, Nicolao, & Ant & alijs hæredibus pręfati q d. Anto. scutos 250. pro eorum portionibus hæreditarijs, pro dãnis per ipsos hęredes D. Antonij passis ex eo, quod pręfata q.d.Orsolina non soluit prædicto dño Cęsari dictos scutos 250.ut tenebatur, & similiter ad soluendum prædictis hæredibus domini Antoni expensas per eos factas in recuperandis dictis petijs terræ bubulcarum 32. tam cõtra dictos hęredes dominę Orsolinæ quam contra dictum D.Cęsarem suo,& uxoris noĩe.

Item sententiare, & ita declaret, & sententiet pręfatum dominum Galeotum Pedochũ hęredem pro suam portione dicti q. D.Anto.
57 non † debere habere beneficium legis Falcidiæ, esto, quòd legata dodrantem hęreditatis dicti Antonij trãscenderent, & similiter alios cohęredes non posse habere dictum beneficiũ falcidię nisi dicti alij hæredes per monumenta publica ostendent fecisse inuentarium bonorum dicti q.D.Antonij secundum formam iuris uel consuetudinis suæ patriæ, & in termino iuris decurso post aditam per eos hęreditatem prędictam.

Insuper consulo partes pręfati Mag D.Potestatis esse in sententiando, & ita declaret, & sententiet q D.Alex.de Pedochis hęredẽ scriptũ in testõ pfati q.D. Ant. nõ transmisisse ad suos hęredes portionẽ suã hęreditatis d.q.dñi Ant. sed eius portionem alijs cohęredib. accre uisse, & pdictos q D Alex hęredes absoluat ab expensis hac de causa factis, propter probabilem litis dubium,& iustis de causis.

. Item præfatus Magnificus D. Potestas ab expensis absoluat D.Cęsarem, & prędictũ dominum Galeotum, & consortes, cum utraque pars sit uictix, & uicta. Vicentię pridie Calendas Februarias 1551.

PRO D. MARIA DE RAGVSIO.

Maximo Deo Auctore.

ARGVMENTVM.

¶ Neptis ab auo in eius testamento pręterita, an possit testamentum dicere nullum, hic plenè discutitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus non potest præterire neptem.*
2 *Indefinita equipolet uniuersali.*
3 *Neptis ab auo præterita potest dicere testamentum nullum.*
4 *Filia præterita potest dicere testamentũ nullum.*
5 *Neptis intrat locum matris mortuæ.*
6 *Neptis representat matrem suam ideo idem dicitur de nepte quod de filia.*
7 *Præteritus quando quis dicatur in testamento.*
8 *Testamentum est nullum, iure canonico & ciuili quo neptis est præterita.*

CONSILIVM CXXVIII.

SENTENTIAM supradicti clarissimi D. Consultoris arbitror esse ueram, & equam in qua concludit non licuisse Magnifico domino Andreæ testatori præterire D. Mariam neptem ex D. Ora filia legitima, Petrum uerò filium illegitimè natum hęredem uniuersalem
1 relinquere. Primo enim constat† auum paternum de iure non posse neptem præterire ex dispositione legis municipalis, ac etiam Cęsareę quatenus ad intestati successionem loco matris uocatur, ut in statuto loci, & in §. neque, in auth. de trient. & semis. & hoc est equissimum, ut expressè dicitur ĩ §. cum filius, insti. de hęre. quæ ab intesta. & quatenus simpliciter loqtur de auo, satis loquitur de auo etiam materno,
2 † cũ indeffinita equipoleat uniuersali. l. si pluribus, de leg. 2. & l. si plures, de leg. 3. & ubique Bar. & in l. sed & si incertum. ff. de uent. in pos-
3 mit. † Neptem autem ab auo præteritam posse dicere testamentum nullum, si sine causa sit ꝑ-
4 terita: probatur: † quia filia præterita posset. l. filiam. C. de inof. testa. & notatur in § exhæredatos, in auth. de hæred. & falcid. Alex. l. in suis nume. 11. de lib. & posthu. doct. l. 3. C. de inof. testa in auth. ex causa. C. de lib. præte. & alibi, ut supra per D. Consultorem, ergo idem in
5 nepte, † quæ in locum matris introiuit, ut prædixi, & bene cõfert. l. posthumorũ. ff. de iniust. testa §. posthumorum, insti. de exhæ. lib. doct. in l. 2. C. de liber. præteri. & Ruin. in consi. 18. sub numero 10. libro 3. Bello. consil. 15. nu. 5. Tobias consi. 49. nume. 20. & per doct. max. p Alex. in l. illam, col. pen. uersic. nec est bona di-
6 stinctio. C. de colla. † etenim idem dicitur de nepte, quod de filia, quia neptis representat matrem suam, ut per Bal. & alios in d. l. illam, primo notabili uersi. item licet excluderet. C. de colla. sic igitur neptis præterita potest dicere
7 testamentum nullum, † & dicitur præterita ẽt si aliquid auus non iure institutionis, sed alio iure reliquisset. l. inter cætera, de lib. & posthu. §. aliud quoque capitulum, in auth. ut cum de
8 appel. cognosc. † & testamentum esse nullum iure ciuili, & cano. ob ipsam pręteritionem tradit Rimi. Iuni. qui ait communem, in consilio 78. nu. 13. & alibi, ut per D. Consultorem, cui me refero quo ad alia in eius eleganti consilio contenta quæ recipio, & approbo cum de sola, ac simplici subscriptione fuerim requisitus, ulterius non procedo. Laus Deo Opt. Max.

Ioannes Cephalus Paduæ legens.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ARGVMENTVM.

¶ Masculi ex fœminis an à successione excludantur ubi eorum matres fuerunt exclusæ, hoc in consilio docte tractatur, & est practicabilis materia.

SVMMARIVM.

1 *Masculos à fęminis excludi insolitum uidetur.*
2 *Masculi solent esse melioris conditionis quã sint fęminæ.*
3 *Vel saltem paris conditionis.*
4 *Masculi ex fęminis exclusis à successione excluduntur tanquam prouenientes ab infectis radicibus.*
5 *Fructus ex infecta radice non producitur.*
6 *Inhabilitas medij producit inhabilitatem in extremo.*
7 *Descendentes excluduntur ubi ascendentes fuerunt exclusi.*
8 *Masculi ex fęminis quo ad successionem sunt deterioris conditionis quam masculi ex masculis.*
9 *Spurij descendentes, & si legitimi sint tamen nõ succedunt quamuis cesset in eis exclusionis rõ.*
10 *Masculi ex fæminis excluduntur ubi fęminæ ipsæ sunt exclusæ, & si in eis militet diuersa exclusionis ratio.*
11 *Exclusa uite palmites quoq; exclusi censentur.*
12 *Etiam si statuti prouisio non tendant ad agnationis conseruationem.*
13 *Admitti nõ debent quorum repellũtur auctores.*

CONSILIVM CXXIX.

MIHI quoque placet conclusio firmata per Clarissimũ D. Consultorem mihi uti fratrem honorandũ ad fauorem D. Helisabeth, prima tamen fronte uisa fuit dubitabilis ex eo, quòd quãuis masculi de quibus agitur per aliquem substitutionis gradum non uiderentur prelati D. Helisabeth ad hanc successionẽ D. Catherinæ, tñ uiderentur saltem una cum ea admittendi, cum omnes sint in pari consanguinitatis gradu, nec D. Helisabeth eos gradu ꝓcedat, unde

unde si masculi in casu de quo agitur, non prę feruntur fęminis, prout præferūtur in casibus præcedentibus, maximè in primis, attamen fal tem non uidentur postpositi, & facti deterio-
1 ris conditionis, quàm sint fęminæ, † hoc sane uideretur longe insolitum, quod masculi à fę-
2 minis eiusdem gradus excluderentur, † cùm soleāt esse, uel melioris condtiionis. l. in multis, de stat homin. l. secunda, de reg. iur. capit. primo §. filia, de succeβion. feud cum sim. adductis per Decium in d. l. secunda, de reg. iur. maxime numero 64. ubi etiam Cagn. & prę ter eos Specul. in titul. de procurat. in princ. &
3 in titulo de accusat §. 1. † uel saltem parif. l. maximum uitium. C. de lib. præter. cum simil.

Verumtamen præmisβis non obstantibus sequor contrariam sententiam per ea, quæ copiose deduxit præstantiβimus dominus Consultor, stantibus ijs, quæ in facto uera esse prę supponuntur, quod matres istorum masculorum non fuerint ad succeβionem huius fideicommisβi unquam admissę, sed semper exclu-
4 sę, & propterea nec masculi isti, ueluti suborti ex radicibus, quoad hunc succedendi effectū,
5 infectis succedere † poβunt iuxta notata in L. fin. C. de natur. lib. etenim ex infecta radice fructus non producitur, capitulo uulnerato, prima quęstione prima, cum cæteris per Tiraq. relatis de iure primogen. quæst. 12. sub num. 10.
6 † & inhabilitas medij producit, seu refluit inhabilitatem in extremo. l. tria prædia. ff. de serui. rusti. præd. cum simil. per Fulgosium adductis in consilio 86. ex facto proponitur, columna secōda, uersi. unum porro, post Bal. in auth. si quas ruinas, in fin. C. de sacr. sanct. ecclesijs. Item, & quia si matres istorum masculorum non potuerunt succedere, sed, ut prædixi, fue-
7 runt exclusę † eodem modo omnes earum descendentes exclusi censentur l. si uiua matre. C. de bon. mat. Ioan. And. in addi. ad speculat. in tit. de testam. in rubrica ad fin. Capra consilio 136. colum. fina. Corne. consilio 119. numero primo, libro primo, Decius consilio 85. numero nono, consilio 95. col. antepen. uersi. si illud statutum, & 471. numero septimo, & alibi sepisβimè. Nec dicatur in istis masculis militare diuersam rationem, cum sint masculi, nam respondeo, quod immo ipsi debent esse deterioris conditionis cum matres fuerint suborte ex Aloysio, & Liberali masculis, ipsi uerò masculi
8 ex fęminis sint nati, unde † si personæ ex masculis natæ fuerunt à succeβione reiectę, longe magis isti, qui ex fęminis uenerūt in lucem excludi debent iuxta testatoris mētem, ac eius
9 testamenti seriem. Præterea † sicut descendentes ex spurio non admittuntur ad succeβionē, ex eo quòd spurius expellitur, licèt descendentes ipsi sint legitimi, & naturales, & sic in eis cesset exclusionis ratio, Decius d. consilio 85.
10 nume. nono, & pariter † quemadmodū excluduntur masculi nati ex fęminis, ubi fęminę à statuto reijciūtur, licet in natis ex eis. cùm sint masculi, diuersa ratio militare uideatur, illa
11 sola ratione, † quia exclusa uite, palmites quoque exclusi censentur d. l. si uiua matre Decius consilio 484. numero secundo, Ruyn. in consilio 120. numero secundo, libro primo. & 18. numero nono, libro tertio, Socinus Iuniot in consilio sexagesimonono, numero uigesimo-
12 primo, libro tertio, † etiam si statuti prouisio non tendat ad agnationis conseruationem ad euitandum absurdum, dicta l. si uiua matre. C. de bon. mat. ut per eos, ita in proposito non obstante, quòd isti sint masculi, admitti non poβunt ad succeβionem, à qua eorum matres fuerunt reiectę ex prædictis, & pluribus per Tiraquellum relatis in quæstione duodecima,
13 numero quinto, sexto cum seq. † Non igitur debent admitti quorum repelluntur auctores capitulo licet ex quadam, de testib. Insuper cùm isti masculi bis ex personis proprijs egerint, & semper succubuerint, credendum est ipsos omnino esse incapaces, ut egregie ostendit dominus Consultor, qui adeo doctè, subtiliter, & copiosè scripsit, ut cęteris scribendi facultatem præripuerit, de sola igitur subscriptione requisitus, interpretandi munere impeditus, ulterius non progredior, & ad opposita præclara extat responsio, quia procederent si (ut domina Helisabeth est capax) ita quoque essent isti masculi, quod non est, ut constat ex supradictis, ita sentio salua tamen semper meliori deliberatione. Laus Deo.

Ioannes Cephalus Iuris. V. Doctor Ferrariensis Padu ę legens.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ARGVMENTVM.

¶ Si reperiantur duæ dispositiones factæ ab unamet persona, eidem personæ, ob eandem causam, an per ultimam censeatur receßum à prima.

SVMMARIVM.

1 *Legata si duo facta fuerint eidem personæ ab eodem testatore ob eandem causam an per ultimum censeatur receßum à primo.*

2 *Relictum ubi quid est in diuersis uoluntatibus ob unam, & eandem causam statur ultimæ dispositioni.*

3 *Dispositio ubicunque sit de eadem re in specie de*

qua iam fuit dispositum sub commemoratione prima fit prioris ademptio.
4 *Testatoris conditiones in testamento apposita sunt seruandæ.*

CONSILIVM CXXX.

INSIGNIS eques in testamento legauit dnę Hippolitæ scutos sexcentū auri pro augmento dotium suarum cum nuptui tradere tur, deinde eodem anno constituit se in publico instrumento debitorem præfatæ dominæ Hippolitæ, licet absentis, notario tamē pro ea stipulante, de eadem summa, & quantitate scutorum sexcentum auri in auro pro augmento dotium ipsius dominę Hippolitæ, promisitq; eos soluere ad tempus cum nupserit, & hoc si ipso uiuente nubat, post uero mortem suam obligauit eius hæredes ad dandum, & consignādum dictæ dominę Hippolitæ tantam bonorum quantitatem, quanta sufficiat pro dictis scutis sexcentum, incontinenti sequuta ipsius morte hac adiecta conditione, quòd in præsenti instrumento intelligantur comprehensa quæcunque legata in pecunijs facta per ipsum in aliquo eius testamento.

Quæritur, an per istam ultimam dispositionem in instrumento factam testator discesserit à primo legato in testamento relicto, adeo ut domina Hippolita uigore legati testamentarij nullatenus hæredem uexare possit, & Clarissimus Doctissimusque consultor dominus Fabricius Paulutius Forliuiensis olim discipulus, & nunc uti filius meus dilectissimus eleganter admodum, & copiosè consuluit testatorem recessisse ab ipso legato in testamento relicto, & consequenter eius causa hæredem p dominam Hippolitam molestari non posse ex multis in suo eleganti, & disertissimo consilio scriptis, quę omnia, & singula ueluti opportu-
1 na, & pertinentia recipio, & approbo, † præsertim per text. in l. non ad ea, de cond. & demon strat. Bartol. ibi & in l. re coniuncti, secunda oppo. de legat. tertio, ubi etiam post Iason, & Rip. Alcia. numero octauo, uersiculo quæ sententia, ubi ait in duobus legatis eidem factis sententiam esse certam per d l non ea. Nec dissentit idem Alciat. in l. triplici, uersic. ex parte, de uerborum significa. & Bologn. d. l. re coniuncti Quæ conclusio præclarè confirmatur per ea quæ tradit Bartol in l. cum centum, co-
2 lumna 2. uersic. si in diuersis. ff adim. leg. † ubi quando in diuersis uoluntatibus quid est relictum ob unam, & eandem causam, statur ultimę dispositioni, qđ repetijt in l. libertis quos, in principio uersicu. & distingue, de ali & cib. legat. refert ac sequitur Socinus Iunio. in l. si quis, in principio sub numero sexto, uersiculo
3 quod tamen intelligi, de legat. tertio, † ubicun que enim de eadem re in specie fit dispositio de qua facta erat prima, sub commemoratione primę fit prioris ademptio l sicut, de adim. legat. §. fin. Instit eodem, Socinus Iunio. consilio centesimonigesimoquarto. numero sexa-
4 gintanono, libro primo, † & cum testator hic apposuit illam clausulam, seu conditionem, q in præsenti instrumento intelligantur comprehensa quæcunq; legata in pecunijs facta in aliquo eius testamento, res est perspicua l. Paulo Calimacho, §. primo de legat. tertio, latè dominus Consultor per doct. maxime Bart l. plane § primo, in fi. de legat. primo, in l. triticum, circa medium, uersi. in dubio intellige, & in l. qui Romæ § duo fratres, tertia opp. de uerborum obligat. & est de intentione Alexandri. & aliorum in l. qui bis, in fin. & Castren. in l. scire debemus, eodem titulo de uerborum obligatione, post Floria. & alios in l. quinquaginta. ff de proba. & sola subscriptione requisitus in re (ut opinor) satis clara, his paucis sum contentus. Laus Deo.

Ioan. Cephalus Patauij legens.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ARGVMENTVM.

¶ Filiusfa. an testari possit, in dubio an quis præsumatur sui iuris, uel in paterna potestate, forensi an legari possit stāte statuto, quòd forensis non succedat, etiam quid si relinquatur ut res immobilis uēdatur, & pretium ipsi forensi tradatur, omnia sunt pulchra, & optime enucleata.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfa. testari non potest.*
2 *Nec de aduentitijs.*
3 *Nec ubi usufructus non acquiritur patri.*
4 *Præsumitur unusquisque sui iuris, cum de matrimonio non constet.*
5 *Patria potestas pendet à matrimonio.*
6 *Matrimonium non præsumitur, cum sit facti.*
7 *Filius an præsumatur legitimus ex patris nominatione in filium.*
8 *Præsumitur ille sui iuris qui pro tali diu se gessit.*
9 *Tempus decennij quid operetur.*
10 *Contrahens ut talis uidetur se talem fateri.*
11 *Patriā potestatem allegans, uel existentiam sui iuris eam probare debet.*
12 *Paupertatem, uel diuitias allegans eas probare debet, ubi agitur de statu præsenti.*

13 *Doctrinam allegans eam probare debet.*
14 *Dictio, quatenus, quid operetur.*
15 *Effectus debet attendi.*
16 *Persona interposita quando attendatur.*
17 *Statutum, quòd forensis succedere non possit, an prohibeat etiam illum posse pretium rei consequi.*
18 *Fraus committi non debet.*
19 *Res immobilis potest relinqui mendicantibus, ut eam uendant, & de pretio subueniantur,*
20 *Forensi an possit fundum relinqui cum hoc ut illum uendat ac pretium retineat stante statuto, quòd forensis non succedat, & infra numero 25. in fin.*
21 *Legatum rei quæ nullo modo possit legari nō ualet nec quo ad rem nec quo ad pretium.*
22 *Fallit, ubi constat testatorem uoluisse æstimationem deberi.*
23 *Statutum, quòd forensis non succedat, declaratur.*
24 *Barto in §. constat. l. apud Iulianum, de legat. 1. loquitur contra communem dum negat deberi forensi æstimationem legati.*
25 *Legatum factum forensi qui uigore statuti non potest succedere non est nullum sed æstimatio debetur.*
26 *Grauatus uendere, & pretium restituere Titio censetur absolutus, si Titius mortuus sit.*
27 *Grauatus uendere, & alteri restituere pretium non tenetur uendere, antequam constes illum uiuere.*

CONSILIVM CXXXI.



VAERITVR de pluribus, primo an dominus Ioānes Bonfius de Barcelona Hispaniæ, ciuis Ferrariæ ex priuilegio, ibiq; existens habensq; patrem in d. loco Barcelonæ testari potuerit, & dubium facit quia est filiusfamil.

Secundò utrum stante statuto, quòd forensis non succedat in bonis immobilibus potuerint sp. dominus Alexander Giambotus, ac dominus Petrus Antonius de Belaia alias de modo relecto per dictum dominum Ioannem testatorem uocari ad d. bona immobilia cum grauamine uendendi, & pretium soluendi præfatis suis patri, ac fratribus forensibus hispanis.

Tertiò casu quo præfati forenses non sint superstites, nunquid bona ipsa uendenda sint, & si sint uendenda, ad quem pertinent dictæ pecuniæ.

1 Deueniendo ad primum † uidebatur non
potuisse testari per tex. l. qui in potestate. ff. de
testam. & institut. quib. nō est permis. fac. testam.
2 in princip. cum simil. in tantum, † ut nec de
aduentitijs posit l. fina. §. filijs. C. de bon. quæ
3 lib. † & hoc ne quidē in casibus in quibus usu-
fructus non acquiritur patri Decius l. si eman-
cipati. C. de colla.
4 Sed † contrariū puto uerius, nam cum non
constet testatorem natū fuisse ex legitimo ma
trimonio præsumitur sui iuris l. Titia. ff. solut.
matrimonio l. si uxor, in uerbo, mōstretur ubi
Fulgo. C. de cond. inser. cum cæteris adductis
per Alciat. de præsumpt. regula secunda præ-
sumpt. 2 nu. 5.
5 Ratio est secundum Alciat. ibi quia † quòd
quis sit in potestate pendet à matrimonio in-
6 stit. de pat. pot. in princip. † at matrimonium
est facti, ideo non præsumitur ita etiam Bart.
consilio quadragesimosecundo, uersiculo &
inquisitione, cum multis alijs citatis per Alcia.
7 d. præsump. secunda numero quinto. Non † se
quitur ergo, pater nominat filium ergo est le-
gitimus, ut per Alciat d secunda præsumptio-
ne numero sexto in fin. ubi infert ad testes di-
centes, qualiter Titius pro filio tractabatur,
quia non sequitur nec subauditur pro filio le-
gitimo.
8 Secundò, † quia testator iamdiu fuerat in
quasi possessione sui iuris, & pro tali se gere-
bat iuxta l. tertiā, ff. ad macedo. ita glo. d. l. Ti-
tia, solut. matrimonio, Bart. l. is potest, colum.
quinta, ff. de acquir. hæred. Alexand. l si eman-
cipati. C. de collat. ubi etiam Decius numero
quarto cum alijs adductis per Alc. d præsump.
9 secunda, numero secūdo ubi † potissimū hoc
firmat si per decēnium fuerit in hac quasi pos-
10 sessione, pro nota in l prima. C. de ser. fugi. † &
testando tanquam sui iuris uidetur asserere se
sui iuris. d. l. tertia, ad maced. Alciat. ubi supra
numero tertio, in fin. ideo præsumitur sui iuris
etiam si constaret de legitimo matrimonio, ut
per eos.
Tertiò quia si constaret de iusto matrimo-
11 nio, † qui facit fundamentum in existentia sui
iuris, uel in patria potestate id debet probare
Decius d. l. si emancipati C. de collatio. glo l si
uero §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog.
quam allegat Decius consilio 120. numero 3.
& ante eum Marian Socin. consilio uigesimo-
quarto, numero quadragesimosecundo, libro
12 primo, & est communiter approbata, † quòd
ubi agitur de statu præsenti non præsumitur
aliquis nec diues, nec pauper, sed ei qui dicit
incumbit onus probandi, ut ibi plene per Alc.
& in regula tertia, præsumpt tertia in fin. eod.
13 tractatu, † ubi etiam idem scribit quo ad scien-
tiam, & doctrinam. quicquid sit quo ad mores
ut ibi per eum, sed in proposito testamentum
tantum sortitum fuit effectum, & propterea
qui modo id uult annulare sub prætextu, quod
testator fuerit filiusfamilias id debet pro-
bare.

Posttemo quia uirtute statuti etiam filius
famil. testari potest inter agnatos, sed hic fuit
testatus inter agnatos eos uocando titulo in-
stitutionis, & substitutionis ergo pro illa par-
te, & sic pro bonis mobilibus ipsi agnati qui
sunt capaces, dicuntur hæredes, pro bonis ue-
ro immobilibus, de quibus agitur, idem dici-
tur, nam licet in eis censeantur instituti do-
minus Alexander, & D. Petrus Antonius, quia
sunt uocati quatenus agnati non sunt capaces,
14 † quæ dictio quatenus hic stat quantitatiue,
iuxta doctr. Barto. l. prima, de ope. no. nun. ubi
inquit hanc dictionem stare causatiuè tempo-
raliter, & quãtitatiue, sic igitur ad bona immo
bilia uerbotenus sunt uocati dominus Alexã-
der & dominus Petrus Antonius, uerum quia
sunt grauati uẽdere, & restituere pretium ipsis
15 agnatis, propterea † attento effectu ipsi satis
censentur uocati argumento l. cum dotem. ff.
ad l. Falci. l. si sponsus. in princip. ff. de don. int.
uir. & uxo. l. cum pater. §. donationis, de legat.
secundo, l. seruo legato §. si testator, de legat.
primo, Socin. consilio quinto, columna prima,
Parisius consilio quinto, ad fin. libro primo, &
pulchrè declarat Bartol. l. tertia §. hoc autem,
de legat. præstan. ubi distingunt inter disposi-
16 tionem hominis, & dispositionem legis, † pri-
mo casu non attenditur persona interposita, se
cundo uero casu sic, ut per eum.

Circa secundum data testamenti ualiditate,
17 † non uidebatur dominus Alexander, & domi
nus Petrus Antonius, uocari posse cum graua-
mine uendendi, ac pretium restituendi forensi
bus incapacibus, & hoc quia uidetur fieri con-
tra statutũ quod prohibet forenses capere ęsti
mationem, ergo ęstimatio applicabitur fisco
uigore dicti statuti, pro quo Bart. l. apud Iulia
num. §. constat de legat. primo, ubi in terminis
negat deberi etiam ęstimationem. Quæ con-
18 clusio uidetur confirmari, † quia alias fieret
fraus statuto l. fraus. ff de ll. c. cũ quid una uia,
de reg. iur. libro sexto.

Sed contrarium puto uerius, & moueor per
id quod not. glo. domum. cap. primo, de reli-
19 gio libro sexto, ubi † res immobilis potest le-
gari mendicantibus, ut eam uendant, & de pre
tio subueniantur, sequitur Imol. d §. constat,
ubi etiam cæteri, max. Alexander, numero de-
cimo, doct omnes. l prima. ff. de testa. Port. in-
stit. de stip. ser in principio numero primo, &
ibi numero secũdo in proprijs terminis refert
20 aliquos uolentes, † forensi posse fundum lega-
ri, cum hoc ut uendat, & pretium retineat, ad-
ducit etiam doct. d. § constat.

Confirmatur etiam hæc conclusio per text.
l. si quis inquilinos. in principio de leg. primo,
21 † ubi si legetur res, quæ nullo modo posit le-
gari, quia nullo modo sit in comertio non de-
22 betur nec res, nec æstimatio, † fallit si constet
de uoluntate testatoris qui uoluerit ęstimatio-
nem deberi, ut ibi sentit glossa notabilis, quate
nus opponit de dict. §. constat, & soluit quod
ibi quoque æstimatio deberetur si de testato-
ris uoluntate constaret idem igitur & in ppo-
sito, licet si simpliciter fundus legetur non de-
beatur nec fundus, nec ęstimatio statuto ita di
sponente, attamen hoc ita se habet, ubi aliter
non constat de testatoris uoluntate, sed in ca-
su nostro cõstat de testatoris uoluntate, quod
forenses habeant ęstimationem ergo &c.
23 Non obstant contraria, † quia respondeo,
quòd statutum loquitur quãdo simpliciter re-
linquuntur immobilia, tunc licet iure commu
ni debeatur ęstimatio, ut statim dicam, statutũ
uult ut non debeatur. & hoc quia non est lega
ta. At secus in proposito, ubi æstimatio, & pre
tium in effectu relictum est, & constat de men
te testatoris ut habeant dictum pretium, ergo
& cætera.
24 Non obstat Barto. in dicto §. constat, † quia
in contrarium est communis, ut per Alexand.
in dicto §. constat. num. decimoquarto, omnes
in l. filiusfamil §. si quid alicui, de legat. primo,
& in l. multum interest, de uerborum obligat.
Imol. in capit. filius, extra de testam. & alibi,
25 † & sic legatum non est nullum iure commu-
ni, sed estimatio debetur. Castr. Imol. & cæteri
d §. si quid alicui, & dicto §. constat, aut igitur
loquimur de iure communi, & stante huius-
modi statuto quod excludit forensem à bonis
immobilibus, si legetur res immobilis, legatũ
ualet respectu æstimationis, docto. in d §. con-
stat & in dicto § si quid alicui, item etiam sibi
potest legari, ut uendat & pretium habeat, gl.
in dicto capitulo primo, de relig. do. libro 6.
Portius, & Aret. ubi supra. Ad statutum no-
strum extat responsio ex suprascriptis.
26 Progredior ad ultimum † in quo breuiter
concludo dominum Alexandrum, & dictum
Petrum Antonium à grauamine uendendi, &
soluendi pretium censeri absolutos casu quo
ipsi forenses mortui sint l. si quis Titio; de le-
gat. secundo, l pater filium. § tusculanus, de le-
gat. tertio, l. prima, §. pro secundo. C. de cad.
27 tol. † Hoc igitur interim ipsi dominus Alexan
der, & Petrus Antonius, debent tenere bona
usquequo appareat an forenses sint priuilegio
capaces, item usquequo apparet, an uiuant
iuxta l. si quis instituatur hęres in diem, in prin
cipio, de hæred. instit. l. secunda, §. si sub con-
ditione, de bon. poss. secundum tabul. &c.

Laus Deo.

Ioannes Cephalus Iuris. V. Doctor Fer-
rariensis Paduę legens.

PRO MAGNIFICO, ET EXCELL. Iurisconsul. D. Georgio Paleocape Cretensi. D. Rectoris Iuristarum, ac etiam artistarum genitore.

Maximo Deo Auctore.

ARGVMENTVM.

¶ Verbum moriente, qualem inducat substitutionem, filius grauatus restituere, an duas detrahere possit quartas, & qualem hæreditatis partem quartæ ipsę absorbeant, omnia notabilia, & egregiè explanata.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio obliqua cōtinetur sub compendiosa.*
2 *Verbum moriente, est commune uel directum.*
3 *Substitutio facta per uerbum directum moriente habet locū quocunq; tempore hæres moriatur.*
4 *Filius grauatus restituere duas detrahit quartas & infra nume. 9.*
5 *Legitima debetur filio.*
6 *Legitima debetur filio iure naturæ tanquam æs alienum.*
7 *Filius respectu legitimæ est quasi creditor in hæreditate patris.*
8 *Filius grauatus consequitur trebellianicam.*
10 *Legitima filij quæ nam sit.*
11 *Trebellianica ex quibus bonis deducatur.*
12 *Legitima, & trebellianica capiunt hæreditatis dimidium.*

CONSILIVM CXXXII.

IN præsenti casu, in quo præmittitur testatricem instituisse hæredē
uniuersalem Constantinum filiū
& eo moriente disposuisse bona
sua redire ad ipsius testatricis patrem, arbitror
in primis patrem ipsum fuisse ad bona uocatum uigore substitutionis fideicommissarię,
præsertim si Constantinus filius maior deci-
1 moquarto anno ex hac uita migrauit. † ipsamq;
obliquam substitutionem contineri sub compendiosa substitutione inducta per illud uerbum, moriente, Curtius Iun. consi. 172. numerò primo, 2. post Bart. quem citat in l. Cēturio
quæstione prima. ff. de uulg. & pupill. idem tradit Decius in l. precibus. C. de impub. & alijs
substitut. numero 15. & clarius in consil. 227.
in casu ad me transmisso, numero tertio, uersi.
2 & hoc comprobatur † Quòd uerbum, moriente, est commune, uel saltem directum, & non
ciuile, capitulo primo, de testa. in sexto, & tradit Bart. in d. l. Centurio. colum. tertia, ubi lo-
3 quitur de uerbis directis non ciuilibus, † &
propterea quocunque tempore filius ipse decesserit substitutio sustinetur, glos. in §. qua
ratione, Instit. de pupill. subst. Bar. & cæteri in
d. l. Centurio, ac d. l precibus. Decius consilio
228. in casu proposito, numero 4 in princip.
4 Verum est, † quòd ille, qui prædicto filio grauato successit eius nomine potest de supradicta hæreditate detrahere legitimam, ac trebel-
5 lianicam, ex eo enim, quòd est filius, † sibi legitima debuit. l. cum ratio. ff. de bonis damn. l.
cum quæritur, & l. parentibus. C de inoffic. testam. text. in authentica presbiteros prima. C.
6 de episcop. & clericis, cum multis simil. † &
fuit sibi iure naturæ debita, tanquam ęs alienū
dicta l. cum ratio, l. Papinianus. §. si quis legatum, ad fin. ff. ad l Corn. de fals. § pręmissi itaq;
in auth. de hær. & falcid. & in auth. nouissima.
C de inoffic. testam. l. si totas, eo titulo, Bald. in
l. scimus in princip. C de inoffic. testam. & in
l. si uerò. ff de mil. testam. Curtius Seni. in cōsilio septuagesimoquinto, dominus Ludouicus
colum quarta, doct. in ca. Raynurius, & capit.
Raynaldus, extra de testa. & præter istos Cyn.
in l Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell. ubi etiam
Ias. Barto. in dicta l. si quis legatum. Alexander
latè consilio 82. colum. secunda, numero uigesimoprimo, libro quarto, Decius consilio 236.
numero quinto, sexto diffuse decisio Neapol.
162. numero tertio, Alciatus tractatu de præ-
7 sumpt. regula secunda præsumpt. octaua, † uel
filius ipse respectu legitimæ saltem fuit quasi
creditor in ista hæreditate, d. l. Papinianus. §.
quoniam, de inoffic. testam. l. & quia ff. pro socio. glo. Bart. & Bal. in l. mancipia. C. de iur. &
fact. ignor. Socinus cōsilio primo. numero 17.
libro primo, consilio 150. numero undecimo,
uersi. confirmatur, eod. libro, Ias. d. l. mancipia,
Dec. & Cagn. in l. iura sanguinis de regul. iur.
8 & alibi in mille locis, † cum uerò filius fuerit
grauatus, ob id ēt trebellianicam consequi debuit §. sed quia hæredes, insti. de fideicom. hæredit. l 1. & per totum tit. ff. ad senat. consul. tre-
9 bell. † & ita filium, s. fideicommisso, maximè cōditionali grauatum, posse duas quartas detrahere, concludunt oēs in c. Rayn. extra de test.
in l. quamq̃ C. ad l Falc. Imo. & Alex. in l. in ratione. §. quod uulgo. ff. eo. Ruyn consil. 43. nu.
12. lib. 2. & ita obseruari de consuetudine totius orbis, tradunt Guid. Papæ q 52. Ias. l filiū
quem habentem. C. famil. ercisc col. 4 in auth.
res quæ, notabili 2. C. cō de lega. & consi. 146.
nu. 7. libr. 4. esse communem ostendit Decius
d. consi. 228. col. 2. uersi. quia secundum communem, & 299. nume. 3. & seruari in iudicijs,
& scholis Decius consilio 257. col. secunda, in
princip. & ample in consi. 55. col. 5. omnes in l.
cohæredi. §. cum filię. ff. de uulg. & pupill. & in

l, Papinianus. § meminiſſe, ubi inter cæteros
Cagnol.ff.de inoffic.teſtam & ait Soc. Iun in
conſilio 13 ι.numero 19. lib. 1. hanc ſententiā
per totum mundum obſeruari, tanquam euan
gelium, & eam eſſe communem indubitatam
ſaltem in uiam deciſiuam, & in praxi obſeruatam,
tradit conſilio 170.circa primum libro
10 ſecundo numero 22.ubi multos refert.† Quæ
legitima quamuis olim eſſet totiua hæreditatis
quarta d.l.parentibus, d l.cum quæritur.C.
de inoffic. teſtam. cum ſimil.tamen hodie eſt
tertia eius partis, quæ dicto filio ab inteſtato
fuiſſet debita, ut notatur in d. l. Papinianus.§.
quoniam ff.de inoff teſtam.& in authētica nouiſsima
C.eo,cum multis alijs per Socin.Iun,
adductis in conſilio 132. numero ſexto, libro
11 primo, † & facta legitimæ detractione, de toto
reſiduo deducitur quarta trebellianica, ut
communiter concludunt ſcribentes in d capitulo
Raynaldus, extra de teſtam.in c. ſi pater,
eod.titulo libro ſexto,& plures alios citat Socinus
Iun. in d. conſilio 132. numero 8. Adeo,
12 ut † utraque, ſcilicet legitima, & trebellianica
ſimul iunctæ capiunt hæreditatis dimidiū Ca
pra conſilio 20. numero 8. conſilio 64. & 65.
num.5.& communis eſt opinio, ut per eum in
conſilio 89.numero 23.& 106. numero quarto,
Dec.d.conſilio 228.col.2.uerſi.quia ſecundum
communem, & d.conſi.299.nu.3.uerſi.&
trebellianica cum d.legitima,& Abb.in conſilio
41.nu. 1. Laus Deo.

Ioannes Cephalus Paduæ legens.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ARGVMENTVM.

¶ In materia ſubſtitutionum multa accurate explicata, præcipuè, an ex uerbis illis (inuicem, & uiciſsim ſubſtituo) inducatur fideicommiſſaria ſubſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum an inducatur ex uerbis illis, inuicem, & viciſſim ſubſtituit.*

2 *Verba inuicem, & uiciſſim ſubſtituo important unam tantum directam ſubſtitutionem vulgarem, & pupillarem ſi poſſint.*

3 *Subſtitutio breuiloqua facta ad inuicem de pluribus filijs inſtitutis non comprehendit fideicommiſſariam.*

4 *Subſtitutio quæ poteſt ab initio ualere iure uulgaris ex poſt facto non obliquatur.*

5 *Subſtitutio uulgaris per aditionem expirat.*

6 *Subſtõnis appellatione de directa intelligitur.*

7 *Diſpoſitio in dubio applicatur digniori extremorum.*

8 *Subſtitutio directa eſt dignior obliqua.*

9 *Pater præſumitur capere prouiſionem magis fauorabilem filio.*

10 *Fideicommiſſum eſt onus.*

CONSILIVM CXXXIII.

VISO puncto.cuius tenor talis eſt. Quidam inſtituit duas ſuas filias hęredes ęqualiter, & ęquis portionibus, ac eas inuicem, & uiciſsim ſubſtituit, altera ex iſtis poſt aditionē hæreditatis deceſsit priua cōdito teſtamento. in quo illam hæreditatem patris ſui, in qua fuit hæres inſtituta, reliquit cuidam tunc marito ſuo, dubitatur annquid potuerit teſtari, ex quo illa bona uidentur ſubiecta fideicom miſſo, ꝓpter illa uerba inuicem, ac uiciſsim ſubſtituit.

Dicam breuiter in caſu propoſito, qđ pro ueritate, & iuſtitia dicendum uidetur, & omiſsis contrarijs breuitatis cauſa, referam illa dumtaxat quæ faciunt, & ſtringūt in iſto artic.

Mihi uidetur, & ita ſemper iudicarem, illam
filiam potuiſſe teſtari, & per conſequens bona
ſua relinquere ſuo marito, & hoc uidetur hr̄e
1 modicam difficultatem, † qm̄ illa uerba, eas in
uicem, ac uiciſsim ſubſtituit, non important
2 fideicommiſſum, ſed comprehendunt unam
tātum directam ſubſtitutionem uulgarem, &
pupillarem ſi poſsint, ita dixit Bar.& communiter
doctores in l. 2. C. de impuber. & alijs
ſubſtit. Bart.in l.Lucius, in pen.q ff.de uulg.&
pupill.& ibi latè Alex.col. fin.& in l.qui plures
in prin.ff.de uulg.ubi etiam atteſtatur iſtā eſſe
communem opinionem, Decius in d l. 2. & in
rubrica.C.de impub.& alijs ſubſtit col. fin numero
2.& conſi.86.uiſo puncto, col. 1.num.1.
& conſi.205.nu.6.col. 2. & conſil. 291. col. 1.
nu.3.& conſi.318.col.2.nu.3. Ang.conſ.151.
Quidā Nicolaus, Aret.conſi.37.ſequendo ordinem,
col.3. in quibus locis communiter con
3 cludunt, † ꝙ iſta breuiloqua ſubſtitutio facta
ad inuicem de pluribus filijs inſtitutis non cō
prehendit fideicommiſſariam, ſed tantum uul
4 garem, † quia cum poſsit ualere ab initio iure
uulgaris ex poſt facto non obliquatur. l. uerbis
ciuilibus.ff.de uulg.Barto.late in l.Centurio,
columna decima, uerſiculo ſecundo opponitur
ad prædicta, in fine, ſed iſte eſt caſus noſter,
igitur non uidetur opus diſputatione, ſi
5 enim adeſt ſola uulgaria, † quæ expirauit ad
itione hæreditatis l. poſt aditam. C. de impub.
cum ſimil. ergo &c. & ex his ſolis conſtat de
ueritate iſtius partis.

Secūdò etiā probatur, quia ſubſtitutio fuit
ſimpliciter facta, ergo eſt directa, non fideicō
6 miſſaria, † quia appellatione ſubſtitutionis de
directa intelligitur.c.ſi pater, de teſta.in ſexto,

Paul.

Paul. de Castro in rubrica. C. de impub. Bald. in l. precibus, colum. 16. C. de impub. Alex. in l. nerbis. colnm. fin. numero 12. ff. de uulga. per glo. ibi, quam sequitur Bal. & Cast. Alexander in l. Centurio. numero 73. ff. de uulgar. Decius in rubrica. C de impub. & alijs subitit. colum. fina. nnmero secũdo, & in l. in testamento col. quinta, numero nono, uersi. 4. no. C. de testam. milit. & consi. 572. in fin. incipient. in casu pro posito, in casu igitur nostro erit potius uulgaris directa, quàm obliqua.

7 Tertiò, † quia quando dubitatur cui extremorum dispositio debeat applicari, in dubio applicatur digniori. l. fi. ff. de fid. instrum. l. qđ per manus. ff. de iur. codicill. capitulo quòd in
8 dubijs. de consecrat. eccles. uel altar. † sed substitutio directa est dignior obliqua, ut inquit Alexander in l. Centurio, numero 75. ff. de uulg. ergo &c.

9 Quartò, † nã pater præsumitur capere consilium, & prouisionem magis fauorabilem filio, ergo uidetur uoluisse, quòd substitutio ualeat tanquam nulgaris non autem per fideicó-
10 missnm, † quod est onus filio. l. ex tribus. C. de inoffic. testament. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de nulgar.

Quòd autem pater ita præsumatur capere melius consilium pro filio probatur in l. nec in ea in fin. ff. ad leg. Iul. a de adulter. in l. nihil de bonis libert. in l. scripto. ff. unde lib. facit bona glo. in l. isti quidem in fin. ff. quod met. causa, nota. in l. mideamus circa principium. ff. de in litem iurand. facit etiam text. in l. fina. C. de curat. furios. & in l. pen. in fin. ff. eod. titu. facit quod notat Decius consilio 26. numero secundo, & tradit Alcia. de præsumpt. regula, 1. præsump. 2. nume. r.

Et ita ex prædictis, & multis alijs, quæ adduci possent tum breuitatis causa omissis, cum etiam quia res nõ uidetnr habere difficultaté, semper iudicarem, nullum in casu proposito fuisse fideicommissum, & per consequens prędictam testatricem potnisse illa bona marito suo relinquere. Laus Deo.

Ioan. Cephalus Ferrariensis legens.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ARGVMENTVM.

¶ Pœna in testamento per testatorem apposita quando per bæredem committatur, & si non fuerit executa contra bæredem, an posit exequi contra hæredis bæredem, quã do grauari posit qui honoratus non est in commodo pecuniario, cum alijs pluribus, ut ex summarijs dignoscitur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in testamento apposita quando cessare uideatur.*
2 *Grauari non potest qui in commodo pecuniario non est honoratus.*
3 *Pęna testamentaria ut locum habeat monitio requiritur.*
4 *Item scientia testamenti.*
5 *Ignorantia paterni testamenti præsumitur.*
6 *Pęna testamentaria in uita hæredis non petita an possit peti post eius mortem.*
7 *Pęna in testamento apposita cessare uidetur, ubi sunt dati executores in testamento, declara tamen, ut infra nu. 23.*
8 *Restitutio in integ. quæ competebat personæ mortuæ an competat eius hæredi.*
9 *Testator pęnam priuationis suo hæredi apponere potest.*
10 *Auth. hoc amplius. C. de fideic. declaratur.*
11 *Mitius agitur cum lege quam cum homine.*
12 *Grauamen in testõ appositum non cõtinẽs cõmodum pecuniarium quando cessare uideatur.*
13 *Testatoris commissio est exequenda, & hæres nõ exequtus incidit in pęnam.*
14 *Honoratus qui non est in commodo pecuniario grauari non potest dispositiuè.*
15 *Potest tamen grauari conditionaliter.*
16 *Pœna hominis ut locum habeat uel non habeat quid inspiciatur.*
17 *Monitio nõ requiritur ubi pęna est hominis cum tanto tempore.*
18 *Testamenti scientia ex quibus præsumatur.*
19 *Hæres, & si fęmina sit non parens testatoris commissionibus molestari potest.*
20 *Ignorantia præsumitur.*
21 *Hæredem molestare potest qui non molestauit defunctum ob ignorantiam.*
22 *Pęna quæ ipso iure cõmittitur trãsit ad hæredes.*
23 *Pęna testamentaria in hęredem locum non habet ubi non fecit ob testamẽti executores illum impedientes uniuersales seruos.*
24 *Restitutio scienti non conceditur.*
25 *Puella ex causa excusatur.*
26 *Restitutio non competit ubi non datur excusationis causa.*

CONSILIVM CXXXIIII.

BLASIVS Palacinus de Monticulo in eius ultimo testõ sibi hæredem vniuersalẽ instituit Magdalenã eius unicã filiã, ac iussit, ut ipsa se nuptui tradere dẽret in testõris domo, in eaq; manere, ac hostiũ tenere apertum, & ꝙ maritus, quẽ acciperet, de domo testõris se uocari faceret, ac noĩari, & sic nocaretẽ de Palacinis non autẽ de domo sua, sub pęna amissionis hr̃ditatis, ad illos transferendę, ad quos de iure dẽt trãsferri, & sic ad uenientes ab intest.

Extat etiam statutum in terra Monticuli, quòd mulier non nubat homini alterius iurisdictionis, quando in hæreditate remansit, nisi saltem per quatuor menses anni habitauerit Monticuli, uel Regij, sub pęna de qua supra in testamento apposita, mortuo testato patre hęc mulier sua filia nupsit Com. Petro Mario de Canossa, & sic extra iurisdictionem, & non in domo patris, in qua nec stetit, immo nec Môticuli habitauit nec Regij saltem per tempora à statuto requisita, nec unquàm uoluit maritus se de Palacinis uocari, subinde mulier ipsa decessit, marito hærede instituto, qui obijt postremo, & nullis relictis liberis, extraneum reliquit hæredem, nunc surgunt ab intestato uenientes ex latere ipsius mulieris, hæreditatem ipsam prætendentes Quæritur quid iuris.
Et prima facie pdicti ab intestato succeden-
1 tes non uidebantur admittendi, primo † quoniam huiusmodi grauamen, commodum non continet pecuniarium alicuius tertij ideo pęna supradicta cessare uidebatur iuxta notata p gloss. l. non oportet. C. de his quib. ut indign. bene facit. l fin. §. fin. de aur. & arg. legat. & tradit Iason auth. hoc amplius secunda limit. C. de fideicommiss. ubi pariter cessat illa pęna, ubi de grauamine commodum pecuniarum non concernente tractatur, sic etiam uidemus,
2 † quòd ubi quis in commodo non pecuniario honoratus est, grauari non potest l. planè, ultima §. fina ubi etiam Barto. de leg. 1.
Secundò, quia ut ibi per Bald. colnm. tertia, & per Bart. consilio centesimotrigesimonono,
3 statuto communi Gualdi, † monitio mulieris requirebatur, quæ cum nulla intercesserit, merito mulier ipsa non uidebatur hæreditate priuanda.
4 Tertiò, quia † ad priuationem testamenti scientia uidebatur necessaria, Baldus consilio 480, testatore libro primo, Ruyn. consil. 184. libro secundo. Ideo cum scientia in repræsenti non fuerit probata, mulier ipsa non uideba-
5 tur priuanda, † præsertim cum ignorantia prę sumatur paterni testamenti, Bart. l. qui Romę. § duo fratres de uerb. oblig.
6 Quartò, † quoniam muliere uiuente pęna hæc cum petita non fuerit, pariter nec post eius obitum uidetur peti posse, ut in simili dicit Casado in titulo de locat. prima, & secunda decisione, in terminis Crau. consilio quinquagesimonono, in fin.
Quintò nam ad instar pęnę authenticę, hoc
7 amplius, † hæc pęna cessare uidetur ubi, ut hic, executores in testamento sunt dati, Barto. ibi, & in d. consilio 137.
Sextò, quia hæc mulier erat minor si etiam patris uoluntatē neglexisset, & consequenter pęnam incurrisset, si uiueret in integrum resti-
8 tuenda esset, † & cum sit mortua ex sua persona restituendi sunt eius hæredes, ut in si. Aret. consilio sexagesimoseptimo, quæstione quarta, sequitur Ruyn. consilio 199. libro primo, & 184. colnmna fin. libro secundo, quæ restitutio etiam locum habet, tamen, & si onus in testamento appositum amplius impleri non possit, ut per Aret. & Ruyn. ubi supra.
His tamen minimè obstantibus sequor contrariam sententiam, quod immo ad successionem prædicti, ab intestato uenientes sint ad-
9 mittendi, † quoniam testator priuationis pęnam suo hæredi apponere potuit § fina. instit. de legat. l. prima. C. de his, quæ penę nomin. ubi etiam Bal. primo notabili quib. stantibus.
Non obstat primum, quoniam licet grauamen non cōtineat commodum pecuniarium, tamen testatore ita uolente, erat parendum d.
10 l. prima, quicquid sit in pęna legali † de qua in
11 dicta authentica, hoc amplius, † mitius, enim agitur cum lege, quam cum homine. l Celsus. §. primo, de arbit.
12 Secundò dico, † id posse procedere quando simpliciter grauatur hæres ad commodum non pecuniarium, at secus quando in pęnam bona sibi relicta, alteri applicantur, tunc hęres non obediens, & sic qui in pęnam incidit, illi bona tenetur restituere, cui penæ nomine fuerunt relicta, & applicata, dicta l. prima, C. de his quæ pęn. nom. §. fina. instit. de legat. Præterea contrarium procedit nisi testator pęnam priuationis expressè apposuisset hæredi casu
13 quo tale quid non fecisset † nam etiam si id non contineat commodum pecuniarium, est tamen exequendum, alias hæres non exequens incidit in pęnam, ut concludit Ias. l. non oportet. C. de his quib. ut indig. per text. l. fin. in fin. C. de fideicommiss. secundum primam lecturam gloss. d. l non oportet, communiter rece-
14 ptam, ut ibi allegat Ias. † & quamuis in commodo pecuniario non honoratus grauari nō
15 possit dispositiue dicta l. plane. §. fin. † potest tamen grauari conditionaliter. l. tertia. §. fi. de cond. eau. s. dat. l. tertia, de stat. liber. Ias. l. cum filio, colum. septima, uersiculo responde defendendo Bartol. & ibi Ruyn. columna septima, uersiculo sed est aduertendum, de legatis primo, sic igitur etiam in proposito factum per hæredem implendum in conditione positum, debet non implenti nocere, quamuis commo-
16 dum respiciat non pecuniarium, † & in pęna hominis solum spectatur an respiciat turpe, uel impossibile. d. l. 1.
Et in prædicta legis dispositione ubi non
17 est dies, & pœna, monitio requiritur, † secus in proposito ubi pęna est hominis cum certo tempore, quo casu monitio non requiritur, Goza. consi. 34. col. 1. Bal. d. l. j. q. 13. de his, quæ

quæ pen.no.Castrens. consi. 259. omnis diffi-
18 cultas colu. 1.lib.1. & in proposito † scientia
constat ex instrumento assignationis dotis,
ubi se hæredem facit ex testamento patris. Ri-
pa d.§.duo fratres q.2.ubi etiam cæteri.

Nec obstat quartum. dum dicebatur mulie-
19 res hæredes molestari non posse, † quia im-
mo possunt, Bar.consi.29.proponitur quod in
20 testamento. † et præsumitur, quod hæredes
ab intestato non molestauerunt, quia disposi-
21 tionem ignorauerint.l.uerius de prob.† ideo
non phibentur inquietare eius hæredes, Abb.
consi.3.q.9.lib.2.Alex.l.rei iudicatæ ff. soluto
22 matrimo.item † cum ipso iure sit priuata pœ
na transit ad hęredem, Alexand.d.l.rei iudica-
tæ.Bal.capitulo imperialem.§.insuper, de pro-
hib. feud.alien.per Feder.Abb.& Card. in c fi.
de donat. Castrens.l.omnimodo.C.de inoffic.
testam. & consi.259.colu. fina.lib.1. Aretinus
consi.14.col. finali.

Quintum de executoribus datis, procedit
quando de pęna illius authēticæ infligēda tra
ctatur, secus in re nostra, ubi testator fieri ius-
23 sit, ac priuauit, si non fieret. Item † id ita sese
habet, ubi hęres exequi impeditur, ex eo quod
executores dati sunt, aliàs secus, ut in proposi-
to Bal.d authent.hoc amplius, col.fi.uers.quæ
ro quid si testator, & Gozad.d.consi.34.

Ad ultimum de restitutione hæredis, respon
24 detur † non habere locum ubi defunctus fuit
sciens, prout fuit in casu nostro, ut supra Bal.
l.pupillorum, col.fin.C.de repud.hęred. Areti.
& Ruy.consilijs in oppositum adductis, & in
specie Castr.consi.259.col.fi. in prin.& quam
25 uis in casu suo Aret. dixerit † puellam excusa-
26 ri ex causa, ut per eum, † nō tamen in casu no
stro fuit excusationis causa. ideo restitutio nō
competit Castrens.consi.259. columna finali
libro primo. Laus Deo.

Ioannes Cephalus I.V.D. Ferrarien.scr.

AD INSTANTIAM STRENVI Capitanei Bigoti de Bagnacauallo.

Maximo Deo Auctore.

ARGVMENTVM.

¶Mater an ex pupillari substitutione excludatur à luctuosa filij hęreditate, & maximè à legitima. Pupillaris substitutio, an sit patris, uel filij testamentum, cum pertinentibus multis, omnia perdoctè tractata.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus an intestatus decedere dicatur.*
2 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum patris non autem filij.*
3 *Pupillares tabulę uerè sunt testamentum patris fictè uero filij.*
4 *Veritas fictioni praeualet.*
5 *Matri in bonis filij sine liberis defuncti debetur legitima.*
6 *Mater in testamento filij praeterita potest secundum iuris antiqui dispositionem testamentum querelare.*
7 *Filius sine causa non potest matrem sua legitima priuare.*
8 *Legitima matri in bonis filij debetur.*
9 *Matri in bonis filij competit legitima quādo excluditur à successione ipsius filij.*
10 *Substitutio pupillaris tacita non excludit matrē à successione filij.*
11 *Etiam si mater transeat ad secunda uota.*
12 *Taciti & expressi idem est iudicium.*
13 *Tacita dispositio quandoque fortior censetur quàm tacita.*
14 *Filius potest tacitè praeiudicare patri et non expressè.*
15 *Iuramento calumniae tacitè potest renunciari, sed non expressè.*
16 *Dolus praesumptus expressè remitti non potest.*
17 *Potest tamen tacitè.*
18 *Dolus praesumptus tacitè remittitur per cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri.*
19 *Substitutio pupillaris expressa quae.*
20 *Mater etiam à legitima excluditur per pupillarem substitutionem expressam.*
21 *Praecipuè ubi pupillus non habet nisi bona paterna.*
22 *Substitutio pupillaris comprehensa sub breuiloqua à compendiosa excludit matrem.*
23 *Substitutio pupillaris est filij non patris testamentum uerè & propriè.*
24 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum pupillare.*
25 *Substitutio exemplaris dicitur testamētum muti uel mentecapti filij.*
26 *Substitutio exemplaris fuit introducta ad exemplum pupillaris.*
27 *Substitutio pupillaris est testamentum patris respectu ordinationis.*
28 *Verbum est, ueritatem & proprietatē significat.*
29 *Substitutio pupillaris quae dicitur filij testamentum non subiacet querela & ideo mater potest praeteriri.*
30 *Idem in exemplari substitutione.*
31 *Substitutio pupillaris aliquando dicitur testamētum patris, aliquando, filij quando agitur de eius impugnatione & quomodo.*
32 *Mater secundum crebriorem sententiam excluditur etiam à legitima in pupillari substitutione expressa per uerba communia facta.*
33 *Mater quare in pupillari tacita non excludatur à legitima filij.*

34 Inter-

34 *Interpretatio non est necessaria in claris.*
35 *Taciti & expressi idem quando non sit iudiciũ.*
36 *Renunciatio tacita impropria est.*
37 *Verba propriè sunt intelligenda in materia stricta.*
38 *Mater quando per tacitam pupillarem excludatur.*

CONSILIVM CXXXV.



ESTATOR Christophoro eius filio infanti, legitimo, & naturali instituto, si decedat in pupillari ætate, uel aliàs quandocunq; uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, ac omni meliori modo, instituit, & substituit Tiberium fratrem dicti testatoris, Christophorus infans decessit eius matre, legitima uxore prædicti testatoris, uiua, ac superstite. Quæritur an mater ipsa saltem pro eius legitima excludat substitutum. Et uidebatur dicendum quod sic, quia in terra ipsius testatoris extat statutum, quòd si aliquis pupillus, uel pupilla adultus, uel adulta ab intestato decesserit, mater, auia, uel proauia de bonis ipsius personæ defunctæ solum legitimam iure naturæ debitam consequatur, & nõ plus. Vnde in proposito cum iste Christophorus intestatus de-
1 cessisse uideatur, † cum ipse nullum testamentum fecerit, nec facere potuerit ob ætatis defectum l j.ff. de suis, & legit instit. de hæred. quæ ab intest. in princi. l. intestatus, de uerb. sign. l. qua ætate. ff. de testamen. sequitur ut sibi ab intestato defuncto mater, quo ad legitimam, debeat succedere. Non obstãte quod testator pa
2 ter sibi substituerit, † nam substitutio etiã pupillaris uidetur testamentum patris nõ autem filij. capitulo si pater, in fi de testam. lib. 6. Bar. l. Papinianus § sed nec impuberis, uers. probatur simile. ff. de inoff. testamen. & Aret. l. ij. col. 3. uers. 3. conclusio. ff. de uulgar. & pupilla. in-
3 quit † tabulas pupillares uerè esse testamentũ
4 patris, fictè autem filij, † ueritas autem fictioni præualet. l. filio quem pater, de libe. & posth. cum sim. ergo inspecta ueritate simpliciter appellandum est testamentum patris, non autẽ filij. Item si fictè est testamentum filij, ergo secundum ueritatem filius est sine testamento, et sic statutum supradictum debet sibi locum uendicare. Præterea si concludatur pupillarẽ substitutionem uerè, & propriè esse testamentum filij, adhuc uidetur in re nostra matre existente ipsam substitutionem esse nullam ob in
5 eã matris præteritionem, † cum in bonis filij debetur legitima, si filius moriatur sine liberis, auth. presbyteros. C. de episc. & cler. & in cor
6 pore unde sumitur, † & si in filij testamento sine causa mater prætereatur testamentum que relare potest inspecto iure antiquo. l. cum filium. C. de inoff. test am. l. nam etsi parentibus. ff. eo. notatur. § hęc autem disposuimus, in authent. ut cum de appellan cognos. Bar. & cęteri in authen. ex causa, col. 8. uers. circa secundum C. de libe. præter. Doct. in l. sicut certi. C. de mil. testam. in §. 1. in authen. de hęred. & fal
7 cidia, & alibi. † Nec filius sine causa possèt matrem eius legitima priuare. cap. si pater, propè
8 finem, de testamen. in 6. † cum sibi huiusmodi legitima turbato ordine saltem iure ciuili debeatur. d. l. nam, et si parentibus. ff. de inoff. testam Bal l j. §. ius naturale de iusti. & iur. Alciatus de præsumpt. regula prima præsump. 8. nu. 2. Ripa. l. ij. num. 45. uers. sed defendendo. ff. de uulg. allegat Alexand. consi. 68. lib. 4. aut igitur est testamentum patris & filius dicitur mortuus intestatus, et sic locus uidetur dispositioni statuti, aut est filij, & idem uidetur cũ in eo mater præterita fuerit, ut supra dixi.
9 Tertio † nam quando mater excluditur uigore substitutionis sibi legitima competit, & debetur, ut notatur in c. Raynutius, & c. Raynaldus, de testam. Dyn. & Bar l. ij ff. de uulg. &
10 pupill. † & tacita pupillaris non excludit matrem. l. precib. & ibi omnes. C. de impu. & alijs subst. l. fin. C. de instit. & substit. Bar. & Doct. d. l. ij. ff. de uulga et pup. latè tradit Alex. l. centurio col. 17. eo. titu. Decius consi. 314. nu. 2.
11 Curt. iunior in consi. 134. uiso, circa fi. † etiã si mater ipsa transeat ad secunda uota, ut magis communiter concludunt Doc. d. l ij. igitur idem etiam uidebatur in pupillari expressa,
12 † quia taciti, & expressi idem est iudicium. l.
13 cum quid. ff. si cert. pet. † & fortior quandoq; censetur dispositio tacita, quàm expressa, patet
14 in renunciatione tacita, † per quam filius potest patri præiudicare, quod fieri non potest per expressam, Doct. l. j. C. qui admitti, idem in
15 iuramento calumniæ, † cui expressè renunciari non potest, & tacitè potest, Dec. c. 2. col. pe-
16 nultima, nu. 27. de proba. † et dolus præsumptus expressè remitti non potest. l. si unus. §. il-
17 lud. ff. de pact. et ibi etiam Pau. de Cast. † & tamen tacitè remitti potest secundum Bal. l. j. C.
18 de usufruc. † et tacitè remittitur si de utendo, et fruendo ad arbitriũ boni uiri cautio remittatur, Ruy. l. nemo potest col. 33. de legat. 1. si igitur tacita pupillaris non excludit matrem, tanto minus, uel saltem idem uidetur dicendũ in pupillari expressa per supradicta.

Quibus tamen non obstãtibus oppositum omnino est concludendum, scilicet ipsam matrem etiam à quacunque legitima prorsus esse exclusam: nam in proposito testator etiam fecit pupillarem substitutionem expressam,
19 † cui de præsenti locus est, cũ Christophorus filius infans decesserit. Soci. consi. 117. uiso testamento

20 ſtamento lib.4.& alibi Decius conſi.644.† &
apertiſsimi iuris eſt matrem etiam à legitima
excludi per ſubſtitutionem pupillarem expreſ
ſam,in terminis eſt text. in c.ſi pater,in fin. de
teſtam.lib.6.in l. Papinianus.§. ſed nec impu-
beris.ff.de inoffic.teſtam l.Lucius. ff.de uulg.
& pupill.l.precibus in fi.C.eo.& ibi oēs doct.
& in l ij.de uulga.& pupil. in tertio effectu pu
pillaris ſubſtitutionis,Imol.c.Raynutius, ex-
tra de teſtam.Decius conſi.2 t 1.nu.2.et conſi.
572.et alibi.Afflict.Neapol.deciſ.38. quidam
teſtator nu.3.uerſ.bene uerū eſt,& deciſ.310.
fuit in conſi.num 2. Alexan conſi. 17. ponde-
ratis col.3.uerſ.& licèt mater. lib.3. Ferratius
cautela 19.ſententia,ubi teſtatur eſſe commu
nem,& per Lancel.polit.tracta.de ſubſtitu. in
illa parte in qua loquitur de ſubſtitutione pu-
21 pillari in quarto effectu pupillaris.nu. 51.† &
proculdubio procedit ubicunque pupillus ha
bet ſola bona paterna,ut ibi per eum, quod ar
bitror fuiſſe in caſu noſtro ut mihi relatū fuit,
idem Curti iun conſi.134 uiſo, ac diligenter
conſiderato,circa principiū & conſi.86. præ-
22 ſupponitur nu.7.† ubi idem concludit, quod
eſt fortius, in ſubſtitutione pupillari compre-
henſa ſub breuiloqua,& ſub compēdioſa quæ
ſimiliter excludit matrem,ut ibi per eum,& ui
detur crebrior ſententia doctorum,l.centurio
ff de uulga.in l precibus.C.eod. in c. Raynu-
tius de teſtam.cum ſimil.adductis per Alexan-
drum,qui ita tenet conſi 12.attentis uerbis co
lumna 5.uerſ.& quod ſubſtitutio compendio
ſa,et conſ.17.ponderatis col.3.4.lib.3. et quo
niam ex reſponſionibus ad contraria hæc ſen-
tentia clarior apparebit. ea propter dico pri-
23 mum non obſtare,† nam non eſt uerum, ꝙ
ſubſtitutio pupillaris ſit patris teſtamentum,
ſed eſt filij, ut explicitè dicit. l Papinianus.§.
ſed nec impuberis.ff. de inoff.teſtamen. & pro
batur.l.ij.in princ.ff de uulga.ubi moribus in-
troductum eſt,ut quia liberis impuberibus te-
ſtamentum facere poſsit,ſi igitur pater facit te
ſtamentum filio,illud teſtamentū filij eſt,non
autem patris. idem inſtitu. de pupil. ſubſtit.in
fin.principij, ibi, parentes faciant eis. Idem l.
patris,et filij ff.de uulg.et pupil. et ibi ponunt
doct.& per illum tex.ibi tenet Curt.iun. conſ.
24 134.uiſo nume.1.† hinc dicitur teſtamentū
pupillare in l.ex facto poſt primum reſpōſum
25 eo.tit.† quemadmodum ſubſtitutio exempla-
ris dicitur teſtamentum filij muti,uel mēteca-
pti in d.l.ex facto. 1.reſponſo, ergo idē de ſub-
26 ſtitutione pupillari,† ad cuius exēplum exē-
plaris fuit introducta.l.humanitatis. C de im-
pube.§. qua ratione, inſtit. de pupill. ſubſtitu.
27 † eſt uerum, quòd ordinationis reſpectu ſub-
ſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum patris,
ut probatur.d §.ſed nec impuberis,ibi quia pa
ter ei hoc fecit,Alexan.l.humanitatis, col.fi.in
princip.C de impub.& hoc reſpectu appella-
tur teſtamentum patris,per tex.d.c ſi pater, &
per Bar.d.§.ſed nec impuberis, uerè tamen, &
propriè eſt teſtamentum filij d.§ ſed nec impu
28 beris ubi adeſt uerbum eſt.† quod ueritatē,
& proprietatem ſignificat, Bar. l.ſi maritus.§.
legis, ad l Iul. de adulte.in l.mercis, de uerbo.
ſignu.per Decium.l in eo quod plus eſt, in prin-
cipio.de reg.iur. cum ſimi. Ex quibus conſtat
quod dicētes ſubſtitutionem pupillarem fictè
eſſe teſtamentum filij, non uidentur bene lo-
qui,niſi ſaluentur reſpectu ordinationis, quaſi
filius fingatur feciſſe, quia uerè non fecit, ſed
pater,eſt tamen teſtamentum filij, & iſtud eſt
quod uoluit dicere imperator in d.§.qua ratio
ne,uerſ.igitur,ibi, tāquam ſi ipſe filius ſibi hæ
redem feciſſet, quem textum allegat Alex d l.
ij nu.21.uerſi.ſed reſponde, ad probandum ꝙ
eſt impropriè teſtamentum filij qui text. non
probat, niſi ratione ordinationis. ut prædixi.
Non ob. quod in hac ſubſtitutione pupillari,
et ſic in teſtamento filij, mater ſit pręterita,
29 † quia potuit præteriri, nec ſubiacet querelę
cum id non fecerit ipſe filius ſed pater, notabi
30 lis eſt tex.in d.§.ſed nec impuberis, † et in exē
plari ſubſtitutione, idem pulchrè dicitur in l.
humanitatis.C eo.Vnde licèt huiuſmodi ſub-
31 ſtitutio uerè ſit teſtamentum filij, † attamen
ubicūque agitur de eius impugnatione,ſi im-
pugnetur,tanquam teſtamentum filij iudica-
tur teſtamentum patris,ſi uerò impugnetur tā
quam teſtamentum patris,dicitur teſtamentū
filij,et ſic iudicatur teſtamentum patris uel fi-
lij,prout melius eius impugnatio remouetur,
et hoc fauore teſtamenti,ita per d.§.ſed nec im
puberis,declarat Decius l. in teſtamēto prima
nu.6.C.de teſtamen.mil. Alex.d.l.ij.nu.21 de
uulg et pup. et ibi Aret.col.3. uerſi. tertia con
cluſio,ubi etiam cęteri. Non ob. quod ſupra
32 dixi de ſubſtitutione compendioſa: † nam ue
rior,et crebrior ſententia eſt,ut etiam à legiti-
ma mater excludatur, ſi filius decedat in pu-
pillari ætate, ſi quidem facta fuerit per uerba
communia,ut per Alexandrum d.conſi.12.li-
bro 3.et quicquid ſit in compendioſa, quia ni
hil attinet ad rem noſtram, indubitata ſenten
tia eſt,quod mater ex pupillari exp̄ſſa, ut fuit
in caſu noſtro,omnino excludatur, ut ſupra di
33 xi. † et licèt in ſubſtitutione tacita pupillari
mater non excludatur, id procedit,quia nō eſt
uériſimile, ut teſtator uoluerit pręferre extra-
neum matri in ſucceſsione luctuoſa ipſius filij.
d.l.fin.C.de inſtitu.& ſubſti. quæ ratio ceſſat,
quando per hominem ſit expreſſa ſubſtitutio,
34 qua mater excluditur, † tunc non eſt opus le-
gis interpretatione l.ille, aut ille.§. cum in uer
bis de lega.3.l.continuus.§.cum quis, de uerb.
oblig.

oblig.ita in effectu Bar. & cæteri d l.ij. de uul. ubi loquitur an tacita pupillaris excludat pa-
35 trem,& alibi. Quibus infertur † quòd in hac re taciti,& expressi idem non est iudicium, cũ oppositum reperiatur iure cautum,ut supra.& cum militet diuersa ratio iuxta. l. Papinianus exuli.ff.de minor.& l.fina ff.de calumnia item quia tacitum, & expressum non procedunt ab eadem potentia: nam tacita pupillaris inducitur à lege,expressa autem ab homine, ideo nõ æquiparantur.Soci.l.cum auus.nu.62.de condi.& demon.et quando prohibita est renunciatio,merito intelligitur de uera,& expressa,
36 quæ propria est,† non autem de tacita, quæ
37 est ficta,& impropria, † nam maximè in materia strictè interpretanda uerba propriè sunt intelligenda.l.non aliter,de legat.3.l.ij.§.hæc uerba,de nego gest.l.j.§ is qui naue.ff.de exer. act.capitulo Rodulphus,de rescript.sed istud nihil ad rem nostram ubi militat ratio diuersa cum in expressa clarè constat de uoluntate testatoris,per tacitam non, ut supra dixi. Et ita concludo matrem nihil de iure pro eius legitima petere posse & eã esse exclusam ex pupillari substitutione expressa,quæ sententia, & si
38 (meo iudicio) clara est,& indubitata, † attamen esset clarissima,& indubitatissima, si ipsa mater ad secunda nota transijsset,cum ei testator legatum fecerit donec uitam uidualem seruauerit, quo casu etiam per tacitam pupillarẽ excluderetur,ut concludunt Bart. & cæteri d. l.ij ff de uulga Alex.consi.12.col.antepe.li.3. Ita concludo salua semper &c. Laus Deo.

Ioan. Cephalus Ferrariensis.

PRO DO. RVBERTO DE Canonicis Ferrariensi.

Maximo Deo Auctore.

ARGVMENTVM.

¶Quæ nam ueniant deducenda antequam legatum soluatur. Filius grauatus quot detrahat quartas. Rescriptum.inuestitura, legitimatio & similia,in falsa causa fundata, an sint nulla. comprehensi in prima inuestitura an teneantur aliam accipere inuestituram, & laudemiũ soluere: fideicommissum quando ob diuisionem non censeatur remissum, cum alijs ad materiam facientibus & optimè discussis.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum in falsa causa fundatum est nullum.*
2 *Inuestitura fraudulenter impetrata nullius est momenti.*
3 *Rescriptum subreptitium est nullum.*
4 *Legitimatio subreptitia est nullius ualoris.*
5 *Inuestitura ut ualeat quæ exprimenda ueniant.*
6 *Laudemium non debetur per filios ex patris successione.*
7 *Caducitas commissa per nouam inuestiturã censetur remissa.*
8 *Caducitas committitur ob inuestituram non acceptam.*
9 *Inuestituram accipere non tenentur comprehẽsi in prima inuestitura.*
10 *Laudemium solui non debet per comprehensos in prima inuestitura.*
11 *Inuestituram non fuisse acceptam quando non obsit quo ad caducitatem.*
12 *Inuestiti plures si sint de una re, unusquisque censetur inuestitus pro sua rata tantum non autẽ pro portionibus accrescentibus.*
13 *Emphyteusis diuisio respectu portionum aliorũ dicitur alienatio.*
14 *Bulla Bonifaciana in statutis Ferrariæ contenta quid contineat.*
15 *Fideicommissaria bona alienari nequeunt.*
16 *Fideicommissum quando ex diuisione non censeatur remissum.*
17 *Filius ex fideicommisso paterno duas detrahit quartas.*
18 *Dos tanquam æs alienum detrahitur.*
19 *Quartæ de quibus bonis detrahantur.*
20 *Aes alienum prius detrahendum uenit quàm legata soluantur.*

CONSILIVM CXXXVI.

D.VIRIDIS olim uxor quondam Aloysij Cathanei fecit testamẽtum anno 1470. die lunæ 18. mensis Iunij, in quo eius hæredẽ uniuersalem instituit Petrocinum quondam Thomæ de Canonicis in uita sua tantum, & si dictus Petrocinus præmoreretur testatrici,uel aliàs quandocunque ex nunc prout ex tunc, & econtra instituit, ac substituit Ioannem Antonium mainentem quondam Bartoli. & si dictus Ioannes Antonius præmoreretur dictæ testatrici,uel aliàs quandocunque sine filijs legitimis,& naturalibus ex legitimo thoro procreatis,uel cum filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo thoro procreatis, qui postea filij, & descendentes masculi,usque in infinitũ morіantur,ita ut nullus extaret,instituit,ac substituit Iacobum, ac fratres de Canonicis. ipsisq; de Canonicis absque liberis masculis decedẽtibus,reliquit dictam eius hæreditatem Batutis albis. Decessit ipsa testatrix, & tãdem eius hæreditas peruenit ad D. Iacobum, & fratres eius testatricis nepotes. Qui Iacobus, & fratres per modum, & causam innouationis, ut laudemium euitarẽt,inuestituram horum bonorum

norum acceperunt ab Abbatia Nonantulæ.
Postea decesserunt omnes fratres dicti Iacobi
sine filijs, decessitq; etiã Iacobus, relictis post
se uiuis & superstitibus Ruberto, Hierony-
mo, Alexandro, ac Francisco eius filijs legiti-
mis, & naturalibus. Qui Iacobus fecit testamẽ
tum anno 1515. de mense Octobris uolens,
ut si unus, aut plures dictorum suorum filiorũ
& hæredum decederet, uel decederent sine fi-
lijs legitimis, & naturalibus, portio, seu portio
nes sic decedentis, siue decedentiũ integrè per-
ueniat, perueniantue ad alios fratres superui-
uentes, siue ad eorum filios in stirpes nõ in ca
pita. Deinde Hieronymus, ac Alexander, qui
simul habitabant sine liberis obierunt intesta-
ti, & subinde similiter sine liberis mortuus fuit
Franciscus, qui prius condidit testamẽtum in
quo modia decem terrarum, ex loco dicto la
Porcara, sibi utsupra peruenta ex hæreditate
dictæ D. Viridis, ut constat ex datione insolu-
tum facta prædictæ Do. Viridi anno Domini
1459. & etiam ex inuestitura sibi facta per Ab
batiam Nonantulanam anno Domini 1465.
die 9. mensis Maij, ubi inter cæteras terras di-
ctæ D. Viridis etiam de dicta Porcaria fuit in-
uestita, iure legati reliquit eximio art. ac medi
cinæ doctori D. Magistro Socino Bẽcio. Itẽ,
& eodem iure legati eiusdem Porcariæ reliqt
alia decem modia terræ spect. D. Paulo de Al-
bertino. Tandem D. Robertus uiuus, ac super
stes omnia bona supradictæ Do. Viridis, & sic
etiam dictam Porcariam tenens ac possidens
annis elapsis conuentus fuit coram illustri, ac
magnifico Consil. iustitiæ Ferrariæ per supra-
dictum D. Abbatem Nonantulæ, ut & tanquã
bona ipsa prædictę D. Viridis, & præsertim ip
sa Porcaria essent decaduta, ac deuoluta ad di
ctam Abbatiam, quia Iacobus prædictus, ac
fratres de Canonicis legitimè non fuerunt in-
uestiti, nec laudemium debitum soluerũt, nec
filij ipsius Iacobi, qui eorum fratribus successe
runt debitam inuestituram suis debitis tempo
ribus acceperunt. Quapropter Do. Rubertus
post longam litem, cum præsertim clarè con-
staret de bonis iuribus. D. Abbatis de consil.
D. Ludouici Siluestri aduocati prædicti Dñi
Ruberti, necnõ D Gasparis macioni eius pro-
curatoris tandem conuenit, ac transegit cum
prædicto Reuerendissimo Do. Abbate, ut ipse
D. Rubertus inuestiretur de dicta Porcaria,
tanquam de bonis decadutis, ac deuolutis ad
Abbatiam prædictam relictis tamen, & cessis
modijs 28. ipsi Do. Abbati ex causa prædictæ
compositionis, ac transactionis, quorum mo-
diorum 28. prædictus D Abbas inuestiuit Sp.
D. Borsium de Arientis, ut constat publico in
strumento celebrato anno 1532. die 8. mẽsis
Marcij. De reliquo autem dictæ Porcarię, ut
supra tanquã de re decaduta, & deuoluta, put
sic D. Abbas pronunciauit, ac omni alio me-
liori modo ipsum Do Rubertum inuestiuit ut
apparet publico instrumento de anno 1533.
die 24. mensis Marcij. Nunc autem supradi-
ctus D. magister Socinus petere intendit lega-
tum supradictum sibi à Francisco relictũ, pro
ut supra. Dubitatur, an Do. Rubertus dñs, &
possessor dictæ Porcarię teneatur ad dictum
legatum. Et decisiuè procedendo arbitror ip-
sum non teneri.

Primo, nam prædicti Iacobus, & fratres de
Canonicis de dictis bonis D. Viridis, & sic etiã
de dicta Porcaria inuestituram acceperunt à
D. Abbate Nonantulæ, tanquam de rebus de
quibus olim Pamphilus eorum pater esset in-
uestitus, ut constat ex inuestitura eis facta de
anno 1490. die 15. mensis Ianuarij, quod tamẽ
erat falsum, nam nunquam Pamphilus fuerat
inuestitus, sed D. Viridis, à qua in effectu Do.
Iacobus, ac fratres causam habuerunt ex testa
mento supradicto, igitur d. Iacobus ac fratres
à iuribus suis ciciderunt, ut in terminis Goza.
1 consi. 71. col. pen. & antepe. † & ita rescriptũ
fundatum in falsa causa nullum est. Curt. iuni.
consi. 118. nu. 10. Bar. & cęteri. l. iustè possidet
2 de acquir. poss. † sic etiam inuestitura accepta
per D Iacobum, & fratres, tanquam subrepti-
tia & fraudulenter impetrata nullius fuit mo-
3 menti, Goza. d. consi. 71. † & de rescripto sub-
reptitio Cano. c. super literis extra de rescrip.
cum alijs per Goza. consi. 2. num. 25 consi. 26.
nu. 19. Fely. c. ad nostram, in uerbo, literę be-
4 neficiales, prima ampliatione, de rescript. † &
in legitimatione subreptitia Alex. consi. 60. co
lu. fin. lib. 2. cum alijs citatis per Goza. cõs. 25.
5 nu. 6. & consi. 26. num. 21. † omnia enim erant
exprimẽda, quibus difficilius inuestiri potuis-
sent iuxta Butr. & Abbat. ca per uenerabilem.
qui filij sint legitimi. Oldrad. consi. 247. factũ
tale Bal l. eam quam, col. 14. C. de fideicomm.
cum multis simil. per Deci. consi. 85. & per Go
za. consi. 26. nu. 18. in fin. & D. Iacobus, & fra
tres eo modo inuestituram acceperunt, ut lau
6 demium euitarent, † quod non debetur per fi
lios ex patris successione. Dec. l. fin. col. 4. nu.
12. C. de edict. Diui Adria toll. in l. fi. col. 2. cir
ca princip C. de impube. & alijs substit.

Quibus infertur, quod licèt Iacobus, & fra-
tres fuerint inuestiti, tanquam de rebus deca-
dutis, ac deuolutis ad Abbatiam propter inue
7 stituram non acceptã, nihil refert, † quia esto,
ut caducitas prędicta censeretur remissa glos.
uerbo, & mensem, & glo finali. c. 1. tit. quo tem
pore mil inuestit. per deb. & conferunt. l. fi de
eo quod certo loco l. post diem. ff. de lege cõ-
mis. cum sim adductis per d. glo. fin. Attamen
caducitas subsecuta ex fraude, ac subreptione

antedi-

antedicta non fuit remissa. Quinimo nec alia
præterita fuit remissa, cum inuestitura nulla
fuerit, ut supra ostendi.

Secundo nam siquidem prædicta inuestitu
8 ra ualuisset, † postea tamē bona ipsa ad ipsam
Abbatiam fuerunt deuoluta ob inuestituram
non acceptam per D Franciscum et cōfratres
filios, ac heredes pręfati D. Iacobi iuxta bullā
Bonifacianam in nostris statutis Ferrariæ cō-
tentam. & c. 1. quo tēpore mil. inuest. pet. deb.
& ibi omnes Docto. Alexan. consi. 14. uiso, ac
considerato, col pen lib. 2. Rom. consi. 70. col.
2. uers uel aliter. Goza. consi. 71. col. 1.

9 Nec dicatur † ipsos non fuisse obligatos, cū
essent de comprehensis in prima inuestitura
10 Ioan. de Ana consi 90. quia dubium, † & nec
laudemium erat soluendum, Rip l. qui Romæ.
§. duo fratres. num. 87. uers. iuxta præmissa, de
11 uerbo obliga. † & sic cum ecclesiæ non interue-
sit, nihil uidetur obesse inuestituram nō fuis-
se acceptam. c. cum inter R. de elec. l j. ff. de ap-
pella. recipie l. ex conuentione. ubi Doct. C de
12 pac. Nam respondetur, † quòd quicunq; cen
sebatur inuestitus pro sua rata tantum, & por-
tione, non autem pro portionibus accrescen-
tibus mortuorum fratrum, ita sentit Ripa d. §.
duo fratres num. 87. in fi. Quod confirmatur,
13 † nam si diuidatur emphyteusis inter fratres
respectu portionum aliorum dicitur alienatio
si in totum uni concedatur, Petr. de Ferra. aliàs
Pract. Papien. in forma libelli pro hærede, uel
re singulari diuidenda. §. domum, uersi. quæ-
14 ritur. † Et bulla Bonifaciana supradicta sub
caducitatis pęna mandat, & uult inuestituram
accipi etiam per illos qui erant in antiqua in-
uestitura comprehensi, si cæteris succedunt so-
lutis solidis. 20 pro qualibet inuestitura, ut ple
nius in ea continetur.

Tertio siquidem ex causis supradictis di-
15 ctus D. Franciscus nō fuisset decadutus, † ad-
huc non uidetur potuisse relinquere iure lega
ti dictam portionem Porcariæ impediente fi-
deicommisso D. Viridis iuxta auth. res quæ, &
l. fin §. sed quia. C. communia de leg. Alexand.
consi. 184. uiso in princ. lib 2. Deci. consi. 86.
col. 1. Doc. latè l. filiusfam § Diui de lega. 1.

Nec dicatur fideicommissum fuisse remis-
16 sum ex diuisione facta inter ipsos fratres, † nā
in fideicommisso futuro nondum purificato
tempore diuisionis communis opinio est, ut
ex diuisione non censeatur remissum, Bar. Ale
xand. & cæteri, l. qui Romæ. §. duo fratres, de
uerbo obligat. Deci. consi 79. colum. 2. 495.
nu. 21. cum alijs per Gozad. adductis cōsi. 36.
col fin. cęterùm in proposito nostro diuisio-
nis tempore adhuc dies fideicommissi non ue
nerat, ut constat & ostendetur si oportuerit,
igitur fideicommissum ipsum ex diuisione nō
fuit remissum. Quarto si fideicommissum
antedictum D. Viridis non obstaret, attamen
saltem obstat fideicommissum supradictū D.
Iacobi patris ipsorum D. Francisci ac Ruber-
ti, quo fideicommisso est concludendum, ut
omnino ipsa Porcaria debuerit ad d. Do. Ru-
bertum peruenire, non autem in eius præiudi-
cium iure legati in magistrum Socinū debeat
transferri d auth. res quæ C. commu. de legat.
cum alijs supradictis.

Nec quisque dicat D Franciscū de illa por-
tione Porcarię potuisse disponere pro eius le-
17 gitima, ac trebellianica, † quæ sibi debitæ de-
beantur ex testamento d D. Iacobi eius patris
iuxta c Raynutius de testam. ubi etiā Docto-
res. Bar. l Papinianus §. meminisse. ff. de inoff.
testam. Bar & cæteri l. quanquam. C. ad legem
falc. Alexan l in ratione §. quod uulgo, ad leg.
falc. & est communis, & practicatur. Ias. l. quo
ties, col. 2 C. de hære. instit. consi. 146. num 3.
lib. 4. Deci consi. 299. num. 3. Nam respon-
detur seipsum plenè sibi ipsi satisfecisse, nam
patris hæreditas erat circa lib 10000, ut uideri
potest ex diuisione postea facta inter suos fi-
lios per Dominicum Turbidum, ex quibus e-
rant detrahendæ libræ 1000. pro dote uxoris
D. Iacobi matris prædicti Ruberti & fratrum
quas libras 1000. ipse Rubertus de suo soluit
hæredibus testamētarijs prędictæ eius matris,
ut constat ex libris d. Ruberti, ac publicis in-
strumentis. Nec non erant detrahendæ libræ
4. mille quingentæ relictæ tribus filiabus di-
cti Iacobi pro eius dotibus, uidelicet libræ
18 1500 pro qualibet, † quæ dotes tanquam æs
alienum detrahendæ erant ex dicti Iacobi pa-
trimonio, cum filiæ ipsæ stante dispositione
19 essent insuccessibiles, † & de reliquo detrahū
tur quartæ supradictæ, Ang. & Bald l. Papinia-
nus. §. unde si quis, de inoffi. testam. latissimè
Socin. consi. 288. circa primum. nu. 26. lib 2.
& Franciscus, ac Hieronymus simul habita-
bant & Hieronymus remansit debitor Came-
ræ in & circa libras 1544. quas soluit ipse Ru-
bertus, & ob ipsam solutionem faciendam o-
per æ pretium sibi fuit uendere, cum eius maxi-
mo præiudicio, ac interesse, illis de montino
unam petiam terræ pro libris 1800. cum tamē
esset maioris pretij, de qua uenditione constat
publico instrumento rogato per ser Ioannem
Cagnacinum. Fuit etiam coactus prędictus
D. Rubertus soluere Sp D. Paulo de Albertino
ob legatum supradictum ei relictum per d. D.
Franciscum libras 600. ad quæ utique graua-
tus fuit, quia non adduxit, nec tunc adducere
potuit iura supradicta, & deceptus fuit, quod
esset longum referre. Pręterea hęreditas olim
Nicolai de Canonicis ad ipsos Rubertum, &
fratres peruenit cum onere alimentandi D. Ca
therinam

therinam uxorem prædicti Nicolai, cum qua ipse Rubertus, etiam utiliter agendo negocia d. Francisci, ac eius hęreditatis pro rata ad D. Franciscum pertinente in totum transegit, & se composuit cum d. D. Catherina, & loco alimentorum ei soluit singulis annis libras 90. march ut constat instrumento rogato per ser Deodatum de Bellais, quibus fit, ut in illa rata pertinente ad d. Franciscum eius hęreditas re-
20 mãserit debitrix prædicti D. Ruberti † quod æs alienum prius, & ante omnia uenit detrahẽdum, quàm legata soluantur l. fin. §. in computatione. C. de iur. delibe. l. Papinianus. §. meminisse, de inoffi. testam §. cum autem, instit ad l. falci. cum sim. Non omitto etiam D. Rubertum multas fecisse expensas pro lite communi ipsorum fratrum maximè in salario annuo D. Gasparis Macioni procuratoris. Vnde etiã hac causa pro rata dictarum expensarum creditor est hæreditatis ipsius, & propterea prius ipse satisfaciendus est, ut prædixi. Quibus apertissimè constat nihil in effectu mansisse in bonis, ac hæreditate dicti Francisci, & cõsequenter legatum magistri Socini inane, & uacuũ esse ob inopiam hæreditatis prædicti Francisci testatoris. Laus Deo.

Ioan. Cephalus Ferrariæ legens.

IN CAVSA QVADAM Catharensi.

Maximo Deo Auctore.

ARGVMENTVM.

¶ In testamento tempore pestis confecto quot testes requirantur. Et scriptura in archiuo publico reperta quando probet, cum alijs pertinentibus hic bellissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Cathari ciuitatis circa testamenta.*
2 *Solemnitates ordinariæ non seruantur tempore pestis.*
3 *Testamento adesse non debet qui interesse habet.*
4 *Consensus propinquorum requisitus à statuto in contractu mulieris non requiritur tempore pestis.*
5 *Testamentum si ex dispositione statuti deberet scribi per notarium matriculatum, & fiat tempore pestis, potest scribi per alium notarium.*
6 *Scriptura reperta in archiuo publico an fidem faciat.*
7 *Testium minor numerus in testamento an sufficiat tempore pestis.*
8 *Testes quinque ad minus requiruntur in testamento tempore pestis condito secundum communem opinionem.*
9 *Distinguentium sententia seruari debet.*
10 *Testamentum tempore pestis conditum cum minori numero quinque testium non ualet.*
11 *Testamentum tempore pestis factum coram curato & duobus testibus ualet etiam ad non pias causas.*
12 *Decius in l. scriniarios in fin. C. de testam. mil. & consi. 284 declaratur.*
13 *Curati persona duos testes repræsentat.*
14 *Ius canonicum in practica an seruetur in testamentis circa numerum testium tempore pestis factis.*
15 *Testamentum factum coram iudice & duobus testibus tempore pestis ualet.*
16 *Veneti quid seruent circa testamenta condenda tempore pestis.*
17 *Testamentum testibus non lectum non ualet.*
18 *Testes testamentarij in testamento manu testatoris scripto debent publicari, & per iudicem examinari.*
19 *Fallit ubi notarius est de tali testamẽto rogatus.*
20 *Scriptura non dicitur publica etsi per notarium sit scripta nõ si cõtineat requisitas solẽnitates.*
21 *Mulieres possunt de eorum dotibus testari dummodo solenniter testentur.*
22 *Inconueniens allegare non est soluere.*
23 *Priuati non conferunt iurisdictionem.*
24 *Testari qui potest ex priuilegio uno modo, potest eo omisso testari secundum ius commune.*
25 *Miles qui potest ex priuilegio testari omissis solennitatibus iuris communis, potest tamen etiam secundum ius commune testari.*
26 *Interesse quod in consequentiam uenit non consideratur.*
27 *Consensus requisitus à statuto an debeat interuenire, si ille qui consensum præstare debet habet interesse in actu.*
28 *Filiusfam. qui non potest causa mor. donare nisi patre permittente, potest ipsi patri donare cum eius permissione.*
29 *Consensus propinquorum in contractu mul. ubi à statuto requiritur an is consentire possit, qui instituitur hæres.*
30 *Corne. consi. 53. & 131. lib. 4. declaratur.*
31 *Iuris communis ad solennitatem res facilè reducitur.*
32 *Ang. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. declaratur.*
33 *Scriptura in archiuo publico inuenta, ut probet debet constare, ut sit scripta per personam publicam.*
34 *Vel saltem debet esse originalem scripturam, quę habeat testimonium eius qui præest archiuo publico.*
35 *Scriptura reperta in archiuo publico, ut probet debet reperiri inter scripturas authenticas.*
36 *Scripturarum authenticarum & non authenticarum*

earum mistura impedit probationem.

37 *Scriptura reperta in archiuo publico, ut probet requiritur ut archiuum habeat custodem.*

CONSILIVM CXXXVII.

MARINA Bona, olim uxor Trifonis Grubognæ, hæredem instituit uniuersalem Ioannem Grubognam leuirum, qui Ioannes hęreditario nomine agit aduersus tutores Mariæ pupillæ drago: partes compromiserunt, & à sententia arbitri ambæ appellarunt: opponitur Ioanni actori, quod testamentum uigore cuius agit non ualet, ex eo quod non constat, quod de eo notarius fuerit rogatus, & fuerit publicatum. Quæritur quid iuris? Et prima fronte uidebatur ualidum.

Primo, quia actor produxit quindecim testamenta ad probandum mulieres ad eorum libitum testari posse de earum dotibus.

Secundo produxit sex testamenta à priuatis personis, ut dicitur, scripta.

Tertio statutum ciuitatis Cathari disponit
1 † quod si testator sit ciuis Cathari, & non habeat in bonis ultra ualorem iperperorum centum, possit testari sine testibus, dummodo testator id scribat manu propria, si uerò aliena manu scribatur, requiritur pręsentia duorum testium ac unius ex iudicibus, uel auditoribus ciuitatis, qui se subscribere debeat testamento, aliter testamentum non ualeat: si uerò ualor bonorum sit ultra centum iperperorum, tunc potest scribi manu testatoris etiam sine testibus, uel per notarium, seu cancellarium iuratum communis Cathari, adhibitis ad munus duobus testibus, & tunc ualeat, aliàs non, & in quolibet istorum casuum requiritur præsentia, & subscriptio unius ex iudicibus, uel auditoribus. Quæ solennitates licèt hic non inter-
2 uenerint, † tamen non uidebantur necessariæ, cum testamentum tempore pestis fuerit conditum, Mantua consi. 25. num. 37. lib. 1. Parisi. consi. 32. nu. 38. lib. 2. Nec eo tempore cancellarius haberi potuit, cum peste mortē obijsset. Ex iudicibus uerò qui erant tres, duo aberant, tertius uerò erat ipsemet actor Ioannes
3 Grubogna, cuius intererat, † & propterea interuenire non poterat. l. qui testamēto, in principio. ff. de testam. §. sed neque hęres scriptus instit. de testamen.

Quarto pro eadem sententia uidetur consi
4 lium Cornei in consi. 53. & 131. lib. 4. † ubi solennitas consensus propinquorum requisita per statutum in contractibus mulierum non requiritur, ubi non habet propinquos, & consequenter, nec pestis tempore, cum eos tali tēpore habere facilè non possit, ut per eū latè.

Quinto uidetur decisio Angeli in l. si na-
5 cantia. C. de bon. nac. lib. 10. ubi concludit † q̃ si ex forma statuti non potest fieri testamentum nisi scribatur per notarium matriculatū, & pestis tempore non reperitur notarius matriculatus, poterit testamentum scribi per alium, & sic solennitas in testamento requisita remittitur pestis tempore, sequitur Deci. qui multa adducit, in consi. 284. sub nu. 2. ubi tuetur Angel. in d. l. si nacantia ab impugnationibus Alexandri in l. fi. C. de testam. idem Aret. in §. fin. nu. 3. insti. de testam Durans de arte testandi, titulo secundo, caut. 2. Rub. consi. 165. Rol. à Valle consi. 81. nu. 26. lib. 1. post Parisi. Ias. Bru. & alios per eum citatos.

6 Sexto † hæc scriptura fuit reperta in archiuo publico, quo casu uidetur plenam fidem facere, & ei credendum esse, authenticis ad hęc & ibi glo. testimonium, ubi Angelus, Castrēs. Alber. & alij C. de fide instrum. Bar. l. si contra ctos, col. 1. uers. uenio ad auth. C. de iureiur. Roman. consi. 319. Ias. l. admonendi, nu. 136. de iureiur. Inno. c. 1. in fin. de procura. Abb. c. 2. nu. 6. de fide instrumentorum, & ibi Cardi. nu. 6. Fely cap. cum causa nu. 7. ubi alios citat extra de proba. & Crau. consi. 274. nu. 6.

Sed his minimè obstantibus opinor contrariam sententiam esse ueriorem, quòd immo testamentum non ualeat, & iure communi res
7 est indubitata, † nam licèt ingens extet cōtrouersia inter doctores, an pestis tempore sufficiat minor numerus septem testium, de quib. per Alexandrum, Ias. & alios in l. sciniarios, C. de testam. mil. & in l fin. C. de testam. in l. cō ficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicil. per Aretinum in § fin instit. de testam. et in tracta. de testam. §. per nuncupatiuū per Soci. cons. 101. col. 5. in fin. lib. 3. & 85 à num. 6. usque ad fin. lib. 4. Deci. consi. 284. Afflict. decis. 25. nu. 2. Boer. decis. 228. Durantem de arte testan. tit. 2. cautel. 2. et plenissimè omnium Antonium de Gabriel. lib. 4. de testam conclus. 8. Rolan. à
8 Valle consi. 81. & alibi sępe, † tamen nō est res dubia, sed certissima, non sufficere minorem numerum quinque, ut per Gabriel. ubi supra, in prima limitatione. Deci. d. l. sciniarios, in fin. C. de testam. mil. in d. consi. 284. & alibi p doctores. Quibus accedat sententia distinguētium inter pestem modicam, & non modicā, primo casu septem requiruntur, secundo uerò quinque sufficiunt, & sic omnino quinque exiguntur, Rip. in tract. pestis, referunt, ac sequūtur Rube. consi. 72. Brun. tracta. de forma, tit. de potentia, & effectu formæ, limita. 34. uersic. secundo casu, Boer. d. decis. 228. sub nu. 1. & Antonius de Gabriel. ubi supra num. 2. uersic.
9 aliqui uerò uoluerunt &c. † & sententia distinguentium seruari debet. §. cum ex aliena, insti. de rer.

de rer.diuiſ.gloſ.l.Neſennins.ff.de negot ge-
ſtis, Aret.inſtit.de empt. & nendi. in principio
colu.2.uerſi.& iſtam dicit. Socinns conſi. 66.
num.28.nerſ.& hæc opinio lib 1. Soci. iunior
conſi.39.uum.78. & conſi.121. in fin.lib.2.&
præclarè Pariſ.conſi.92.nu.30.lib.2. Conclu-
ſio igitur, eſt certa, & indubitata, quod peſtis
tempore ſaltem quinque teſtes in teſtamento
10 intereſſe debent,† et ſi aliter fiat non ualet, ut
etiam expreſsè uoluit Pariſ. in conſil. 32. nu-
mero 38. libro ſecundo.

Limitatur primo iſta concluſio non proce-
dere quando fieret coram curato,& duobus te
11 ſtibus,† quia ualet paſsim etiam non ad pias
cauſas,iuxta ea quæ habentur in c.relatum, &
capitulo cum eſſes, eatra de teſtam. & ita ni-
diſſe in practica ſeruari aſſerit Guid. Papæ. q.
543.num. 2. idem Durans latè concludit in
d.tract.de arte teſtand. titu. 2. caute.2.nu.2.&
alij per Rol.à Valle relati in d.conſi. 81. num.
44.& ſeq. & licèt Dec.in d.l.ſcriniarios, in fin.
12 & conſi.284.uideatur contradicere,† tamen
loquitur quando non eſt præſens curatus, &
de iure ciuili,non canonico.

Limitatur ſecnndo, quando nec copia cura
ti haberi poſſet, qnia ſaltem quatuor teſtes de
13 bent eſſe præſentes iure canonico, cum † duo
perſonā curati referant, ut per Durantem d.
14 cautela ſecunda.nu.3. ubi ait† ius canonicum
in practica ſeruari,ut per eū poſt Butr.& alios
d.c.cum eſſes de teſtam.

Limitatur tertio, qnando fit coram iudice,
15 ac duobus teſtibus,† quia etiam ualet l.oīnm.
16 C.de teſtam.† & ita ſeruant Veneri ſecūdum
Bal in conſ.285.ſi qnis.lib.3.& Durans.d.cau
tel.ſecunda,ſub nu.2.uerſ.& teſtm̄ factum.

Quibus infero cum in præſenti caſu teſta-
mentum non fuerit conditum coram quinq;
teſtibus, nec coram Parrocho, nec coram iu-
dice, meritò teſtamentum non ſubſiſtit.

17 Secundo principaliter moueor, † quia ſcri-
ptura teſtamenti, quæ non fuit lecta teſtibus,
& eis publicata,non ualet, & potins eſt præpa
ratio teſtamenti,quàm teſtamentū l. ex ea ſcri
ptura,in princi.ff. de teſtam.l.ſideicommiſſa.
§.1.de lega.3.Oldrad.conſi.119.Bar. d.l.ſcri-
ptura.Aret.in tractatu de teſtam.in glo.lectū,
& publica.circa finem,Iaſ.conſi.155. lib.4. &
Ruyn.in conſi.1.lib.3 qnare cum iſta ſcriptu-
ra non fuerit ita publicata, nec præſumatur,
cum publicatio ſit facti,ideo non ualet.

18 Tertio principaliter moueor, † nam teſtes
qni pręſto fuerunt debuerunt publicari,& per
iudicē examinari iuxta.l.publicati. C.de teſta.
& expreſsè dicit in d. l.fi. C. de teſta. fallit hoc
19 † ſi de teſtamento notarius eſſet rogatus, ita
utrunq; tradit Bar.d.l.conficiuntur.§.codicil-
li,propè finem.ff.de iure codicillorum.

Quibus conſtat hoc teſtm̄ non nalere, cum
nec teſtes fuerinr pnblicati, nec notarins de eo
20 fuerit rogatus, † nō enim dicitur ſcriptura pu
blica etiam ſi manu notarij ſit ſcripta, niſi con
tineat requiſitas ſolēnitates,gl.in l.ſcripturas,
in prin.in uerbo,notarij. C. qui potiores in pi-
gno.hab.Crau.cōſi.216 nu.16.ubi alios citat.

Non ob.primū argm̄ qnod mulieres potue-
21 rint,ac poſsint de earū dotibus teſtari, † quia
hoc non negatur,dūmodo ſolenniter teſtent̄.
l.ſi quando,de inoff.teſtam.in prin. cū uulgar.
22 Nec ob.ſcd̄m.q̃a † adducere incōneniens nō
eſt ſoluere,& illa quoq; ſunt nulla, ſi debita ſo
23 lennitas non interuenit:† nec priuati poſſunt
conferre iuriſdictionem nō notario,& ſic pri-
uato.l.priuatorum.C.de iur.omn iud.Bart.in
l.nemo poteſt,col.3.in prin.de leg.1.Caſtrenſ.
l j.col.2.C.qui pro ſua iuriſd.& doc.in cap.de
cauſis de offic.delegati. Neq; reſiſtit tertiū,
quia ſi minuitur ſolennitas teſtiū requiruntur
ſaltem quinq;, niſi Parrochus, uel iudex inter
ueniat,ut prædixi in primo fundamento.

Nec obſiſtit cancellarium fuiſſe defunctum,
quia id non conſtat, & debuit accipere nota-
rium,& adhibere præſentiam, & ſubſcriptio-
nem unius ex iudicib.uel auditoribus, et ſi nō
potuit ex eo quod iudices abeſſent debuit ob-
ſeruare ſolennitatem iuris cōis, non enim co-
gitur quis illo modo teſtari cum præſentia, &
ſubſcriptione unius ea iudicibus, uel auditori
24 bus,ſed eſt in ſua facultate,& arbitrio,† & ꝓp-
pterea poteſt illam formam teſtandi relinque-
re,ac omittere, & formam iuris cōis ſeruare l.
25 non quicquid ff de iudi.† ſicut & miles habet
priuilegium teſtādi omiſsis ſolennitatibus iu-
ris cōis,& tamen etiam eas adhibere poteſt, &
iure communi teſtari. l.quanquam.l. in teſta-
mento.C.de teſtam.l.Centurio in princi. ff.de
uulga.& pupil. Pręterea dico,quod Ioannes
actor, qui erat unus de iudicibus debuit inter
26 uenire non obſtante, ꝙ eius intereſſet † cū te
ſtatria ageret rem permiſſam principaliter, &
intereſſe ueniret in conſequentiam Bar. per il-
lum tex.in l.j ff.de autho.tuto.& in l.ambitio-
ſa,col.7.ante med.uerſ. q̃nque per conſequen
tiam.ff.de decre.ab ord.fac. quin etiam ſi prin
cipaliter tractaret̄ de intereſſe dicti Ioānis, cū
agat̄ de p̄ntia,& ſimplici conſenſu, non de au
27 ctoritate,potuit eius p̄ntia interuenire. † ita
ꝑciſè in ſtatuto,qđ requirit p̄ntiam uel cōſen-
ſum ꝓpinquorum,uel mariti in contractu,uel
teſtō mulieris,qđ debeat interuenire ēt ſi hr̄es
inſtituat propinquos ipſos,nel maritū:conſu-
luit Ang.in conſi.143.tria uidētur, & idem di
xit in l.j.§.fuit q̃ſitum,ubi cęteri approbant. ff.
ad trebel.per tex.in l.j.poſt princ.C.de impon.
lucr deſcri.li.10.& l.tā is.§.1.ff.de dona. cauſa
28 mort.† ubi filiusfamil.non pōt mortis cauſa

donare, nisi patre permittente, & tamen po-
test sibi ipsi patri donare cum eius permissio-
ne, & ait Paul. de Castro in l. senium. colu. 2.
se consuluisse pluries, & uidisse consultum
per doctores Perusinos. C. qui testam. facere
pos. cum multis alijs relatis per Deci. ibi nu.
56. & Angelum refert, ac sequitur etiam So-
ci. senior in consi. 80. nu 15. lib. 4.
29 Vel † si in specie consensisset, si institueret
seipsum, & non potuisset, sed si in genere, ut
institueret quemlibet, & potuisset, ut in simili
in patre causa mortis filij, ab eo donationem
recipiente distinxit Decius d. l. senium in fine,
& consi. 245. in causa iamdiu, columna tertia
post Corneum in consil. 242. circa primum
quæsitum, colum. 2. in fine. Ad Corne. in di-
30 ctis suis consilijs, † respondeo quod loquitur
in diuersis terminis, & in solennitate statuti,
nec dicit saltem iuris communis solennitatem
31 non esse necessariam, † ad quam res de facili
reducitur. l. ij. C. de noxal. capitulo cum dile-
ctus, de fide instrumen. glo. in capitulo statu-
tum, de rescript. in sexto. hic autem nulla so-
lennitas, nec statuti, nec iuris communis fuit
42 obseruata. † et ita etiam responderi potest ad
Angelum in l si uacantia, preter responsionem
Soci. in consi. 85. lib. 4. dicentis Angelum ma-
le scripsisse contra text. in d. l. conficiuntur. §.
codicilli, de iure codi.

Nec obst. ultimum quod fuerit reperta ista
33 scriptura in archiuio publico, † nam non con
stat eam fuisse scriptam per personam publi-
cam idcirco ualere non potest, licèt in archiuo
sit inuenta, Bar. in d. authent. ad hæc, in fine. C.
34 de fide instrum. † uel saltem requiritur eam
esse originalem scripturam, quæ habeat testi-
monium eius, qui præest archiuo publico, ut
ibi per eum, & per Castrens num. 4. uers. intelli
go. & Crauet. trac. de antiquita. tempor. parte
prima, nu. 194. siue 249. uers 4. limitatur, fol.
35 97. ibi addo quartum. item † oportet eam es-
se repertam inter scripturas authēticas, ut per
Fely. in capitulo ad audientiam, nu. 13. in pri-
ma conclusione, extra de præscrip. clarè Deci.
in capitulo cum causam, nu. 9. de probat. Nec
constat, quòd ex consuetudine fidem faciat,
36 † & quando in loco existunt scripturæ authen
ticæ, & non authēticę, illa mistura impedit pro
bationem c illud, de præsumpt. ita Felyn. in d.
c. ad audientiā. nu. 17. in 5. conclus. post Abb.
in c. cum causam. 2 de probat. ubi etiam Arer.
37 colu. 3. † itē requiritur quod archiuiū habeat
custodem ut per eum. Proinde cū ista scriptu-
ra manu priuati sit scripta, nec habeat testimo
nium custodis archiuij, nec constet eā fuisse re
pertā inter scripturas authen. & archiuiū habe
re custodem, merito fidē non facit. Laus Deo.

Ioan. Cephalus Patauij legens.

OCTAVIANI CACHERANI COMITIS ROCHAE

ARAZII MAGNI SABAVDIAE CANCELLARII.

De successione Regni Portugaliæ, Responsum,

PRO SERENISS. EM. FILIBERTO Duce Sabaudiæ Chyablasij, & Augustę prętorię Principe Pedemontium &c.

SVMMARIVM.

1 *Legis Lusitanię, quæ mentalis dicitur, interpretatio.*

2 *Legis mentalis dispositio etiam procedit in successione Regni.*

3 *Transuersalium agnatorum seu cognatorum gradu propinquiores excludunt remotiores in successione.*

4 *Auth. cessante, dispositio ut locum habeat, quæ concurrere debeant.*

5 *Spurij nullam agnationem nec cognationem ex parte patris retinent.*

6 *Legis mentalis dispositio solos masculos uocans ad successionem, omni contrariæ consuetudini derogat.*

7 *Matrimoniū cū infideli contrahere omni iure prohibetur, & ibi adducitur ratio prohibitionis.*

8 *Matrimonium cum laborante in extremis contrahi non potest.*

9 *Fęmina in Regno, & alijs bonis allodialib. & dignitatē habētib. succedit, cōtrariū uerius n. 11.*

10 *Fœmina ex masculo descendens dicitur agnata, quod intellige ut nu. 12.*

13 *Filia post cōtractū matrimoniū mutat familiā patris, et efficitur d familia, foro, et domicilio uiri.*

14 *Regnum, Ducatus, & aliæ similes dignitates licet non sint feudales ad naturam tamen feudi accedunt & ut feuda regulantur.*

15 *Fęminæ ad bona regalem dignitatem habentia non admittuntur sicut nec ad feuda.*

16 *Fęminæ ad successionem regni Portugaliæ nunquam admissæ, sed potius exclusæ.*

17 *Fęminæ ad successionem regni admittuntur masculis non extantibus tantum, eis autem extantibus excluduntur latè nu. 20.*

18 *Consuetudo stricti iuris est ideo de loco ad locum non extenditur neque de persona ad personam.*

19 *Subrogatum naturam subrogati non sapit, quando est diuersa qualitas.*

21 *Masculi ex filia dicuntur de recta linea aui, ideo exclusis fœminis succedunt in regno & alijs dignitatibus.*

22 *Masculus ex fęmina succedit in regno & alijs dignitatibus quando ex persona propria uenit.*

23 Pre-

23 *Proximior in succedendo fingitur, qui pluribus coniunctionibus & uinculis iungitur, intellige & declara ut nu. 24.*
25 *Filius ex filia primogenita ius primogeniturae non habet.*
26 *Vltimus succedent in re subiecta fideicommisso potest de fideicommisso ad libitum disponere.*
27 *Rex potest accedente consensu procerum eligere unum ex duobus praetendentibus succedere in regno.*
28 *Regnum Lusitaniae pluries per electionem delatum fuisse.*

CONSILIVM CXXXVIII.



TSI quaestiones mihi propositae, quibus quaeritur ad quem ius succedendi in regno Lusitaniae, mortuo Henrico moderno rege spectet, adeo in casu difficili sint positae, ut mihi magis expediret cum Hieremia propheta c. 1. respondere, hà hà hà dñe Deus nescio loqui, quia puer ego sum, & cum Moyse Exod. cap 4. non sum elegans, sed impeditioris & tardioris calami. Attamen deuinctus mādatis eius cuius preces uim praecepti apud me obtinent, cogor praedictis quaestionibus iuxta ingenioli mei uires inuocato prius auxilio domini & Saluatoris N. IESV CHRISTI; qui est uia, ueritas, & uita, Dei uirtus, & sapientia, respondere: Verum quia ex facto ius oritur, l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem aquilism. l. ut responsum. C. de transac. Idcirco facti speciem mihi propositam omissis omnibus superfluis, praemittendam duxi. Videlicet fuisse in rerum natura Ioannem secundum illius nominis regem Portugaliae, filium Alfonsi regis quinti eius nominis; qui Ioannes rex Alfonso eius filio legitimo praemortuo, cum cogitaret de regno in Georgium eius filium naturalem transferendo, & ei contradicerent populi annuēdo uotis eorum, elegit sibi successorem in regno Emanuelem eius patruelē ex Ferdinando, siue Hernando Duce Visei praedicti Ioannis regis patruo, praefatumque Emanuelem in eius testamēto regem uocauit, qui quidem Emanuel decessit pluribus liberis relictis, uidelicet Ioanne primogenito rege, Isabella, Beatrice, Ludouico, Edoardo, & Henrico praedicto, & dicto Ioanni primogenito regi successisse in regno Sebastianum eius nepotem ex Ioāne filio praemortuo, nouissimè in bello Aphricano defunctum, eidemq; Sebastiano in praedicto regno successisse praefatum Henricum eius patruum magnum, qui cum uxorem nō habeat senioq; confectus, spe careat suscipiendae prolis, cogitans (ut pacatos conseruaret populos ditioni suae subiectos) de successore in dicto Lusitaniae regno relinquendo, suis literis uocauit inuictissimum Philippum Regem Hispaniarū, Serenissimum Emanuelem Philibertum Sabaudiae Ducem, Isabellae, & Beatricis dicti regis Henrici sororum, utrinque coniunctarum filios respectiuè, Illustrissimumque D. Antonium praefati Ludouici filium illegitimum, ac illustrissimum Raynutium principem Parmae filiū Mariae filiae primogenitae praedicti Edoardi praedefunctae nec non Illustrissimam Catherinam etiam praedicti Edoardi filiam Brigantiae Ducissam, edocturos respectiuè de eorū iuribus, quibus mortuo ab intestato praedicto Henrico, eidem posse succedere in praefato regno, & bonis praetendunt. At quia rerum de quibus agitur ueritas facilè haberi nō potest, nisi ordo seruetur teste Cice. libro primo rethor. relato à Iacobo Asa. Lusitano in suo tractatu de primogenitura capitulo secundo, & ex ordine scribendū esse nos docet Diuus Hieronymus in praefatione Euangelij diui Lucae, & Paul. ad Corint. prima. c 14. in fine dicens, omnia honeste & secundum ordinem debere fieri, ideo separatim de iure uniuscuiusq; praedictorum tractandum putaui, & iuxta. §. ius igitur institu. de iusti. & iur. ab his quaestionibus incipere, quae minus dubitationis habent, & facilius absolui possunt. Ad quorum omnium capitum faciliorem & ueriorem cognitionem unū quod scire expedit praemitto, scilicet

1 † in regno Lusitaniae extare legem regiā quam Lusitani mentalem appellant, à Ioanne primo illius nominis rege oretenus compositam, & ab Emanuele eius pronepote promulgatam, in libroq; secundo constitutionum ac ordinationum dicti regni scriptā, de qua latè differitq; scribit Iac. Asa. in d. trac. de primogenitura à nu. 32. usq; ad nu. 55. ubi nu. 33. dicit praedictum regem Ioannē in dicta lege in successionibus bonorum coronae regiae in totum fuisse sequutum ius & naturam feudorū, & in fi. d. nu. 33 scribit, ꝙ d. lex mentalis, & exordiū ipsius, omniaq; contentū in ea conforme est iuri & nō extra ius, & nu. 43. col 2. uers. & ideo, dicit satis ample probatū esse, omnia iura feudalia locum habere in bonis coronae, & nu 54. col. 1. ait, ꝙ §. 23. d. l mentalis censet ꝙ ius cōe obseruetur in successionib. & in fine dicit, ius cōe in feudi successione, & in d l mētali facere ordinem, quod maxima ratione sancitū fuit, cum ll. Imperiales, proinde ius cōe tanquā diuinitus per ora principū promulgatum ab oībus obseruandum esse scripserit Ioānes VIII. pontifex maximus in c. fi. 16. q. 3. Bal de scism. col. 1. propterea in negotijs hominum custodiendas esse ll Romanorum principum cautū legitur in c. de capitulis. c pe. & c fi. distinc. 10

2 Et ſi dicatur † prædictam legem mentalem di
ſponere circa ſucceſsionem bonorum regię co
ronæ in feudum à regibus eorum ſubditis cô-
ceſſorum, non autem in ſucceſsione regni. Re
ſpondetur idem dicendum eſſe in ſucceſsione
regni, à quo ipſa bona proceſſerunt rationi-
bus & auctoritatibus appoſitè adductis ab eo
dem Aſa. in dicto tractatu de primogenitura
nu. 39. in princ. ubi expreſſe dicit, quòd ſecun
dum ordinem ſucceſsionis in regno regulari
debent bona ex eo prouenientia, & nu. 41. ait
omnia bona ab ipſo regno procedentia eau-
dem naturam ſequi debere, quæ eſt in regno,
quod etiam tenet Dida. lib. 3. uariarum reſol.
c. 5. nume. 5. uerſ. 4. ad huius. Deci. conſi 443.
ubi ſub nume 22. facit mentionem de dicta l.
mentali, & licet conſulat in caſu priuatorum
attamen idem ſentit in ſucceſsione regni, at in
ſucceſsione bonorum prouenientium in regno
ſeruatur ius commune etiam feudorũ. à quo-
rum ſucceſsione fœminæ, & naturales exclu-
duntur, ergo idem dicendum eſt fuiſſe obſer-
uatum, & debere obſeruari in ſucceſsione re-
gni Et hæc reſponſio comprobatur, quoniam
& ſi regna, ducatus, & ſimilia ſint allodialia,
attamen in modo ſuccedendi regulantur ſecũ
dum naturam feudorum. ut infra in capite Ca
therinæ uerſi ſecundo reſponderi poteſt, ubi
multis iurib & auctoritatib hoc probabimus.

Aſſumo igitur caput concernens perſonam
prædicti Raynutij filij præfatæ Mariæ filiæ di
cti Edoardi, proinde pronepotis prædicti Hen
rici ex prefato Edoardo fratre, in quo conclu
do, nullum ius eidem competere ſuccedẽdi in
prædicto regno cum quarto gradu cognatio-
nis eidem Henrico iungatur §. quarto gradu.
inſtitu. de grad cogn quo fit, ut tanquam re-
motioris gradus excludatur ab exiſtentibus
3 in propinquiori. cum † de iure communi re-
gulariter agnati, ſeu cognati tranſuerſales pro
pinquioris gradus excludant remotiores. §. ſi
plures. inſti. de legi agnat. ſucceſſ. l. conſangui
nitatis. C de leg hæred l. ij. §. 1. ff de ſuis, & le-
giti. cum ſimilibus citatis à Decio conſi. 1. nu.
2. uerſi. & probatur iſta concluſio. Pariſ. con-
ſil. 31. colu. 1 & 2. uolu. 2. Cepha. conſi 431. nu
me. 9 Gabriel. conſi. 135. per totum cum alijs
per eos alleg. Nec prædictis aduerſatur tex. in
§. ſi autem defuncto, in auth de hæred ab inte-
ſta. ueni. à quo deſumpta eſt auth. ceſſante. C.
de leg. hęred & ibi communiter docto alijq́ue
cumulati à Cephalo d conſi 431. nu. 1. quibus
iuribus cauetur, quòd cum de ſucceſsione ſeu
hæreditate alicuius patrui, ſeu auunculi tracta
tur, tunc filij fratrum pręmortuorũ ſuccedunt
cum eorum patruis, ſeu auunculis ſuperuiuen
tibus, repræſentantq́ue perſonas eorum pa-
rentum prædefunctorum, & in ipſorum locũ
ſubrogantur, cum igitur dictus Raynutius ſit
filius prędictæ Mariæ filię primogenitæ prædi
cti Edoardi, ſicut ſi pręfata Maria uiueret, ſuc
cederet ſecundum prædicta præfato Henrico
patruo, ita eidem ſuccedere deberet dictus fi-
lius matrem repræſentans. Quia reſpondetur
prædicta iura quatenus diſponunt de patruis
ſeu auunculis, loqui & intelligi debere duobus
4 concurrentibus. Primo † quòd tractetur de
ſucceſsione patrui ſeu auunculi carnalis. Se-
cundo quando cum dictis filijs nepotibus, ex
fratre prædefuncto concurrunt alij fratres, ſeu
ſorores eius de cuius ſucceſsione agitur text.
eſt in dicto §. ſi autem defuncto, & in § huiuſ-
modi autem priuilegium, in authen de hęred.
ab inteſt ueni Deci. conſi. 1. num. 2. & ſequen.
poſt Bar. Ang. Saly. et Alex locis citatis, Pariſ.
conſi. 20 num. 25. & conſi. 37. numero primo
& quinque ſequent. lib. 2 Iacob. Aſa. in dicto
tractatu de primogenitura. nume 4 colum. 2.
Zaſi conſil. 4. colu. 3. & quarta lib 1. Nat. con-
ſil. 424 nu. 4. At in caſu noſtro non agitur de
ſucceſsione patrui, ſeu auunculi carnalis dicti
filij, nec prędictus rex Henricus auunculus,
ſeu patruus magnus ipſius Raynutij habet ali
quos fratres, cum quibus concurrere debeat
pręfatus Raynutius pronepos, ergo non repræ
ſentat perſonam prædictæ Mariæ eius matris,
ideo cum non conueniant uerba dicti §. ſi au-
tem defuncto, proinde nec eius diſpoſitio, uul
gata. l iiij. §. toties. ff. de damno infecto iunctis
ſimilibus citatis ab Hippol. ſingul. 339. multo
minus ſuccedere poteſt prędictus filius ex per
ſona propria. Quoniam Rex Philippus & Se-
reniſsimus Dux Sabaudię ſunt dicto regi Hen
rico proximiores, proinde excludunt prędi-
ctum Illuſtriſsimum Raynutium filium dictę
Mariæ remotiorem gradu, ut ſupra demon-
ſtrauimus. Excluſo igitur Do. Illuſtriſsimo
Raynutio Parmenſi ueluti remotioris gradus
à ſucceſsione prędicta uenio ad articulũ, quo
quęritur an ius ſuccedendi in dicto regno, &
alijs dignitatibus regalibus ſpectet Illuſtriſsi-
mo D. Antonio filio illegitimo prędicti Lu-
douici fratris præfati Henrici, & in hoc articu
lo conſtanter etiam teneo prętermiſsis diſpu-
tationibus non neceſſarijs prędictum D. An-
tonium filium illegitimum nullo iure debere
admitti ad ſuccedendum in dicto regno cæte-
risq́; bonis præſertim regalem dignitatem ha
bentibus, cum ex illicito & damnato coitu na
tus proponatur, proinde ſpurius, prout & à iu
re præſumitur teſte Alciat. de pręſumptioni-
bus regu. 2. præſump. 5. num. 4. & 6. poſt alios
ibi citatos, quem refert & ſequitur Vaſchius
lib. 2. controuerſiarum Illuſtr. c. 89. num. 15.
poſt Oldrad. Aret. & Seuerinum locis deſcri-
ptis, facit tex. in authen. quibus mod. nat. effic.
ſui.

sui §.ultima quidem pars,uersic. primum qui-
5 dem † nullam enim huiusmodi filij illegitimi
agnationem seu cognationem retinent ex par
te patris.l.si spurius.ff.unde cogna.l mo.& Ale
xan.in l ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebe.
quos refert & seq. Tiraq.de nobilitate cap.15.
num.10.post plures alios ibi relatos.& nu.11.
dicit, huiusmodi filios illegitimos non potiri
priuilegijs,& dignitate parentum.l. ex libera.
C.de suis & legit.nec ad feuda, præsertim re-
galia admitti.§.naturales,si de feud fuer.con-
tro.inter do.& agna.ca.1.hic finit lex Conrad.
& ubique doctores,& alij nominati à Tiraqu.
d.nu.11. qui num.25.constanter tenet, quòd
licet de consuetudine Bastardi nobilium ma-
gnarum domorum sint nobiles, attamen non
succedunt post Guid. Papæ, & Boerium de-
cis. per eum allegat. & de iure primogen.quę-
stio.34.num.54.Deci.consi.85.in fi.Nec prę-
dicto D Antonio opitulatur,quod ab aliqui-
bus asseritur. Ioannem primum huius nomi-
nis regem fuisse pariter illegitimum, & tamen
ad regnum fuisse electum & uocatum,hinc in-
ductam esse consuetudinem; qua masculi ille-
gitimi dicuntur effecti habiles ad succedendũ
in regno,& alijs dignitatibus regalibus. Quo
niam tripliciter respondetur. Primo ex uni-
co actu non induci consuetudinem teste Bar.
in l.Mela.§.sed si alimenta.ff. de alimentis & ci
bar.leg.num.1.Decius consi.222.nu.10.& in
rub.de consuetudine. colum.fina. uers. ultimo
in ista rub.ubique affirmans istam opinionem
communiter approbari, Salyc.et communiter
doctores in l.unica, quæ sit long. consuet. Se-
cundo respondetur,posito citra ueri præiudi-
cium ex dicto actu fuisse inductam consuetu-
dinem; attamen d.l.mentali ab eodem Ioan-
ne primo illegitimo condita expresse deroga-
6 tum fuit dictæ consuetudini,† dum solos ma-
sculos legitimos ad regni successionem uocat
ut legitur d.l.mentali.§.2.3.4.& 19. à præfato
Asaa nume.49.50.& 52. relatis quæ quidem
lex recepta fuit etiam in successione regni Lu-
sitaniæ,ut supra diximus,& est conformis iuri
communi.cap.grandi.de suppl.negl. præla.in
6.ubi cum de filijs loquitur, addit qualitatem
legitimis, quòd autem filius illegitimus non
successerit in regno legitur apud præfatum Ia
cobum Asa.num.40.de D.Georgio filio natu
rali Ioannis II. regis qui cum prole legitima
careret reliquit eidem D. Georgio Ducatum
Conimbriensem uocato ad successionem re-
gni Emanuele prædicto. Tertio respondetur
prædictum Ioannem, primum illius nominis
regem peruenisse ad regnum, non ex aliquo
iure successionis, seu sanguinis eidem Ioanni
competenti,sed electione populorum fuisse fa
ctum regem.

Nec eidem D.Antonio opitulatur,id quod
ab aliquibus Iureconsultis adducitur, uideli-
cet à principio naturæ omnes nasci legitimos.
§.si quis autem filios in auth.quibus mod.nat.
effici. leg. Quoniam id mirum uideri non de-
bet,cum omnes qui à principio naturæ nasce-
bantur ex uxore, proinde ex matrimonio inn
ctis nascebantur,ut latè scriptum legitur De-
cis. Pedemont.119.nume.11.& trib. sequent.
Et posito quòd à primordio naturæ nulla es-
set differentia legitimorum & illegitimorum,
attamen deinde omni iure diuino & humano
introducta est differentia,pręsertim in succes-
sionibus inter filios legitimos & illegitimos,
ut isti nullo iure succedant, legitimi uerò ad
successionem admittantur,ex prędictis igitur
patet D.Antonio filio illegitimo nullum com
petere ius succedendi in dicto regno & bonis.
Nec prædictum Do. Antonium tuentur, quæ
ab aliquibus proponuntur,scilicet illum fuis-
se effectum legitimum per matrimonium sub
sequutum inter D. Ludouicum eius patrem &
ipsius D.Antonij matrem, quoniam responde
tur,non legitimè, nec concludenter constare
de celebratione, seu actu prętensi matrimonij
cum relatum extiterit, fidem testium, qui de
d.actu matrimonij deposuerunt fuisse impro
batam,& dato non tamen concesso, quòd de
prædicto actu legitimè constaret, attamen nõ
potuit ex eo actu contrahi matrimonium in-
ter parentes prædicti D.Antonij, eo quia ma-
ter prædicti D.Antonij tempore asserti matri-
monij,ut à multis asseritur esset Hebræa, pro-
7 inde infidelis † cum qua nõ poterat prædictus
Ludouicus contrahere matrimonium, ut ha-
betur libro Genesis. c.34. ubi prohibetur ma-
trimonium cum infidelibus contrahi, & Deu
tero. c.7. non inibis cum eis fędus, nec socia-
bis cum eis coniugia, et apud diuum Paul. ad
Corin.2.c.6.scribitur,nolite iugum ducere cũ
infidelibus, cũ alijs similibus cumulatis in di-
sputatione. An principi Christiano fas sit pro
sui suorumq; bonorum tutella fędus inire &
amicitia iungi infidelibus nu.11.et duobus se
quentibus scripta post librum decisionum Se-
nat.Pedemont.Nam cum matrimonium sit sa
cramentum significans unitatẽ Christi & Ec-
clesiæ,teste Paulo ad Ephesios.c.5.in fine, cõ
sequens est,ut inter eos esse non possit,qui di-
uersæ sunt fidei,nec enim matrimonio coniũ
gi possunt, quos fides disiungit, prout etiam
ex diuo Ambrosio determinatum legitur in c.
causam.& cap.sequen.28.quęst.1. & præmissa
pręsertim procedunt, scilicet quòd matrimo-
nium contrahi nõ potuerit,si fuerit contractũ
8 in articulo mortis alterutrius,† quo casu non
tenet tale matrimonium, eo quia in infirmita-
te constitutus maximè laborans in extremis

perfectum & rectum ſenſum non habet, ita di
cebat Antonius de Roſſellis in tractatu legiti-
mationum capitulo ſecundo, colum. 10. uerſi.
ſed quicquid ſit, & uerſic. aut uult de nouo, ubi
ait, quòd quando quis uult contrahere matri-
monium cum conſtituto in articulo mortis ad
effectum ut filij ſint legitimi, tunc ſiquidem
conſtitutus in infirmitate eſt tantum annihila
tus, ut rectum non habeat ſenſum, tunc nõ po
teſt, quia requiritur in hoc potiſsimus ſenſus.
Nam, inquit, cum quis moritur non poteſt cõ-
trahere matrimonium, quia in illo inſtanti a-
ctus, quo quis uiuens moritur non præſumi-
tur adeſſe conſenſus, & de hoc dicit eſſe text.
quem allegat in l. Iulianus. ff. de iure dotium,
cui conueniunt, quæ leguntur pſalm. 6. Miſe-
rere mei domine, quoniam infirmus ſum ſana
me domine, quoniam conturbata ſunt omnia
oſſa mea. quoniam non eſt in morte qui me-
mor ſit tui. Propterea poſito citra ueri præiu-
dicium, quòd ſubſequutum fuerit inter præ-
dictos parentes matrimonium; attamen cum
mulier, ut dictum eſt, eſſet uilis conditionis,
cum qua dictus Don Ludouicus non poterat
honeſtè contrahere matrimonium; dicimus
ex tali ſubſequuto matrimonio prędictum D.
Antonium fuiſſe effectum legitimum, quo ad
effectum ſuccedendi in bonis paternis tantum
non autem in bonis aliorum, præſertim in re-
gno ex latè & diſertè ſcriptis ab Hippolyto Ri
minaldo in conſi. 80. numero decimoquarto,
uſque in finem, inſerto in uolumine conſilio-
rum matrimonialium, ubi innumeros docto-
res citat, & reſpondet ad cap. tanta, qui filij ſint
legitimi, & capitulo recurret 32. quæſt. 3. Ab-
ſoluto prædicto articulo alius ſeſe offert arti-
culus, an Illuſtriſs. Catherinæ Duci Bragan-
tiæ nepti prædicti Henrici moderni regis ex
Edoardo eius fratre ius competat ſuccedendi
in prædicto regno, cum tertio gradu agnatio
nis eidem Henrico iungatur §. tertio gradu in-
ſtitu. de grad. cogna. In quo articulo prima
fronte dicendum uideretur prædictam Cathe
rinam ueluti dicti Henrici regis ex Edoardo
eius fratre utrinque coniuncto neptem proin-
de agnatam ac perſonam dicti Edoardi eius
patris repræſentantem, & in eius locum ſubro
gatam, ad dicti regni, & aliorum honorum ſuc
ceſsionem admittendam eſſe, præſertim cum
proponatur prædictum regnum, & alia bona
9 eſſe allodialia † & propterea fœminam poſſe
in illis ſuccedere ſecundum Ancha. conſi. 339.
Abb. in capitulo ſignificauit de reſcript. quem
refert Cantiunc conſi. 6. num. 16. Celſus Vgo
in ſuo conſilio unico, pro fratribus de Cardo-
na contra Ducem Cardonem, in quo tractat
de dignitatibus regalibus in primo dubio nu.
14. & 15. Deci. conſi. 269. num. 1. & multis ſe-
quent. Iacob. à ſancto Georg. in inueſtit. in uer
bo fœminis num. 6. Nec eidem Catherinæ ad-
uerſari uideri qualitatem ſexus fœmmini, quo
10 niam etſi ſit fœmina, attamen † cum deſcen-
dat ex maſculo filio dicti Emanuelis, propte-
rea ſit agnata. l. pronunciatio in fin. & l. ſequẽ.
ff. de uerbo. ſignifica. Alex. conſi. 55. num. 5. li-
bro tertio, Iaſon conſi. 142. colum. 4. uerſ. ſe-
xto facit, Celſus Vgo conſi. 93. num. 14. ubi di
cit huiuſmodi filiam deſcendere per lineam
maſculinam & nume. 16. ait eam ſuccedere in
Ducatibus Marchionatibus, & Comitatibus,
quando maſculi non extant, & conſi. 120. nu.
25. Soci. iunior conſi. 2. numero 14. & ſequen.
uolu. 2. Moder. Pariſ. de feud. §. 12. nu. 3. ubi
poſt plures ibi citatos concludunt filias ueni-
re appellatione generis, Vaſchius de ſucceſsio
num creat in prima parte libro tertio. §. 27. nu
mero 12. Bero d. conſi. 77. num. 10. & ſeq. uo-
lum. 2. ſubrogaturque in locum patris cum
eius perſonam repręſentet. §. cum filius. inſtit.
de hæred. quæ ab inteſta. moder. Pariſ. d. §. 12.
nume. 5. uerſ. limita hunc textum cum innume
ris ſimilibus, ideo ſicut Eduardus pater ſi ui-
ueret ſuccederet in regno prædicto excluſis
prædictis Hiſpaniarum rege & Duce Sabau-
diæ, ita in eo ſuccedere debeat Catherina eius
filia, cum in patris ut diximus locum ſubroge
tur, & propterea eius naturam ſequatur l. cum
qui. § iniuriarum. ff. ſi quis caut. §. fuerat in ſti.
de actio. & iſto caſu non attenditur qualitas ip
ſius neptis ſubrogatæ, ſed patris tantum in cu
ius locum ſubrogatur. l. item illa. ff. de conſti-
tu. pecu. cum alijs cumulatis à Tiraqu. de iure
primogen. quæſt. 40. num. 40. & multis ſequen
tibus & nu. 50. 52. & prædicta præſertim pro-
cedere dicuntur, quando non extant maſculi
deſcendentes à primo ſtipite, ut in caſu noſtro
Tiraq de iure primogen. q. 10. nume. 18. & 19.
Contrariam uerò opinionem, uidelicet prędi-
ctam Illuſtriſsimam Catherinam, uti fœminã
non eſſe admittendam ad ſuccedendum in re-
11 gno prędicto de iure ueriorem dicimus † cum
nulla extet lex etiam regia, ſeu cõſuetudo, aut
priuilegium admittens fęminas ad ſucceſsio-
nem prædicti regni, ſed potius repellens c. dile
cti de arbitr. l. fœminæ, & ibi docto. præſertim
Cagno. nu. 4. uerſ. nam de iure ff. de regul. iur.
Luc. de Pen. in l. pen. C. de profeſ. & med. Imo.
Domi. et Philip. Franc. in c. grãdi de ſupl. negl.
pręla. lib. 6. quos refert, & ſequ. Deci. conſ. 85.
nu. 7. uerſ. pręterea etiam de iure communi cõ
cludens poſt alios relatos, fęminam nõ admit-
ti ad ſucceſsionem regni, & ſi allodiale ſit, niſi
priuilegio, aut conſuetudine admittatur, Vin-
cen. in capitulo ſignificauit. de reſcript. Mar.
Laud. de primogen. colu. 5. uerſ. ſed hæc. con-
cluſio mihi, Iacob. à ſancto Georg. in l. cum
antiquio-

antiquioribus.colamna fina.uerſ.an autem filia.C.de iure delibe.Pariſ.conſi.72.nume.7 & quinque ſequentibus poſt Bald.Abb. Barb. & Io.Cirier locis relatis uolu. 4. Tiraqn. de iure primogen.quæſtio.10. nume.8.12.& duobus ſequentibus,& nu.15.& tribus ſequentib poſt innumeros ibi citatos tenet,quòd filia primogenita nō ſuccedat in iure primogenituræ ſtatuto ſeu conſuetudine huiuſmodi ius primogenito deferente, nec monere debet quod ibi dicitur nume.10 & 19. prædicta procedere extantibus maſculis, ſecus uero non extantibus maſculis,& in caſu noſtro non extare maſculum agnatum qui poſſit ſuccedere prædicto Henrico, ergo Catherina Illuſtriſsima neptis ex fratre ſuccedit, quia prædicta limitatio nu. uigeſimoprimo declaratur, ut intelligatur de filia illius de cuius ſucceſsione agitur, qui alios excludit, ſed Illuſtriſsima Catherina prædicta non eſt filia Henrici, ergo non ſuccedet in primogenitura. Secundo reſpondetur in caſu noſtro extare maſculos, uidelicet Philippum Regem, & Emanuelem Philibertum Ducem tertio gradu etiam iunctos eidem Henrico, ergo ipſa Catherina non ſuccedet. Et ſi dicatur prædictos regem Philippum,& Emanuelem Philibertum Ducem eſſe filios ſororum, proinde ex radicibus infectis; replicatur illos poſſe ſuccedere ex perſona ipſorum propria,ut infra demonſtrabimus.

Præterea fortior eſt defectus proueniens ex perſona propria, prout eſt in ipſa Catherina fœmina, quam defectus proueniens ex perſona alterius. Tertio reſpondetur contrariam opinionem, ſcilicet filiam primogenitam non ſuccedere in iure primogenituræ delato primogenito ex ſtatuto, cōſuetudine, aut priuilegio eſſe ueriorem & crebriorem ex Tiraquell. dicta quæſtione decima, nume. uigeſimoquarto, poſt Io.Cirier.Mod.Pariſ. & alios locis ſupra citatis, ex quibus liquet hanc opinionem eſſe crebriorem, quæ comprobatur dicta lege regia mentali, ſolos maſculos uocante,& longiſsima conſuetudine, quâ nunquam aliqua fœmina fuit ad dicti regni ſucceſsionem admiſſa. Nec prædictam illuſtriſsimam Catherinam defendunt pro intentu ipſius tuitione adducta. Et primo quod ſit agnata prædicti Henrici regis eique iuncta in tertio gradu,
12 quia multifariè reſpondetur. Primo † quòd iura & doct. dicentes filiam eſſe agnatam loquuntur de filia non nupta, ſecus ſi ſit nupta, ita conſtanter affirmant Curt.iunior conſ 36. nume 9. Socin.iunior conſi.168. nume.57.& duobus ſequen. libro ſecundo, poſt Bar.Ang. Ioan.de Platea,Roma. Barba. Corne.& Felin. locis citatis, Zaſi. diſerte conſi.79 numero ſeptimo libro primo. & conſi.1.nume.54.lib.2.

faciunt quæ ſcribit Iaſ.in l.cum quædam puel la.ff.de iuriſdictio.omnium iudi quèm refert, & ſequitur Marſi.in repet. l.unicæ. num. 220. C.de rapt.uirg Crauetta conſi.306. num.5.& conſi.170. numero tertio. Menoch. conſilio primo numero 39 & conſi.95.num.57.& ſequent. Burſat.conſilio primo.nume.33.& 39. Senat.Pedemont. deciſ. 127.numero primo. ubi ad multa in contrarium adducta reſpondet, Proſp. Paſcth.conſi.18. nume.23.& ſequ. Didac.in repet.capituli Raynutius,in principio nume. uigeſimoquarto, ubi infraſcriptos Euripidis uerſus citat. Mulier exiens à paternis ædibus, non amplius eſt parentum, ſed cōiugis, & prædictorum ratio eſſe dicitur, quia
13 † filia poſt matrimonium contractum mutat familiam,& domicilium patris & efficitur de familia, foro & domicilio uiri.l. ea quæ deſpōſata.l.finali §.item reſcripſerunt mulierem. ff. de muneribus,& honoribus.§.fina inſtitut.de patria poteſtate.l.fin.§.fina. ff ad municipales. §.& qui.inſtitu.de legit.agnat. tutella, cum ſimilibus citatis à Gloſis & Doctoribus. Secundo reſponderi poteſt admiſſo citra ueri præiudicium,quod filia etiam nupta non deſinat eſſe agnata patri & alijs agnatis; attamen huiuſmodi agnatio non operatur quòd fœmina agnata poſſit ſuccedere in Regno, Ducatu,& ſimilibus niſi conceſsione aut aliqua l. regia ſeu conſuetudine ad ſucceſsionem huiuſmo-
14 di admittatur, ut ſupra diximus † cum ſimiles dignitates, licet non ſint feudales ad naturam tamen feudi accedant, ut firmat Oldra. conſi. 224.& Anchara.conſi.341. Socin.conſi. quadrageſimoſeptimo, nume.4.5.& 6.uerſic. tertia ratio eſt.uolum.3. Celſus Vgo conſi. 120. nume.2. Pariſi.conſ.71.nume.74. libro quarto. Tiraq. de iure primogen quæſtio.27.num. 10.& 17. Bero.conſi.120.num.16. & 44.uolu.1. Dida.lib.3.uari.reſol.c.5.nu.5.uerſ.quinto feuda, poſt Bal.Archi.Caſtr.Præpoſi.& Soci.locis citatis,& uerſ. ſeptimo ad idem ubi æquiparat feudum & maioratum dicens pari iure cenſeri, Iaco. Aſa de primogen.nu.43.col.2. uerſ.& ideo, & uerſi. ſeptimo ad idem, quibus in Regno Portugalliæ deſeruiunt quæ ſupra
15 in princip. præmiſimus de lege menta.li † fœminæque agnatæ ad feuda maximè dignitatum regulariter non admittantur d. cap. 1.§. hoc autem, de ijs qui feud. dare poſſ. cap.1.§. ad filias de ſucceſſ. frat. & gradi. ſucc. in feud. cap. primo, quemadm. feudum ad filiam pertineat.c.1.§.filia, de ſucceſ feud.Curt.de feu.in 3. parte princ. Celſus d.conſi.120.nu.2. cum innumeris ſimilibus, ergo nec in regnis aut ſimilibus dignitatibus debet admitti fœmina, & hæc concluſio adiuuatur, quoniam rationes & cauſæ propter quas fœminæ regulari-

ter excludnntur à ſucceſsione feudorum præſertim regalium dignitatū quas rationes ſcribit Bald. in l. finali. colum. 3. C de ſuis & legit. & alij citati à Tiraquell. de ll. connubi. in l. j. nume. 72. locum habent etiam in ſucceſsione regni & ſimilium, ergo idem ius ſtatuendum
16 eſt, præſertim in dicto regno † ad cuius ſucceſsionem nunquam fuerunt admiſſæ fœminæ, quinimo excluſę, ut in Beatrice Ferdinandi regis unica filia qua reiecta, & excluſa fuit electus rex præfatus Ioannes primus. Teſte Stephano Garibaio cronicorum Luſitaniæ ſcriptore capitulo trigeſimonono, quadrageſimo, qui quidem rex Ioãnes dicta l. mentali. §. 2. 3. 4. & 19. maſculos duntaxat legitimos ad ſucceſsionem dicti regni admittit teſte Aſa dicto num. 49. 50. & 51.

Nec Illuſtriſsimam Catherinam defendit, quod ab aliquibus proponitur, ſcilicet regnū Portugaliæ prouenisse ſeu initium habuiſſe à Tireſia filia Alfonſi ſexti Regis Caſtellæ, & uxore Henrici comitis Lotoringiæ, cui pro dote prædictę Tireſiæ aſſerunt à prędicto rege Caſtellæ traditum fuiſſe regnum Luſitaniæ, proinde fœminas poſſe in eo ſuccedere. Quoniam chronicorum Portugaliæ ſcriptores uariè de hac Tireſia ſcripſerunt. Nam Stephanus Garibaius in ſua chronica in titulo de regno Portugaliæ capitulo quarto ſcribit dictum Alfonſum ſextum regem Caſtellæ nuptui tradidiſſe prędictam Tireſiam eius filiā baſtardam Henrico Comiti Lothoringiæ & pro dote dictę Tireſię dediſſe prędicto Henrico eiuſque deſcendentibus & ſucceſſoribus propter illius egregias uirtutes plures ciuitates Portugalliæ, ibidem deſcriptas. Sebaſtianus autem muſterus de regno Portugalię ſcribens ait, dictam Tireſiam fuiſſe filiam notham prędicti Alfonſi regis Caſtellę, qui illam matrimonio iunxit prędicto Henrico Comiti Lothoringię conſtituta pro dote quadam parte Galitię ſita in Luſitania, & hoc Muſteri dictū, uerius uidetur, cum non ſit ueriſimile prefatum Alfonſum regem Caſtellę dediſſe in dotem prędictę Tireſię eius filię naturali tam amplam regionem, prout eſt Luſitania excluſo Sanctio eius filio maſculo legitimo & naturali, & huiuſmodi non uerisimilitudo comprobatur ex eo, quòd omnes affirmant Alfonſum Henricum filium prędictorum Comitis Henrici & Tireſię fuiſſe primum regem Portugaliæ, & fuiſſe primum qui Vlisbonam Luſitanię metropolim à Sarracenis occupatam acquiſiuit; quo fit ut ſi Alfonſus Henricus fuit primus qui eiectis Sarracenis Vlisbonam acquiſiuit conſequens eſt, ut ante eum Alfonſus rex Caſtellę non haberet Luſitanię dominium, proinde non ualuerit donatio, l. traditio. ff. de acquirend. rerum domi. l. nemo plus, ff. de reg. iur. & l. ſi filius. C. de donatio. Secundo reſpondetur, dato citra ueri noxiam quòd prędictum regnum habuiſſet originem in prędicta Tireſia, proinde fœminas, & ſic prędictam Catherinam in eo poſſe ſuccedere ex notatis in capitulo primo, de feudo fœminę, attamen ab huiuſmodi natura ex diſpoſitione ſupradictæ legis mentalis qua maſculi legitimi duntaxat admittūtur receſſum extitit quæ quidem lex etiam in regno uſu recepta fuit, ut ſupra docuimus pręſertim in caſu Beatricis, filię Ferdinandi regis Portugalliæ. Tertio excluditur prędicta Illuſtriſsima Catherina à ſucceſsione prędicti regni etiam dato quòd fœminę fuiſſent in prima conceſsione expreſsè uocatę, cum extent maſculi legitimi, & deſcendentes à prędictis primis acquiſitoribus, uidelicet Philippus Rex, & Emanuel Philiber
17 tus Dux † quibus extantibus fœminę etiam uocatę in prima acquiſitione non admittuntur. capitulo primo, de feudo fœminę, & cap. r. de eo qui ſibi & hęredibus ſuis maſculis, & fœmi. inueſtituram accepit, & ubique doctores, & hęc reſponſio falcem ad radicem huius noſtræ quęſtionis & articuli ponit. Nec poteſt dicta Illuſtriſsima Catherina ſe iuuare allegata regnorum Hiſpaniæ conſuetudine, qua fœminę ad dictorum regnorum ſucceſsionē ad
18 mittuntur, quoniam † conſuetudo ſtricti iuris eſt, ideo non debet extendi pręſertim ſi ſit cōtra ius, de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam. l. quod uerò contra. ff. de legi. cap. fin. de off. archid. ubi Innocen. cap. tua. 1. de decim Bart in l. ij. num. 41. C. quę ſit longa conſuetu. Alexan. conſi. 69. colum. penult. uolu. 2. Feli. in capitulo auditis. colu. 7. de prę ſcripti. Areti. conſi. quadrageſimoquarto, in princip. & conſilio 132. colum. 3. quem refert & ſequitur Deci. conſi. 483. num. 22. tantum enim habet conſuetudo de potentia, & effectu quantū de uſu, et proprios facti terminos non excedit. Bald. in l. fina. colu. 3. C. communia utrinſque iud. Colleg. Papiæ in conſi. in materia monetarum. colum. 4. Iaſon in l. de quibus num. 24. ff. de legi. conſuetudines enim ſunt locales teſte Innocen. in capitulo dilecto. de off. archid. quem ſequitur Cur. de feud. in princip. colu. 1. Soci. conſi. 165. nu. 8. Rochus de Curte in repe. c. fi. col. 57. uerſ. & dicunt communiter doctores, & colu. 59. uerſ. ſecunda eſt concluſio. de conſuetudine, & prædicta præſertim procedunt in regno Luſitaniæ in quo uigent diuerſæ leges & conſtitutiones, & obſeruatum fuit contrarium in Beatrice filia Ferdinādi regis Portugalię, Roch. in d. cap. fin. colum. 62. uerſi. quinto limitatur poſt Ber. Butri. Saly. & & alios ibi citatos. Præterea cum aſſerta conſuetudo

suetudo regnorũ Hispanię procedat non extã-
tibus masculis,in casu autem nostro extẽt ma-
sculi consequens est ut dicta cõsuetudine non
posit se tueri prædicta Illustris. Catherina.

Nec mouere debet quod dicta Illustrissi-
ma Catherina uti filia Eduardi fratris prædi-
cti Henrici regis, repræsentet personam dicti
Eduardi, in eiusque locum subrogetur, ideo
ipsius naturam sapiat, proinde sicut si dictus
Eduardus tempore mortis Henrici fratris ni-
ueret ueluti ꝓximior agnatus in dicto regno
succederet,pariter eidem regi Hẽrico patruo
succedere debeat prædicta Catherina ex fratre
neptis. Quoniam hæc facile tolluntur negan-
do in primis prædictam Illustrissimam Cathe
rinam in casu nostro succedere, & subrogari
in locum patris prædefuncti, eiusque personã
representare, nam ut supra diximus filij, seu fi-
liæ non repręsentant personam patris præde-
functi in succelsione patrui seu auunculi car-
nalis defuncti, nisi concurrant cum fratre seu
fratribus patrui seu auũculi defuncti de cuius
succesſione agitur,ut diserte scribit Cepha. d.
consilio 431.numero 11.& pluribus sequent.
Idem sentit Gram. decis. prima, nume. sexto,
Tiraq.de iure primogen.quæst.13. numero 3.
Iacob. Asa dicto tractatu de primogenitura.
capit.quinto,colum.secunda, Bursat. consilio
170.numero 26.Nec eidem Illustrissimæ Ca-
therinæ suffragatur, uidelicet quòd subroge-
tur in locum patris prædefuncti,& consequen
ter ipsius patris qualitatem,& naturã non autẽ
19 propriam debere attendi,†quia prædicta non
procedunt, quando est diuersa qualitas inter
subrogatum, & eum in cuius locum subroga-
tur,quoniam data diuersitate qualitatum nun
quam subrogatum sapit naturã eius in cuius
locum subrogatur l.1.§.si quis autem.ff.de suc
ces.ędicto,quem textum ad hoc notat Alexan.
consilio 106.nume.1.lib.3.post Bal.loco cita-
to quem refert & sequitur Paris.cons.49.num.
78.uolu.3,post Felin.& Modernos locis cita-
tis,Deci.consi.443.nu.29.uers.& ex his,& nu
me.30.Grama.d.decis.1.nu.4. per text. in l.fi.
C.de natu.lib. & similibus ibi adductis. Cum
igitur ad succedendũ in regno requiratur qua-
litas masculinitatis ut supra probauimus, quę
non est in dicta Catherina nepte, ergo in pa-
tris personam subrogari illamque repręsenta-
re non potest,ita expresse dicit Ias.consil.221.
colum.2. uersic.secundo mouetur, uolum.2.
Socin.Iunio.consi.168.nu.46.uersi. nõ obstat
quod tertio, uolu.2.Roland.a Valle consi.82.
colum.antepen.uersi.ad illud quod dicitur,uo-
lum. tertio, quos refert, & sequitur Menoch.
d.consilio 95. nume.10. quibus arridet Bero.
consilio 120.num.82. & famulantur quę scri-
bit Aret.consi.164.colum.4.uersic. & ideo in-
fert Bar.ubi dicit quod neptis nata ex filio ma
sculo non excludit filiam, quia in nepte nõ re-
peritur esse qualitas masculini sexus quæ erat
in filio. Hæc comprobantur ex doctrina Bart.
Ang. Paul.de Cast & Moder.in l. Gallus.§ qui-
dam rectè.ff.de lib.& posthum.quos refert,&
sequitur Bero.d.consi.120.numero 24.quòd
quando ad effectum unius dispositionis requi
runtur plures qualitates, & una deficit, cessat
dispositio. Præterea dato citra ueri præiudi-
tium,quod alia opinio, uidelicet fœminã pos-
se succedere ĩ regno, & alijs dignitatibus esset
uerior,ut tenet Dida.in d.libro 3. uariæ.resol.
20 cap.5.nume.5.uersi.rursus septimo† intelligi
tur masculis non extantibus secus autem ma-
sculis extantibus, præsertim eiusdem seu paris
gradus,quia tunc non admittitur fœmina,sed
masculus,ita tenet Dida.d.c.5. nume.5. uersi.
sexto alia,& uersi septimo,ad idem post Bald.
Archidia.Prępo.Io.Cirier, Abb.Paris.& Deci.
locis citatis,& mouetur per text.in c.1.§.quin
etiam in tit. episcopum uel abb. cui addo text.
in c.1.de eo qui sibi & hæred. suis mas.& fęm.
Curt. Iunio. de feud. in tertia parte quæst. 1.
uersi.16.ad limitationem, ubi expresse tenet,
nepotem ex filia excludere neptem ex filio. At
in casu nr̃o Philipus rex & Serenissimus Dux
sunt in eodem, & pari gradu, & masculi, ideo
excludunt præfatam Illustrissimam Catheri-
nam filiã prædicti Eduardi Ex prædictis ergo
clare apparet prædictam Catherinam,tamquã
fœminam nec ex persona patris prædefuncti,
nec ex propria debere ab intestato succedere
in prædicto regno alijsue similibus dignitati-
bus à prædicto Henrico rege eius patruo pos-
sessis. Nunc uidendum est an regi Hispania-
rum, Ducíue Sabaudiæ cõpetat ius succeden-
di in dicto Lusitaniæ regno, & alijs dignitati-
bus regalibus, cum uterque ipsorum sit nepos
dicti Henrici regis,scilicet rex Hispaniarum ex
Isabella, Dux uerò Sabaudiæ ex Beatrice eius-
dem Henrici sororibus utrinque coniunctis.
Et uideretur prima facie dicendum eis tale ius
succedendi non competere tanquam natis ex
filiabus huius succesſionis incapacibus, & ab
ea exclusis tam ex dispositione dictæ legis mẽ-
talis,ut supra diximus, quàm iuris communis
præsertim feudorum.cap.primo § hoc autem
notandum,de his qui feud. dare possunt. ubi
expresse disponitur, filias & earum filios à suc
cessione feudi remoueri, bonus textus in cap.
primo,uersic.ad filias uerò,de succesſio.fratr.
& grad.succed.in feud.glo.in cap.primo.§ fin.
in uerbo non succedit de succefs. feud.& ubiq;
communiter doctores, Laudens. de primoge-
nitura,colum.septima,uersi.sed dubium extat,
post Bald.ibi per eum citatum. Curt. de feud.
in prima parte princ. quæst, 25.& alij copiose

cumu-

cumulati à Tiraquell. de iure primogenituræ quæſtione duodecima, numero 10 & 16. quæ confirmari poſſunt ex his quæ adducuntur à Beroo conſil. 77. numero primo, & quinque ſequentib. Sed prædictis non obſtantibus arbitror prædictos regem Hiſpaniarum, & Ducem Sabaudiæ iure debere ſuccedere in prędicto Luſitaniæ regno, & alijs dignitatibus regalibus Henrico moderno regi eorum auunculo ab inteſtato decedenti quoniam prædicti rex, & Dux dicuntur habere qualitates requiſitas, etiam ex diſpoſitione ſupradictæ legis mentalis ad effectum, ut poſſit adueniente caſu mortis di[ct]i Henrici ueluti proximiores eidem ſuccedere in dictis regnis, & bonis. Sunt enim maſculi, iunguntúrque tertio gradu eidem Henrico, dicto §. tertio gradu, in[st]itu. de grad. agna.

21 † ſuntque de genere, & deſcendentibus per lineam rectam dicti Emanuelis regis Portugalliæ ipſorum aui materni, & prædicti Henrici patris, ergo habiles ſunt ad ſuccedẽdum in dicto regno, ita tenet Paul. de Caſtr. in l. 1. C. de condi. inſertis Deci. in cap. nouit. col. 2. uerſic. ſexto nota, & colum. 3. uerſi non tamen eſt recedendum, de iudicijs, poſt Iacobum de Beluiſ. Hoſtien. Butr. Pau. de Caſt. & Imo. Soc. Corn. Alexan. locis citatis, quam opinionem ſequitur Ioan. Ciricr de iure primogenituræ quæſt. 12. colum. 17. uerſi ſed in contrarium, addens Panormit. & Aretin. eandem opinionem tenere quam etiam ſequitur Bero conſi. 77. nume. 8. & 12. uolum. 2. ubi expreſſe dicit, quòd appellatione deſcendentium maſculorum nõ ſolum ueniunt maſculi deſcendẽtes per maſculos ſeu lineam maſculinam, ſed etiam deſcẽdentes maſculi per lineam fœmininam, ſeu per fęminam citans ad hoc textus in §. 1. & 2. in authenti. de hæredi. ab inteſtato uenient Alexand. conſilio 160. uolum. 2. Fulg. conſilio 80. & Spec. in tit. de locato. §. nunc uero aliqua uerſiculo 155. & Bero. d. conſil. 120. numero 24. & quatuor ſequentibus uol. 2. & dicit Natta conſi. 187. numero 5. quod hodierno iure filij ſororum ſunt tranſlati in ius agnationis. l. lege, & l. meminimus. C. de legit. hæred. l. deo tanquam mares, & deſcendentes debent ad prædictam ſucceſſionem admitti, ut latè concludunt doctores ſupra citati præſertim Berous, quibus addo Didac. libro 3. uariarum reſolutionum. cap. 5. numero primo in principio loquens de cognato maſculo, & uerſ. primum hoc opus conſtat, & uerſi. ſexto alia ratione poſt Petr. de Bellapert. & Iac. de Are. Bal. Soc. Lup. Pariſ. Guid. Papæ, Deci. Tiraq. locis citatis, Idem Didac. practi. quæſt. cap. 38. nu. 7. uerſi. quarto licet, & his ſimulantur quæ ſcribit Bald. conſi. 137. uolu. 2. ubi ſentit ꝙ quando in prima inueſtitura uocantur maſculi, & illis deficientibus fœminæ, hoc caſu maſculi ex ſorore excludent filiam ex fratre, quam opinionem etiam tenet Alex. conſilio 29. colum. 2. uerſic. ſed his non obſtantibus, uolum. 1. uerſi. 16. & uerſi. 23. quarto, poſt Barto. Bald. Aluar. Paul. de Caſt. Card. Laud. & Anchar. locis citatis, & ꝑdicta præſertim procedunt, ſi teneamus opinionem, quòd fœmina de iure cõmuni poſſit ſuccedere in regno nõ exiſtentibus maſculis. Nec prædictis Regi, & Duci reſiſtit quod dicitur eorum matres fuiſſe incapaces, & excluſas à ſucceſsione prædicti regni, proinde etiam debere excludi prædictos Regem, & Ducem earum filios ueluti ex radice infecta prouenientes iuxta notata in l. ſi uiua matre. C. de bonis mater. & in §. hoc autem notandum, de his qui feud. dare poſſ. cum ſimilibus. Quia reſpondetur prædicta non procedere, ſi tenemus opinionem, quòd fœmina poſſit in regno ſuccedere, ſi uero ſequimur aliam opinionem, uidelicet fœminam de iure in regno non ſuccedere, reſpondetur ex aduerſo ad

22 ducta non militare. † quando maſculus deſcendens ex fęmina poteſt, & uult ſuccedere ex perſona propria, non autem matris, prout in caſu noſtro, in quo non ueniunt per uiam repræſentationis ex perſona matris, ita nominatim reſpondet Bero. d. conſi. 120 nume. 2. uol. 2. poſt Barto. Bald. Alex. Soc. & Deci. per eum citatos Cephal. conſil. 431. nume. 6. & 23. & ſeq. poſt Tiraq. de iure primogen. quæſt. 17. ex quibus patet iſtam opinionem eſſe ueram, & receptã, præſertim in caſu noſtro, cũ prædicti rex Philippus, & Emanuel Dux uocati etiam cenſeantur ex prima conceſsione facta Henrico comiti Lothoringiæ eiuſq; deſcendentibus, & ſucceſſoribus quorum appellatione ueniunt prædicti Rex & Dux. Ex ſupradictis igitur putamus ſatis clare demonſtraſſe ius ſuccedendi in dicto regno, & alijs dignitatibus regalibus Luſitaniæ eueniente caſu mortis dicti Henrici regis ſine liberis aut agnatis maſculis, & legitimis ac ab inteſtato, ſtantibus rebus, put ſtant ſpectare prædictis Philippo regi, & Emanueli Philiberto Duci.

Supereſt ut de articulo magis difficili tractemus, uidelicet, an præfatus rex Philippus uti primogenitus ex Iſabella primogenita Emanuelis regis, & ſorore utrinque coniuncta prædicti Henrici regis debeat ſuccedere in dicto regno, & bonis dignitate regali decoratis excluſo prædicto Duce Sabaudiæ etiam nepote dicti Henrici ex Beatrice ſecundogenita ꝑdicti Emanuelis regis communis patris. Et prima fronte uideretur dicẽdum prędictum regem Philippum eſſe pręferẽdum in ſucceſsione dicti regni duobus potiſsimum fundamentis,

23 primo † qa fingatur, pximior ipſi Henrico ex quo maiorem cũ eo habet coniunctionem

arg.

arg. auth. cessante. & auth. post fratres. C. de legit. hæred. & auth. itaque. C. commu de success. & eorum quæ scribunt Ruy. consilio 167. numero 9. uolum. 2. Socin. Iunio. consil. 94. numero 14. uolum. primo, gl. in §. si igitur defunctæ neque, in uerbo natos, in autheu de hered. abintesta. ueni. ubi gl. expresse dicit, potiores sunt ergo qui duplici iure utuntur, quàm qui uno. Secundo quoniam sicut inter prædictas Isabellam, & Beatricem fuisset locus primogenituræ ex his quæ scribit Curt. Iunio. de feud. in prima parte 3. partis principalis. uersic. 18. quæro, ubi dicit, quòd quando feudum potest peruenire ad fœminas tunc esse locum primogenituræ, Dec. consilio 269. numero 4. post Abb. consi. 3. ergo idem dicendum est de earũ filijs, quo stante deberet Rex Philippus ueluti primogenitus ex Isabella primogenita ad prædictam successionẽ admitti excluso Duce Sabaudiæ filio Beatricis secundogenitę.

In contrarium tamen urgere uidetur pro Serenissimo Duce Sabaudiæ regula, quòd in successione abintestato attẽdatur proximitas gradus tempore mortis eius de cuius successio ne agitur. l. 2. §. proximum, ubi Bar ff. de suis & legitim. & si plures sint eiusdem gradus omnes ad mittütur. §. si plures. insti. de leg. agn. success. cum similibus supra in capite Raynutij citatis quibus addo Hieronymum Gabr. consil 135. Nat. consi. 424. nume. 1. & seq. Nec his aduersatur qđ supra dicitur regem Philippum fingi proximiorem propter maiorem coniunctio-
24 nem, † quia iura in quibus fundatur prædicta opinio loquuntur in casibus specialibus, & priuilegiatis, uidelicet quãdo agitur de successio ne abintestato eius qui decessit relictis pluribus fratribus, quorum aliqui sunt consanguinei tãtum aliqui uero utrinque coniuncti, uel istorum filijs, tunc enim fratres utrinque coniuncti, etsi in pari gradu cum fratribus consanguineis tantum sint, uel fratrum utrinque coniunctorum filijs qui remotioris gradus sunt excludunt fratres consanguineos tantum, & hoc introductum est speciali priuilegio concesso fratribus utrinque coniunctis, & eorum filijs. §. si autem defuncto, & §. huiusmodi uero priuilegium, in auth. de hæred. ab intest. ueni. quod priuilegium ad alias personas, & gradus non extenditur d. § huiusmodi uerò priuilegium, uersi. nulli alij omnino personæ, & licet aliqui doctores in aliquibus consilijs fundent eorum opinionem in duplici iure seu uinculo, attamen loquuntur in diuersis terminis, aliàs si loquerentur de successionibus abintestato, & in alijs personis quam in fratribus utrinque cõiunctis, & eorum filijs dicerent expresse contra text. in d. §. huiusmodi uero priuilegium, & in autheu. post fratres fratrumque filios. C. de legit. hæred cum similibus, disertè Hiero. Gabriel. consi 136. numero. 1. & 3. post Iacob. de Belui. Alex Corne & Soc. locis descriptis, ubi expresse dicit duplicitatem uinculi non extendi extra dictos fratres utrinque coniunctos, & eorum filios. Nec eidẽ Catholico regi suffragio est illum esse primogenitum natum ex Isabella primogenita sorore utrinque coniuncta prædicti Henrici Regis ideo esse præferendũ, quia uerior est contraria opinio qua dicitur
25 † filium ex filia primogenita non habere ius primogenituræ teste Bald in tit. de his q feud. dare poss cap. 1. §. & quia uidimus columna 7. uersi. extra quæro, quem refert, & sequitur Io. Cirier de iure primogenituræ, quæst. 20 col. j. & secunda, uersi. certo credo li. 1. post Martin. de Carra. & Alua. locis relatis, idem Cirier qu ę stio. 23. libro primo, ubi in indiniduo quærit, utrum filius ex filia primogenita ius primogenituræ consequi debeat, & concludit q non, allegans ad hoc Cyn. Ricard. Malumb. Alber. Iaco. de Are Iser. Spe Ioan. And. Butr. Bar Bal. Salyc. Pau. de Cast. & Ancha. dicens istam opinionem esse uerissimã, quam sequitur Tiraq. de iure primoge. quęst. 12. nu. 5. & q. 13. nu. 3. & 26. Moder. Paris. de feud. § 3. glo. 1 nume. 9. ubi etiam loquuntur de filio ex filia primogenita Cephal. d. consi. 431. nu. 16. & 26 concludentes, q quãdo nepotes ex sororibus ueniũt ex personis proprijs tunc debent ęqualiter succedere proinde non esse locum primogenituræ. At in casu nostro prędicti Rex, & Dux ueniunt ex personis proprijs nõ autem matrum exclusarum, ergo inter dictos filios non est locus primogenituræ.

26 Nec huic opinioni resistit, q † Regna, Ducatus, & similia dicantur esse indiuidua & propterea ad unum tantum spectare proinde seniori, & digniori c grandi. de supl. negl. prǽla. in 6. c. licet de uoto. §. ꝓterea ducatus, de ꝓhi. feud. alie. ubi Affl. ct. Tiraq. de iure primogen. quęst. 4. nu. 21. & sequentibus, Vgo in d. consi. uni. in 4. dubio nu. 1. & multis sequen. & consi. 120. nu. 11. & 13. Didac. lib. 3 uariarum resolut. cap. 5. nu. 3. uersi. tertio eadem opinio, laiđ Fern. Vaschi. de success. creatio. in prima parte lib. 3. §. 26. limitatio. 31. nu 90 & trib sequent. Iacob. Asa de primogenitura, cap. 5 & ca. 36. colum. 2. Quoniam omissis multis alijs responsionibus quæ dantur per doctores, respondetur non ualere consequentiam, regnum est indiuisibile, ergo ad unum tantum spectat cum possit unum corpus & una res ad plures ꝓ indiuiso pertinere. l. si ut certo §. fin ff. commod. Corn. consi. 199. litera l secunda uol. 2. quem refert, & sequitur Vgo. d. consil. uni. in primo dubio nu. 20. Nec etiam necessario sequitur, regnum est indiuisibile, ergo ad primogenitum

pertinet

pertinet ita expresse dicit Vgo dicto primo du bio, nu. 22. Minusque aduersantur in contrarium adducta, quia loquuntur, & debent intelligi quando agitur de succedendo regi ab intestato defuncto qui ex lege aliqua, uel cōsuetudine aliquid de regno non potest statuere, secus si i facultate regis aut populi uel utriusq; esset unū ex nocatis, & habilibus ad regni successionem eligere, quia tunc poterit secundogenitum uel alium regno præficere, ut in successione dicti regni Lusitaniæ sepissime obseruatum fuit incipiendo ab Alfonso Henriquez primo rege usque ad Emanuelem patrem moderni regis Henrici in quorum admissione interuenit regis prædecessoris nominatio seu electio populorumq; Lusitaniæ consensus, & uotum, ex disertè scriptis à prudentissimo Antonio Bagnasaco responso suo infrascripto numero 32. quæ quidem consuetudo seu obseruantia præcipue attendēda est l. minime. ff. de legib. cum uulgarib. & hæc comprobantur ex scriptis per Iacob. Afaa d. tractatu de primogenitura num. 40. ubi refert multos reges testatos fuisse, & disposuisse successoresq; in regno nominasse quibus nominationibus assenserūt populi, & hæc comprobātur exemplo Patriar. Isaac qui prætulit Iacob. secundogenitū Esau primogenito, Gene. cap. 4. & Regis Dauid qui sibi successorem in regno elegit Salomonem secundogenitum non admisso Adonia primo genito lib. 3. c. j quod maxime locum habet ex quo prædictus Henricus est ultimus ex masculis descēdētibus ex linea masculina dicti Emanuelis, & in dicto Henrico dicatur finita recta linea masculina prædicti Emanuelis, argumento l. cum pater. §. libertis in fin l. quoniam solidum § prædium. ff. de leg. 2 quos tex. in terminis nostris adducit Bero. consil. 120. nu. 46. & 59. uersi. tertio respondeo, & 82. in fin. uolu. 2. & his famulantur quæ scribit Bal. in l. 2. C. quā
26 do dies leg. cedit. † quòd ultimo succedens in re subiecta restitutioni fideicommissi succedit liberè, & transmittit ad quoscunque habiles tamen, & prædictis accedit tex. in l. Mutianæ in fi. ff de cond. & demonstr. quem citat Iason in l. filiusfamilias. §. diui. col. 11. ff. de leg. j. quos refert, & sequitur Natta consi. 187. nu. 4. post Ancha & Pau. de Castr. locis citatis, Dec. consi. 182. nu. 4. & consi. 635 nume. 18. Iacob. Alba consi. 7. num 19. addens tex. in l. qnoties. C. de fideicommiss concludentes, ultimū fideicommissarium posse disponere de re fideicōmisso subiecta, prædicta autem locum habent
27 si dictam electionem, † & dispositionem rex faciet attenta supradicta obseruantia prædecessorum accedente uoluntate, & consensu procerum, & populorum dicti regni, quæ quidem uia electionis accedente assensu populorum, ut supradictum est laudabilior est, & sanctior teste Ioan Cirier de primogenitura. q. 10. col. pen. & ult. & q. 11. conclus. 4. colum. pen. & ult. libr. 1. & q. 12. colum. 19 libr. 2. & dicit Bald. in rubr. de nouo codice componen. col. 4. q secūdum naturalem rationem, & secundū ius gentium prouinciæ eligunt sibi regem, & non abre, cum sit conformis iuri scripto, cap. maiores 8. q. 1. quam opinionem in regnis, & magnis dignitatibus non recognoscentibus superiorē sequitur Tiraq. de iure primogen. q. 17. nona opinione, & in conclusione dictæ decimæsepti
28 mæ quæstionis. † Quapropter concludo prædicto Henrico regi una cum proceribus & populis licere quem uoluerit ex prædictis Philippo rege, & Emanuele Philiberto Duce eligere successorē in dicto regno, quos hortor, ut boni consulant commodisque, & utilitatibus populorum studeant, illumque in regem eligāt, & constituant, qui non odio aut ut seu coactè, sed paterno affectu ad formam gregis ex animo populos regat, protegat, & defendat, illisque uirtutibus decoretur, quibus uerū principem decet esse imbutum, ad Dei Optimi Maximi honorem, & gloriam, populorumq; Lusitanæ publicam quietem, & pacem, & ut supra conclusum extitit iuris esse, respondeo, & censeo sub censura.

Ego Octauianus Cacheranus Comes Rochæ Arazij magnus Sabaudiæ Cancell.

AMEDAEI A PONTE LOMbriasci domini Præsidis cameræ rationalis Pedemont.

Responsum in eadem materia successionis Regni Portugalliæ.

Pro præfato Serenissimo Duce Sabaudiæ.

SVMMARIVM.

1 *Portugallia regnum imperio non subest prout nec cætera Hispaniæ Regna, & nume. 12.*
2 *Portugallia reges maiorem regni partem à Saracenis, & infidelibus recuperarunt.*
3 *Regna dupliciter deferuntur, electione, quod est rationabilius, & successione qd est frequētius.*
4 *Successio in regnis iure quodam singulari defertur seruata gradus prærogatiua, & nume. 28. intellige ut nu. 41.*
5 *Regnorum successio an hæreditario iure deferatur remissiuè.*
6 *Regni successionem uni tantum deferendam ratione publicæ utilitatis.*
7 *Vnita & incorporata regiæ corona eodem iure deferri quo regnum ipsum.*

8 Re-

8 Regnorum in successione masculus praefertur foemina.
9 Descendentes per lineam masculinam de genere, & sanguine propriè dicuntur.
10 Foeminae ubi excluduntur, pariter & earum filij.
11 Naturales dicuntur de sanguine, & descendentibus.
13 Consuetudo unico actu insigni induci potest, limita ut nu.25.
14 Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur uere legitimus, & ad omnem successionem admittitur.
15 Foemina regni liberi sicut rei non feudalis capax dicitur.
16 Regnum quando à principio fuit foemineum, tunc foemina illius capax est.
17 Consuetudo uicinioris prouinciae inspicitur an foemina sit regni capax.
18 Pars sequi debet naturam principalis capitis à quo proficiscitur.
19 Statuta uel leges non ligant principes statuentes, uel eorum successores.
20 Spurij seu nothi non sunt successibiles, nec in praeiuditium legitimi possunt legitimari, ut succedant in regno, nu.eodem.
21 Iure naturae non fieri differentiam inter legitimos, & naturales, quomodo intelligatur, & procedat.
22 Nothi filiorum appellatione non ueniunt in dispositione loquente de filijs.
23 Naturales ad successionem feudorum, aut aliarum dignitatum regalium non admittuntur.
24 Legitimi & naturales descendentes ex naturali excludun naturales tantum.
26 Cognitio seu iudicium an subsequntum sit matrimonium quo casu ad iudicem ecclesiasticũ pertineat, & quo casu ad laicum.
27 Matrimonium contrahi per nobiles seu Illustres non potest nisi dotalibus instrumentis conscriptis.
Et non tenet contractum cum uili persona, uel disparis conditionis, & alijs concurrentibus ibi enumeratis ex quibus inualidum redditur matrimonium, nu.eodem.
29 Cognati seu nati ex foeminis patris non matris familiam sequuntur.
Neptis ex masculo dicitur de genere, & agnatione ac linea masculina aui, un. eodem.
30 Foemina agnata praefertur masculis cognatis.
31 Regnorum in successione linea potissimum attenditur.
32 Regnum per foeminas gubernari bonum non esse.
33 Exempla ultra speciem facti non trahenda praesertim cum sunt contra ius.
34 Consuetudo inducta non censetur quando usus uarius fuit.
35 Regna seu regia dignitates ad masculos potius quàm ad foeminas transferuntur, & ibi ratio adducitur.
36 Foeminam in regno succedere non tam de iure quàm de consuetudine hoc esse.
37 Masculi ex foeminis non excluduntur à successione propter earum matres, quando ex propria persona ueniunt quod praesertim procedit deficientibus masculis per masculos.
38 Foemina ubi successibilis est multo magis masculi ex ea.
Foeminae data capacitate in successione dignitatum id procedit deficientibus masculis, unmer. eodem.
39 Masculus ex foemina sicut foeminam excludit feudi capacem sic in successione regni ex praerogatina sexus, & ibi ratio adducitur, & nu. 42.
40 Argumentum de maioratu ad feuda procedit in successionibus.
43 Agnationis, & cognationis ratio non attenditur de iure naturali, quod in successione regni maxime consideratur, qua non iure agnationis defertur.
44 Descendentes per lineam foemininam regulariter de genere aui ac sanguine dicuntur, limitatur in odiosis.
45 Nati ex foeminis in materia ad foeminas transitoria de genere aui materni dicuntur.
46 Descendentes à naturali tantum uere, & propriè non dicuntur de agnatione stipitis ipsius naturalis.
47 Forma noua data feudo nouum feudum facit, & ibi multis comprobatur, quando aliqua res noua dicatur.
48 Pronepos nõ repraesentat personam patris in successione auunculi seu patrui magni, & ibi late quando repraesentationi locus non sit.
49 Foeminae licet ex linea masculina dici possint non tamen in linea masculina comprahensa dicuntur.
50 Linea transuersalis quomodo constituatur.
51 Regni successio pluribus existentibus in eodem gradu secundum geniturae ordinem defertur.
52 Mortis tempus consideratur ubi de successione alicuius agitur.
53 Electione ubi locus est magis idoneus praeferendus est, & quid magis expediat inspiciendum.
Gratificationi in electione Regis quando locus sit nu.eodem.
54 Rege deficiente in regno libero populi ac procerum regni est electio inter plures praetendentes in pari gradu constitutos.
Regis quoque est electio in uita cum consilio tamen & assensu procerum, nu.eodem.
55 Regis in arbitrio non esse priuare successorem in regno, ubi successio iure sanguinis defertur, qd declaratur, ut ibi.
56 Regem proprium habere quamque prouinciam decet.

57 *Conſuetudo deferens primogenito ſucceſſionem regni non tanti facienda ut publicæ regni utilitati præferatur.*

CONSILIVM CXXXIX.

DIVINO innocato præſidio, pro elucidatione caſus propoſiti. Præſupponendum eſt in primis, Regnum Portugaliæ eſſe liberum, & ſolutum omni alia ſuperioritate, quàm regia, nullo modo dependens ab Imperio, aut alio dominio temporali, prout etiam dicitur de cę-
1 teris regnis Hiſpaniæ, † quæ licet aliquando Romano paruerint Imperio. l. fin. de cenſi. l. 2. §. capta, de origin. iur. l. relegatorum. §. interdicere, de cenſi. id tamen noſtri non eſt ſęculi, ſed iamdiu, & à multis annis citra libera ſunt, glo. in cap. & ſi neceſſe in uerbo, reſtitui in fin. de donatio. inter uirum, & uxorem, & in capit. Adrianus el 2. 63. diſtin. ubi dicit quod Reges Hiſpani nō ſubſunt Imperio, ex quo regna ab
2 hoſtium faucibus eruerunt, quòd † uerè dici poteſt de regibus Portugaliæ, qui maiorē partem regni uirtute, & armis à Saracenis, & infidelibus acquiſiuerunt, Corſet. de poteſt. reg. q. 22. & 101. nume. 66. Reſtaur. Caſt. de Impera. q. 53. num. 6.
3 Secundò præſupponitur † regna deferri dupliciter, aut per electionem quod magis rationi conſonum uidetur, aut per ſucceſsionem, prout frequentiori cōſuetudine uidetur obtentum, ad not. in capit. ad apoſtolicæ de re iud. in 6. c. uenerabilem de elec. & in ca. primo, in fine de alien. feud. gl. in cap. denique. 7. q. 1. Corſet. de poteſt. reg. q. 9. 14. & 103. Laud. de primogen. q. 8. Aluar. in cap. primo, in 2. not. de feud. march. Io. Cirier de primoge. lib. 2. q. 13.
4 Tertiò præſupponendum quoque eſt, † ſucceſsiones regnorum quæ ſoli Regi ſubſunt nō deferri lege aliqua Romana, imperiali, aut feudali, ſed ſucceſſorio quodā, ac ſingulari iure regnorum, ut ſucceſſor ſit, prout quiſque proximior eſt in gradu Regi defuncto, c. licet de uoto, cum ibi not. capit. grandi, & ibi Innoc. & Arcbid. de ſuplen. negl prælat. in 6. Alex. conſi. 159. ſuper eo. num. 2. uolum. 3. Oldr. conſi. 94. eleganter. num. 7. & 21. Cirier lib primo, q. 8. nume. 3. Gul. de monſer. de ſucceſsio. regum. in prima parte. nume. 35. 36. & ſequent. Laud.
5 & Corſet. ubi ſupra † utrum autem iure ſanguinis an hæreditario iure de quo per Ancha. & alios in d. cap. licet, & per Bald. conſil. 386. in regno circa fin. & conſil. 389. conſuetudo. uolum. 2. Cirier in 2. quæſt. lib. 3. & Tiraquell. in 35. quæſt. de primogen. non eſt hic diſcepta tioni locus.
6 Quarto præſupponitur, † quòd regnum nō capit duos, ſed unum tantum, & hoc ratione publicę utilitatis, quamuis enim duo, aut plures quandoque ſimul reges fuerint, uel imperatores, re tamen ipſa compertum eſt, ſatius eſſe unum quàm plures imperare; Hinc illa Ariſtotelis ſentētia ex Homero deſumpta. Rex unus eſto. cap. in apibus. 7. quæſtio. 1. glo. in cap. ſi hæredes de teſtam. l. 2. §. nouiſsimē, cum ibi no. de orig. iur. cap. præterea ducatus, de prohib. alien. feud. per Fede Bal in auth. hoc amplius, num. 8. C. de fideicom. Benedict. in cap. Rayn. in uerbo in eodem teſtamento, in prima parte num. 172. Tiraq de primogenit. quæſt. 4. numero 21. Vaſq de ſucceſſ. creat. li. 3. §. 26. limi. 31. nume. 90. & libro 2. § 14. requiſito 10. nu-
7 mero 27. & † quod dicitur de regno ipſo, idem de bonis regię coronæ unitis, & incorporatis cenſendum eſt, ad Barto. in l ſi conuenerit. §. ſi nuda de pignor. actio. ubi ualde referre inquit, an bona acquiſita per reges regno, & regiæ coronæ ſint unita, necne, & ibi adduntur plures in hanc ſententiā. His ſic præſuppoſitis diſcutiēdo ſingulas perſonas, quæ in regno, de quo agitur, ius prætendunt, capio primo perſonam D. Antonij filij infantis Ludouici fratris moderni regis Henrici qui eſt maſculus, ideo pręferendus uidetur Illuſtriſsimę ac Excellentiſſimę Catherinæ Duciſſę Bragantię, quoniam
8 ipſa fœmina eſt, † & in regnis præferendus eſt maſculus fęminæ Luc. de Penna. in l pen. C de profeſſ. & med. lib. 10. ubi plura adnotat, præſertim data gradus paritate, cap. primo §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſunt. Præſerendus quoque uidetur Sereniſsimis Philippo Hiſpaniarum Regi, & Philiberto Sabaudiæ Duci cum ipſe ſit de ſanguine regio, nepos ex
9 filio Emanuelis regis, † & cum hi proprie de genere, & ſanguine dicantur qui per lineā maſculinam deſcendunt l. prima, in fi. de iure immuni. glo. in l. prima, de proba. & in §. 1. in uerbo generi. in auth. de inceſt. nupt. Barb. in repet. l. cum acutiſsimi. colum. 3. C. de fideicommiſſ. De genere nō dicuntur Rex, & Dux qui
10 deſcendunt ex fœminis quamuis filiabus Regis Emanuelis. † quorum matres ſicuti excluderentur per maſculos, ita pariter earum filij. l. prima, §. primo. ff. ſi quis aliquem teſt. prohib. cap. licet ex quadā. de teſt. & c. uulnerato 1. q. 1. Socin. Iaſ. & alij in l. Gallus §. nunc de lege. de lib. & poſthum. Io. And. in d. c. ad Apoſtolicæ. colum. tertia, uerſi. item nō ſuccedit, de re iud. in 6. Campeg. in tracta. quòd ſtantib. maſcul. fęm. non ſucc quæſt. 21. & Nat. in eodem tractatu in octaua quæſt. ſecundę quæſt. princip. Tiraq. de primogen. quęſt. 12. Neque obſtare
11 uidetur quod Antonius ſit illegitimus, † quia nihilominus dicitur de ſanguine regio, & deſcendentibus ex eodem ſanguine. Bart. in l. tutelas.

telas. in prin.de capite minut. & in l pronun-
ciatio.de uerborum signif. & eorum quæ sunt
iuris naturalis bastardi sunt capaces. l.parētes,
& ibi no.de in ius uocand.& in l.fi. C.de uerb.
signif. Et in tertio præsuppositio diximus legē
ciuilem in regnorum successione non esse at-
12 tendendam, † cum non subijciantur regna li-
bera legibus imperatorijs, ad not. in l.cunctos
populos.C.de summa Trinit.& fide cath. quo
fit, ut ius naturale inspiciendum sit, Bal.in l.tu
tela.§.1.de legit.tut.quo iure non uidetur cōsi-
derata differentia legitimitatis, uel illegitimi-
tatis.l prima.§. ius naturale. de iustitia & iure.
§.liceat igitur auth.quib.mod.nat eff.legit.& §.
natura.auth.quib.mod.nat.eff.sui. fortius hu-
iusmodi casus alias decisus fuisse uidetur in p-
sona Ioannis primi regis filij naturalis Petri
regis, qui exclusa Beatrice filia legitima, & na-
turali Ferdinandi regnum obtinuit, Bal.consi.
13 271.casus consilij, uol.1. Et † solus actus tam
insignis potuit consuetudinem succedendi in
ducere ca.cum de beneficio de præb. in sexto,
quæ admodum in regnorum successione attē-
ditur, & cuicunque iuri præualet. Bal.in c.pri-
mo, numero tertio, de feud. march.quinimo
nec solus Ioannes illegitimus regnauit, sed ini
tium dicitur habuisse regnum à Tiresia natu-
rali, ut Historici tradunt. Neque talem succe-
dendi consuetudinem impugnare posse uiden
tur quicunque ius in regno prætendunt, cum
ab ipso Ioanne rege descendant, & ius (licet
mediate) ab eodem metiātur, iuxta illud, cum
culpent alij te. me laudare necesse est.l.cum in
fundo.§.quod si mulier, uersi.imputari, de iure
dotium.Bald.in cap quæ in ecclesiarum.col.fi.
de constitu.in alijs quoque regnis plura addu-
ci possunt exempla, ex quibus constat natura-
les sępius fuisse admissos in Reges, & Princi-
pes, plures etiam fuere Pontifices, & Impera-
tores præsertim eximia uirtute prædití, prout
refert Paleotus nunc meritissimus Cardinalis
in suo libro de nothis, & spurijs. capit. fin. Sed
hic uidemur esse extra omnem difficultatem,
ex quo per testes dicitur probatum, D. Ludo-
uicum contraxisse matrimonium cum matre
Antonij, & per superuenientiam matrimonij
14 legitimatus fuit filius antea natus, † ita ut iure
dicatur, & sit legitimus, cap.tanta.cum ibi no.
qui filij sint legit. Suntque filij legitimati per
subsequens matrimonium successibiles nō mi
nus quam filij post matrimonium nati, auth.
quib.mod.natur.eff.legi.§.1.& auth. de incest.
nup.§.dubitatum. l.cum quis, & l.nuper. C.de
natur.lib. Hæc licet uideantur colorata funda-
menta, fortioribus nihilhominus iuribus niti
uidetur Illustriss. & excellentissima domina
Catherina Ducissa Bragantiæ, pro qua facit.
Primò, quia hic non agitur de successione rei
15 feudalis, sed regni liberi, † quo casu fœmina
regni, & dignitatis capax dicitur, cap.significa
uit de rescript.& ibi Pan.nume.3 cap ex parte
de priuileg ca cum deuotissimam.1 2.quęst.2.
& ibi not. Ang. in l. cum prætor.§. non autem
de iud.Corne. consil.16.in fi.uolum.1.Clarus
quæst.73.Tiraq. de primogen quæst.decima,
numero 2. Item regnum initium uidetur ha-
buisse à fęmina, uidelicet, Tiresia filia regis Ca
stellę, prout dictum est, & licet regnum postea
fuerit adauctum, attamen primordialis causa
inspicienda est, a qua posterior formatur euen
tus, ad legem primam C.de imponen.lucra.de
scrip.libro 10 Barto. in l.quod ait §.primo, de
16 adult.l.qui id quod, de dona. & eo casu † quan
do regnum à principio fuit fœmineum, fœmi
na dicitur regni capax.cap.1. de natu. success.
feud.glo.in cap.1.§.& quia uidimus, qui feud.
dare pos.& ibi not Cur.de feud.in 3.parte q.1.
limit.2. Rip.l.1. resp.1. nume.74.Rol à Valle
17 consi.76.nume.7.uol.3. † Arguendo etiam à
consuetudine uiciniores prouinciæ, quæ sequē
da est, cap.super eo de cogn.spir. Castr.consil.
164.in præsenti causa colum.prima, uol.secun
do, fœmina in regno est successibilis, prout in
regnis Castellæ, & Aragoniæ, in quibus succes
serunt fœminæ, & descendentes ab eis, etiam
exclusis agnatis remotioribus, & eo fortius, p-
cedit argumentum ex quo Portugalia pars est
Hispaniæ & initio legibus Hispanis, uidelicet
Castellæ subijciebatur, fuitque per regem Ca-
stellæ Alfonsum VI.disiūcta à regno, & in do-
tem data Tiresiæ filiæ & Henrico comiti, retē-
ta superioritate, qua usi sunt reges Castellæ,
etiam post quā Lusitania erecta fuit in regnū,
usquequo per Alfonsum decimum regem Ca-
stellæ remissa fuit Alfonso tertio Regi Portu-
galliæ genero suo, in quem etiam trastulit re-
18 gnum Algarbiorum. † & consequenter tanquā
pars sequi debet naturam principalis capitis, à
quo profecta est c.super eo de censib. c.tua de
spon. duo. § fin. instit. de satisd. Luc. de Pen.
in l.unica.C.de priuil.urb Const.libr.10.Dec.
consi.379.colum.3.nume 7.& in specie in re-
gno Lusitaniæ fœminas esse capaces successio
nis regni, ęque atque in alijs Hispanię prouin-
cijs, Argentonius historicus in proœmio ad
lectores, neque lex mentalis Portugalliæ uide
tur procedere in successione regni, sed dicitur
quod illa comprehēdit, & ligat tantum subdi-
19 tos regni tenentes bona regiæ coronæ † statu-
ta enim & leges non ligant principes statuen-
tes aut eorum successores l. princeps. de leg.
Bald.consi.135.articulus colum.2.uersi.1.uo
lum.3.Card.consi.2.Brun.de statut.exclud.fę
min.art.6.quæst.7. stante itaque quod fœmi-
na regni sit capax, dubium non uidetur, quin
Catherina præferenda sit Antonio illegitimo,
cum

cum ipsa sit legitima, & naturalis, quæ dubio
20 procul excludit nothos, † qui succeßibiles nõ
sunt, ad not. in c. naturales, si de feud. defunc.
fuerit contro. Ioan Andr. in capit. sine culpa, de
reg. iur. in 6. & c. si pro te de rescrip. in 6. Cefal.
consi. 364. numero 27. uolu. tertio. Quinimo
in eius præiuditium legitimari non posset na-
turalis etiam per Papam, ut esset succeßibilis
in regno, Gem. & alij in c. grandi nume. 10. de
suplen. negl. præl. in 6. Martin. Laud. de princ.
q. 386. Alex. consi. 94. num. 5. uol. primo. Ias. in
l. Gallus. §. & quid si tantum numero 92. de lib.
& posth. ubi notant omnes, quod Papa nõ pos-
set legitimare filium regis. Aragonum natura-
lem etiam uolente rege in præiuditium succes-
soris, & si historicis credimus, prima cõcesio
Lusitaniæ facta per regem Castellæ fuit facta
Tiresia, & Henrico pro se, & filijs ex legitimo
matrimonio procreandis, ac descẽdentibus ab
eis, quo casu sumus in claris, quod naturales
excludãtur, & hoc idem expresse disponit text.
de regno Portugalliæ tractans in dicto c. gran
di, ibi, si absque legitimo decederet filio. Ad ar
gumenta in contrarium adducta facilis est re-
21 sponsio, † nam quod dicitur, iure naturæ non
fieri differentiam inter legitimos, & naturales,
de iure naturali beluarum, & non hominum
procedit, quibus ratione uiuere datum est, gl.
in principio institu. de iure naturali, in uerbo
matrimonium l. 1. §. ius naturæ, de iust. & iure
Ioan. Andr. in cap. sine culpa. colum. mihi 15.
uersi & dico de reg. iur. in 6. Paleor. in tracta.
de noth. cap primo, & secundo in fin ubi sciẽ
admodum explicat, quomodo secundũ Iusti-
niani dictum natura omnes à principio homi
nes legitimi nascerentur, nam id refert ad ius
naturæ rationabile, & ad tẽpus quo homines
ad concupiscentias, & uitia non erant ita pni,
sicuti successu temporis crescẽte malitia, & id
elicit ex eomet text. §. licet, auth. quibus mod.
nat. eff. legit. & § natura quib. mod nat eff. sui,
Idem ferme sensit Ludouic. à Sard. in tract. de
natur. liber. in principio q. 3. quamuis autem
eorum quæ iuris naturalis sunt capaces sint no
thi, non tamen eorum regulariter, quibus ius
ciuile aßistit, aut à iure ciuili robur accipiunt,
22 adeo † ut filiorum appellatione propriẽ non
ueniant nothi l. filium definimus, & ibi Bal &
alij, de his qui sunt sui uel alien iur. Ludouic. à
Sad. ubi sup. parte secunda, numero secundo,
multo minus si disponẽtis dignitas id suadeat
l. ex facto. §. si quis rogatus in fin. ff. ad Trebel.
& sicuti ex dignitate disponentis non com-
prehenduntur naturales in dispositione de fi-
lijs loquente, ita nec etiã habita ratione digni-
taris rei, de qua agitur, ut iurisdictionis, & re-
gni, Castren. in d. §. si quis rogatus, num. sexto
cum etiam intersit populorum à talibus non
regi quos lex odio habet. cap. si gens Anglorũ
56. dist. quod multo magis pcedit in spurio,
ut per Castren & alios ubi supra, Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. glo. 8. numc. 5. Brũn. de statu.
exclud. fœm. art. 12. quæst. 3. & in tract. de con
stitutio & statu. in uerbo bastardus, & satis in-
23 comperto est † naturales non admitti ad suc-
cessionem feudorum, aut aliarum dignitatum
regalium, dicto cap. naturales, cum ibi not. &
in c. quidam. hic finitur lex. aliàs est tit. de filijs
natis ex matr. ad morga. gl. in clem. 1. in uerbo
liberis in fi. de baptism. l honor. §. de honori-
bus. ff de mun. & honor Bald. in l. generaliter.
§. cum autem C. de instit & substit. Floria. in l.
qui testamentum in fin de proba. Alex. consil.
80. uolum 2. plura congerit Tiraq de nobilit.
cap. 15. nu. 10. cum sequenti, & in l. si unquam
in uerbo susceperit liberos nume. 56. C de re-
uocan. donat. & licet in regno de quo agitur
alias successerit naturalis exclusa nepte exem-
plis non est iudicandum l nemo. C. de sentent.
24 & † quo ad descendentes ab ipso naturali, non
ideo minus seruabitur lex communis, ut legi-
timi naturales excludant, l. generaliter §. cum
autem. & ibi Ang. & Castren. post gl. in uerbo
sobole. C. de instit. & substit. & dictum Bal. in
c. quæ in ecclesiarum, impugnant Ias. in l. sed si
hac § liberos de in ius uocan. Dec. in c in præ-
sentia. numero 47. de proba. Rip in d §. si quis
rogatus. numero 66. Dictum tamen Bal. forte
posset saluari, ut procederet, nullis existenti-
bus legitimis successoribus l. generaliter. § spu
rios. de decur. Ruyn. consi. 120. nume. 12. uol.
primo. Bero in dicto cap in pręsentia nu. 322.
& eo etiam casu nullis existentibus legitimis
successoribus locus esse posset electioni natu-
ralis seu bastardi, ut appellant, prout eo casu
electum fuisse Ioãnem illegitimum dicit Bal.
in dicto cap. uenerabilem nume. 13. de electio.
& asserunt aliqui Beatricem quoque fuisse ille
gitimitatis nota affectam, ut habetur libro 35.
cap. 40. in compendio historiæ Hispaniarum
per Stephanum Garibaium compilato, uel ex
eo exclusam, quod maritus eius, & ipsa essent
scismatici, ut dicit Bald. consi. 271. casus con-
silij. uol. 1. Sed utcũque sit armis potius quàm
iure res fuit decisa, cum ita ferret eius tempo-
ris qualitas, ob conceptum odium Lusitanorũ
in Alfonsum regem Castellæ, qui Ioannem fra
trem legitimum Ferdinandi regis defuncti de
tinuerat captiuum. Cum itaq; id casus, seu oc-
casio præteriit, non est trahendum in conse-
quentiam. l. iura cum l sequenti de leg. Minus
25 † ex eo ius consuetudinarium induci potest,
quòd nõ eo animo actum est, ut ius faceret in
futurum, glo. prima, in cap. consuetudo distin
ctione prima, Dec. consi. 215. nu. 4. Neque sa-
tis in comperto est, consuetudinem induci ex
unico

unico actu, sicuti nec etiam una hirundo facit
uer. præsertim cũ non appareat quod actus fue
rit gestus eo animo, ut faceret ius in futurum,
quo casu recepta est opinio, ex uno actu cõsue
tudinem non induci quæ uim legis obtineat
Alberic. in rubr C. quę sit loug. consuet. col. 7.
uersi & potest. & col. sequeu. Imo post Gul. de
Cuu. in c. fin. nu. 25. de consuet. ubi respondet
ad c. cum de beneficio, de præb. in sexto, cuius
responsio potest corroborari ex eo quod in con
siderauda qualitate beneficij attenditur ulti-
mus status, & sic solitum potius quàm consue
tudo, & licet in solito unicus actus considere-
tur in consuetudine plures requiruntur, secun
dum cõmunem. l. uemo. §. temporaria de reg.
iur. cum ibi no. l. an in totum. C. de edif priua.
Alex. consilio 45. nume. 10. uol. 2. Deci. consil.
222. num. 10. Roch in d. cap. fi nu. 372. Mich.
Grass. libro 1. commun. opin. quę. 10. tomo. 3.
Tiresia autem quæ dicitur fuisse naturalis, nun
quam legitur, quòd fuerit regina, sed primus
rex fuit Alfonsus legitimus, & naturalis, unde
ab eo iura successionum metienda sunt, ut in-
fra dicetur nu. 62. in exemplis autem per Pa-
leotum recitatis non est facienda uis, cum mul
ti casus de facto potius quàm de iure processe
rint. & non magis his exemplis uiti possimus,
quibus dicitur naturales successisse in regnis
quàm his quibus constat Tyrannos regna oc-
cupasse per uim, aut insidias, at in monarchia
bene instituta uidemus passim, naturales exclu
di à Regni successione. Quod auté attinet ad
propositam legitimationem per subsequẽs ma
trimonium, cum ea uera non sit, ueque etiam
pbari poterit, & testibus examinatis, ut audio,
impingi potest, quod falsa, uel uaria deposue-
26 rint, †coguitio autem, & iudicium, an subsecu
tum fuerit matrimonium, quatenus ius cõcer-
nit ad ecclesiasticum pertinere dubium nõ est,
quatenus autem concernit factum; idest quæ
uerba, uel actus intercesserint, inter D. Ludo-
uicum, & matrem D. Antonij, de eo potest pr̨æ
sertim incidẽter iudex laicus cognoscere, Bar.
in l. Titia. ff solut. matr & ibi Alex. & Ias. c. post
miserabilem, & ibi Abb. de usur. Bal. & Ias. in l.
quotiens. C. de iudic. Didac. in epito. cap. 8. §.
12. num. 3. ubi de communi attestatur. Sed de
mus contractum fuisse matrimonium, nõ ideo
tamen Antonius successibilis esset in regno,
27 tum† quia nulla confecta fuerunt instrumen-
ta dotalia, Ang. consi. 29. Curt. Iun. consi. 336.
Socin. Iun. consilio 82. uol. primo, & consilio
100. uolum. secundo, qui attestantur de com-
muni, tum quia per illustrem atque adeo Illu-
strissimum uirum contractum fuit matrimo-
nium cum uili persona, ualde dispacis condi-
tionis, Ang in §. primo, quib. mod. nat. eff legi.
Cępol. caut. 150. Cesal. consilio 82. nume. 12.
uolum. primo Curt. Iun. consi 156. nu. secun-
do, & potissimum in articulo mortis. ut pro-
ponitur. Curt. Iun. consi. 26. Tiraq. in l si unq̃.
num 73. & sequenti C. de reuoc. dona. Neque
proponitur subsecutum in faciem ecclesiæ ma
trimonium, Afflict. in dicto § naturales nu. 31.
Socin. Iun. consi. 31. nume. 46. uolum. 2. Cesal.
consil. 279. numero 15. uolum. secundo, Bero.
quæstio. 107. Et licet singula de se considera-
ta recipiãt aliquam dubitationem propter ua-
rias doctorum opiniones, ut notat Gabriel de
legitimat. concl. prima, tamen ubi omnia ista
uel aliqua ex eis simul concurrunt, uerius est
non legitimari filios per subsequens matrimo
nium, ad effectum ut successibiles sint, iuxta il
lud, quæ non prosunt singula, multa iuuant. c.
cum causam, de probat. Consequenter quoad
D. Antonium clare patet Illustrissimam Ca-
therinam esse præferendam.

Præferenda quoq; uidetur Illustrissima Ca
therina Serenissimis regi Catholico, & Duci
Sabaudiæ, quoniam ipsa est de genere, & san-
28 guine regio, nata ex masculo regis filio. † Et
uerius uidetur successiones regnorum deferri
iure sanguinis, & his qui de genere sunt. Bal in
dicto cap. 1. numero 6. de feud. march. Gul. de
Monferrat. de success. reg. nume. 17. De genere
autem & sanguine dicuntur proprie, ut antea
etiam dictum est, qui ex masculis descendunt,
non ex fœminis, est etiam ipsa Illustrissima Ca
therina aguata moderni regis Henrici, Serenis
simi autem Catholicus, & Sabaudus cognati,
29 † & patris non matris familiam sequuntur, ca
pi. secundo, de conuer. infidel. §. 1. instit. de le-
git. agnat. tutel. l. familiæ. §. 1. de uerbo. sign. l.
cum legitime, de statu homi. propterea consu-
luit Bald. consilio 375. quod pro regula in fin.
uol. 2. quod filia secundogeniti præferatur ne
poti ex filia primogenita, & idem uidetur sen
sisse in l. fin. C. de suis, & legit. unde iure agna-
tionis præferenda uidetur, prout in similibus
terminis, & in facto regni Aragonię consuluit
Anch. consil. 339. pro Illustr. dña Violantide
regina Hierusalẽ, & Sicilię nepte ex fratre Mar
tini regis defuncti, cõtra Ferdinandũ regẽ Ca-
stellæ, nepotẽ eiusdem Martini ex Leonora so-
rore, & facit, quia ipsa dicitur de linea masculi-
na regum, Hip. sing. 33. Rub. cõsi. 31. Et mul-
to fortius cũ ipsa Catherina sit nupta, in agna
tione regia, Campeg. inter consilia Brun. cõsil.
11. col. 3. Neque obstare uĩ, quod ipsa sit fœmi
30 na, & Serenissimi masculi, † nã ex quo descen-
dunt ex fœminis, licet masculi sint fęminas nõ
excludunt, Tiraq. de primogen. q. 13 nu. 6. Et
nedum ipsa sed etiam primogenitus principis
Parmæ filius Mariæ primogenitæ Edoardi p̃-
ferendus uidetur, filius enim defuncta matre
censetur in eius locum succedere. §. primo,

& §.ſi autē defuncto, auth. de hæred. ab inteſt.
uenien. Et ea ratione fortius uidetur ius primo
geniti Principis Parmæ, quā Illuſtriſsimę Ca-
therinæ, cum ipſe deſcendat ex primogenita,
quæ Illuſtriſsimam Catherinam excluſiſſet,
Aret.conſi.161.col.3.& 6. Quinimo cum uter
que tam Parmenſis, quam Bragantiæ deſcen-
dant a linea maſculina Edoardi præferendi ui-
dentur quibuſcunque deſcendentibus per li-
31 neam fœmininam, † cum in ſuccesſione regno
rum linea potiſsimum attendatur, & maſculi-
na præferatur, c. 1. de ſucceſ. frat. & grad. Qui-
bus tn̄ non obſtantibus dicendum eſt, Sereniſ-
ſimos regem Catholicum, & Ducem Sabau-
diæ omnino excludere dominū Antonium il-
legitimum, atque etiam Illuſtriſsimam Cathe
rinam, necnō, & principem Parmæ, & quod ad
dominum Antonium attinet iam ſuperius di-
ctum eſt, in argumentis factis pro Illuſtriſsi-
ma Catherina, legitimos omnino excludere
nothos, fortius in caſu iſtorum Sereniſsimo-
rum, ubi contentio non eſt illegitimi cum fœ-
minis, unde ſi Ioannes primus rex excluſit ne-
ptem, id euenit, quia cum fęmina erat conten-
32 tio, † nec bonum eſt, regnum per fęminas
gubernari, Socin inter conſilia Brun. conſi. 10.
nume. 6. plures authoritates adducit Tiraq. de
primogen. q. 10. nu. 4. & cum hic ſint maſculi
ad quos regnum deuolui debet exempla tra-
henda non ſunt ultra ſpeciem facti, præſertim
33 cum ſint contra ius. l. quod † non ratione, de
leg. cap. dilecto. in fin. de off. archid. l. 1. §. Iulia-
nus & ibi Bart. de itin. actuq́ue priuat. Bal. in l.
fin. colum. 3. C. commun utriuſque iud. Oldr.
conſi 237. num. 3. Aret. conſi. 23. in tertio du-
bio. Alber. in rubr. ubi ſupra. col. 20. uerſic. ſed
nunquid. Aymo conſi. 170. nume. 4. Tiraq. de
primogen. quæſt. 16. in fin. quin etiam appa-
ret filios naturales tantum fuiſſe aliàs excluſos
propter maſculos legitimos quamuis remotio
res in gradu ſuccedēdi ut in Georgio filio Ioā
nis ſecūdi regis, qui fuit excluſus per Emanue
lem dicti Ioānis regis patruelem, ita ut de uſu
potius contrario appareat, aut ſaltem de uſu
34 uario, † qui ad conſuetudinem inducendam
conſiderabilis non eſt, Barto. in l. ſolent § non
uero num 4. de offic. proconſ. & in l. 2. in prin
cipio circa fin. ff. ſolut. matrim. Alex. conſil. 5.
col. 2. uerſi. 4. uol. 4. Corn. conſ. 296. colum. 3.
litera G, uolum quarto, Aymo conſi. 96. num.
quinto, & conſilio 313. numero quarto. De-
cius conſilio octauo, colum. tertia, & conſilio
11. colum ſeptima uerſic. ſecundo non obſtat
& conſi. 215 columna ſecunda, uerſiculo 2. Et
quod dicebatur fęminas excludi per maſculos
per ſupradicta intelligendum eſt, & addendū
legitimos, & naturales, non autem illegitimos
quod multo fortius dicendum eſt in maſculis
ex fęmina natis, quando in eis ceſſat ratio ex-
cluſionis. ut per Tiraq. dicta quæſt. 12. in prin.
& in tract. ceſſante cauſa par. 1. nume 94. Et ſi
teneremus Beatricem quoq; fuiſſe illegitimā,
ut ſupra dictum eſt, ceſſaret hic omnino argu-
mentum, cum illegitimus illegitimam exclu-
ſerit, & prout per eundem Stefanum Garibaiū
narratur in electione Ioannis acclamatū fuit,
in pari cauſa illegitimitatis melius fore Ioan-
nem regnare, quam Beatricem. Sunt quoque
præferendi Sereniſsimi Rex, & Dux Illuſtriſ-
ſimæ Catherinæ ex quo ipſi maſculi ſunt, & p̄-
feruntur fęminæ, licet ex maſculo deſcenden-
35 ti, † ad maſculos enim potius quam ad fęmi-
nas oportet regiam dignitatem transferri, Bal.
in l. prima, de ſenator. nam maſculus fœmina
ratione præſtantior eſt, corde animoſior, paſ-
ſionū minus inſecutor, ita Egid Rom. in tract.
de regim. princip. lib. 3. part. ſecunda, capit. 5.
quem refert Cirier ubi ſupra quęſt. 14. libro 2.
Gul. Bened. in c. Raynutius in uerbo, duas ha-
bens filias, numero 24. plura quam forte par
ſit, accumulat, Tiraq de legib. connub in l pri-
36 ma, nume. 61. & 78. & † quod dicitur, fęminam
in regno ſuccedere, id non tam de iure, quam
ex conſuetudine procedit, Bald. d. conſil. 271.
nume. 4 uol. 1. Gemin. & Franc. in dicto capit.
grandi in glo. in uerbo iure regni. Laud. de pri
mogen. quæſt. 11. Iacob. de ſancto Georg. in l.
cum antiquioribus, nume. 14. C. de iure delib.
Socin. Iun. conſi. 68. nume. 26. uolum. 1. Et li-
37 cet dici poſſet † quod fœminæ à ſucceſsione
repellerentur, attamen ex quo hic Sereniſsimi
ſuccedunt, non ex perſona eorum matrum, ſed
ex perſona propria, & cauſa excluſionis eſt ſe-
xus, non propterea ipſi qui maſculi ſunt exclu
derentur, Bald. in auth. ceſſante. C. de legit. hæ-
red. Roſcl. in tractatu, de ſucceſſ. ab inteſt. nu-
127. Rub. conſilio 22. in fi. Socin. Iun. conſi. 2.
num. 26. uolum. tertio, & id pręſertim deficien
tibus maſculis per maſculos deſcendentibus
Ruyn. conſilio 120 num. 15. uol. 1. & ita proce
dit quod notat Tiraquel. de primogenit dicta
38 quęſtione 13. Et ubi præualeat opinio, † quod
fœmina ſucceſsibilis ſit, multo magis ſucceſsi
biles erunt maſculi ex fęminis deſcendentes,
glo. in dicto §. hoc autem, notandum, qui feud.
dare poſſ. Purp. conſi 325. num. octauo, & ſe-
quenti. Et data fęminæ capacitate in ſucceſsio
nibus dignitatū, id procedit deficientibus ma-
ſculis, ut in d. cap. ſignificauit & ibi not Bal &
Barbat. de reſcrip. Pan. in cap. dilecti. colum. 3.
numero 11. de arbi Bald. in l in multis, de ſtatu
homin. Roma conſi. 98. circa finem. Alexand.
conſi. 29 num. 7. uolum. primo, & conſi. nono
uolum. quinto Ruy. conſi. 40 nu. 6. & conſ. 99.
colum. quinta, uerſi. ex præmiſsis, uol. primo.
Tiraqul. de primogenit. dicta quæſt. decima,
nu. 9.

39 nu.9. Item † prout in feudis cautum est, ut masculus ex fœmina feudi capace, fœminā eiusdē gradus excludat, ca. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis, & ibi Bald. Aluar. & alij, ita etiam in regni successione dicendū est ex prærogatiua sexus, masculos ex fœminis esse fœminis præferēdos. Daturque ratio, propterea q masculus aptior est ad arma, & bella, glo. in d. c. 1. § hoc quoque notandum in uerbo a successione, qui feud. dare poss. Iacob. de S. Georg in tractatu feud in uerbo marchio, nume. quarto, ubi & aliæ dantur rationes. Et supradicta ratio multo fortius procedit in regnis, in quibus multo maior habilitas & aptitudo requiritur in armis, & cæteris rebus ac arduis negotijs gerendis, quo fit ut in regni successione qualitas masculina succedere debentis maxime sit attendenda, & put ex historijs, & Genesi apparet, masculi semper in successione regni Lusitaniæ fuerunt prælati, ita ut consuetudo inducta dici possit prælationis masculorum Guid. Pap. consilio 131. Tiraq de primoge. quæstione 16. numero tertio, cum sequen. Et quamuis dictum capit. primum disponat in materia feudali, & legibus feudalibus non subijciantur regnorum successiones, ut in tertio præsupposito, Gul. Monfer. in quinto dubio num. tertio; attamen rationibus legum regna ipsa subijciuntur, & in his obtinet argumentum à simili l. non possunt, l. nam ut ait, l. sed & posteriores, & l. de quibus

40 de leg. Euerar. in loco à simili, prout et † ubi de successione agitur, procedit argumentū de maioricatu ad feudā, Socin. consilio 47. facti narratione, nume. sexto, uol. 3. Paris. consi. 72. num. 74 uolum. 4. Cirier lib. 3. quæst. 4. nu. 11. ubi dicit, quod primogenitura pro maiori parte accedit ad naturam feudi. Quod utique procedit ubi particulari iure regnorum, quidpiam non reperitur expresse dispositum, argumēto capit uni. de feud. cogn. l. præcipimus in fin. C. de appellat. Vasq. de success. resol. libro primo. §. decimo, numero 32. Ex quibus declaratur,

41 tertium præsuppositum procedere, † ubi constat, de particulari iure, uel consuetudine succedendi in regnis, aliàs obtinebit lex communis, seu legis ratio, & in terminis ita argumentatur Anch. dicto consilio 339. colum. quarta, uersi. sed diceretur. Panor. consi. 4. numero secundo, uolum secundo Didac. libro tertio, uariarum resolut. cap. quinto, in sexta conclus. ubi ex hoc argumento, & alijs concludit masculum præferri fœminæ in eadem linea, & eodem gradu existenti, etiā in maioricatu cuius fœmina est

42 capax, & † quod masculus ex fœmina fœminam ex masculo excludat, & Bal consilio 137. Dominus Iordanus, uolum. secundo, ubi fortius dicit, quod filius ex nepte defuncti de cuius successione agitur, præfertur filiæ ipsius defuncti ea ratione, quia quandocunque est prioritas in sexu, uel linea præfertur sexus, uel linea proximiori in gradu, quod ualde deseruit casui nostro, in quo est paritas linearum, & graduum & Serenissimi sunt potiores in sexu. Cesal consi. 251 nu. 60. Hoc idem sensit Anchara. consi. 359. ubi inquit, quod hæc est quædam interpretatio sapientum, ut masculi præferantur fœminis in successionibus ad quas masculi, & fœminæ uocantur, iuxta dispositionē c. primi, de eo qui sibi, & hæredi. suis, cuius textus rationem dicit non solum procedere in feudalibus, sed etiam in alijs casibus, & præsertim cum hic uideamus continuo fuisse obseruatum, ut stantibus masculis fœminæ in regno non succedāt, quo fit, ut licet fœminæ sint admissibiles intelligatur id secundum talem consuetudinem non extantibus masculis. Anch. consi 433 postquā ista, Ang. consi. 184. ex forma, col. prima, uers. si tamen Et cum hic simus in casu in quo non datur concursus, sed necesse sit alterum præferri, masculum uel fœminam, cum regnum non capiat duos, rationabile est, per supradicta masculum præferri, Anch. consilio 174. dominus Lazarius. numero secundo, ubi etiam dato cōcursu masculum dicit præferēdum fœminæ. ad quod faciunt notata per Curt. in tract. feud. in prima parte tertiæ partis limit. 16. Gozad. cōsilio 53. num. 14. Tiraquel. quæst. 10. num. 22. & 25. & quæst. duodecima, & decimatertia in princ. præsupposita semper utriusque capacitate, quod alter alteri sit præferendus, eo quod uni tantum successio debeatur. Neque ubstāt ea quæ p illustrissima Catherina superius ad-

43 ducta sunt, † quoniam de iure naturali (quod in successione regnorum potissimum attenditur) agnationis, & cognationis non est aliqua differētia, prout etiam nec de iure ciuili hodie ad notata in l. maximum uitium. C. de liber. præterit neque referre uidetur hic an fœmina sit agnata, uel nepos cognatus, p ut dixit Bal. in dicta l fin. colum. secunda, uersic. considera. C. de suis, & legit. cum regnorum successiones non deferantur iure agnationis, prout dixit Anch. dicto consi. 339. colum. sexta, uersi. non obstat post Oldr. consi 94. num. 20. Quinimo quo ad successionem patrui sororis filius inter agnatos computatur, l. lege, eum lege sequem C. de legit. hæred. Alex. consi. 44. uol. 5. Quod autem dicebatur Catherinam esse de sangui-

44 ne, respondetur, quòd † descendentes ex linea fœminina regulariter etiam de genere, ac sanguine aui dicuntur. §. oportet, & ibi gl auth. de mandat. princ. Bald. in l. 1. de probat. & licet in aliquibus casibus de genere nō dicātur, qui ex linea materna descendunt, id procedit in odiosis, ut in priuilegijs contra ius publicum in quibus stricta fieri debet interpretatio, Fulgosius.

consi. 132. quidam Ser secretus, in fi. nō autem in successionibus in quibus descendentes ex fęminis iure dicuntur de genere, & posterioritate auorū. & proauorum, prout consuluit Imo. consi. 62. Soc. consi. 25. nu. t. uol. t. Moder. in consuetudinibus Paris §. 12. num. 3. licet enim non sint de linea masculina, proueniunt tamē ab ipsis masculis, mediātibus eorum matribus, cap. nouit, uersi. de cuius genere, de iud. & ibi dicit Hostien. quod Rex ille erat de genere Caroli Imperatoris, forsan ex persona matris, & notat ibi Dec. post Butr. in sexto notab. quod descendens ab aliquo per lineam fœmininam dicitur esse de genere eius, ita ꝑ plura argumēta firmat Corn. consi. 233. uol. 2. litera D, & E, uol. quarto, ubi dicit de generatione Iesu Christi ex stirpe Dauid. Castr. in l. 1. nume. 4. C. de cond inser. Bal. in § filia. in fine de success. feud. Ripa libro primo, respons primo. num. 79. Ias. inter consi. Brun. consi. 9. num. 7. Dec. in l. fœ-

45 minæ, nume. 59. & 65. de reg iuris. Et † in materia transitoria ad fęminas, ut in successionibus quæ fęminis deferūtur, nati ex fęminis de genere aui materni dicuntur, Curt. in tractatu feud. par. tertia, quæstio. 26. Card. post. Bald. in cap primo, de eo qui sibi, & hæred. suis, col. secunda. Et quod opponebatur Illustrißimam Catherinam esse nuptam in agnatione, respōdetur, quod Illustris. Dux Bragantiæ eius ma-

46 ritus descendit ab Alfonso naturali, † & ij qui descendunt à naturalibus tantum uerè, & simpliciter dici non possunt de agnatione stipitis à quo naturalis descendit, neque magis successibiles sunt primo stipiti, quam esset naturalis à quo descēdunt, si uiueret, Ardiz. de feud. success. §. naturales. uersi. sed puto. l. fin. C. de natural liber. Bald. in l. fin. in fin. C. de uerborum significa. Flo. in dicta l. qui testamentum in fin. de probat. Dec. consilio 85. in fine. Tiraq. quæstione duodecima, nume. 13. Ad consil. Baldi 275. respondetur, quod non procedit sine dubio, & ipse potißimum se fundat in ea opinione, quòd sicut patruus antegenitus nepoti, excludit nepotem, ita matertera, quæ erat proximior in gradu, propter gradus proximitatem excludit nepotem, prout ita declarat Curt. in tertia parte quæst prima. limit. 15. & sequent. Didac. ubi supra uersic. rursus septimo. Vnde cum hic fęmina non sit proximior, cessat argumentum. Ad consi. autem Anch. 339. licet ipse consuluerit in casu regni Aragoniæ ꝓ filia masculi, tamen contra illud consilium fuit iudicatum in publicis comitijs, quibus interfuit Petrus de Luna appellatus Benedictus XIII. summus Pontifex, & sic habemus in eisdem terminis aliàs casum decisum, quod est magnum argumentum pro dictis serenißimis, & licet aliqui historici dicant, potentia magis Regis Ferdinandi id fuisse obtentum, quàm iure, cū hi cæteri non conueniunt, ultra quod id referunt ad ius agnatorum masculorum & ex masculis descendentium, qui descendebant ex stirpe regia, & præcipue ad Comitem Vrgeli qui descēdebat ex Alfonso rege auo Martini defuncti, non autem ad ius Violantidis reginæ Siciliæ, pro qua argumentando Ancharanus potißimum se fundat in eo, quod ipsa erat filia Ioannis regis fratris Martini iam à fratre exclusi, & sustinebat Anch. quod filia regis debuisset excludere fratrē, per regulam, quod quando regnum semel trāsitum fecit in aliquam lineam, donec superest aliquis de ea linea, non fit transitus ad aliam lineam, ca. 1. de grad. succed. in feudo, notat Didac. pract. q. c. 38. uersi. 4. licet, & eadem ratione quod regis esset filia debuisset quoque excludere Ferdinandum. At hic sumus in diuersis terminis; cū Illustrißima Catherina non sit filia regis, neque primogeniti, quo fit, ut si in magis dubio casu decisum aliàs fuit pro masculo ex fęmina descendente cōtra fęminam ex masculo primogenitā, multo fortius decidendum sit pro masculis qui primogeniti sunt. Quòd autem dr̄ regnum initiū habuisse à fœmina Tiresia, de hoc satis non constat inter scriptores, in eo autem conueniunt, ꝙ Hēricus maritus Tiresiæ, ipse regno præfuit; qui tunc comes dicebatur, & post eum eius filius Alfonsus primus Dux, deinde adaucta parte Galiciæ sibi obuenta, & ampliato statu. meritò rex fuit appellatus, qui Mathildam Comitis Sabaudiæ filiam habuit in uxorem, & cum ipse fuerit primus rex, ab eo & consequenter à masculo legitimo, & naturali dici pōt regnum sumpsisse initium, argumento eius quod dicit

47 † quod noua forma nouum feudum facit, ad not. in c. 1. de eo qui fin. fec agna & c. 1. de uasal decre. ęta. Oldr. consil. 178. & noua forma dat nouum esse. cap. in nouo 21. distinct. cap. translato de constitu. & quotiescunque additum est quid substantiale alicui rei, dicitur noua res, l. qui usumfructum, de usufruct. l. ius ciuile de iust. & iure, faciunt notata per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 54 & §. 29. glo. 1. numero 6. Brun. in tract. de refect. conclus. quarta, & in tract. de mutatio. in tertio mēbro conclus. secunda Et consequenter intelligitur regnum ab Alfonso habuisse initium, & ab eo accepisse normam, ac legem, tam in successionibus, quàm in cæteris quibuscunque actibus. Illud autem constat Regnum Portugalliæ nunquam per fęminas fuisse gubernatum, uel ut summam rei apud ipsas fuisse, Masculi igitur tam de iure, quàm ex consuetudine fœminis præferendi merito sunt etiam ubi à fęmina regnum processisset, per supradicta, à quibus dissentire non vr̄ Tiraq. q. 10. in fi ibi; præfer-

præsertim masculis deficientibus, & ita declarant doct. tex. in c. 1. de benef. fem. Restat ut respondeatur argumento, quod filia succedit in locum patris, qui serenissimos. & eorum matres excluderet, quod cõe vt Illustrissimæ Catherinæ, & matri primogeniti principis Parmæ. Et quod ad ipsum primogenitum Parmę attinet, nullo iure cõtendere potest, cum Serenissimis Rege. & Duce. est enim ulterior in gradu qui propterea excluditur ex tertio pręsupposito, & facit l. 1. § liberos de coniungen. cum emanci. lib. l. 1. §. gradatim ff unde cogn. § proximus instit. de legit. agnat success. Anto. de Butr. cõsil. 47. Ias. consi. 182. col. pen. uol. 2. Dec. cõsil. 334. uersic. quibus tamen, insuper et descendens pariter à fœmina, quæ non succedit in locum patris, de cuius successione non agitur,
48 † nec repræsentationi locus esse potest, ex quo tractat Parmensis de succedẽdo auunculo magno, glo. & Bar. in auth. post fratres. C. de legi. hæred. Curt. Iun. consi. 57. numero 5. Nicol. de Vbald. in tractat. de succes. in tertia parte, q. 4. Rosel. eodem tractatu nu. 119. Aymo Crauet. consi. 127 nume 3 & ubi locus esset repræsentationi, (quod omnino in casu isto non est) sicuti Parmensis repræsentaret matrem, ita fere nisi[illegible] quoque eorum matres quæ proximiores essent, & Mariam excluderent. Bal. in auth. cessante, numero quinto. C. de legit. hæred. Et quo ad eum clarum admodum uidetur, quod uti remotior à cæteris legitimis proximioribus excluditur. Sed neque etiam Illustrissima Catherina ex iure patris, ut quę subrogari debeat in eius locum se tueri potest, cum agatur hic de successione patrui, & auunculi respectiuè inter cõsobrinos quo etiam casu locus nõ est repręsentationi, sed unusquisque ex propria persona succedit in capita, secundum opinionem Azo. in §. hoc etiam insti de legi. agna. success. quæ communis est. & ab Imperatore Carolo quinto approbata, Zas. de feud. parte octaua conclus. sexta. Rosel. ubi supra num. 115. uersi. ego autem sequor. Vasq. de success. resolu. libr. secundo. §. 13. in fi. Cesal. consil 43 1. nume. 26. Didac. in epito. success. quæst. 4. Et id omnino procedit in casu isto, in quo agitur de repræsentatione in successione regni iure sanguinis inter transuersales, in qua repræsentatio non fit Afflict. in cap. omnes filij, nu. 22. si de feud. fuerit contro. Natta consil. 682. nume. 4. ubi declarando Bar. in dicta auth. post fratres, dicit quod quoties regnum non defertur ex successione secundum cõmunes regulas, sed iure regni, & consuetudinario filius nõ succedit in locum patris. Item non succedit filia in locum patris ad exclusionem Serenissimorum ex eo,
49 † quod qualitas requisita ad inclusionem est diuersa in repræsentãte, quàm in repręsentato, quod est considerabile etiam ad exclusionem matris principis Parmæ Gul. de monser. de success. reg nu. 58. Gram. decis. prima, num. 4 faciunt notata per Bart. in l. liberorum. nu. 13 de uerb. signi. Castr. consil. 47. proponitur in castro in fin. uolum. 1. Soc. consil. 153. nu. 18. & consi. 296. in præsenti uol 2. ubi declarat dictum Bar. quando ius non est delatum masculo uiuenti, Afflict. de nat. success. feud. capit. 1. nu 41 Dec consi 309 numero secundo, & consilio 320 col. 2. & consi 343. in casu Portugalliæ, col. pen. uersi tertio. Aret consi 141 ubi dicit neptem ex filio non excludere nepotem ex filia ab hæreditate masculo debita, ex quo neptis nõ succedit in locum patris uti masculus, sed uti fœmina. Et declarando tex in cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. ibi donec masculus superest, fœmina non succedit infert duo. Primum quod licet filia succedat in locum patris, non tamẽ ut masculus, & cum ista qualitate, sed ut fœmina. Secundum, quod oportet masculum qui sub qualitate masculinitatis inuitatur ad succedendum superesse tempore mortis eius de cuius successione agitur, simile est quod notat Ioannes Fab. in §. cæterum. insti. de legi agnat. success. ubi dicit quod filia primogeniti non excludit secundogenitum, ex quo filia non repræsentat personam patris, ubi masculus præfertur fœminæ, Brun. in tract. de statut. exclu. fœmi artic. 12. quæst. 9. nu 147. Tiraq. de primogen. quæst. 30. nu. 50. & dicta q. 14. in princip. & nume. quinto, ex quibus etiam patet ueriorem esse opinionem Fulgosij in l. uenia. C. de in ius uocand. dũ tenet. neptem ex filio excludi per patruum, quicquid Bald. dixerit, & cum Fulg. est communis opinio, ut ibi per Alex Ias. & alios, put è diuerso neptis ex filio nõ excludit filiam per supradicta, & per notata in l. 1. C. de adult & ista est clara, & concludens respõsio ad argumentũ repræsentationis. Quod autem dicebatur, Illustrissimam Catherinam, & principem Parmæ descendere à linea masculina Edoardi, & quod linea masculina est pręferenda. Respõdetur quod linea Edoardi masculina in eo desinit, & in eius filiabus incipit
46 linea, seu incipiunt lineę fœmininæ, † Quæ quamuis descendant à linea masculina, in ea tamen non sunt compræhensæ, Ruy. consi. 126. numero 13. uolum primo, & consilio 58. numero septimo, uolum. tertio. Socin. Iun. consil. 69. numero 30. uolum tertio, quòd multo magis procedit in filio principis Parmæ. Insuper in casu nostro non est tractandum de linea recta Edoardi, de cuius successione non agitur, nec de hæreditate aliqua sibi delata, & qui nunquam etiam fuit Rex, & propterea ius aliquod in posteros transmittere non potuit, l. unica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. & l. unica.

C.de his qui ante aper.tabul. Aretin cōſi.123.
nu.4.Iaſ.cōſi.201.uol.2. Sed agitur hic de li-
nea Sereniſsimi moderni regis Henrici,qui cū
non habeat deſcendentes,ad tranſuerſalem li-
neam eſt confugiendum, linea autem Henrici
tranſuerſalis eſt , quæ procedit ab Emanuele
eius patre,Hoſti.in ſumma tit. de conſanguin.
& affin.uerſi.quid de linea. Dec. conſilio 379.
nume.5. Et conſequenter de linea tranſuerſali
Hērici erunt omnes deſcendentes ab Emanue-
50 le,† Qui licet ſint plures, & quot ſunt, tot li-
neas deſcendentes conſtituant, illæ tamen plu-
res lineæ unam conſtituunt tranſuerſalem, gl.
in c quod dilectio de conſang. Ruyn.conſ.23.
nu.4.uol.3.& conſi.98.col.2.uerſi.ſed præmiſ
ſis.uol.1.Soc.Iun.conſi.20.nu.14 uol.1. Cum
igitur iſti tranſuerſales omnes ſint in ęquali li-
nea,reſpectu lineæ unus nō erit potior altero,
minus etiam reſpectu gradus, cum omnes ſint
in ęquali gradu, Parmenſi excepto, ſed reſpe-
ctu ſexus maſculi ſunt potiores fœminis,Ruy.
conſi.9.col.2.uol.1 & conſilio 167.nume.11.
uol.2. Vnde in ſucceſsione conſideratur perſo
na uniuſcuiuſque prætendentis non eorum p̄-
deceſſorum,cum unuſquiſque ſuccedat ex per
ſona propria,Bar.Bald.& Iaſ in l 2. C.de liber.
prę1.ideoq; ceſſat maſculinitas mortuo Edoar
do relictis ſiliabus.Et è diuerſo reuiuiſcit ma-
ſculinitas in Sereniſsimis.Et ex his cōſtat aper-
te potiorem eſſe cauſam Sereniſsimi regis Ca-
tholici,& Ducis Sabaudiæ. Inter ipſos autem
quis ſit potior ſtantibus rebus prout ſtant, cū
regna non ſint diuiſibilia præferendus uidere-
tur Rex Philippus Duci Sabaudię,cum ſenior
51 ſit,& filius primogenitæ † & ſecundum geni-
turæ ordinem dicitur deferri regnorum ſucceſ
ſiones pluribus exiſtentibus in eodem gradu
ſuccedendi.Corſet.de poteſt. reg. nu.2.q.71.
in quinta part.Felin.in c prudentiam, nu.6.de
off.delegat.Panor conſi.3.colum.3. uolum.ſe
cundo Didac pract.quæſtio.capit.primo,nu.
ſeptimo.Tiraq.de primogen.in præfatio.nu.4.
Quod ſi non ſint in ęquali, ſed diſpari gradu
ſuccedendi, ęque proximiores in regno ſucce
dunt,atque in feudis,& cæteris hæreditatibus,
in hoc enim conueniunt ſucceſsiones regno-
rum cum cæteris ſucceſsionibus,Luc. de pen.
in l.fin.colum.prima,in fin.C.de tiron lib.12.
& eo caſu uideretur præferendus Dux Sabau-
diæ ubi regis Philippi perſona (cui dominus
Neſtoreos ac felices annos tribuat) non eſſet
in conſideratione,aut reperiretur de medio ſu
blata tempore mortis moderni regis Henrici,
quod tempus attendendum eſt, ubi de ſucceſ-
ſione agitur.§.proximus,inſtit. de legit. agna.
ſucceſſ.l.ſecunda.§ proximum,de ſuis & legit.
l.1.& l ſi ex duobus. ff unde legit. l. cum ita.§.
in fideicommiſsis, & l.non oportet. de legat.2.
Auch.conſi.82.col.pen.uerſi.ſed in contrariū,
& col fi.uerſi.5.Dec.conſil.444.col.3.uerſi.3.
Quibus non obſtantibus primogeniturę ratio
habenda non eſt in caſu iſto in quo de ſucce-
dēdo tranſuerſali inter tranſuerſales agitur, &
reſpectu eius de cuius ſucceſsione agit̄ primo-
genitura conſiderabilis non v̄r,cum tranſuer-
ſalis tranſuerſalem non generet. Iſern. in con-
ſtitu.Sicil.in rubr.de ſucceſſ nobil. in feud col.
5.in uerbo fratres uerſi.ſed ſi unus.Cirier li.2.
q.4.artic.6.Quæ concluſio licet uarie intelligi
poſsit,ut per Tiraq.q.41.attamē ex quo ambo
pares ſunt gradu,& ſexu.in huiuſmodi parita-
te non geniture, ſed utilitatis regni habenda
rō eſt.Bal.in auth.hoc amplius, nu.10.C.de fi
deicom.Laud de princ.q.22.cōſuetudo. Luc.
de pen.in l nepotes col.1.in fi.de ijs qui num.
lib ſe excu.lib.10.Zaſ.de feu pat.8 col.antepe.
nu.74.ubi dicit ſe conſuluiſſe pro ſecundoge-
nito aptiore ad regnum regendū.Itaq; atten-
to concurſu non geniturę ordo, ſed utriuſque
qualitates cōſiderandę ſunt,& quid regno ma
gis expediat Regē,uel Ducem admitti.Quali-
tas autē p̄ſonarum ſi cōſideretur in abſtracto
utiq; non minus idoneitate gubernandi q̄ gra
du,& ſexu par erit, cum uterq; ſapientiſsimus
prudētiſsimus ac iuſtiſsimus ab oībus merito
exiſtimetur, uerum ſi qualitas p̄ſonæ cū regni
utilitate coniungatur conſiderabiturq; aptitu
do regnādi in ſubiecto regni de quo agitur,cū
unamquamque prouinciā deceat hr̄e ſuū regē
præferendus uenit Dux Sabaudiæ,qui poſtha
bitis alijs ſuis prouincijs,ubi declaretur Rex ac
cedet ipſe ad regnum gubernandū potiuſque
quas habet prouincias uti regno inferiores ſu-
bijciet regno q̄ regnum prouincijs: ſatius eſt
autem per regem proprium gubernari, quam
per miniſtros regis, uel extraneos.c ſcitote.6.
q.3.Iſer.in c.1.§.ſimiliter de capit Cōtra.Rex
autē cū ſit ipſe multis regnis ornatus p̄ ſeipſū
nequit ea oīa gubernare, ueriſimiliuſq; eſt eū
ſedem collocaturum in regno Caſtellæ cōmo-
diori cæteris ſuis regnis,quàm in regno Portu
galliæ, & id etiam ab eo, & ſucceſſoribus expo
ſtulaturi ſint populi Caſtellani. Quinimo cum
iſti ſereniſsimi in eodem gradu exiſtentes con
currant in adeptione,cum ambo idonei ſint &
ambo maſculi,populi erit iudicium in eligen-
do, Cirier de primogen.li.1.q 10 & inter ipſos
maſculos pariter ex fœminis deſcendentes, p̄
gratificationi locus eſſe poſsit, & ſic obtinere
debeat quem maior pars populi, & procerum
una cū rege ipſo elegerit,Bal.in tit.de pace cō-
ſtan.§.hoc quod nos,nu.9.& conſi.389. cōſue
tudo colum.fi.uerſi. concluſio,uol.2.Tiraq.de
primogenit.quæſt.17. nume.13. & in 9. opin.
prout etiā deficientibus omnibus de ſanguine
regio in Hiſpania, & in libero regno q̄d nulli
ſubij-

subijcitur,quàm regi, quòd populi sit iudiciũ, tradit Bal.in l.ex hoc iure.q.3.de iusti. & iure. Aluar.in tit.quis dicatur Dux, nu.59. Corset. de potest.regia.in princ. nu.4. Id autem quod dicunt aliqui, quòd rex qui existit, ipse decernere possit, quis sit futurus successor, prout tradit Corset.de potest.reg nu.66. intelligẽdum est, quod id possit decernere Rex cum consilio populi,& procerum,ut supra dixi,& id quidẽ ubi non superest aliquis legitimus successor, aut de successore probabilis est contentio. Cirier lib.1.q.11.conclus.4 nu.9. cum non sit in libero regis arbitrio eligere quem uelit sibi successorem,neq; ualeat in successore deligendo Regis ordinatio,ubi regnum aliqua lege,consuetudine, uel statuto est debitum eis qui sunt de sanguine,seu certo successori. ca.t. de success. feud. Arch.Inno.& alij in d.c grandi,& in d.c. licet Bal.d.consi.389.Alex consi.87.aecutate, nu.6.uol.6.Vasq de success.crear. lib.j §.6. nu. 17.Gul.Manser.de success.reg.in prin. nu.29. Corset.de potest.reg.q.70.in fi Pan. in c.intellecto.nu.15.de iureiur.Cirier lib 3.q.3. Ias. & & Ripa in l.nemo pót.nu.3.de leg.j.& ea quidem cum in patre locum habeant multo fortius obtinebunt in transuersali. gl.in d.c.licet, in uerbo si dictus rex, & ibi Anch.in ult. not. Quæ cōclusio maxime procedit,ubi pater,uel alius rex ageret de auferẽdo regno ab his quibus debitum est,ut in alios extraneos transferret, ubi autem pluribus esset debitum facilius daretur electio unius eorum, ad notata in l.2. C.de secun.nupt.Castr.cōsi.179. in causa.col. 3.uol.1 ubi ratione præsertim boni publici, & ad discordias tollendas cōcludit,patrem posse eligere unum ex his, quibus iurisdictio debetur,secus si disponeret in personam extraneam Nat.consi.475.nu.9.uol.2. quin etiam ubi populus eligere potest,magis idoneus, & aptior eligendus est.Tiraq.q.17.in fi.non enim personæ regis,sed regno in regis electione prouideri debet,c.Moyses.8.q.j.Anch in d.c grandi.in 3.notat.de supl.negl.prælat.q.10.inspiciendũ propterea est potissimum in hac deliberatione q d magis regno expediat: Hinc est, quòd alias mortuo Ferdinando rege nullis superstitibus filijs masculis ex legitimo matrimonio de stirpe regali,ut supra dictum est, prætulit Lusitanus populus Ioannẽ naturalẽ Beatrici fœminæ propter eius singulares animi dotes, ut Bald. inquit d.consi.271.uol.t.& tã ex eo quòd masculus esset,q̃ ne regnũ Portugalliæ subijceretur alteri regno, ijsdem quoq; rationibus quicquid de iure statuendũ esset,concludunt doc.Regẽ Robertum filium regis defuncti secundogenitum fuisse prælatũ in successione regni Siciliæ Regi Vngariæ nepoti ex filio primogenito, uidelicet pp publicam regni utilitatẽ,& immensam regis Roberti sapientiam, qui dicebatur alter Salomon, Iacob.de San.Georg. in tract. feud.in uerbo Dux,uersi.quid si rex,nume.8. Tiraq.de primog q.40 nu.9.Qua rõne licet in

56 casu nostro rex sit senior,† non tñ tanti facienda est consuetudo regni,si qua est in Lusitania de præferendo primogenitũ,ut uincat publicã regni utilitatem, quæ præponderare dẽt, cum consuetudo pferens primogenitum non pcedat contra cõmodum regni,Corset.de potest. regia.q.10.Rochus in c.fi.num.515.& 549.de consuet.Tiraq.q.21.nu.11.& facit consi.Barb. 20.col.5.uersi.legi alias,uol.2.ubi refert dictũ Ioannis Galeacij Ducis Mediolani repnantis iniquã primogenituram,quæ prorsus auferret patri electionem idoneitatis filiorum à qua dicit recedi posse ob bonum publicum & scãdali uitãdi gratia col.13.uersi.præterea est aduertendum. Reassumendo itaque merita huius causæ,concludẽdum est,cum serenißimi tanq̃ masculi fœminis sint præferendi, iure ab eis regnum auferri nõ posse per regem,uel populũ, inter ipsos autem non tanti esse faciendã afferrã primogenituram,quin regni utilitas præualeat,unde si regnum Portugalliæ ex successione Serenißimi regis catholici alteri regno subijceretur, aut per uiceregeres ueniret administrandum magnã ex hac re deformitatẽ, ac iacturam caperet, qđ non uideretur ferendũ in tam nobili ac potenti regno, & hac una ratione ętate nostra uidimus Christianißimũ Henricũ regem Poloniæ, regno fuisse priuatum,& alterum in regem suffectũ, postquã ipse fratri successit in regno Franciæ. Cum itaque Serenißimus Dux Sabaudiæ potiora iura habeat, quam illustrißima Catherina necnon, q̃ Parmensis, ac D.Anto. suq; ipse masculus habilis ad regnum gubernandũ per seipsum ijs omnibus merito uenit præferendus atque etiam Regi Catholico,ex multis rationibus supra adductis, & quæ in hãc sententiam adduci possent.

Ego Amedæus à Ponte præses cameræ rationalis Pedemontium.

DE SVCCESSIONE REGNI Portugalliæ Responsum.

Pro Serenis.Em. Filiberto Duce Sabaudiæ Principe Pedemontium &c.

Authore consiliario senatore, & aduocato generali fisci Ducalis Archiuijsq;,seu,ut dicitur Cameræ thesauri ducalis custode.

Antonio Bagnasaco Andernense I.C.

SVMMARIVM.

1 *Regna omnia hodie regulariter successione deferuntur.*

2 *Rex aut Regnicolæ non possunt sua uoluntate priuare filios, fratres, uel alios consanguineos successione regni, & nume.3.*

3 *Natus ex damnato coitu omni iure etiam diuino à successione repelli.ur.*

4 *Naturales à legitimis, & naturalibus, uel legitimis tantum repelluntur.*

Natus ex damnato coitu matris non patris conditionem sequitur, nu.eodem.

5 *Naturalis legitimari non potest, ut succedat in regno in præiudicium legitimorum.*

6 *Feminam à successione regni Portugalliæ triplici iure excludi late probatur, iure scilicet communi, iure speciali, & consuetudine.*

7 *Fœminam bonorum etiam non feudalium habentium tamen annexam dignitatem, & administrationem cum iurisdictione capacem non esse ostenditur, & hanc communem esse opinionem.*

8 *Doctoribus attestantibus de consuetudine creditur, contrarium uerius nume.16.& ibi declaratur.*

9 *Regni Portugalliæ successio semper masculis delata, & consuetudo inducta exclusiua feminarum à successione regni.*

10 *Notorium seu manifestum alia probatione non indiget, sed sufficit allegatio, immo etiam iudex supplet, nu.eodem.*

11 *Chronicorum seu historicorum libri probant.*

12 *Familia aliqua inducere potest consuetudinem circa modum succedendi, maxime in familia habente iurisdictionem.*

13 *Consuetudo, ut inducta dicatur non requiri, quòd in contradictorio iudicio fuerit obtentum.*

14 *Fœminam in contingentia facti à successione regni Portugalliæ fuisse exclusam, & ita consuetudine obtentum dici posse, ut non succedat, qđ & nu.15.ostenditur.*

15 *Beatrix filia Ferdinandi I. Portugalliæ regis, & uxor regis Castellæ cur ad successionem regni mortuo patre exclusa fuerit à Lusitanis uera ratio duplex assignatur.*

17 *Consuetudinis specialis ꝓbatio deroget generali.*

18 *Consuetudo optima interpres legis mentalis Lusitaniæ.*

19 *Feminam in regno succedere, quod initiū habuit in femina, & beneficio ipsius in descendentes peruenit declaratur.*

20 *Tiresiam filiam regis Castellæ non fuisse reginā, neque ab ea regnum Lusitaniæ processisse seu initiū habuisse ostenditur, sed Alfonsi Henriquez eius filij primi regis beneficio, & uirtute in descendentes peruenisse.*

21 *Alfonsus cognomento Henriquez in campis de orique rex Portugalliæ creatus adepta uictoria contra mauros, & eis expulsis regnum Portugalliæ ampliauit.*

22 *Regni qualitas, & natura seu bonorum regalem dignitatem habentium ab erectione seu creatione dignitatis consideratur.*

23 *Lusitaniæ regnum proprijs legibus, & consuetudinibus regitur non autem iuxta leges, aut consuetudines uicinarum prouinciarum seu regnorum Hispaniæ.*

24 *Lusitaniæ Regnum omnem superioritatem, & subiectionem præscripsit, & titulum expresse exemptionis ab omni superioritate habet.*

25 *Fœmina ad successionem regni, ubi aliquo iure admittitur, id locum habet nō extantibus masculis, & ibi late comprobatur.*

26 *Masculos ex fœminis tanquam ex radice infecta nō admitti ad successionem regni, aut aliorum bonorum dignitatem regalem habentium, quomodo intelligatur, & quando procedat.*

27 *Filij fratrum, uel sororum soli succedentes patruo, uel auunculo ueniunt ex persona eorum propria, & iure proprio non autem parentum, ideo succedunt in capita.*

28 *Filij quando ex persona propria uocantur, tunc inhabilitas matrum non attenditur, quòd ex radice infecta palmes utilis prouenire possit.*

Regula.l.si uiua matre.C.de bon.mater. limitatio, nu.eodem.

29 *Primogenituræ ius deficientibus masculis ad feminas non transit, neque in masculos ex eis.*

30 *Regnum deferri uni soli, & primogenito hoc esse non quia regnum sit indiuisibile, sed ex consuetudine.*

31 *Consuetudine extante, quòd regni successio deferatur filijs masculis seruato ordine genituræ ea cessante si successio deferatur transuersalibus, cessat ordo genituræ.*

32 *Regnum Lusitaniæ non tā iure successorio quam electiuo defertur, & ibi id obseruatum fuisse in omnibus regibus Lusitaniæ ostenditur.*

33 *Reginam Portugalliæ primam, Mafaldam nomine Alfonsi primi regis uxorem, filiam fuisse Comitis Amedei de Sabaudia probatur.*

34 *Beatricis infantis Portugalliæ regis Emanuelis filiæ matrimonium cū Carolo Duce Sabaudiæ recitatur, ex quo natus Emanuel Dux.*

35 *Regnum de sui natura, & essentia diuisionem nō patitur etiam quoad partes.*

36 *Duobus proximioribus eodem gradu, & pari iure succedendi in Regno constitutis uterque admittitur, & uterque est rex secundum unam opinionem.*

37 *Reges duos habere utile non est, sed magis expedit reipublicæ regi per unum quam per plures simul.*

38 *Duobus proximioribus eodem gradu, & pari iure contendentibus succedere in regno, gratificationi locus est per electionem.*

39 *Potestas omnis siue per successionem siue per electionem à Deo est.*

40 *Consuetudine stante, quòd filius primogenitus succedat,*

succedat, duobus geminis natis simul, ubi nescitur quis sit primogenitus, Pater potest eligere quis ex duobus debeat esse rex.

41 *Rex in uita potest libere statuere quis ex filijs suis regnaturus sit an primogenitus an secundo genitus, quod intellige ut ibi.*

42 *Concessione stante, quòd deficientibus masculis una fœmina succedat, & plures extent fœminæ dominus gratificari potest.*

43 *Prouincia neminem recognoscens regibus in totum deficientibus potest eligere, & ex duobus cõsanguineis ptendentibus gratificari cui uult.*

44 *Gratificatio per electionem inter duos contẽdentes succedere in regno pari iure uocatos est non tam de uoluntate, quàm de necessitate.*

45 *Portugalliam proprium habere regem interest reipublicæ Christianæ.*

CONSILIVM CXL.

SERENISSIMVS Hẽricus Portugalliæ rex cum in regno successisset Sebastiano eius pronepoti, qui ingẽti classe in Aphricam traiecta, crudelissima clade accepta contra infideles dimicando occubuit, cernens se ultimũ Regum Portugalliæ ex masculis & recta linea masculina descendentibus omni spe suscipiendæ prolis destitutũ, multis ei existentibus consanguineis masculis, & fœminis ex fratribus, & sororibus descendentibus, & consequenter ius successionis in regno prætendentibus, ueritus ne fortè post eius obitum de successione regni decertatio oriatur, & fortasse bellum ad regni, & totius Reipublicæ Christianæ detrimentum, exemplo Dauid iustissimi regis Israel, qui uiuens indicauit quis ex filijs suis post eum super thronum sessurus esset, sic & ipse sapientissimus, & prudẽtissimus Rex Opt. Max. è republica, operęque pretium esse existimauit, populis suis quorum oculi in ipsum intuẽtur, indicare, quis post eum in solio suo sedere debeat, & populos, ac uniuersum Christianũ orbem pacatos facere. Quapropter regijs literis emissis euocari iussit Philippum Hispaniarum regem Catholicum, eius nepotem ex Isabella sorore. Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem etiam nepotem ex Beatrice altera sorore. Catherinam Bragantiæ Ducissam eius neptem ex Edoardo fratre. Raynutium Farnesium principem Parmę pronepotem ex Maria eiusdem Edoardi filia, & postremo Do. Antonium filium naturalem Ludouici fratris ipsius Henrici regis, edocturos quemlibet ipsorum, quo iure quisque intendat, & putet in dicto regno eidem Henrico succedere. Quare comparentibus omnibus prædictis de iure cuiuslibet dispiciendum est, & quis in successione regni post ipsius regis obitum præferri debeat. Sed antequam aggrediamur materiam, duo præmittenda duxi ad faciliorem dicendorum cognitionem, unum in iure, & alterum in facto, & utrunque uerum. Præmitto itaq; in iure uerissimum esse, † quòd omnia regna hodie regulariter per successionem deferuntur, probat tex. in c. licet, ubi Abbas in quinto notabili, & communiter alij, extra de uoto, & tex. in c. præterea ducatus, de prohib. feud alien. per Fede. Bald. in l. ex hoc iure, colu. 2. uers. quarto quæritur, utrum regna. ff. de iusti & iur. Corset. de potesta. regia quæst. 9. dicens, quòd in regnis quicquid esset olim hodie de cõsuetudine inoleuit, ut filij regnum succedant, & cessat electio, Petr. de Anchar. consi. 339. pro maiori, col. 1. uers. secundo uidendum est qualiter, ubi ait, quod uidemus de facto uetustissima consuetudine inductum in regnis, ut deriuentur ad posteros iure sanguinis, & sic derogatum est illis iuribus quod per electionem deferantur, prędictis addo Mart. Lauden. de primogenitura, colu. 3. uers. quæro, an ius primogenituræ, ubi post Andr. de Isern. distinguit, & post Baldum quem refert in dicta l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, Io. Cirier de primogenit. lib. 2. quæst. 13. ubi post Aluarot. ait, hodie superuacuum esse disputare, an regna per successionem transferantur, cum habeat locum successio ex hodierna contraria consuetudine, & ibi post eundem Aluaro. enumerat omnia regna seu reges Christianos inter quos enumerat regem Portugalliæ, & dicit omnes illos reges sortiri eorum regna ex successione, prout Romæ fuisse declaratum refert. Huic præmisso cõsecutiuè aliud adijcio, scilicet † speciale esse in regnis quæ per successionem deferuntur, non posse regẽ nec regnicolas sua uoluntate priuare filios, seu fratres, uel alios consanguineos ex paterna linea descẽdentes ad quos regni successio pertinet, dictum est celebre Innocen. in c. grãdi, de sup plen. negligen. prælat. refert Abbas, & dicit notabile in c. intellecto, nu. 11. de iureiur. Corset. in tract. de potesta regia, in secunda parte q. 8. & per Io. Cirier de primogenitura. libr. 3. q. 3. colu. 3. uers. sed his non obstantibus, cum multis alijs auctoritatibus quæ infra suo loco passim adducentur.

Alterum præmissum in facto est, quòd in regno Portugalliæ à Ferdinando cognomẽto Henriquez, qui fuit primus rex natus ex Henrico comite Lotoringiæ, & Tiresia eius uxore filia Alfonsi Sexti Regis Castellæ semper recto ordine successerunt filij masculi legitimi & naturales, usque ad Ferdinandum primum, qui nullos masculos legitimos reliquit, sed unicam filiam Beatricem, quam matrimonio collocauit regi Castellę, & Legionis, necnõ Ioannem

nem fratrem filium naturalem Petri regis dicti Ferdinandi etiam patris. eo autem Ferdinãdo ſine maſculis legitimis defuncto nulliſque alijs maſculis legitimis exiſtentibus, rex Caſtellæ prætendens uxorem ſuã filiam dicti Ferdinandi in regno ſuccedere Luſitanis bellum mouit, qui Ioannem prædictum naturalem in regem ſibi conſtituerunt, Ioanni autem naturali prædicto ſucceſſit Edoardus eius filius legitimus & naturalis Edoardo Alfonſus v. Alfonſo Ioannes ſecundus, qui deceſſit nullis relictis filijs maſculis legitimis, & ei ſucceſſit Emanuel eius patruelis filius Ferdinandi prædicti Alfonſi v. fratris. Emanuel autem habuit liberos, uidelicet Ioannem, Iſabellam, Beatricem Edoardum, Henricum, & Ludouicũ, Ioãni primogenito ſucceſſit Sebaſtianus nepos ex Ioanne filio primogenito præmortuo. Sebaſtiano ſucceſſit modo Sereniſs. Henricus eius patruus magnus. Ex Iſabella uero primogenita natus eſt Philippus Rex Hiſpaniæ. Ex Beatrice Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ. & ex Edoardo natæ ſunt Catherina Ducissa Bragantiæ, & Maria principiſſa Parmæ, quæ genuit dictum Raynutium Farneſium Principẽ Parmæ. Ex Ludouico uerò genitus eſt præfatus Don Antonius naturalis, qua genealogia ſic ſtante, quæritur quis præfato Henrico ſuccedere debeat in regno prædicto. Et quod attinet ad Do. Antonium naturalem, & Raynutium Farneſium non multum inſiſtendum puto, quia iam per dñm meum magnum Cancellarium copioſè, & luculenter demonſtratum eſt, non eſſe ad regni ſucceſſionem admittendos. Addo tantum circa D. Antonium naturalem, † quòd non modo iure humano ſed diuino natus ex damnato coitu repellitur à ſucceſſione maximè exiſtentibus legitimis, ut habetur Geneſis c. 21. relato 32. quæſt. 4. cap. dicat aliquis, ubi Abraham præcipitur eijcere Iſmaelem filium Agar ancillæ, quia nõ debet eſſe hæres filius ancillæ cũ filio legitimo Iſaac, unde admittere naturalem ad ſucceſſionem repulſis legitimis contra ius diuinũ eſſet, & quẽadmodum non poſſet rex priuare ſua uoluntate legitimos, & extraneo deferre ſucceſſionem regni ex adductis ſupra in ſecundo præmiſſo, quibus addo doctor. in l. nemo poteſt, ubi inter alios Iaſ. in utraque lectura, & Ripa uterq; nu. 3. ff de leg. primo. & Anton. Gabriel. lib. 3. comm. opinio. titulo de iure quæſito non tollen. concluſio. quinta. num. 50. ita nec naturali ad excluſionem legitimorum, quia extraneus dicitur cum in poteſtate parentum non naſcatur. §. primo, inſtitu. de his qui ſunt ſui uel alieni §. fina inſtitu. de nupt. cum concord. in gl. allegaris, neq; de familia, parẽtela, genere, aut domo parentum dicatur. l. ſi ſpurius. ff. unde cognati. & infra probabimus.

3

Neque ipſi Don Antonio ſuffragatur, quod in regno Portugalliæ fuerit aliquando admiſſus naturalis ad ſucceſſionem ut in Ioanne primo huius nominis, qui fuit filius Petri regis, ut diximus in ſecundo præmiſſo, & multo minus etiam adiuuat, quòd Tireſia Alfonſi ſexti regis Caſtellæ filia nupta Henrico comiti Lothoringiæ, à quibus omnes Portugalliæ reges deſcenderunt, fuerit etiam naturalis. quia ultra reſponſiones per D. Magnum Cancellariũ additur, quantum ad Ioannem naturalem diuerſitatem maximam eſſe inter illum caſum, & hunc, de quo agitur, & ideo ex diuerſis non eſſe incredum, uulga. l. Papinianus exuli ff. de minor. l. iiij. §. nihil commune. ff. de acqu. poſſeſſ. nam in caſu Ioannis prædicti concurſus erat cum fœmina ſola, nempe Beatrice filia Ferdinandi I. uxore regis Caſtellæ, quæ admitti ad ſucceſſionem prætendebat, de qua infra dicetur ſuo loco, nulliq́ue tunc ſupererant maſculi legitimi, ut in ſecundo prẽmiſſo in facto. In caſu autem noſtro concurrunt maſculi legitimi & naturales, † quo caſu naturalis repellitur etiam à legitimis tantum, auth. de trien. & ſemiſſ. §. conſideremus, auth. licèt. C. de natural. libe. & in corpore unde ſumitur, & ex Diuo Auguſtino 35. q. 7. c. ſecundo, ibi nullo parentibus iure ſuccedant, Nicola. de Vbald. in tractat. de ſucceſſio. ab inteſta. in prima parte nu. 35. & in tertia parte nu. 7. in fi. ubi rationẽ adducit, quia nullus ex linea paterna efficitur ei agnatus uel cognatus, ut in auth. quib. mo. nat effici. ſui. §. filium, ibi, nullum tamen habere participium, aut deſcendentes aut ex latere agnatos uel cognatos patris, aut illos aliquod habere participium ad illorũ ſucceſſionẽ &c. Didac. in epitome de ſucceſſio. ab inteſta §. 4. num. 9. & probatur Geneſis d. c. 21. & in facto in hoc regno, quòd naturalis fuerit repulſus exiſtentibus legitimis patet in Georgio filio naturali Ioannis ſecundi, cui in ſucceſſione regni fuit prẽlatus Dõ Emanuel nepos dicti Ioannis ſecundi ex Ferdinando fratre. In caſu ergo allegato naturalis fuerat admiſſus per electionem in concurſu fœminæ, quæ etiam aliũde excludebatur, ut infra dicetur, hic autẽ ageretur de admiſſione naturalis ad excluſionem maſculorum legitimorũ, quos excludi per naturales omnĩ iuri diuino & humano repugnat, ut ſupra probauimus. Prẽterea ille Ioannes primus erat natus ex ea, cũ qua matrimonium conſiſtere poterat, in caſu autem noſtro non ſic; nam mater Do. Antonij cuius conditionis fuerit conticeſco, quoniam ſatis apud Luſitanos notum puto, talis enim fuit, ut fertur, qua cum contrahi nõ potuiſſet omni iure diuino & humano refragante, ut probauĩ ſuit

4

per

pet D. magnum Cācellarium, quo fit ut in primo casu naturalis nullis existentibus legitimis repellendus non uideretur, sed potius admittēdus, quia masculus, & regium semen erat, ad quod facit quod habetur Genesis eodem c. 21. ubi licet fuerit prohibitum admittere naturalem simul cum legitimo ad successionem, attamen, quia semen Abrahę erat fecit illum Deus in gentem magnam, ut ibi dicitur, & fecit potentem super omnes, ut eodem lib. cap. 16. ubi Dominus dixit Agar eius matri, hic erit ferus homo manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. In casu aūt nostro naturalis indignus iudicatur omni beneficio, adeo ut nec naturalis nomē mereatur dicta auth. licet, & anthen. ex complexu. C. de incest. nupt. & in corpore unde sumuntur, & ideo neque de genere, agnatione, neque de domo, aut familia patris dici posset, neque ipsius domus aut familiæ arma gestare, alijsq; præeminentijs, aut prærogatiuis uti & gaudere q̄a matris non patris conditionem sequatur 32. q. 4. cap. ultimo, ubi glo. final & 28. quæst. prima. cap. iudæi. l. cum legitimè. ff. de statu hominum. ubi doctor. tradunt, & in l. filium definimus. ff de his qui sunt sui uel alien. iur. in l. pronunciatio. in l. familiæ. ff. de uerborum signifi. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. & alijs in locis, & latè per eundem Nicola. de Ubal. dicto tracta. de success. ab intesta. in prima parte, nu. 51. & duobus sequen. unde abijciēdus dicitur talis naturalis iuxta illud, eijce filium ancillæ, dicto cap. 21. Genes. quem locum sæpe, ac libenter adducimus, tum q̄a lex est diuina, qua nulla melior, tum etiam quia notabilis in proposito. inquit ergo ibi text. quod cum uidisset Sarra filium Aegyptiæ ludentem cum Isaac, iussit Abraam ipsum eijcere, & matrem eius, quod licet durum asperumq́ue Abrahæ uideretur, attamen uoci Sarræ obtemperans Abraham surrexit manè, & tollens panem, & utrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditq́ue puerum & dimisit eam, quę cum abijsset, errabat in solitudine Bersabeę cumq́ue consumpta esset aqua in utre, abiecit puerum subter unam arborem quæ ibi erat, ut inquit tex. illoq́ue ibi relicto iam moribundo abijt, seditq́ue è regione procul quantum potest arcus iacere; dixit enim, non uidebo morientem puerum, & sedens leuauit uocem suam; Deus autem misertus pueri, et matris eius, et quia semē Abrahæ erat, ut supra dicebamus, mori non pmisit puerum, sed fecit eum in gentem magnam, hinc ēt est quod licet ius ciuile tales omnino nō agnoscendos censeat etiam quoad alimenta, ius tamen canonicū misericorditer, ac mitius agens cum eis sumpto argumento, ut puto ex prædicto loco iuris diuini correctiue ad ius ciuile statuit, eos à patre ali. ut in c. cum haberet, ubi Abbas in ultimo notabili, & cæteri doct. de eo qui duxit in uxorem quam polluit per adulterium, et tradunt docto. in dicta anthen. ex cōplexu, et dicta anthent. licet, & latè per Didac. dict. epitome in quarto decretalium ca. 8. §. 6. num. 6. ubi plures refert. Quod uero etiam ex aduerso adducebatur de Tiresia naturali nihil est, quoniam licet fuerit naturalis, attamen Hēricus comes eius maritus legitimus erat, legitimi autem descendentes patris non matris conditionem sequūtur. d. l. cum legitimè. ff de statu homi. cum alijs supra adductis. l. familię ff. de uerborum signifi. & ubique glo. et doct. Concludimus itaque cum diuina scriptura, repellendum omnino esse filium ancillę, ut non sit hæres, & ideo nullo modo Antonium naturalem admitti posse, † immo nec etiam legitimari, ut succedat in regno in præiudicium legitimorum, ut consuluit Anch. consi. 339 pro maiori, colu. fina. in fine, & ait Capicius decis. 121. num. 4. quòd rex Aragonum non posset facere legitimare filium naturalem per Papā in præiudicium alterius consanguinei, cui consuetudo defert regnum rege decedente sine filijs legitimis, quia hoc non pendet ab eius potestate, cap. licet de uoto, allegat Ioan. de Imo. & Geminia. in cap. grandi, de supplen. neglig. prælato sequitur Ias. in l. Gallus. §. & quid si tā tum, num 92. post Alex. & alios communiter. ff. de libe. & posthum. et diximus supra in primo præmisso ex Innocen. Abb. Corset & alijs, & faciunt tradita per Martin. Lauden. trac. de primogen. colum. octaua. uersi. quæro proposita cōsuetudine, ubi determinat, quòd filius legitimus & naturalis natus post filium naturalem, deinde legitimatum præfertur iure primo genituræ in successione regni, de quo latè Tiraq. de iure primogenitu. q. 34. num. 33. immo quod plus est idem Lauden. ibi colum. sequen. uers. sed quid in legitimato post Iacob. de Bel louis. ibi relatum determinat, quòd si rex suscepit naturalem ex cōcubina, deinde ex uxore natus sit ei legitimus, & naturalis, & mortua uxore contraxit matrimonium cum cōcubina matre dicti filij naturalis, quòd nihilominus legitimus, & naturalis natus ex uxore præferatur legitimato per subsequens matrimonium, quod est mirabile, & ibi respondet ad cap. tanta, qui filij sint legitimi. ut per eum, et per eundem Tiraq. d. q. 34. nume 59 quo fit ut etiam si Don Antonius esset legitimatus, nec etiam admitteretur in præiudiciū legitimorū.

Videndum nunc est de Catherina prædicta Bragantiæ ducissa, circa quam per præfatum dominum Cancellarium conclusum pariter extitit

extitit ad regni ſucceſsionem non eſſe admit-
6 tendam † excluſa enim cenſetur fœmina tripli
ci iure, nempe iure communi, item ſpeciali le-
ge Regni quam Luſitani mentalem uocant, &
tertio ui conſuetudinis. Vera namque & com
munis eſt conclusio, quòd fœminæ de iure in
regnis non ſuccedunt, niſi ex conſuetudine uel
ſpeciali lege admittantur. hanc concluſionem
uoluit glo. in ca. cum deuotiſsimam, in uerbo
regiam. 12. quæſt. 1. quæ relata ad tex. loquitur
de ſucceſsione fœminę in regno eandē tenent
communiter docto. in d. cap. grandi, de ſuppl.
negligen. prælato. ubi Imo. & poſt eum Gemi.
colum. 2. uerſic. nunquid fœmina ſuccedit in
regno, & Philip. Franc. colum fin. uerſi. an fœ-
mina, concludentes omnes iſti patres fœminā
de iure non ſuccedere in regno, ſiue ſit feudū
ſiue non, niſi ex conſuetudine uel priuilegio,
aut pacto, & Dominicum in d cap grandi, re-
fert Benedict. in reper cap. Raynutius in uer-
bo, duas habens filias ſub nu. 116. uerſ. uidea-
tis Dominicum, extra de teſtam. prędictam cō
clusionem tenet quoque Vincentius in cap. ſi-
gnificauit, de reſcrip. Lauden. de primoge. col.
5. uerſ. ſed mihi hæc concluſio, ubi poſt gloſ.
Archid. Vincen. Domi. Innocen. & Alberi. per
eum relatos dicit, quòd de iure fœmina non
ſuccedit in regno, niſi conſuetudo ſit in cōtra-
rium, Io. Cirier ſuo tracta. de primogenitura
lib. 1. quęſt. 22. ubi per hęc uerba ait, quòd fœ-
mina iure communi excludatur à ſucceſsione
regni, ſatis probat text. in §. hoc autem notan-
dum, qui feud. dare poſſunt, & in l. fœminæ, cū
concordan. ff de regu. iur. certum eſt enim in-
quit, quod eſſe regni cōſiſtit in dignitate à di-
gnitatibus autem communis iuris diſpoſitio-
ne excluduntur fœminæ d. l. fœminæ, & ab of-
ficio iudicandi. l. cum prætor. §. non autem. ff.
de iud. & notant docto. in d. l. fœminæ, ubi De
ci. num. 4 ait poſt glo. in d. cap. cum deuotiſsi-
mam 12. q. 1. fœminam non poſſe iudicare, &
iuriſdictionem exercere, niſi conſuetudo ſit in
contrarium, & probatur in c. dilecti de arbitr.
& id locum habet ſecundum Deci. ubi ſupra,
non ſolum in mulieribus habentibus dignita-
tem, ſed etiam in quibuſcūque, prædictis addo
Alberi. de Roſa in proœmio digeſtorum. §. di
ſcipuli, col. fin. in fine. poſt Iacob de Ardizo.
per eum relatum, & ab hac opinione non diſ-
ſentit Io. Cirier tracta. de primogenit. dicto li
bro primo quæſt. 19. ubi colum. pen. in princi.
ait, hāc eſſe tutiorem, & cum ea doctores com-
muniter ſentire, addo etiam Curt. de feud. in
tertia parte fallentia octaua. ubi ait, quod in re
gno Siciliæ ſuccedit fœmina ex conſuetudine
non exiſtente maſculo, allegat Iſern. Iaco. Al-
uar. Nicol de Neapol. & Specu. & eſt ponderā
dum, dum dicit de cōſuetudine, ergo ſecus de
iure, prout ita Curt. ponderabat Cagnolus in
d. l. fœminæ ſub num 4. uerſic. latius tradit, &
nouiſsimè omnium Tiraq. de primogenitura
quęſt. 10. ubi relatis hincinde opinionibus, tā
dem num. 12. firmat cōcluſionem, dicens oēs
doctor. in hoc conuenire, quòd fęmina poſsit
in iſtis dignitatibus regalibus ſuccedere ex cō
ſuetudine, & ita omnes uelle in dicto ca. ſigni-
ficauit, ſubiungitq; ibi multa exempla regno
rum, in quibus fœminæ non ſuccedunt prædi-
ctis, addo Soci. iunior. conſ. 65. nu. 24. & ſequ.
7 lib. primo, ubi ait, † quòd fœminę etiam ſi bo
na non ſint feudalia, habeant tamen annexam
dignitatem, & adminiſtrationem cum iuriſdi
ctione, mero, & mixto imperio, non tamē ſunt
illorum capaces, & hanc eſſe ueriorem, & com
munem opinionem affirmat ibi num. 27. de-
claratque dictum illorum, qui tenent, quod fę
mina eſt capax iuriſdictionis quando iure hę-
reditario, ſeu ſucceſsionis ad eam deferuntur
bona, ut id intelligatur, ſi conſuetudo ſic ſe ha
beat, prout dicitur in ca. dilecti de arbitr. qui
tex. ab omnibus allegatur, & prędictam opi-
nionem etiam tenet in conſi. 67. nu. 12. & cōſi.
68. nu. 26. ubi etiam communem dicit eodem
lib. 1. & in eodem caſu Socini conſuluit Deci.
conſi. 516. num. 19. uerſ. accedit etiam quòd
mulieres, poſt Bar. Abba Io. de Plat. Sal. Paul.
de Caſtr. & Petr. de Anchar. ibi relatos, & no-
uiſsimè idem atteſtatur Iul. Clar. (uere clarus,
immo clariſsimus inter noſtræ tempeſtatis do
ctores) in §. feudum, quęſt. 73. uerſ. ſed quęro
quid ſi bona, poſt Bar. eundem Soci. & Ruyn.
ibi relatos, & idem cum Claro affirmant Mo-
derni tomo 3. receptar. ſenten. ſeu comm. opi-
nio. lib. 6. in uerbo, fœminę etiam ſi bona. Pa-
tet ergo iuxta communem cōcluſionem ſupra
firmatam, quod de iure in regnis fœminæ non
ſuccedant, pro qua opinione etiam facit, quòd
omnes rationes, quæ adducuntur, cur non ſuc
cedant in feudo, pariter militant in ſucceſsio-
ne regni, quas recenſet Bal. in l. quoties. col. 2.
uerſic. & dic, quod mulier. C. de ſuis & legit. &
docto. omnes in d. §. hoc autem, qui feud. dare
poſſunt, & nolo tacere quod dicebat in propo
ſito Lucas de Pēna in l. ſi quis. C. de profeſſ. &
med. lib. 10. quòd intentio tuitionis boni pu-
blici fruſtratur, ſi fœmina in regno ſuccederet,
& ibi refert id quod habetur octauo ethicorū,
quod corruptio urbanitatis eſt, quod domi-
nium ad mulierem perueniat, quinimo quan-
do principantur mulieres hæredes exiſtentes,
non utique fiunt ſecundum uirtutē principan
tis, ſed propter diuitias & potētias, et ideo ſub
iungit idem Lucas, Titum Liuiū de bello Ma-
cedonico lib. 4. dicentem, quod maiores nullā
nec priuatam quidem rem agere fœminas ſine
authoritate uoluerūt, date frenos, inquit, im-
potentu

potenti naturæ, & impotenti animali, fęmina enim uir factus sexus denigrat honorē, in hoc sexu nō legum iura nec arma insunt, & ex Augustino super Ioan. sermone secūdo, q ait, qd peius domo ubi fęmina habet imperium sup uirum? recta autem domus ubi uir imperat, fęmina autem obtēperat, & audiui inqnit à quibusdam sapientius uocare fœminam, quæ successit in aliquo regno, non reginam sui populi, sed ruinam, iustè quidem: nam regulariter fęminæ in propagatione sui generis materia sunt ruinæ, & Lucam de Pena in proposito refert, & eius uerba recitat Ioan. de terra rubea tracta. de iuribus & prærogati. Regis Franciæ in primo tract. articulo primo fol. 12. colu. 2. quo fit, ut in casu nostro de iure fęmina admitti ad successionem regni non debeat.

Et si dicatur, licèt non admittatur ad successionem regni de iure, attamen admittitur de consuetudine, ut præfati omnes doct. attestantur, nam ut dicebat inter alios Clarus dicto. §. feudum, quæst. 73. & Modern. dicto tomo 3. commun. opinio. lib. 6. quicquid sit de iure, de consuetudine uidemus seruari contrarium, quia mulieres quotidie succedunt in comitatibus, & alijs dignitatibus, & etiam in regnis, & omnes docto ita tenere attestabatur Tiraq. loco supra relato: unde cum isti omnes doctores attestentur de generali consuetudine, certè fęmina habet intentionem fundatā in hac consuetudine generali, quæ corrigit ius cōmune, & de qua constat, & probata dicitur ex assertione omnium doctorum, ita attestantiū† qui

8 bus creditur iuxta Bart. in repeti. l. de quibus, nu. 22. ff. de legibus, quem multi ibi sequūtur, & cuius opinionem communiter teneri attestatur Deci. consi. 91. nume. 12. & in l. ij §. mutui datio, num. 14. ff. si cert. peta. & idem post multos, quos refert, attestatur Maria. Soci. iunior in commu. opi. collectis ex suis consilijs relatis tomo primo commun. opinio. litera C, uers. consuetudinem si asserat, post Bal. Paul. de Castr. Rapha. Cuma. Cępol. Port. & eundē Decium per eum relatos, & eandem communem attestatur quoque Michael Grassi, tomo tertio dictarum commu. opinio. lib. 1. in uerbo consuetudo, quæst. 20. & quæ tanto magis procedit stantibus tot Illustrissimis patribus ita attestātibus, nam licèt dubium sit, an assertioni unius tantum doct. de consuetudine credatur, attamen quando assertio est multorum patrum, & celeberrimorū, tunc sine dubio procedit opinio Bar. ut dicit Roland. à Valle cōs. 71. nu. 22. & 23. post Gozad. utrunque Curt. & Crauet. in locis ibi relatis, quibus addo Nattam consi. 218. num. 4. lib. 1. & ubi talis assertio doctorum non sufficeret pro plena probatione, inducit saltem pro fęmina præsumptionem, quæ onus probandi transfert in partem aduersam secundum neriorem, & magis communem opinionem, ut attestatur Crauet. cōs. 166. num. 9. post Curt. Iunio. Soci. & Gozad. in locis relatis dicens magis communem opinionem esse pro Bartolo in d. l. de quibus, q credatur doctori attestanti de consuetudine quoad præsumptionem, non quoad plenā probationem, & tali præsumptioni stetur donec probetur contrarium, idem attestantur præfati Modern. dicto tomo 1. commu. opinio. lib. 4 uerbo docto. uers doctori famoso, ex Deci. Curt. Ias. Stracca, & alijs ibi relatis, quo fit, ut fœmina in casu nostro, licèt nō iuuetur dispositione iuris communis, iuuatur tamen cōsuetudine prædicta, ut ex ea admitti debeat ad successionem.

9 His tamen non obstantibus dicimus, † quòd immo à successione regni fęmina in casu nostro etiam excluditur ui specialis consuetudinis in hac inclita regum Portugalliæ familia introducta, & semper obseruata, quòd in regno masculi succedant exclusis fęminis, cuius quidem consuetudinis probationem probatā habemus, quandoquidem notissimum est, & manifestum, ut supra in secundo præmisso, q regnum Portugalliæ ab origine ipsius, & constitutione, seu creatione usque in hodiernum diem semper filijs, & descendentibus masculis delatum fuit, fœminis autem nunquam, &

10 † cum id notorium sit & manifestum, alia particularis probatio non requiritur, sed sufficit allegatio iuxta glo. in l. ciues. C. de appellat. in clemen. Romani, extra eod. tit. Bart. in l. empto rem. ff. de actio. empt. cum alijs similibus adductis per Alexan. consi. 67. colu. 2. uers. constat quod etiam li. 7. immo quod plus est circa notoriam consuetudinem, ubi non allegaretur, iudex tamen suppleret ut singulariter, et notabiliter dicit Bald. in l. filiusfam. §. ueterani. colum. secunda, uersic. item potest supplere. ff. de procurato. Alex in l. unica circa princip. C. ut quæ desunt aduocat. part. iudex suppleat, quos refert Natta cōsi. 367. nu. 6. & in terminis Soci. iuni. consi. 65. num. 40. libro primo, post Bal. Cyn. Aret. & alios per eum relatos, et in eadē specie facti in consi. 67. num. 11. eodem lib & illo etiam in casu Deci. consi. 516. sub nu. 18. uersic. & cum talis consuetudo. Et ulterius de hoc in casu nostro constat ex libris Historico

11 rum, seu Chronicorum † qui in hoc probant iuxta gl. in c. inter dilectos, in uerbo, magis, de fide instrum & in cap. uenerabilem in uerbo, transtulit, de electio. & ubiq; doct. & per Bar. in l j num. 22. et ibi Ias. num. 25. & communiter alij. ff. si certum pet. Dum ergo masculi semper ad successionem ex cōsuetudine in hac familia fuerunt admissi, per admissionē masculorum

lorum insurgit exclusio fœminarum, argumento l. cum prætor. ff. de iudi. cap. nonne de præsumptio. Valida est autem talis consuetudo,
12 † nam potest una familia introducere consuetudinem circa modum succedendi, nempe q̃ masculi tantum succedant exclusis fœminis secundum Io. Andr. in additio. ad Specu. de instru. editio. §. compendiosè, uers. sed nunquid dicemus, & per Ang. & Imol. in l. iij ff. de testamen. & alios communiter in l. si nō speciali. C. eodem tit prout plures pro hac opinione refert Portius Imolen. lib. 6. commu opinio. conclusione 19 & Gabrielius Romanus lib. 6. commun. opinio. tomo 2. in uerbo consuetudo cōclus. quinta, ex quibus satis patet hanc esse cōmunem quæ sine dubio procedit in familia habente iurisdictionem secundum Ang. in l. fin. C. de testam. Alexā. in d. l. si non speciali, colu. fin eodem tit. quos cum pluribus alijs referūt præfati Imol. & Gabriel locis proximè citatis, quibus addo in terminis Soci. iuni. consi 65. nume. 23. & sequen. libro primo, ubi loquitur de consuetudine inducta ab illustrissima familia Lanthgrauiorum Hassiæ in Germania, in qua masculi semper successerant exclusis fœminis, quòd talis consuetudo ualeat, cum illa familia habeat iurisdictionē, adducit Deci. cōsi. 85. colum. 5. qui consulit in casu suo fœminas de nobilissima familia Vrsinorum Romanorum excludi, & esse incapaces, quia in tali familia nunquam fuerat auditum fœminas fuisse admissas ad bona de quibus agebatur, sic ergo infert Socin in casu suo fœminam uigore talis cōsuetudinis esse incapacem, cum nunquam, inquit, fuerit auditum in familia Hassiana Lāthgrauiorum fœminas admitti, prout idem etiā dicit Deci. qui super eodem facto cōsuluit d. consi 516 num. 18 uers. & ista conclusio comprobatur consuetudine, dicens eam consuetudinem introductā in præfata familia Hassiana cum sit à tanto tempore, quòd initij memoria non sit in contrarium habere uim priuilegij, l hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid & æsti. c. super quibusdam de uerborum signific. cum similibus. Similiter ergo dicemus de fœminis in hac inclita familia regia, ut penitus incapaces reputentur ex ui consuetudinis, cū nunquam fuerit auditū quòd aliquando in regno successerint, & regni gubernacula habuerint iure hæreditario, & multo magis ualeat cōsuetudo in casu nostro, cum familia hæc non modo iurisdictionem, sed omnem superioritatem habeat, ac potestatem condendi legem, quia neminem recognoscit; Vnde sicut posset per legem id statuere, ita & per consuetudinē hoc inducere, prout inductum fuit: nam quod potest fieri per legem seu statutum, potest etiam consuetudine induci, quæ habet uim legis. §. ex non scripto, institu. de iur natu. & respectu causæ efficientis non differt à lege seu statuto iuxta doctri. Bar. in d. l. de quibus, in secunda quæstione principali. ff. de legibus, quem cum alijs similibus ad terminos nostros adducit idem Socin. dicto consi. 65. num. 29. & 30. ubi latè, ad quem me remitto, & in successionibus regnorum potissimè attenditur consuetudo, & illa seruanda est, ut dicebat Ioan. Ciriet de primogenitura lib. 1. quæst. 22. in fin. post Bal.
13 ibi relatum, † nec ad huiusmodi consuetudinem inducendam necessario requiritur, quòd in contradictorio iudicio fuerit obtentum & iudicatum fœminas esse incapaces ui consuetudinis, quoniam ut dicunt Moderni in dicto tomo primo commun. opin. libro tertio, in uerbo consuetudo. uers. cōsuetudo quamuis &c. doctores utriusque censuræ cōmuniter tenent necessario non requiri ad consuetudinem inducendam, quod saltem semel fuerit iudicatum, consuetudo enim moribus, ac utentium usibus inducitur, dicto. §. ex nō scripto, instit. de iure natur. gen. & ciuili, sicque iudiciarius actus necessario non requiritur, aliàs consuetudo nunquam posset induci, oportet enim quod initium habeat, & sic pro consuetudine iudicari non posset, ex quo nunquam obtenta fuisset in iudicio.

Præterea in hac consuetudine satis obten-
14 tum dici potest, † dum in contingentia facti mortuo Ferdinando primo huius nominis rege relicta Beatrice filia legitima & naturali, quām matrimonio collocauit Ioanni regi Castellæ, & relicto etiam Ioanne fratre naturali, cum Beatrix filia prætenderet succedere, & ad mitti ad regnum, fuit tamen exclusa, & delata successio Ioanni prædicto licèt naturali, quia erat masculus, & è feminè regis nullis alijs existentibus masculis legitimis, unde fuit populorum uoto delata successio dicto Ioanni naturali exclusa ipsa Beatrice filia, quo fit, ut ex hoc habeamus declarationem expressam dictæ consuetudinis, & sic sine dubio nō modo tacito consensu populorum & regum Lusitaniæ, sed expressò inductam consuetudinem q̃ fœminę nō admittanē ad regni successionē.

Accedat, quòd Beatrix tunc non modo legis succedere intendebat, sed lege conuētionis expressę in contractu matrimonij factę inter Ferdinandum regem Portugalliæ patrē ipsius Beatricis, & regem Castellæ, de qua cōuentione testantur scriptores historici. circūscripta autē conuentione arguitur, quòd aliàs non successisset; qua tamen non obstante Lusitani masculum, licèt naturalem fœminæ prætulerunt per electionem, eo quòd contra consuetudinem esset usque ad ea tempora obseruatam, fœminam ad regni successionē admittere.

tere. Neque uerum eſt, prout nõnulli ſcriben-
tes in hac cauſa dixerunt, conantes excuſare
eam electionem, quòd illud fuerit de facto, et
contra ius ex eo nempè, quòd Luſitani regem
Caſtellæ pro Beatrice uxore admittere recuſa
uerint, quia ſciſmaticus eſſet, prout ſciſmaticũ
uocat Bal. de eo rege loquens conſi. 271. incip.
caſus talis eſt Ferdinandus rex Portugalliæ, li-
15 bro primo, quoniam † ratio alia mouit Luſi-
tanos, & duplex, prima, ea quam referunt hi-
ſtorici, dum loquentes de tractatu matrimo-
nij prædictæ Beatricis ſcribunt, quòd Portu-
gallenſes procurabant, *que la infanta donna
Beatriz caſaſſe con Don Fernando infante de Ca-
ſtilla que deſpues fue Rey de Aragon hijo ſecundo
de Don Iuan rey de Caſtilla por que los fidalgos y
prelados y pueblos de Portugal deſſeauan mas
eſte caſamiento por auer rey por ſi, conſiderando
que ſe la infanta ſe caſaua con el infante Don Hen
rique hijo mayor y heredero de Caſtilla que uenien
do à unirſe Portugal y Caſtilla tornarian à eſtar
de baxo de Caſtilla y Leon pero que caſando con el
infante don Fernando ceſſaua eſto por ſer menor
hermano* : & quod ante matrimonium contra-
ctum Portugalenſes prǫuidebant ne eueniret,
id contracto matrimonio, & mortuo Ferdinã
do rege cõtingere, & uerificari cernebãt, ideo
ut ſcribitur *el fidalgo mas començo a ſennalarſe
en impedir y obuiar la union de Caſtilla y Portu-
gal y hazer ſe muy parcial y fauorecedor de los pre
tenſos del maeſtre de auis*. Alia, & ſecunda ęque
principalis ratio fuit, ne contra conſuetudinẽ
iam inductam, & ad ea uſque tempora obſer-
uatam, quæ maſculos ad ſucceſsionẽ uocabat,
ut ſupra diximus, fęminam admitterent, unde
non modo Beatricem filiam ad ſucceſsionem
non admittendam cenſuerunt, uerum matrem
quoque Eleonoram reginam Portugalliæ (de
qua etiam in conuentione prædicta actum fue
rat, ut prædecedente rege ipſa dum uiueret re-
gni adminiſtratrix eſſet) regni tamẽ guberna-
cula ſuſcipere minime paſsi ſunt, quare Luſita
nis iuſtius uiſum eſt maſculo, licet naturali
ſucceſsionem per electionem deferre, non fœ-
minæ. Iuſtitiam autem huiuſmodi electionis
oſtendit memorabilis illa uictoria, quã poſtea
Ioannes electus in Albigarotæ campis contra
Caſtellanos reportauit, de qua omnes ſcripto-
res teſtantur quæ quidem loco iudicialis ſentẽ
tiæ pro maſculo ſtat in hoc facto, quandoqui-
dem inter ſupremos reges ſuperiorem non ha
bentes, qui iudiciali ſententia, de ſucceſsiõne
regni iudicet, gladiatorio iudicio controuer-
ſia inter eos decidi ſoleat, uter eorum potiora
iura foueat, ut eo modo iudicio diuino is ui-
ctor euadat, qui iuſtius induit arma, argumen
to eorum quæ dicunt doctores de cõtentione
maxima inter nepotem ex filio primogenito
prædefuncto, & filium ſecundogenitũ eius pa
truum, de ſucceſsione regni, quæ cum tempo-
re Othonis Imperatoris contigiſſet, exiſtimãs
ille eam controuerſiam propter arduitatem, ac
nodoſitatem quæſtionis non commodè iuris
ſanctionibus terminari poſſe, iudicio gladia-
torio dirimendam terminandamq́ue cenſuit,
in qua nepos ex primogenito, eo quòd iuſtitiã
foueret miraculosè uictoriam reportauit, &
ideo iudicauit Imperator quòd ab inde nepos
ſuccederet, ut referunt doctores præcipuè Iaſ.
in l. maximum uitium, num. quarto, C. de libe.
præter. poſt Bertachi. quem refert in ſuo reper-
torio, in uerbo nepos regis, idem Iaſ. in l is po
teſt, nu. 29. uerſ. adde quòd Bertachin ff. de ac-
quir. hæred. Ioan. Citier de primogenit. lib 1.
quæſt. 25. in princip. & colu. antepenul. uerſic.
prima fuit Othonis. & per Tiraq de primoge-
nitura, quæſt. 40. quo fit, ut in caſu noſtro iudi
catum dicatur pro maſculo, & diuinitus obtẽ
tum in cõtradictorio, ſeu gladiatorio iudicio.
Quare aduertant domini Luſitani, ne contra
ius ac inueteratam conſuetudinem maſculos
legitimos excludentes, contra quàm per maio
res factum & ſancitum fuit, fęminã admittãt,
nam ſi naturalis maſculus fęminam excluſit;
prout eo caſu fuit, multo magis eam excludet
maſculus legitimus, & naturalis, qui ipſum na
turalem uincit, ex regula. l. de acceſsionib. ff.
de diuerſ. & tempor præſcriptio.

Et ex his licet ſublata remaneant in contra-
rium adducta pro D. Catherina, attamen ad-
huc illis reſpondetur, uidelicet intentionẽ fę-
minæ nõ eſſe iuſtificatam ex aſſertione docto-
rum atteſtantium de conſuetudine, quòd fœ-
16 minæ admittantur ad ſucceſsionẽ regni † quia
contraria opinio, quòd immo doctoribus at-
teſtantibus de conſuetudine non credatur ue-
rior eſt, & magis communis, quam tenuit Bal.
in multis locis, uidelicet in l. fi. C. de fideicom-
miſſ. in capitulo cum dilectus, de conſuetud in
l ſi quis §. primo. ff. de pignorat. & in l conſen-
taneum. colum 6 in quinta oppoſitio. C. quo-
mo & quando iudex & conſtanter hanc defen
dit Alex. in l poſt dotem num. 29. ff. ſolut. ma-
trimo ubi ait, quod ſi plures, & plures docto-
res affirment in lectura, ita ſeruari de conſue-
tudine, attamen non probant conſuetudinem
nec eis creditur, quia conſuetudo eſt facti. &
in dubijs facti etiam principes errant cap pri-
mo de conſtitu lib. 6 & Alex. refert quoque &
ſequitur Iaſ in l. de quibus, nu. 89. ff. de legib.
cum prædictis tenet quoq; Rochus de Curte
in c. fi. colum. 88. uerſ. quinto quæro, extra de
cõſuetudi. ubi poſt Aret. ibi relatum ait, quod
doctoribus etiam communiter aſſerẽtibus de
conſuetudine non crederetur, ne duplex ſpe-
cialitas circa idem concurrat, prima quòd ad-

mittantur

mittantur teſtes non iurati, ſecunda quòd ad-
mittantur teſtes, qui teſtificentur per ſcriptu-
ram, quod non licet c. teſtes 3.q. 8. Barto. in l.
Theopompus. ff. de dote prælega. & tandem re
latis pluribus authoritatibus, pro hac opinio-
ne his uerbis, ita concludit dicẽs, ex præmiſsis
authoritatibus apparet, quod iſta eſt commu-
nis opinio, & etiam bene fundata in ratione,
quia conſuetudo eſt facti, & ea quæ ſunt facti
etiam prudentiſsimos fallunt. l. ij. ff. de iur. &
fact. igno. & hoc maximè in conſuetudine pro
cedit, quæ plerunque neſcitur, & modo eſt al-
ba, modo nigra ſecundum Hoſtien. & Roma.
in locis ibi relatis. plures pro hac opinione re-
citat Port. Imolen. eam pariter communem di
cens libro primo commu. opin. conclu. 24. uer.
contrarium, & idem affirmant Moder. libr. 3.
commu. opin. tomo primo, in uerbo conſuetu
do, uerſ. contrariam uerò opinionem, poſt præ
fatos. Alex. Iaſ. & Rochum, necnon Anto. Ro-
ma. ac Mantuam ibi relatos; & pro prædicta
communi opinione facit, quòd ex quo cõſue-
tudines ſunt locales, & quid facti, ut ſupra dice
batur, non poteſt doctor atteſtari de conſuetu
dine generali omnium locorum, ſed tantum
loci, in quo uerſatur, uel de quo loquitur, quia
eius cenſetur bene habere ſcientiam, ſed alio-
rum locorum non, unde dicebat Lupus in re-
pet. rubr. de donatio. inter uirum & uxorem. §.
21. in princip. opinionem affirmatiuam, quod
credatur doctori atteſtanti de conſuetudine,
intelligi de conſuetudine illius loci, ſeu fori in
quo uerſatur doctor, quia de ea bene ſibi credi
tur, ſed non creditur ei de conſuetudine extra-
nei fori, ſeu loci, quia non præſumitur ſciuiſſe
conſuetudinem aliarum ciuitatum, ſed præſu-
mitur potius eas ignorare, quia ſunt facti, &
in facto cõſiſtunt, & etiam princeps qui eſt do
minus ſui principatus, præſumitur illas igno-
rare cap. primo de conſtitu. lib. 6. & eleganter
etiam dicebat Gualden. ſuo tracta. de cautelis
ultimarum uoluntatum, titulo de ſubſtitutio-
nibus cautel. 36. poſt Parid. de Puteo, Alex. &
Deci. ibi relatos, quòd licèt aſſertio doctoris
inducat præſumptionẽ & transferat onus pro
bandi in partem aduerſam, hoc tamen proce-
dit tantum in curia ſeu loco, in quo uerſatus
eſt ille doctor, qui ſuis ſcriptis atteſtatur de re
aliqua conſuetudinem extare, & ita poſſe pro-
cedere ait dictum Bartoli in d. l. de quibus. ff.
de legib. ubi etiam Zaſ. ait ponderandum eſſe
an doctor ſpecificet locum conſuetudinis, ut
ei credatur, quo fit, ut ſecundum prædictos do
cto. uera ſit opinio affirmatiua, & procedat tã
tum circa conſuetudines locales, ſeu particu-
lares locorum in quibus uerſantur, non autem
debeat ſtari aſſertioni doctoris de conſuetudi
ne uniuerſali omnium locorum, quia eius non
præſumitur ſcientia, ſed potius ignorantia.

Præterea ubi opinio affirmatiua uerior ui-
deretur, & magis communis, quoad præſum-
ptionem inducendam pro fœmina, per quam
trãsferatur in partem aduerſam onus proban-
di ſecundum doct. ex aduerſo adductos, dici-
tur, quòd ſtante probatione ſpecialis conſue
tudinis regni, quod maſculi tantum ſuccedãt,
prout ſupra probauimus, ceſſat omnis præſum
ptio, quæ pro fœmina ſtaret inſurgens ex aſ-
17 ſertione doctorum, † quia ſpecialis hæc pro-
batio conſuetudinis derogat probationi præ-
ſumptiuæ, & generali, eo quia generi per ſpe-
ciem derogatur, uulga. regula generi de regu.
iur. in ſexto. l. in toto iure. ff. eodem tit. Innoc.
& alij in cap. auditis de præſcrip. Alexã. conſi.
88. nume. 8. & 10. cum multis ibi in additio.
relatis lib. 5. & præſumptio cedit ueræ proba-
tioni, ſicut fictio cedit ueritati, & potentior
probatio tollit minus potentem. l. ob carmen.
§. ſi teſtes. ff. de teſtibus, tradunt omnes in l. ad
monendi. ff. de iureiur. unde cum pro maſcu-
lis ſtet probatio ſpecialis, item & diſpoſitio iu
ris cõmunis, fœmina grauiore, & duriore one
re probandi grauatur, adeo ut efficaciſsimæ
probationes ab ea exigantur ex traditis per Al
ciat. de præſumptio. parte tertia. §. ueniamus
ad præſumptionem iuris, num. 4. ubi poſt Al-
beric. Rapha. Fulgo. Iaſ. Panor. & alios ait, quod
illa pars cõtra quam ſtat præſumptio iuris du
riori onere probandi grauatur, & per Craue-
tam conſi. 129 in fi. ubi poſt Panor. ait, quod
probationes hoc caſu debẽt eſſe apertiſsimæ,
multo ergo magis ubi cum præſumptione cõ
currit uera probatio, ut hic. Inter ſcribendum
fuit relatum, Coſtam Luſitanum de ſucceſsio
ne regni Portugalliæ tenere in indiuiduo fœ-
minam poſſe in illo regno ſuccedere quẽ non
uidi, quia ad manus meas non peruenit, dico
tamen ex prædictis ſatis patere, quòd ſiue ille
doctor loquatur de iure, ſiue de cõſuetudine,
uel generali uel ſpeciali, quòd uerum nõ dicit.
Ex prædictis itaque concluditur fœminam à
ſucceſsione regni huius excludi non modo de
iure, ſed ex conſuetudine ſpeciali.

Excluditur & tertio ex prædicta lege men-
tali maſculos tantum uocante ad ſucceſsionẽ,
quam loqui, & procedere non modo in bonis
particularibus regiæ coronæ datis in feudum,
uel aliter à regibus, ſed etiam in ſucceſsione ip
ſius regni concludenter probatum eſt per Do.
Cancellarium, & hanc intelligentiam, & decla
rationem ad dictam legem iuuat multum di-
18 cta conſuetudo ſupra firmata, † quæ quidem
conſuetudo eſt prædictæ legis mentalis opti-
ma interpres. l. de quibus. ff. de legib. c. cum di
lectus. de conſuetudi. cõſuetudinis enim uſus-
que longæui non leuis eſt authoritas, ſed gra-
uis, &

uis,& maxima,cap.cum conſuetudinis,ubi Panomi.in primo notabi.de conſuetud.ita in ſimilibus terminis de lege Salica loquens,dicebat præfatus Ioannes de terra rubea dicto tracta.1.articulo primo, fol.11.colum. tertia,in fine,ubi alia adducit,idem dicebat Gul.Benedict. in cap. Raynutius in uerbo, duas habens filias,nu.121.uerſ. adſtipulatur, præterea uetuſtiſsimæ legi diuturna conſuetudo &c.

Et ſi adhuc dicatur pro fœmina, regnum Portugalliæ originem habuiſſe, & proceſsiſſe à fęmina nempe à Tireſia Alfonſi ſexti regis Caſtellæ filia, quam pater Henrico Lotharingiæ comiti matrimonio collocauit, eique in dotem dedit terras Luſitaniæ, & quæ dicebatur regina, ut patet in multis antiquis ſcripturis in quibus enunciatur regina, ex eo autem matrimonio natum Alphonſum primum regem, & ſic dici initium habuiſſe in fœmina,
19 quo caſu, † quando regnum per fęminam acquiritur, & ab ea procedit tunc fęminæ ad eius ſucceſsionem admittuntur, ut latè tradit Petr. de Anchar.conſi.339. pro maiore,colu. quarta,ubi conſuluit pro Violanta filia Ioannis regis Aragonum, quòd ipſa in regno ſuccedere deberet, & erat capax regiæ dignitatis, licèt fęmina,etiam excluſis maſculis, & hoc, quia illud regnum ſumpſerat originem in fęmina, & peruenerat in illos reges Aragonum per fęminam, quæ dicebatur Maioralis, idem dicebat in ſimili Bero. conſi.120. num. 11.libro ſecundo.& Anchara. cum multis alijs refert, & ſequitur Tiraquell. de iure primogen. quæſt.10.in fine,quo fit, ut cum ab initio fuerint uocatæ fęminæ & capaces cenſeantur ſucceſsionis regni, non potuerint aliqua lege ſpeciali, ſeu conſuetudine priuari iure ſuccedendi,ut dicebat Ancha.dicto conſi.339.

Nam ad hęc reſpondetur breuiter, quòd hoc uerum eſſet,& procederet,quando regnũ ad maſculos peruenit beneficio fœminæ Reginæ, prout in caſu Petri de Anchar. ubi illa fœmina Maioralis nominata exiſtens regina fuit prima de ſtirpe regum Aragonum. & beneficio ipſius regnum in deſcendentes reges Aragonum peruenit, ut dicit idem Petr. de Anchara.ibi columna ſecunda, uerſ. rurſus etiam pręmittendum eſt, & columna quarta, uerſ.& primo, quia ut ſupra, & propterea non poterat obijci per maſculos, quòd fœmina ad regnum aſpirare non poſſet, cum ab ipſa fœmina traherent omnes originem, & ab ea tanquam à radice haberent in dicto regno cauſam, unde nimirum ſi etiam maſculos, gradu remotiores ibi excludebat fęmina. At in ca-
20 ſu noſtro † Tireſia filia Alphonſi regis Caſtellæ, & uxor Henrici Lothoringię non erat regina Luſitaniæ, & licèt in aliquibus monumentis antiquis legatur fuiſſe appellatam reginam, attamen id fuit honoris, & reuerentiæ gratia,ut atteſtantur hiſtorici,non uerò quòd reuera eſſet regina, ſed comitiſſa tantum,cùm bona regionis Luſitaniæ ipſi Tireſiæ, & Henrico Lothoringo eius marito in dotem tradita fuerint, cũ titulo comitali, & iuxta aliquos particulam tantum Galliciæ, quæ eſt pars ipſius Luſitanię in dotem à patre habuerat.

Præterea, ut ſcriptores referunt, bona pręcicta rex Caſtellæ Henrico donauit ob ſingulares eius uirtutes, & in remunerationem meritorum, nam ſcribitur, regem Alphonſum comiti Henrico prædicto pro bene geſtis, ac laboribus, quos in bello pro rege tulerat, dediſſe comitatum de Storga in Portugallia, & inde in contractu matrimonij, cum præfata Tireſia, dediſſe ei in dotem multas terras, & oppida partim Galliciæ, & partim Portugalliæ. Et quod non tantum contemplatione matrimonij, ſed alia de cauſa, & contemplatione ipſius Henrici ea bona dederit, tenent moderni ſcriptores, dicentes eſſe ſuper hoc notandum, *che el rey Don Alfonſo connoſciendo bien el grande ualor de Conde Don Henrique lo quiſo poner en a quel eſtado de Portugal como fronterero y defenſor de a quella tierra*, & uerum dicunt, quoniam regio illa finitima erat Mauris, qui tunc temporis maiorem partem Portugalliæ occupabant, nam non ſolum regiones Alentęias, & Algarbiorum Mauri poſſidebant, ſed & maiorem partem Aquenteiæ pręcipuè uero inclitam urbem Oliſiponam, quæ Aquenteię caput eſt; Vnde ex tota Portugallia, cuius tres ſunt partes, quarum duæ ſunt Aquenteia, & Alenteia, quæ ſecundum ſcriptores latinos uocantur Ciſtagana, & Tranſtagana, ideſt cis, & trans Tagum fluuium adiacentes, tertiam tantum partem, quæ inter amnem dicitur, uidelicet, quę inter duos fluuios Duerum, & Minium terminatur, Chriſtiani poſsidebant. & ſic apparet, quòd minimam partem Luſitaniæ habuerit Henricus Comes ab Alphonſo eius ſocero, & quam mortuo Henrico Alphonſus eius filius, & ſucceſſor non tãtum à Mauris defendit, ſed à matre Tireſia,quę cum ad ſecunda uota conuolaſſet cum Ferdinando Paez comite de Traſtamara conabatur filium à bonis paternis expellere,unde grauiſsimum bellum habuit Alphonſus cum Ferdinando priuigno, qui ſe comitem Portugalliæ inſcribebat,ac cũ Bermudo Paez eius fratre, & inde ẽt impulſu Tireſiæ bellum renouauit Alphonſus octauus rex Caſtellę,cum quibus bis commiſſo pręlio uictor ſemper euaſit,conuentioneq; facta, pręfati mater,& priuignus omnia iura ceſſerunt, promittẽs Ferdinãdus è Portugallia excedere, ſeq; in

posterum non inscribere comitem Portugalliæ, ut latè per scribentes prędictos. quibus sic stantibus dici non potest, quòd regnum ab ipsa Tiresia initium habuerit & beneficio ipsius in descendentes reges peruenerit. Initium antem & originem habuisse dicitur regnum in præfato Alfonso filio cognomēto Henriquez,
21 † qui fuit primus rex Portugalliæ, secundum omnes scriptores: ipse enim in campis de Orique à Portugallensibus Rex creatus extitit, ubi memorabili prælio inito cum quinque regibus Mauris, eis superatis, innumero eorum exercitu fuso, trucidato admirandam uictoriā adeptus est limitesque imperij sui, & regni dilatauit anxitque, nam idem Alphonsus rex post adeptam uictoriam multas insignes ciuitates, oppida & castella ab hostium faucibus eripuisse, & liberasse fertur, pręcipuè uero pręclaram illam urbem Olisiponam Aquenteiæ regionis caput, ut supra diximus, necnon, & Eboram, quæ caput est Alenteiæ, ciuitatem quoque Yelues & multas alias quas nominât, & denique uniuersam regionem, quam uocât Estremadura, & transtagum uniuersam terram ad Visęum usque. Sanchius quoque ejus filius primus huius nominis regnum ampliauit: multas enim ciuitates nouas, & insignia oppida extruisse fertur, multa quoque à Mauris ui capta imperio adiecit, adeo ut regnum Portugalliæ illustrasse dicatur, quem præter alias ciuitates acquisiuisse, etiam legitur à Mauris ciuitatem de Silues, quæ est in regno Algarbiorum, in augmentumq; regni inter alias urbes, quas extruxit nouas, aiunt fuisse Valentiam de Minno, Turres nouas, Montem maiorem, & alias multas, ac Yelues quam Mauri cœperant recuperauit. Similiter Alphonsus tertius, qui successit Sanchio secundo, non minus cæteris regnum ampliauit, nam multas urbes, & oppida à Mauris detenta expugnauit, & reliquam partem prouinciæ Algarbiorum ipse obtinuit, primusque rex Algarbiorum dictus est, & successiuis temporibus aliorum regum uirtute, & opera regnum Portugallię, in eam quem hodie cernimus amplitudinem auctum est. Regnum itaque in ipso Alphonso primo initium habuit, & eius beneficio in descendentes masculos peruenit, quo fit, ut ipsius persona spectāda sit, quæ fuit causa erigendi, seu constituendi regni, & in posteros transmittendi: nam originaria causa inspicienda est, ut in casu suo dicebat Anchar. dicto consilio 339 per l. si id quod ff. de donatio. l. tutor. ff. de fideiuss. idem dicebat Berous dicto consilio 120. numero undecimo. Vnde cum prima, & originaria causa fuerit masculus non fęmina, utique masculinum regnum dicetur non fęmineum; à primordio enim tituli posterior formatur euentus, l. prima. C. de imponenda lucrat. descript. libro decimo,
22 † qualitas enim, & natura regni, seu bonorum regalem dignitatem habentium, ab ipsa erectione, seu creatione regalis dignitatis, & à persona regis primi metienda est, & consideranda, non antea, ex ijs quæ tradunt glo. & doctores in l. imperialis. §. is illud. C de nupt. ubi concludunt, stante quòd in regno succedere debeat primogenitus, si rex habeat filium natum ante coronationem, seu erectionem regalis dignitatis, & alium natum post, erit rex, & succedit natus post coronationem & erectum regnum, non autem natus antea secundum Cyn. Iacob de Beluis. Alberic. de Rosa. & Angel in dicto §. is illud, Cremensis singulari 5 r. & ibi in additio. quorum opinionem communem esse dicit Corset. de potesta. regia quæst. 26. numero quadragesimoprimo, in fine uer. & sic communis opinio, & ita iudicatum fuisse, refert Nicola. de Vbald. in tracta. successio. ab intesta prima parte principa. numero 68. Vnde dato etiam, quod uniuersa prouincia Lusitaniæ fuisset Tiresiæ matris, quod omnino uerum non est, adhuc tamen eius persona consideranda non esset, sed persona Alphonsi eius filij regis creati, & qualitas, & natura bonorū regalis dignitatis consideranda secundum tēpus post coronationem, & non ante; & sic ex prędictis concludimus Catherinam ducissam, neque de iure, neque ex consuetudine esse ad successionem huiusmodi regni admittēdam.

Nec ei suffragatur, si dicatur, prout aliqui opponebant, successionem regni Portugalliæ regulari, ac interpretari debere, iuxta consuetudinem, seu leges aliorum regnorum, & prouinciarum uicinarum Hispaniæ, quia consuetudo unius prouinciæ interpretationem recipiat à consuetudine prouinciæ uicinæ, & iuxta illam reguletur, capitulo cum olim, ubi glo. & doctores notant, de consuetud. maximè, quia Portugallia pars est Hispaniæ, & olim sub regibus Hispaniæ existens maximè Castellæ & Legionis eorum legibus gubernabatur. Nam ad hæc respondetur, quòd uera essent, ubi consuetudo circa successionem esset dubia, et incerta, quia tunc bene interpretaretur iuxta consuetudinem aliorum regnorum uicinorum, et hoc casu habent locum tradita in dicto capitulo cum olim, sed in casu nostro consuetudo Portugalliæ, circa successionem regni est certa, ut supra proba-
23 uimus, † ideo non inspicienda est consuetudo uicinarum prouinciarum, legesve earum iuxta quas non regitur Lusitania, sed proprijs, et diuersis legibus, seu consuetudinibus; Vnde licet olim fuerit sub regibus Castellæ, et Legionis, et eorum legibus uiueret, nunc

tamen

24 tamen ab alijs regnis separata, † neminem recognoscit iam ab immemorabili tempore & citra, & ideo omnem superioritatem præscripsit, quæ spacio tanti temporis præscribitur etiam contra imperatorem, ut latè per Felyn. in cap. cum non liceat, de præscriptio. & eam magis communem opinionem attestatur Balbus de præscriptionibus in secūda par. 5. par. princip. quæstio. secunda uersic. contrariam sententiam, post Bartol. Bald. & eundem Felynum, enumerans reges non recognoscentes imperatorem contra quem præscripserunt superioritatem, & obedientiam inter quos est rex Hispaniæ, unde sicut ipse potuit præscribere contra imperatorem omnem superioritatem, ita potuit rex Portugalliæ, quoad ipsum regem Hispaniæ. Accedat in casu nostro, quod præscriptio est concomitata titulo expressæ exemptionis, & liberationis, nam tempore Don Dionisij regis, quod fuit circiter annum 1269. fuit remissa per regem Castellæ, & Legionis omnis superioritas ac recognitio, & præstatio seruitij, quibus tenebantur reges Portugalliæ regibus Castellæ, & Legionis, & ab eo tempore liberum remansit regnum à quacunque subiectione, superioritate, & præstatione cuiuscunque seruitij retentis in concesione facta per Alfonsum sextum regem Castellæ prędicto Henrico comiti Lothoringiæ de qua retentione superioritatis, & seruitij scribunt historici. Et nemini dubium est supremum Principem posse concedere libertatem, & remittere omnem superioritatem & subiectionem per priuilegium, & rescriptum, ut dicit idem Balbus loco supra citato post Bal. quem refert in l. prima. C. ne rei dom. uel templo. columna prima, circa finem, neq; concedens potest talem exemptionem reuocare, secundum eundem Balb. ibi nume. 12. quo fit, ut Lusitania neque, quoad successionem regni, neque aliorum bonorum regalis coronæ reguletur iuxta leges, uel consuetudines Hispaniæ, aut aliorum regnorum.

Prçterea contra præfatam Catherinam alia adducitur conclusio uera, & communis, 25 † quod ubicunque fœmina ex consuetudine ad successionem regni admittitur, tunc id intelligitur, nullis extantibus masculis, eis uerò extantibus non admittitur; hanc conclusionem firmat Bald. in l. in multis, in princip. ff. de statu homi. ubi ait, quòd consuetudo regni, quòd primogenitus succedat, non intelligitur in fœmina, quod uerum est, si extet masculus, aliàs intelligitur de fœmina, & tradit idem Bald. in capitulo primo §. hoc quoque, columna tertia. uersic. tu dic, quod opinio Iacobi, de success. feud. fœminam in regnó succedere, scilicet non existēte masculo, idem uult in l. prima. ff. de senato. ubi argum. illius tex. notat, quod masculi potius quàm fœminę succedunt in regno, & Bald refert & sequitur Corset. de potesta. regia, quęstio. 64. in fine, & sic apertè uult Bald. quòd in concursu masculi, & fœminæ ad successionem regni, masculus præferatur fœminæ, addo prędictis Lucam de Penna in l. si quis in fin. C. de professo. & med. libro decimo, qui ait, quòd fœmina, ubi unica extaret, & non adesset masculus, succederet in regno, & posset iurisdictionem exercere, capitulo dilecti extra de arbitr. & hoc, inquit, in regina nostra illustri de facto uidemus, & hanc conclusionem probat tex in capitulo primo, de eo qui sibi, & hęred. suis mascu. & fœmi. ubi omnes doctores, & in cap. primo, §. filia uerò, de ijs qui feud. dare possunt. ibi, dum dicit, tūc enim succedit filia masculis non extantibus, et ita hanc conclusionē firmat Tiraquell. de iure primogen. quęst. 10. nume. 18. et sequ. Immo quòd plus est etiam masculis non extantibus fœmina non perpetuo admittitur, sed temporaliter tantum, scilicet donec superueniat masculus, & ideo fœmina etiam existens in possessione superueniente masculo excluditur. et masculus admittitur, prout ita tenuerunt Andr. de Isern. Marti. Lauden. et Card. Alexand. in dicto cap. primo, per illum textum, de eo qui sibi & hęred. suis mascul. & fœmi. ubi idem Mart. aiebat, quòd in secreto conscientiæ credit hanc opinionem de iure ueriorem, quam pro nunc nō firmo, quia doct. communiter tenent ibi contrarium. Sed masculis extantibus, quòd non admittatur, hoc uidetur sine difficultate: Accedit prædictis Alexand. consi. 29. nume. 5. lib. primo. ubi post Bar. Bald. Saly. et plures ibi relatos in additio. per Nattam ait, quòd ubicunq; cautum est, quòd fœminę succedant in feudo, illud intelligitur deficientibus masculis, et ideo infert ibi, posito quod ex consuetudine aliqua, uel constitutione essent simpliciter habilitatę fœminæ ad feudum, debet tamen intelligi deficientibus masculis, nam dispositio exorbitans à iure communi debet interpretari, & intelligi secundum dispositionem iuris communis, ut minus lędatur ius commune quàm sit possibile, l. ij. cum ibi nota. C. de noxal. l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de mune et bonor. cap cum dilectus de consuetud. Et hęc conclusio maximè procedit, ubi masculus et fœmina, in pari gradu reperiuntur, quinimmo etiam si masculus sit in remotiore gradu nihilominus præfertur, ut eleganter per Curtium de feud. in tertia parte quęstio. 1. colum. 8. limita. 15. ubi ait, quòd quando ex pacto fęminę admittuntur ad feudum, ita demū admittuntur deficiētibus masculis, et de hoc dicit esse text. expres-

ſum in capit. primo. §. quinctiam, epiſcopum uel abbatem, & ſubiungit, quòd id adeo uerum eſt, ut nepos ex filia excludat neptes ex filio quantumcunque, inquit, nepos ex filia ſit remotior, quàm ſint neptes ex filio conſiderata perſona ipſius filij, ita allegat pulchrè conſuluiſſe Bald. conſi. primo & ſecundo libro 1. quo fit, ut ibi habeamus deciſionem caſus noſtri, addo prædictis Tiraquel. dicta quæſt. 10. num. 18. & poſt eum Didac. lib. 3. uariar. reſolut. cap. quinto. nume. 5. uerſ. primum hoc ipſum ubi poſt Petr. de Bellapert. Iacob. de Are. Bald. Roma. Soci. Pariſ. Lupum, Guid. Papæ & Tiraquell. relatos ait, quòd ubi bona aliqua deferuntur primogenito ex lege uel conſuetudine, ad ea non admittitur filia primogenita excluſo maſculo poſtremo genito, immo is fœminæ præfertur, & uerſ. ſexto alia, dicit quòd maioratus eſt dignitas quædam, quæ defertur in gradu pari potius maſculis quàm fœminis, allegat Bald. Abb. & Pariſ. in locis ibi relatis, nam inquit, in dignitatibus uerius eſt, quod in pari gradu præferatur maſculus etiam minor ex multis, quòd ſi id procedit in maioratu, quanto magis ubi bona ſunt cum dignitate regali. Et ſic ex prædictis concluditur, quòd in caſu noſtro, ubi Catherina prædicta eſſet ſucceſsibilis in regno, & admitti aliquo iure poſsit, quod tamen non conceditur, attamen id uerum eſſet, tum demum nullis extantibus maſculis, ſed cum extent præfati Philippus, & Emanuel Philibertus in pari gradu regi cum ipſa Catherina coniuncti, profectò ab ipſis omnino excluditur, & multo magis cum non ſit maior genita, ſed fortè minor genita ipſis maſculis; Et ex prædictis concluſionibus remanent ſublata quæcunque adduci poſſunt pro parte ipſius, quibus abundè fuit reſponſum, & pertinentiſsimè per dominum Cancellarium, nam non ſufficit, quod ſit de linea, & gradu proximior, ſed requiritur etiam ſexus, quæ qualitas cum non poſsit adeſſe, admitti non debet, licèt pater eius fuiſſet admiſſus ſi uiueret, quo fit, ut nullo iure ex perſona patris, neque per repræſentationem, neque alio iure admittatur, neque etiam ex propria perſona, cum ſit incapax, & inhabilis, ſaltem donec maſculi extabunt. Et ideo omnimodo ad præfatos Philippum, & Emanuelem Philibertum ſucceſsio regni de iure deferē excluſa fœmina.

Ipſis autem non obſtat ſi dicatur, quòd ſi fœminæ non ſuccedant in regno, de quo agitur, ut ſupra concludebamus, ita nec filij eorum tanquam ex radice infecta, & uirtutem non habente procedentes. §. hoc autem notandum qui feud. dare poſſunt, ubi doctores notant: nam ut in propoſito dicebat Bald. in l. prima. ff. de ſenato. omne quod eſt ex radice ſequitur naturam proprij genitoris, & dicebat Fulgoſ. conſi. 12. mortifera radix non poterit ſtipitem, aut ramum fructiferum uel uirentem facere. cum ergo quis cauſatur ex radice infecta, non poteſt eſſe melioris conditionis, quàm ille à quo cauſatur, unde infert Bald in dicta l. prima. ff. de ſenato. de rege Angliæ, quòd ipſe uti natus ex filia regis Francorum nullum ius prætendere poterat ſuper regno Francorum, quia in cauſato non poteſt eſſe plus uirtutis, quàm procedat ab influenti potentia cauſæ, ut eſt expreſſum ſecundum eum, de ijs qui feud. dar. poſſ. § hoc autem notandum, idem poſt Bald. dicebat Corſet. de poteſta. regia. quæſtio. 66. & ideo ſtantibus prædictis uideretur Philippum regem, & Emanuelem prædictum etiam excludi, ſicuti eorum matres excluſæ fuiſſent. Sed huic obiecto facilis eſt reſponſio, & nihil omnino obſtat ip
26 ſis Regi, & Duci. Reſpondetur enim † quòd prædicta procederent, quando filij ad ſucceſſionem uenirent ex perſona matrum per repræſentationem, & tanquam ſubingredientes earum locum & gradum, & ipſas repræſentantes, ſed ueniunt in caſu noſtro filij ex perſona eorum, & iure proprio, nempe uti exiſtentes proximiores in gradu eidem regi, & maſculi tempore delatæ ſucceſsionis, quo caſu non cōſideratur medium, à quo proceſſerunt, & radix à qua producti ſunt, ſcilicet matres, ſed propria perſona, ita elegāter determinat Cyn. poſt Iacob. de Rau. in authent. poſt fratres. C. de legit. hæred. ubi format quæſtionem; Conſuetudo eſt, quòd filia non ſuccedat in Baronia, pone quidam Baro habet fratres, et nepotem ex filia præmortua, decedit, nunquid admittetur nepos ad ſucceſsionem in Baronia? Certè uidetur, dicendum quod non, quia nepos iſte uenit ex perſona matris, & ideo repellendus, ſed pone quod non eſſent fratres, tunc inquit, bene ueniret nepos ex filia, quia tunc non conſideramus perſonam eius, à quo deſcendit, ſed propriam, & Cyn. & Iacob. de Ra. refert, & ſequitur Bald. in authen. ceſſante, numero tertio, uerſ. unde facit ad quæſtionem, dicto titulo de legit. hæredi. ubi eadem uerba Cyni recitat, & ita etiam conſulendo reſpondit Soci. iuni. conſi. 2. nume. 20. & ſequ. lib. 3. ubi poſt prædictos Cyn. & Bald. dicit, quòd quādo quis uocatur ex propria perſona, ut in caſu noſtro. non autem ut alium repræſentās, tunc inhabilitas eius, quem non repræſentat non impedit, quin admittaē, allegat ultra Cyn. & Bal. etiam Bar. Aret. ac Socin. ſenio. patruum ſuum in locis ibi relatis, addo prædictis tradita per eundem Bar. in l. nec auus. ff. de libe. præter. ubi ex eo text. notat, quòd licèt nepos dicatur ſuccedere in locum patris, attamen non dicitur

dicitur succedere ex persona patris, sed ex propria, sequitur ibi Alexan. in fine, & alij cōmuniter, & inter cæteros dicit ibi Iaſ. post Bal. & Salycet. quòd aliquando quis succedit loco alterius remotiuè, id est remoto eo qui erat in primo gradu, alius succedit, & tunc iste qui succedit, non succedit ex persona primi; sed ex sua, ita loquitur dicta l. si auus, & probat textus in capitulo fin. ne prælati uices suas, ubi remoto canonico succedit alius, sed non ex persona primi; aliquando quis succedit loco alterius per transmissionem, quia primus transmittit ad secundum, & tunc necesse est, quòd succedat ex persona primi. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. l. Caius. ff. de manumiss. idem Iaſ. in l. is potest. nume. 42. ff. de acquiren. hæredit. post Bart. Bal. Areti. & Alex. per eum relatos, dicens nepotem succedere in locum patris primatiuè non transmissiuè, eandem distinctionem facit referens Baldum & Salycetum, Ioā. Cirier de primogenitura libr. 2. quæst. 4. articulo septimo, super uerbo repræsentat, columna secunda, uersic. & ita pro resolutione, addo prædictis Deci. consi. 443. num. 20. Alexand. consi. 4. num. 13. lib. 4. consi 20. num. 8. uersi. non obstat octauum libro primo. & cōsi. 117. num. 8. lib. 6. Confirmantur præmissa ex conclusione quæ habet, quòd filij fratrum uel sororum soli succedentes patruo, uel auunculo ueniunt in capita non in stirpes, iuxta opinionem Azonis in summa. C. de legit. hære. quem refert glo. in §. si autem defuncto, super uerbo fratres, authen. de hæred. ab intestat. ueni. huius conclusionis ratio fundamentalis ea est,

27 † quia prædicti filij tunc succedunt ex persona eorum propria, & iure proprio non autem ueniunt uti succedentes in locum, & gradum suorum parentum prædefunctorum, nam uno tantum casu succedunt per repræsentationem, & ex iure, & gradu parentum, quando ad successionem patrui, uel auunculi uocantur cum supstite fratre uel sorore defuncti, & ideo tūc succedunt in stirpem, pro quo stat tex. apertissimus in d. §. si autem defuncto, in uers. huiusmodi uero priuilegium, & uers. sed & ipsis d. authen. de hæred. ab intesta. ueni. hęc sunt uerba tex. huiusmodi uero priuilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrum masculorum, & fœminarum filijs aut filiabus, ut in suorum parentum iure succedant, nulli alij omnino personæ, ex hoc ordine uenienti hoc ius largimur; subsequitur text. in hæc uerba. Sed & ipsis fratrum filijs tunc hoc beneficium conferimus, quando cum proprijs uocantur theis masculis, uel fœminis, siue paterni, siue materni sint. Et melius in §. sequenti ait imperator, quandoquidem fratris, & sororis filijs tale priuilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu, cum his qui in secundo gradu sunt ad hæreditatem uocentur. ecce ergo quo modo clarissimè dicit text. quòd uno tantum casu, & id ex priuilegio filij fratrum uel sororum ex persona, & iure parentum succedunt, quando cum fratre, uel sorore defuncti patrui uel auunculi uocantur, per quæ iura, ac rationem multi magnæ authoritatis doctores ex antiquis, & modernis opinionem Azonis sequuti sunt præcipuè Iacob. Butrigar. Salyc. & alij in authent. cessante. C. de legit. hæredi. Aret. in §. cum filius, institu. de hæred. quæ ab intest. adefer. & eandem sequitur Cirier dicto tracta. de primogenitura, quæstio. quarta articulo septimo. colum. 8. uersicu. quid si tantum sint nepotes, & colu. 10. uers. quid dicendum, ubi in fine ait, se tamen uidisse, secus seruari de consuetudine in illis partibus, sed inquit, miror, quia non ex capite patrum, sed ex suo proprio uenit hoc casu quilibet nepotum, & in ęqualitate gradus, & per prædicta iura supra allegata eandem opinionem tenuit quoq; Zaſ. de feudis par. 8. num. 20. uers hac itaque opinione reiecta, & post eum Didac. in epitome de success. ab intesta. nume. 8. uersic. quæ sanè opinio, multosque alios opinionis Azonis sequaces refert Tiraquel. suo tracta. de retrac. §. 11. glo. 11. & inter alios, eam multis fundamentis defendit Fortunius Garcia Hispanus in repetitio. l. Gallus. §. idem credendum colu. 16. num. 47. ff. de liber. & posthum. & præcipuè pro fundamento adducit, quòd filij fratris, uel sororis duplici iure, & gradu succedunt, primo cum patruis, & tunc censentur esse in secundo gradu, quia in locum patris succedunt, & ideo tunc succedunt in stirpem, idest in gradum & portionem patris, alias non esset ius ęquum, sed impar, quòd fratres qui sunt in secundo gradu. l. prima. §. in secundo, de grad. affi. cum filijs fratris, qui sunt in tertio succederent, cum gradus secundus pręcedat tertium, ut in l. j. §. 2. & 3. ff. de grad. affinita. & insti. de grad. cogna. §. 2. & 3. cum igitur succedunt cum patruis, succedunt in locum patris, & ideo in stirpem. §. cum filius, insti. de hęred. quæ ab intesta. deferun. cum similibus, in hoc igitur ordine est ius successionis in stirpem, quia gradus iste non est filiorum, sed loco patris succedunt, nimirum si ad stirpē reducatur ius portionis, sed dum filij fratris succedunt cum alijs filijs fratrum, ista successio est proprij gradus, & unusquisque eorum est in tertio gradu. §. tertio gradu. institu. de grad. cognat. Vnde cum quilibet in gradu proprio iure proprio succedat, non est referendum ius ad stirpem, & cessat ratio superior, & uiget proprij iuris ratio, hæc ille, & quòd uno tan-

tum casu filij fratrum uel sororum succedant per repræsentationem, quando cum theis, seu fratribus defuncti uocantur, & non alio casu consuluit Roman.cons. 196. incip. præmissa, quo fit ut uera sit opinio Azonis, quòd quando soli ueniunt non per repręsentationem, sed ex persona, & iure proprio ueniant; Et licèt multi docto. contrarium teneant, quos etiam pro contraria parte citat Tiraq. dict. § 11. glo. 11. quorum antesignanus fuit Accursius, attamen Azonis opinionem æquiorem dicit Salv. in dicta auth cessante, & de iure ueriorem affirmat Aret in dicto §. cum filius, & iuxta eandem pluries fuisse iudicatum in supremo Parisiorum Parlamento attestatur Baptista Villalobos Tolletan. tomo primo commu. opinio. libro sexto, in uerbo, fratrum filij, uers. hanc tamen litem. Immo pro eadem extat constitutio, seu decisio Cæsarea: nam inuictissimus Carolus V. Imperator in conuentu, seu comitijs imperialibus habitis Spiræ anno 1529. maturè rationibus, & fundamẽtis utrinque discussis, inuenta eiusdem Azonis opinione iuri, rationi, & æquitati consona, pro ea constitutionem emisit. de qua multi doctores attestantur præcipuè Didac. d. epitome successi. ab intesta. numero octauo, referens Ferratium, idem attestantem in §. non in capita instit de hæred. quę ab intesta. defer Zas. etiam loco supra citato, referẽs se ita reperijsse in statutis illustris principis Dom. Hernesti Marchionis Baden. asistente inter alios uiros doctos eidem constitutioni faciendæ principis Cancellario Hieronymo Veho V. I. doctore. idem & nouissimè attestatur Baptista Villalobos etiam loco supra citato, per quam quidem constitutionem certamen magnum, quod diu inter doctores fuit super eo articulo sublatum censetur, & sic iuxta opinionem Azonis omnino tenendum est, & ab ea nullatenus recedendum in iudicando, & consulendo. Itaque cum in casu nostro Philippus Rex, & Emanuel Dux non per repræsentationem, aut transmisionem succedant, uti tenentes locum, & gradum matrum, sed iure proprio, & ex personis suis, utique non nocet eis inhabilitas matrum, sed admittuntur, licet eorum matres uti inhabiles non fuissent admissę. nam ut eleganter dicebat Socin. dicto consi. 2. num. 23. uers & licet, non est nouũ ut filius admittatur ad id, ad quod eius mater

28 erat inhabilis, † quia quando filius uocatur ex persona propria, prout in casu nostro, matris inhabilitas non attenditur, si ex alio filius sit habilis, & sic conceditur, quòd ex radice infecta posit palmes utilis prouenire, quando ratio, quæ inficit radicem, non reperitur in palmite, & hoc in effectu uoluit Fulgos. ex aduerso allegatus, Rubeus Alexand. consi. 22. columna fina. uers. non obstat si dicatur, & subiungit ibi idem Socin. num. 24. post Socin. senio. ibi relatum, quòd secundum prædicta sequitur, quòd aliquando filius potest esse melioris conditionis quàm mater, quando in eo est alia ratio, quæ non erat in matre. Vnde ex prædictis limitatur regula. l. si uiua matre. C. de bonis mater. ut non procedat, quando cessat ratio exclusionis, & quia fęmina sit exclusa, quia sumus in ijs, quæ ratione sexus fœminis sunt interdicta, nam tunc si extet masculus ex fœmina, non propterea censetur exclusus, sed poterit admitti, ita nouissimè Anton. Gabriel. Roma. lib. 4. commu. opinio. tomo tertio, titulo de fideicommiss. conclus. sexta. nume. 7. & 8. & lib. 6. titu. de uerborum significa. conclusio. prima, limita. 7. nu. 58. post Curt. iuni Rube. Alexandri. Corne. Ruyn. & plures alios ibi relatos, concludens, quòd quando filia excluditur ratione alicuius qualitatis, quæ non reperitur in masculo, tunc masculus ex ea non excluditur, & non habet locum reg. d. l. si uiua matre. Et sic patet quòd inhabilitas matrum in casu nostro nihil omnino obstet. Exemplum uerò quod adducebatur ex Baldo de Rege Angliæ nato ex filia Regis Francorum, quòd non posset succedere, nihil omnino obstat, eo quia in illo casu Rex Angliæ, scilicet Edoardus ueniebat ex persona matris nempe Isabella, quæ erat filia Philippi pulchri regis Francorum, & contentio erat cum Carolo Valesio patruo, nam ex Philippo pulchro descenderant tres filij masculi, qui successerant in regno singillatim unus post alium, & sine liberis decesserunt omnes superstite Carolo Valesio eorum patruo, Edoardus autẽ rex Angliæ ex persona matris suæ uti primogenitus, & in eius locum & ius succedens, uolebat regnum obtinere, & pręferri Carolo auunculo, & tamẽ fuit Carolus Valesius de consensu, & approbatione duodecim parium Frãciæ eidem Edoardo prælatus, ex quo orta sunt ingentia bella inter Francos, & Anglos, ob quæ Franciæ regnũ plurima pertulit mala, ut recitant historici, & refert Chassan. in cõmentarijs consuetud. Burgund. in uerbo des fiedz. rubr. 3. §. 5. num. 75. sed ut dicebat Bald. in d. l. j. ff. de senato. si male cessit Francis, id fuit non ob id, quod noluerint admittere Regem Angliæ, sed fortè fuit ob aliam causam, quæ erat in mente diuina, idem referunt Corset. & alij supra citati.

Hinc est, ut obiter hoc dicam, quòd cũ frequenter accidat, ut in concursu multorũ prætendentium succedere in regnis, & alijs dignitatibus post mortem dominantium ingentia bella oriãtur, ex quibus cędes, rapinę, & innumera mala eueniunt, ideo præfatus Rex Henricus prudentissimè id fortè prospiciens, in

animum induxit eis uiribus præcauere, ne hu-
iusmodi mala eueniant in regno suo. quod cõ
cedere dignetur Deus Opt. Max. qui regem
ipsum pro sua benignitate diutissimè conser-
uet, ac pacem & tranquillitatem illi cum uni-
uersis populis suis concedat amen.

Nunc in concursu Philippi regis, & Ema-
nuelis Philiberti Ducis, quæritur an Philip-
pus rex excludat Emanuelem Ducem. Et con-
cluditur quod non: nam licèt hactenus in suc
cessione huius regni fuerit seruatũ, ut mascu-
lus maior natu semper successerit, & fuerit
rex; attamen cessat hic ius primogenituræ, &
non transit in Philippum regem natum ex Isa
bella primogenita. Vera etenim & commu-
29 nis est conclusio, † quod ius primogenituræ
deficientibus masculis ad filias non transit;
hanc conclusionem tenet Io. Cirier dicto tra-
cta. de primogenitura lib. 1. quæst. 20. ubi se-
quutus Bal. quem refert in c. 1. §. & quia uidi-
mus, de ijs qui feud. dar. poss. ait ipsum Bal. re
ctè dicere, quod scilicet nec debeatur ius pri-
mogenituræ fœminis etiam deficientibus ma
sculis, & lib. 2. quæst. 4. fol. 64. post Bal. quem
refert in l. in multis. ff. de statu hom. expressè
ait, quòd consuetudo regni, quæ habet, quod
primogenitus succedat, non intelligitur in fœ-
minis, idem Cirier dicta quæst. 4. articulo se-
primo, colum. fin. uers. in tex. ibi sine iure pri-
mogenituræ, ubi post Io. Fabri ibi relatum ait,
quòd filia primogeniti non succedit auo pa-
trem repræsentando in iure primogenituræ. &
hoc dicit seruari in illo regno, & esse conso-
num iuri communi, & idem tenet lib. primo;
quæst. 22. Lauden. quoque hanc conclusionẽ
firmat suo tract. de primogenitura. colum. 4.
in fin. uers. nunquid fœmina primogenita suc-
cedit, & colum. seq. ubi latè disputat, & con-
cludit quod non, Tiraquel. de iure primogen.
dicta quæst. 10. num. 15. & seq. post eundem
Lauden. & alios per eum relatos, ubi num. 17.
ait, hanc esse firmam constantemque senten-
tiam, quòd statutum aut consuetudo præfe-
rens primogenitum in successione regni non
intelligitur in fœmina, & id uerum intelligit
Tiraquel. siue extent masculi siue non extent,
ut etiam nullis extantibus masculis primoge-
nita iure primogenituræ non succedat, ut per
eum num. 23. Vnde si non succedit fœmina ex
iure primogenituræ, ergo nec filius ex ea, quia
in causato non potest esse plus uirtutis, quàm
procedat ab influenti potentia causæ, ut dice-
bamus supra ex Baldo in l. prima. ff. de senato.
per text. in dicto cap. primo. §. hoc autem no-
tandum, qui feud. dare possunt, & Corset. de
potestate regia, in quarta parte quæstio. 66. &
in tertia parte quæst. 23. uers. de rege Angliæ,
& Baldum cum multis alijs citat ad hoc & se-
quitur Io. Cirier dicto tract. quæst. 23. libr. 1.
ubi hanc esse uerissimam conclusionem dicit,
quam etiam latissimè confirmat Tiraquell. de
iure primogen. quæst. 12. num 5. & sequen. ubi
more suo infinitos cumulat cum alijs multis
adductis per dominum Cancellarium ad quẽ
me remitto, addo etiam prędictis Modern. Pa
risien. in consuetud. Parisien. titu. primo §. ter
tio. glo. prima, num. 9. Prędicta tamen intelli-
go quatenus uenire intendat filius ex persona
matris, ut diximus supra, tũc enim bene exclu-
sa matre excluditur. & filius ex ea tanquam ex
radice infecta. Vnde quatenus Philippus rex
succedere intendat, uti natus ex primogenita
per repræsentationem, & iure primogenituræ
in eum transmisso non potest, cum in casu isto
neque repræsentationi, neque transmissioni
alicuius iuris locus sit. Si uero dicatur ueni-
re ex persona propria, & iure proprio, ut su-
pra concludebamus, & ex eo quòd regnum sit
indiuisibile, ideo ad eum uti maiorem natu,
seu primogenitum regni successionem in so-
lidum deferendã, cùm regnũ duos nõ capiat.
30 Respondetur, illud quod dicitur † regnum
deferri uni soli, & primogenito hoc non eue-
nire, quia regnum sit indiuisibile, sed hoc eue-
nit ex consuetudine, ut eleganter tradit Bene-
dict. in cap. Raynutius, in uerbo in eodem te-
stamento relinquens el primo, nume. 176. ubi
post Ioan. Andr. Angel. & Bald. per eum rela-
tos, ait quòd sola cõsuetudo est causa potior;
quòd tota hæreditas pertineat primogenito;
& non quia bona sint indiuidua, quia si ex eo
quòd bona non diuidantur deberent compe-
tere uni duntaxat, & non pluribus, conclude-
retur quòd feudum deberetur primogenito
de iure, quod est falsum, quia est cõtra ius, quod
successio primogenito deferatur plus, quàm
uni ex alijs; non est enim bona consequentia
ius regni, uel feudi est indiuisibile, ergo nõ po
test cõpetere nisi uni, quia ut dicit Bal. in auth.
ex testamento colu. ultima. C. de collat. non est
absurdum, quòd regnum uel imperium sit pe-
nes plures insolidum, cum per hoc non diui-
datur, concludens tandem post Aret. quem re-
fert consi. 164. quod indiuiduitas feudorum,
uel aliorum bonorum nõ est causa finalis, nec
ratio quòd primogenito soli deferãtur, sed so-
la cõsuetudo uel statutum, quoad hoc iuri cõ-
muni derogans, & prǫualens, addo prędictis
Nattam cõs. 682. nu. 7. Ripam in l. nemo põt,
nu. 3. ff. de lega. 1. ubi ait se non inuenire, quòd
de iure diuino primogenitus succedat in re-
gno, nam inter septem primogenituræ iura,
de quibus per glo. & Archid. in c. quam peri-
culosum, 7. quęst. 1. non enumeratur ius succe
dendi in regno. Et quòd filius primogenitus
non succedat in regno iure primogenituræ,

el interregno fue alçado per Rey de Portugal y de
los Algarues en el monasterio de San Francisco de
la cindad de Coimbra Dõ Iuã maestre de auis hijo
fuera de matrimonio de el Rey Don Pedro Ioanni
uerò naturali prædicto successit Don Edoar-
dus eius filius, qui pariter fuit eleuatus rex in
ciuitate Olisiponæ *en los palacios de la alcaçaua*
iuxta eosdem scriptores, qui etiam recitant de
Alphonso quinto eius nominis *el qual luego*
que el Rey su padre fallecio fue lleuãtado por Rey
de Portugal y de los Algarues en el conuento de
Tomar. Alphonso quinto successit Ioannes se-
cundus quem similiter *alçaron le por Rey en Sin*
tra. & nouissimè eidem Ioanni secundo suc-
cessit Emanuel eius consanguineus nepos Al-
phonsi quinti ex Ferdinando fratre de quo fer
tur, quòd *luego que en alcaçar de sal se supo la*
muerte de Rey don Iuan fue alçado por Rey don
Manuel duque de Bria y maestre de Christus su
primo, Ecce ergo quomodo aperte patet in
omnibus regibus non iure solum successorio
uel primogenituræ fuisse delatam successionẽ
Regni, sed in omni successione interuenisse
electionem & approbationem populorum, ac
procerum Regni, quo fit, ut in casu nostro nõ
considere ur ius primogenituræ in successio-
ne regni, & ideo ratione maioris ætatis seu ge-
nituræ unus alterum non excludat, seu æquali-
ter nocentur.

Non etiam obstat, prout aliqui opponebãt
præferendum esse Philippum Regem Emanue
li Duci ob plures coniunctiones, quas habet
cum Rege Henrico, plura autem iura habentẽ
præferri habenti unum tantum, quia duo uin-
cula magis ligant, auth. itaque. C. commu. de
success. authen. cessante. C. de legit. hæred. &
ubique glo. & docto. quia huic obiecto satis p
tinenter responsum fuit per D. meum Magnũ
Cancellarium, nã pluralitas uinculorum, tunc
tantum consideratur, quando duo fratres tra-
ctant de succedendo alteri fratri, uel quando
filius fratris qui erat utrinque coniunctus fra-
tri defuncto tractat de succedendo patruo cũ
filijs alterius patrui, qui erat frater defuncti ex
uno latere tantum, uel cum alio patruo, extra
uerò hos casus nõ consideratur pluralitas uin-
culorum, ita consuluit Alex. consil. 166. super
proposita quæst. lib. 5. post Iacob. de Bel. Bart.
Bal. Paul. de Castr. & plures alios ibi relatos, &
ad hoc ego põdero text. in auth. de consangui.
& uter. fratr. §. hæc igitur lex, in illis uerbis, &
sic in huiusmodi casibus ubi tales quidam in-
troducũtur ordines fratrum lex habeat suam
uirtutem, & excludãt duplici utentes iure eos,
qui uno solo uti possunt, cum ergo in casu no-
stro non agatur de succedendo Henrico regi
auunculo cum alijs filijs patrui qui fuerit fra-
ter ipsi Henrico Regi ab uno latere tantum,
neque cum alio patruo, ergo non cõsideratur
pluralitas coniunctionum seu uinculorũ, sed
æqualitas tantum seu paritas gradus, uel supe-
rioritas. Vnde labitur ille doctor q in casu isto
fundamentum sumit à pluralitate coniunctio
num seu uinculorum. Prætcrea addo, quod si
licet in casu isto ulteriores coniunctiones con
siderare etiam Dux Emanuel aliunde, & ipse
coniunctionem habet cum Serenissimis Por-
33 tugalliæ Regibus. Nã † Alphonsus Henriquez
primus Rex prædictus uxorem habuit Mafal-
dã quæ fuit de inclita hac domo, & progenie
Ducum Sabandiæ, filia scilicet Amedęi secun-
di de Sabandia comitis Morianæ, ut attestãtur
nouissimi scribentes historici Portugallenses,
& id probari dicunt ex multis scripturis anti-
quis ipsius Alphonsi regis in archiuijs regum
Portugalliæ inuentis, & inter alias unam exta-
re aiunt cuius initium est huiusmodi. In nomi
ne Patris, & filij, & Spiritus Sancti amen. Ego
Alphonsus Portugalliæ rex Comitis Henrici,
& reginæ Tarasiæ filius magni quoq; Alphõsi
nepos, una cũ uxore mea dumina Mafalda fi-
lia comitis Amedęi de Moriana considerãtes
obitum nostrum &c. Et in alia scriptura ita cõ
tineri fuerũt. Placuit mihi Alphonso regi Por
tugalliæ comitis Henrici, & Reginæ Tarasiæ fi
lio magniq́ue Alfonsi nepoti, & uxori meę re-
ginæ Mafaldę comitis Amedęi filię &c. In alia
quoq; donationis de Tongia ita contineri di-
citur. Ego Alphonsus Portugalliæ rex comi-
tis Henrici, & Reginæ Tarasiæ filius, magniq́;
Alphonsi nepos una cum uxore mea D. Ma-
falda comitis Amedęi de Moriana filia faci-
mus uobis cartam de illa hæreditate de Ton-
gia &c. hæc placuit referre ad tollendum erro-
rem nonnullorum, qui dicunt præfatam Regi
nam Mafaldam fuisse filiam comitis Manriq;
de Lara, sed falluntur, quia immo, ut ex supra-
dictis patet, fuit filia Amedæi de Sabaudia a
quo descendit Emanuel dux & eius antecesso-
res duces, qui tunc temporis ante adeptam du
calem coronam comites tantum Morianæ uo
cabantur, qui comitatus semper fuit Ducum
Sabaudię, & hodie est de antiquo patrimonio
ipsius domus ad radicem montis Cenisij posi-
tus, cuius caput est celebris ciuitas sub nomi-
ne Sanctis Ioannis de Moriana, in cuius cathe
drali adhuc hodie cernitur sepulchrum præfa
ti Amedęi comitis. Hinc est, ut obiter hoc quo
34 que commemorem, † quòd Serenissimæ diuæ me-
moriæ Emanuel rex Portugalliæ reminiscens
ex annalibus se suosq́; Serenissimos antecesso
res Reges à præfata Mafalda de Sabaudia de-
scendisse, non etiam ignarus inclitam hanc, &
præclaram familiam Ducum Sabaudiæ ex re-
gio sanguine imperatorum originem traxisse,
(descẽdit enim ab Vgone Saxonię Duce Im-
peratoris

peratoris Othonis secundi filio) & semper cū Imperatorum, ac regum domibus fuisse coniunctam, lubētissimè serenissimam infantem Beatricem eius filiam dilectissimam Carolo diuæ mem. duci Sabaudiæ coniugio iunxit, & antiquam illam coniunctionem cum hac domo, & familia renouare uoluit. Anceps tamen aliquando fuit, ut referunt scribētes, eo quòd facultatum seu diuitiarū uires ipsius ducis nesciret, & ideo antequā Duci de coniugio prædicto annueret, suū à secretis Siluestrum Nunnez destinauit, ut secreto inuiseret ditiones, & dominia ipsius ducis, & reuersus renunciaret regi: qui circumiēs p uniuersas regiones ultra montes inuisit diligenter, ac perlustrauit tres Ducatus eiusdē ducis, scilicet Sabaudiæ, Chiablasij, & Augustæ prætoriæ, inchoando à partibus finitimis Heluetijs, & descendendo circumcirca lacum Lemanum amplas cuiusque ducatus ditiones, & diœceses, & quasque urbes, & insignia oppida diligenter uisitauit, & præterea plures etiā Baronias præcipue Gay, Faucigniaci, & Vuaudi, necnon Comitatus Rotōdimontis Gebennen. ac Niciensis. Deinde citra montes in Italiam descendens per uniuersum principatū Pedemontium præclaras eius ciuitates, & magna oppida innumera, quæ ciuitatum nomen merentur diligenter pariter uisitauit, Sanctam quoque Sindonem in qua praeciosissimū domini nostri Iesu Christi corpus in sanctissimo sepulchro inuolutū iacuit præfatum, Ducem habere intellexit. Iura quoque eiusdem ducis perscrutatus inuenit Marchionatum Montisferrati nunc in Ducatus titulum erectum regioni Pedemontium finitimum à Duce Mantuæ tentum ad ipsum Ducem Carolum iure spectare, super eo lite iam instituta coram Imperatore, quæ adhuc indecisa pendet, prout ego, uti præfectus sacrorum scriniorum eiusdem ducis scripturas, & quæcunque iura uidi recondita in archiuio Ducali. Regnum quoque Cypri, ac principatum Achaiæ prædecessores eiusdem Caroli Ducis habuisse quæ nunc ab hoste Christiani nominis detinentur, & de iure super Regno Cypri eidem Duci spectante restantur etiam historici qui de regibus Portugalliæ scripserunt, & ex prædecessoribus Ducibus legimus Ludouicū Ducem fuisse Regem Cypri, qui Aunam primogenitam Regis Ianua duxerat uxorem, & ī ipso regno Ioāni ultimo regi Cypri, ac Charlotę ipsius Ioannis regis filiæ successit, ut apertissimis, & authenticis documentis constat in dictis archiuij reconditis. Nunc accessit ultra alias ditiones, & dominia insignis comitatus Astensis, quem cum Marchionatu Ceuæ inuictissimus Carolus Quintus Imperator concessit pfatæ Beatrici, & eius filijs masculis, quos nunc idem Dux possidet. Quare perlustratis per ipsum nuncium Nunnez omnibus prouincijs reuersus renunciauit regi Emanueli latissimas ac uberrimas eius prouincias, & regiones, & alia iura eiosdem Ducis, quo intellecto præfatus Rex statim matrimonio annuere uolens, mandauit duci ut oratores, & procuratores mitteret, cum quibus matrimonij pacta firmarentur, ut referunt scribentes, & sic per præfatum ducem Carolum electis ac missis oratoribus, & procuratoribus, uidelicet Glaudio D. Belleisonis Barone sancti Germani eius milite Cambellano, & Iaffredo Paserio ex collateralibus consilijs eiusdem Ducis inita fuerunt matrimonij pacta, & conuentiones cum electis, & deputatis parte eiusdem regis, scilicet Aluaro de costa eius consiliario, camerarioq́; & armorum præfecto, ac Serenissimæ Reginæ facultatum puisore, & Diegho Pacheco iur. doc. relationis, & senatus regis expeditore, qđ. fuit de anno 1521. die 26. Martij in ciuitate Olisiponæ in domo domini Simonis Menesij habitationis destinatæ pro præfatis oratoribus ducalibus, ut in instrumento legitur recepto, & signato per Andream Cotrinum notarium regium Conimbriea. ac Claudium Chiatel de Chiamberiaco secretarium eiusdē Ducis, quod reconditum asseruatur in dicto archiuo ducali, quo peracto Serenissima Beatrix infans eodem anno multorū procerum regni comitata cum ingenti classe è Portugallia excedens. ad Villefranchæ portum prope Nicęā Vrbem comitatus Niciensis eiusdem Ducis Caroli applicuit, in eademque ciuitate Niceæ magno gaudio fœlix cōiugium perfectum, & ut dicitur consumatum fuit, ex quo natus est præfatus Emanuel Dux nomen aui materni retinens, qui summam beneuolentiā, quam mater erga Portugallenses gerebat ex maternis uisceribus trahens, in eosdem retinuit. Ecce ergo quomodo diuino ita uolente iudicio in regni Portugalliæ nascentia exordio fœmina de hac inclita domo ducum Sabaudię extijt, & primo regi Portugalliæ nupta origo extitit, genitrix, ac stipes omnium inuictissimorum Regū Portugalliæ, & nouissimis temporibus quomodo uicissim ex regia illa regum Portugalliæ familia alia pariter fœmina exiens in Sabaudiæ domum, & familiam uenit, ex qua masculus nascitur qui ad illius florētissimi regni successionem diuinitus uocatur. Sed nimis quàm par est fortè digredimur, ideo ad rem reuertamur.

Præfatis ergo Philippo rege, & Emanuele Philiberto Duce in pari iure succedendi constitutis, ita quòd nullo ętatis discrimine habito alter alterum non excludat, quæritur nunc
35 de modo succedendi, nam † cum regnum dei

sui

sui natura, & essentia de iure diuisionem non patiatur etiam quoad partes c. præterea ducatus de prohibit. feud. alien per Feder. ubi oēs docto.& in capit. intellecto de iureiur. & per Oldra. consilio 131. ut eius de quo quæritur, colum pen. uersic. hoc autem regnum, & latè Guliel à Monserat. in suo tracta. de successione regū, in secundo dubio in principio, & multis alijs in locis in discursu ipsius tractatus. Ideo quęritur an ita succedere debeant, ut uterque sit Rex, an uerò alter tantum, & quis. Articulus sanè difficilis in quo uariæ fuerunt doctorum opiniones, & licet certò sciam nō difficile uideri sapientissimo regi Heurico ꝓ sua sapientia super hac quæstione ardua iudicium ferre omni iuri diuino, & humano, ac ęquitati consonum, adeo ut quemadmodum omnis populus mirabatur super sapientia Salomonis ad faciēdum iudicium inter duas mulieres super puero uiuo indiuisibili coram eo contendentes utraque dicente esse suum, ut habetur 3. regum capitulo tertio, & in capit. afferte de præsumptio. ubi doct. notant, quòd exemplis principum approbatis iudicari potest. Sic mirabūtur omnes super sapientia regis nostri ad faciē dum iudicium in casu nostro, non tamen supuacuū esse existimabo opiniones aliquas doctorum cū exēplis in hoc difficili passu adducere. Duæ itaque sunt opiniones q̄ principaliter recipiuntur per doctores uti magis cōmu-
36 nes. Prima est, † quòd duobus in eodem gradu cōstitutis, & pari iure de successione regni contendentibus uterque admittatur, & debeat esse rex, hanc opinionem tenuit Bal. pluries legendo, uidelicet in prima constitutione. ff. uet. in §. itaque, colum. secūda, ubi format quęstionem, stante cōsuetudine, quòd primogenitus succedat in regno, utrū posito quòd nati sint duo, & de ordine nō appareat, an uterque, uel neuter succedere debeat, & arguit, ac tandem concludit, quòd uterque dominationem habebit, ut sicut Gemini sunt in cœlo, ita & in terra sint, item quia propter incertitudinem cessat consuetudo, ergo sumus in iure communi, & ita erunt pares in iure, & ideo erunt duo in eadem sede, & coniunctam iurisdictionem habebunt, idem Bald in l. ex hoc iure, colum. secunda, uersiculo quinto quæritur. ff. de iusti. & iure, hoc ipsum etiam determinat, quòd uterque erit rex per l. diui fratres. ff de iure patronatus, & in dicta authen. ex testamento colum. fina. uersi. decimumoctauum capitulum, dicens nō esse nouum, quòd duo dominētur, nam & duo leguntur simul imperium administrasse, ut notat. in capit. non autem, septima quæst. prima, facit etiam glo. in elem. Romani, in uerbo reges, de iureiurando, & probatur ex multis legibus Codicis, quæ conditæ leguntur à duobus Imperatoribus simul administrantibus, idem Bald. in l ex duobus in princip. ff. de uulgar. & pupil. & Bald. refert & sequitur Benedict. in d. capit. Raynutius, in dicto uerbo, in eodem testamento relinquens el primo numero 177. ubi etiam allegat Alexand & Fely eandem opinionem sequi, & latè eandem defendit Corset. tracta. de potesta. regia. quæstione 64. ubi post eosdem Bald. Alexand. & alios ait, q̄ si diceremus neutrum admitti, prout nonnulli uolebant, resultaret iniquitas, priuarentur eī uocati iure succedendi in regno, & tamen non posset rex priuare successuros in regnō, & successionem non uocato deferre, ut probauimus supra in primo præmisso ex Innocen. Abbate, & Corseto in locis ibi relatis, & ne longis allegationibus immoremur, sufficiet adducere Tiraquell. de iure primogenituræ quæst. 17. opinione quarta, ubi infinitis iuribus, & authoritatibus comprobat dicens, quòd hæc opinio, quòd uterque admittatur siue in dignitatibus regalibus, siue ī alijs rebus hæreditarijs sibi magis placet, & eam communem, benigniorem, iurique, ac rationi congruentiorem esse dicit.

Sed quia hæc opinio fortasse non placebit,
37 † eo quòd non utile sit habere duos reges, magis autem expediat reipublicæ per unum regi, quàm per plures simul, l. 2. §. nouissimè ff. de orig. iur. c. in apibus, septima quæst. prima, & dicebat Anchar. consilio 339. colum. prima, ꝙ considerationibus boni publici, & communis uisum est omnibus fore utilius, & sanctius regnum per successionem in plures non diuidi, sed ad pacem inducenda, nutriendam, & cōseruandam per unum Reipub. consuli per quē ipsa multitudo dirigatur, prout ipsa experientia quæ est rerum magistra docet, & multa ad hoc propositum adducit Tiraquel. de iure primogen. quæstione quarta, num. 21. & sequen. adducens ibi numero 23. illud Euāgelij Lucæ cap. 11. omne regnum in se diuisum desolabitur, & ob hoc dictum Euangelij non esse uerā opinionem Baldi supra relatam dicebat Ioan. Cirier dicto suo tracta. de primogenitura, lib. primo, quæstione septima ubi multa incōueniēntia, & mala inde nasci ostendit, ut per eum ad quod facit dictum Poetæ. Nō bene conueniunt nec in una sede morantur, Maiestas & amor, & alibi dicitur, omnisque potestas impatiens consortis erit, & maxime cum regnum Portugalliæ ab ipso initio quo constitutum legitur semper indiuiduum permansit, & unus tantum rexit populum. Neque etiam fortè è republica esse uidebitur unū esse regem, & alteri partem fructuum, & redditũm regni assignare, aut diuidi exercitiū administrationis, prout aliqui etiam uolebant in simili casu, & ita regnum recipere posse diuisionem, ut per

Curt.

Curt.de feud.parte quarta,quęstio. trigesima,
ubi late. Ideo melior, & magis iuri consona
38 uidebitur opinio quæ habet, † quòd in casu
isto locus sit gratificationi per electionem. in
arbitrioque regis esse,maximè accedente assen
su procerum gratificari ac statuere quis duorũ
in solio suo sessurus sit post eum, idque citra
iniuriam, & offensam alterius, & hæc opinio
probari potest iuribus, & authoritatibus tam
iuris diuini, quam humani, iure enim diuino
probatur,3.Regum capit.primo, nam ibi, ui-
uente adhuc Dauid Rege,& senescente. Ado-
nias filius eius maior eleuabatur dicẽs. ego re-
gnabo,fecitque sibi currus,& equites,& quin-
quaginta qui currerent ante eum,eo quòd sibi
deberetur succesſio regni, quia maior, & pul-
cher ualde, secundus post Absalon, & tamen
Dauid rex gratificari uoluit Salomoni eius fi-
lio minori.Ideo dixit Bersabeæ matri Salomo
nis. Viuit dominus, qui eruit animam meam
de omni angustia, quia Salomon filius tuus re
gnabit post me,& ipse sedebit super soliũ meũ
pro me,iussitque uocari ad se Sadoch Sacerdo
tem,& Nathan Prophetam quibus dixit. Tol-
lite uobiscum seruos domini uestri, & imponi
te Salomẽ filium meum super mulam meam,
& ducite eum in Gibon, & ungat eum ibi Sa-
doch sacerdos, & Nathan ppheta in Regem
Israel, & canetis buccina atque dicetis, uiuat
rex Salomon,& ascẽdetis post eum, & ueniet,
& sedebit super solium meum, & ipse regnabit
pro me,& nõ Adonias filius meus: qui iuerũt,
& fecerunt sicut eis præceperat rex, sumpsitq;
Sadoch. sacerdos cornu olei de tabernaculo,
& unxit Salomonem,& cecinerunt buccina,&
dixit oĩs populus, uiuat rex Salomon,& ascen
dit uniuersa multitudo post eum, & populus
canẽtium tibijs, & lętantium gaudio magno,
& insonuit terra clamore eorum. Ecce ergo
quod ex pręd ictis duobus filijs Dauid Rex uo
luit gratificari Salomoni licet minori nõ autẽ
Adoniæ licet maiori natu, qui tamen iure pri-
mogenituræ iam iure diuino institutæ succe-
dere debuisset,multo ergo magis locus esse po
terit gratificationi in casu nostro,ubi non cõ-
sideratur ius primogenituræ, seu maioris ęta-
tis,sed in pari iure & gradu constituuntur præ
tendentes succedere.

Nec obstat, si dicatur, illud quod fecit Da-
uid fuisse ex instinctu Spiritus Sancti, ut dice-
bat Geminia.in capit. grandi.colum.secunda,
uersiculo nec obstat quod Dauid in uita sua,
extra de suplen.negli.præla post glo. in capit.
Moyses,octaua quęstione prima,prout ita quo
que dicebat Ioan.Cirier dicto tracta. libro ter
tio,quæstione tertia.colum. fin. Quia respon-
detur,quòd electio quoque in casu nostro per
gratificationem alterutrius quẽ uisum fuerit
regi instinctu Spiritus sancti facta censebitur,
quandoquidem credendum est,quòd pientissi
mus,& religiosissimus rex antequã ad electio-
nem perueniat indictis prius supplicationibus
una cum proceribus suis conuersus ad Deum
patrem dicturus sit. Domine ostende nobis
quem elegeris, indica populo tuo quis in thro
no regni huius sessurus sit post me,ut regat po
pulum tuum in pace. Pater autem, & Domi-
nus noster, qui Apostolis suis indicauit qs ex
duobus quos statuerant, acciperet apostolatũ
in locum præuaricatoris,utique etiam indica-
bit Regi suo quem ex duobus eligere debeat,
& pculdubio dicetur electus ex instinctu Spi-
39 ritus Sancti, † quoniam omnis potestas, siue
per electionem, siue per succesſionem à Deo
est,& ipse est qui constituit reges, & principes
super vniuersam terram,& ut dicitur prouerb.
capitulo octauo,per me reges regnant &c Sed
ultra prædictum exemplum ac locum in diui-
nis literis addamus & alia. Facit ergo quo ha-
betur Genesis capitulo uigesimoseptimo, ubi
Isaac cum senuisset, & caligauissent oculi eius
duobus geminis filijs suis Iacob, & Esau con
tendentibus de benedictione paterna, patre
quidem diligẽte Esau,& ei benedictionem da-
re uolente,matre autem diligente Iacob,idem
pater benedictionem quæ competebat Esau
uti primogenito, dedit Iacob secundogenito,
& licet fuerit per supplãtationem,attamen di-
uino ita uolente iudicio effectum est, ut pater
nolens, pariter & nesciens alterum ex duobus
eligeret. & ei gratificatus fuerit,uidelicet secũ-
dogenito secundum uolũtatem matris magis
quàm primogenito dilecto. Legimus pariter
libro secundo paralip.cap. undecimu, in fine,
quòd Roboam Rex filius Salomonis Abiam
filium suum minorem præ cæteris filijs regem
uiuens facere cogitabat, ut dicit text & sic re-
gnauit Abia filius eius pro eo, ut habetur cap.
duodecimo. Iure autem humano multis iuri-
bus,& authoritatibus pbatur, hanc enim opi-
nionem, quòd locus sit gratificationi tenuit
idem Bald.in l.in quibus,numero secundo.C.
de secund.nup.ubi ait, quòd materia illius le-
gis facit ad quæstionẽ regnorum,pone inquit
40 † consuetudo dictat,& est ista consuetudo ap
probata iure diuino, quod filius primogeni-
tus succedat in regno, modo ex eodem utero
nati sunt duo, nescitur qs prior uel posterior,
quæritur quis istorum sit Rex, an diuident sor
te uel ambo erũt reges, ista lex inquit est arg.
quod genitor posſit eligere quis eorũ debeat
regere,& Bald. sequitur Alexan. ad Barto.in l.
Arethusa.ff.de stat.homi.Corset.de potesta.re
gia in secũda parte numero quinto, ubi etiam
adducit pro hac opinione Oldrad.dicto consi
lio 231.sequitur eandem Ripa in l.nemo põt,
nu.6.

numero sexto ff. de legat. primo, Ioan. Cirier
dicto tractatu de primogenitura libro primo,
quæstione sexta, columna penultima, uersiculo
quarta fuit opinio quod sit locus, & latè quæ-
stione decima, ubi ait, quòd inter alias leges,
quæ pro hac opinione allegari possunt sibi mul
tum placet text. in l. tertia. §. si cum omnes. ff.
ad Sylla. ubi habetur, quod si seruus habeat duos
dominos, & aliqui aggrediantur illos diuisim,
& in diuersis locis sic, quòd uni tantum auxi-
lio esse posit, potest seruus gratificari, cui uult
ex dominis, nec alter conqueri potest, & pro-
pterea quoad illum cui auxiliatus non est non
tenetur seruus Senatusconsul. Syllan. Sic ergo
in proposito inter duos pari gradu, & iure cō-
stitutos, & pariter habiles, & idoneos, inter
quos cessat ius primogenituræ, cum uni tan-
tum sit conferendum regnum, quia indiuiduū,
locus erit gratificationi, ut illi deferatur cui pla-
cuerit, & idem Cirier ibi eleganter respondet
ad oppositionem, quæ fieri posset, si diceretur,
sic alicui fauendum esse, quòd alteri non fiat
iniuria, seu iniustitia, & grauetur, cap. ex teno
re de foro compet. & non debet unius per alte-
rum deterior fieri conditio, ut est uulgaris re-
gula. Nam respondet ille doctor, quòd suaden
te publica utilitate etiam contra naturalē ęqui
tatē huiusmodi gratificatio est ualida, & ideo
dicit glos. notab in capit. ius naturale, prima di
stinctione, quòd pro bono pacis, uel publico
aliquando rigor introducitur in naturalē ęq-
tatem, & pro hoc adducit text. notab. & forsan
secundum eum de iure meliorem in l. prima.
ff. de incend. rui. naufrag. ubi Iurisconsultus
ait, quòd euidens, & sanctissima censetur seue-
ritas per quam utilitati publicæ consulitur, &
in fine quæstionis tādem concludit, quòd hęc
gratificatio uidetur esse legalis, & iuridica: in-
finita iura, authoritates, & exempla adduci pos
sent pro confirmatione huius opinionis, quæ
nō refero, quia uideri possunt cumulata apud
Tiraquel. de iure primoge. quæstione decima-
septima opinione secunda, ad quem me remit
to, nolo tamen præterire dictum Baldi in proœ-
mio decretalium in uerbo rex pacificus, nume
41 ro undecimo, ubi ait, † quòd Rex in uita sua
potest liberè statuere atque determinare quis
ex filijs post se regnaturus sit an primogeni-
tus an secundogenitus per nota. per Archid.
secunda quæstione septima, quod intelligerem
non existente consuetudine, uel statuto, quòd
filius primogenitus succedat, quia aliàs dictū
eius non esset omnino uerum, eo quia non po
test Rex priuare primogenitum iure primoge
nituræ, & dare secundogenito, ut per Tiraq. de
iure primogen. quæstione uigesimaprima, ubi
multos refert, & per Ioan. Cirier dicto tract.
libro tertio quæstione tertia, nisi ex causa, put
factum legimus in Henrico quarto Imperato-
re, qui filium suum iuniorem Henricum quin-
tum Aquisgrani coronari fecit in regem Ro-
manorū postposito Conrado filio suo primo-
genito, & id ex causa, ut recitant historici. cir-
cūscripta ergo primogenitura bene potest rex
libere statuere, quis ex filijs suis post se regna-
turus sit, nullo ętatis discrimine habito, prout
ita determinat Bal. in capitulo primo §. & quia
uidimus, columna penultima uersic. extra quæ
ro, de ijs qui feud. dar. poss. quem sequitur ibi
42 Laud. in fine. ait enim Bal. † quòd si actum sit
in concessione aliqua, quòd deficientibus ma-
sculis una fœmina succedat, & extent plures fę
minæ inter quas locus est primogenituræ, ut
supra probauimus, an inquit Bal. primogenita
succedet, & dicit quòd non sed hoc casu domi
nus gratificabitur, & relinquet etiam minori
si uult, & Bald. sequitur Iacob. à S. Georg. in
sua inuestitura in uerbo, fœminis, columna ter
tia, uersiculo sed iuxta prædicta dubitatur, &
Curt. de feud. in secunda parte quæstione deci-
maoctaua, idem etiam tenet Ioan. Cirier dict.
suo tracta. quæstione uigesima, dicens nomi-
natim, quòd ubi plures sunt filiæ inter quas nō
cadit ius primogenituræ, dominus poterit gra
tificari cui uoluerit. Sic ergo in casu nostro, cū
cesset primogenitura inter Philippum regem,
& Emanuelem Philibertum Ducem locus est
gratificationi, licet Philippus Rex maior ęta-
te sit Emanuele Duce, & existentibus ambo-
bus dignis, & sufficientibus, licet in altero ip-
sorum adesset aliqua qualitas ex qua dignior
iudicari debeat, attamen illud non tollit grati-
ficationem, ex traditis per Bartho. Veronen. in
tracta. de eligendo Imperatore circa fi. in cap.
incip. circa hanc quæstionem columna secun-
da, uersiculo quinto casu, ubi ait, quòd quan-
do electus Imperator est dignus, & sufficiens,
sed alij essent magis idonei, & sufficientes, ni-
hilominus tenet electio, & potuit per electo-
res gratificari, quia sufficit, quòd electus sit di
gnus, licet alij essent magis digni, & sufficien-
tes, & comprobat multis iuribus, ut per eum.
Et ex prædictis satis patet locum esse gratifica
tioni in casu isto, & regem in uita posse decla-
rare, & statuere quis ex ipsis duobus regnatu-
rus sit, & uni tantum relinquere regnum cui
uoluerit, & id maxime uerum est si fiat acce-
dente assensu procerum regni, qui rege defun-
cto, & non facta electione possent ipsi eligere,
& gratificari, cum regnū Portugallię nō subsit
imperatori, neque alteri superiori in tempora-
43 libus † quo casu prouincia ipsa quando reges
in totum defecerunt posset eligere regem, ut
determinat Bald. in l ex hoc iure, columna se-
cunda, uersiculo tertio quæritur an hodie pro-
uincia. ff. de iusti. & iur. ubi exemplificat de Hi-
spania,

ſpsnia, quæ non ſubeſt imperatori, propterea inquit ſi rex Caſtellę deficeret in totum, Regnicolæ poſſent ſibi eligere Regē, idem poſt eundem Bald. dicit Corſet. de poteſta. regia quæſtione ſecunda, & inter plures prętendentes, & uocatos ad ſucceſsionem poſſent etiam Regnicolæ gratificari, prout in quæſtione duorum proximiorum eiuſdem gradus uolentium ſuccedere in regno, ſi ignoratur quis eorũ ſit primogenitus, quòd populus tunc poſsit gratificari, determinat Petr. Iacob. in arbore ſucceſsionis regum Franciæ, prout refert Tiraq. de iure primoge. in nona opinione decimaſeptima, quæſtione, numero ſecundo, ubi & numero tertio, ait, quòd ubi gratificationi locus ſit, ſi ea res de qua agitur ſuperiorem recognoſcit ad ſuperiorem pertinet gratificatio, ſed ſi ſuperiorem non recognoſcit, ut regnum Franciæ, ad magnates, & populos pertinet gratificatio, Et in caſu noſtro in regno Portugalliæ tantò magis locum prædicta habere poſſunt, cùm in omnibus ferè regibus non tam ſeruatum fuit ius ſucceſsionis quam etiam electionis, ut ſup. oſtendimus, & in contingentia facti in cōcurſu duorum gratificationi locus fuit, uidelicet in Ioanne primo naturali cui contendenti de ſucceſsione regni cum Beatrice filia legitima, & naturali Ferdinandi regina Caſtellæ ſuffragio Luſitanorum fuit delata ſucceſsio per gratificationem regnicolarum, quibus ſatius, & melius uiſum eſt gratificari, & regni ſucceſsionem deferre Ioanni naturali, quia maſculus, & regium ſemē erat, magis quam Beatrici nepti, licet legitima, & naturalis eſſet, & fortaſſe maior nata Ioanne prędicto naturali, multo ergò magis in caſu noſtro poterit Rex adhuc uiuēs hoc facere, maxime cum conſilio, & aſſenſu procerum ſuorum, qui cum ſuperiorem non recognoſcat, ſitq́ue ultimus maſculorum de recta linea maſculina nemini dubiũ eſt quin de iure poſsit ſtatuere, & determinare ac diſponere quis ex duobus regnaturus ſit, & ſuccedere debeat in regno, & alterius ex duobus ius ſucceſſionis in ſpe tollere, maxime ex bono publico, quia ſcilicet Reipublicę non expediat regnum diuidi, aut duos regnare ad tradita per docto. communiter in l. Gallus in §. & quid ſi tãtum. ff. de lib. & poſth. Nam ex cauſa poſſet Rex etiã ius in re tollere iuxta Ange in l. item ſi uerberatum. § primo. ff. de rei uendic. & eſt tex. in l. Lucius. ff. de euictio. & tradunt omnes in d. §. &
44 quid ſi tantum. Hinc infertur, † quòd in caſu noſtro gratificatio, & electio non tantum de uoluntate, ſed de neceſsitate ſit, & ſic quòd rex debeat de neceſsitate gratificari, ut ita eleganter, & notabiliter tenet Aret. in l. ex duobus, columna tertia, in princip. ff. de uulgari, & pup. ubi concludit, gratificationem eſſe de neceſsitate, & reſpondet ad text. in l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos ff. de legat. ſecundo, qui uidetur uelle, quòd gratificatio non ſit de neceſsitate, ſed de uoluntate tantum, ut per eum, ad quem me remitto, & ibidem columna tertia, uerſic. & aduerte, dicit quòd ſi rex non recognoſceret ſuperiorem, tũc deberet gratificari, ſi eſſent illi, uel ille ad quem, uel quos pertineret electio regis noui, & eſt inquit talis gratificatio de neceſsitate, & debet fieri uni ex illis duobus contendentibus, allegat nota. per Bartol. in l primá. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & eſt & ſe remittit ad tradita per eum in l. ſi mihi, & Titio. ff. de uerborum obligat. & Aret. refert ac eius uerba recitat Ioan. Cirier d. tract. de primogen. quæſtione ſexta, columna fina. uerſiculo ſi autem non poſsit apparere, & faciunt ad hæc tradita per eundem Cirier quæſtione uigeſimaſecunda, libro primo, columna ſecunda, ubi ait, non eſſe in dubium reuocandum, an potuerit rex Franciæ facere legem Salicam in præiudicium filiorum & ex conſequēti in præiudicium eorum, qui cum filiabus matrimonium contrahunt, quia hoc nullam dubietatem continet, cúm certum ſit Regē Franciæ plenariam habere iuriſdictionem in regno, nec aliquem in temporalibus recognoſcere, ſimiliter ergo in caſu noſtro poterit Rex Portugalliæ, maxime ex cauſa gratificando uni, tollere ſeu lędere ius alterius, quod habet in ſucceſsione regni.

Concluditur ergo ex ſupradictis Regem Sereniſsimum poſſe, & de neceſsitate cum conſenſu procerum regni debere eligere, & gratificari cui uoluerit ex duobus, & declarare ac ſtatuere quis ipſorum in ſolio ſeſſurus ſit poſt eum, & ita litem hanc maximam, & quæſtionem dirimere ſecundum omne ius diuinum, & humanum pro pace, & tranquillitate regni ſui. Licet antè cum prudētiſsimo Rege eiusq́; proceribus uiris oculatiſsimis res agatur, hoc unum tamen nouiſsimo loco commemorandum putaui, proſpiciendum ſummopere eſſe, & præcauendum, prout & maiores Luſitani in ſimili contingentia facti maxime proſpexerũt ne per electionem faciendam de ſucceſſuro in regno contingat unio Portugalliæ ad alia regna, & dominia, eoq́ue modo florentiſsimi illius regni Portugalliæ ac glorioſsimorum Regum, & familiæ nomen toto terrarum orbe celeberrimum ſupprimatur, pereat, ac conticeſcat, quod de multis Hiſpaniæ regnis ac regibus contigiſſe cernimus; præcipue uero de regno Galliciæ, quod non diu proprium, & diſtinctum manſit regnum, ſed amiſſo legitimo hęrede unitum fuit ſeu incorporatum Tarraconenſi, ut ſcribentes referunt, cęteraque regna Hiſpaniæ noſtro tempore in unum regnum,

gnum, & dominium cōtracta cernimus adeo ut regni nomen penè retineant, præter hanc unam Portugalliam florentißimā, quæ adhuc
45 proprium habet Regem,† & quam proprium habere totius reipub. Christianæ maxime interest, quandoquidem sicut Deus constituit reges Israel in terra promisionis, ut Filistheum Iabusęum, Etheum Ferezeum, & cæteros idolatras Reges, & populos Deum uerum non colentes expellerent, ibique nomen summi, & ueri Dei prædicaretur, & celebraretur. Sic statuit Deus in prouincia hac Lusitaniæ præcipuos reges, qui infideles Mauros Christiani nominis hostes à terra illa eijcerent, & fugarent, prout per omnes antecessores reges gloriosissimos factum fuisse cernimus, maxime primum illum fortissimum Regem Alphonsum Henriquez, qui ut supra diximus unico prælio quinque reges Mauros infideles potenti manu deuicit aliorumque successorum uirtute, & opera effectum est, ut etiam ad indos penetrantes in augmentum Catholicæ fidei, & orbis Christiani innumeras regiones, & prouincias sibi subiecerint, per eosque domini nostri Iesu Christi nomen sanctum, & sanctæ eius doctrinæ fonns, in fines orbis terræ exiuerit, & prædicetur. Quare electio sit eiuscemodi per quam regni, & Regnum genus reuiuiscat, maneat, & in ęternum duret, & electus sit proprius Rex, qui exemplo antecessorum cum suis proceribus, & uniuersis populis personaliter adsit eumque quotidiæ Lusitani omnes uideant, conspiciant, uenerentur, sequanturque tanquam ducem, & pastorem ad laudem, & gloriam, fideique incrementum omnipotentis Dei, & domini nostri Iesu Christi, qui benedictus sit in sęcula sęculorum.

Ita iuris esse respondeo, & censeo sub censura. Ego Antonius Bagnasacus Andurnentis Aduocatus generalis fisci Ducalis.

ALEXANDRI RAUDENSIS.

EX DOMINIS BURGHETI IURISCONSUL.

DE COLLEGIO IURISPERITORUM Mediolan. Comitum & Equitum.

RESPONSUM.

DE LEGITIMA SUCCESSIONE in Portugalliæ Regnum.

Res breuiter sic se habet.



UM Gothi ex grata Honorij Imperatoris concessione Hispaniam uiriliter aggressi fuissent & Vandalos Suenosq;, qui eā tunc temporis tyrannicè, & contra uoluntatem Imperatoris occupatam tenebant, forti animo eos debellando expulissent, sicque bello iusto Hispaniā acquisiuissent, & anno 413. à Christi natiuitate Regem eorum primum Halaricum elegissent, ac in ea possessione (ad omnis Hispaniæ gubernacula sedente successiuis temporibus uno tantùm Rege) per complura perseuerassent lustra, atque postea à Mauris Rodericus Gothus 34. rex expulsus fuisset, Hispaniaque tunc diuidi cępta esset, ac contra Mauros tandem anno 718. insurrexisset Pelagius, isq, rex à Gothis creatus fuisset.

Euenit ut post annum 1064. Alōsus VI. unus ijs, qui post complures alios Regi Pelagio successerunt in Hispan. regno, ad se euocauerit Henricum Com. Lotoringiæ, ut sibi in bello aduersus Mauros inseruiret, cui tandem dedit in uxorem pro eius benemeritis filiam suam naturalem Tyresiam: eique pro dote assignauit illam Hispaniæ partem, quæ Lusitania (uulgo Portugal) nuncupatur, adiecto tamen onere certi tributi, & homagij. Titulum Comitis Portug. habuit Henricus, qui paulatim se exemit à prædicto tributi, & homagij onere.

Hæc diuisio contigit ante annum 1107. à partu Virginis. Henrico in Portug. Comitatu successerunt Alonsus I. (qui sibi assumpsit titulum Ducis postea uerò à Pontifice Eugenio III. titulum Regis impetrauit) Sanchius I. Alonsus II. (in cuius locum tanquam inhabilis Alonsus secundogenitus ad regni gubernacula sedit ex decretali Innocentij IIII. Baronibus ac Comitibus regni Portugalliæ intimata, ut patet c. grādi. de supp. neg. pręl. lib. 6.) Alonsus III. Diouisius, Alonsus IIII. Petrus Fernandez, Ferdinandus (de quo loquitur Bald. consi. 271. lib. 1.) Hic ultimus anno 1383. sine sobole masculina è uita decessit, relicta superstite Beatrice uxore Ioannis I. Regis Castillæ. Erat

quoque in humanis Ioannes illegitimus, qui uel erat frater ipſius ultimi regis, ut inquit Bald. ibidem, uel erat filius eiuſdem ultimi regis, ut putat Vuolf. ubi infra, uel erat filius prædicti regis Petri, ſecundum Coſtam in tracta. de hoc regno pag. 142. & Illeſc. ubi infra.

Ortum fuit ardens bellum inter hos duos Ioannes. Ille enim Caſtellæ rex, ex perſona uxoris poſſeſſionem regni Portugalliæ adeptus eſt, Iſte uerò illegitimus electus fuit rex à Portugalenſibus, & in Algibarrotiæ campis uictoriam reportauit contra illum regem Caſtellæ. Huic Ioanni I. ſucceſſit anno 1433. in regno Duartes. Alõſus v. anno 1438. Ioannes II. anno 1481.

Hic cum deceſſiſſet ſine prole, regni ſucceſſio deuoluta fuit anno 1495. ad Emanuelem Duartis nepotem ex eius filio Hernando. Ex quo rege Emanuele plures procreati fuerunt deſcendentes nominati in genealogia inferius poſita, inter quos poteſt moueri controuerſia.

Rex iſte Emanuel defuncta prima uxore Iſabella Regis Catholici filia, duxit ſecundam uxorem Mariam materterã Caroli v. eiuſdem regis catholici filiam ex qua ſuos omnes ſuſcepit filios, & filias.

Poſtea uerò cùm ad tertia deueniſſet uota, cum Eleonora eiuſdem Caroli v. ſorore, diem functus eſt anno 1521. Eius hæres fuit Ioannes III. qui in uxorem duxit Catherinam eiuſdem Caroli v. ſororem. Ex quibus iugalibus prodijt in lucem Ioannes IIII. qui habuit in uxorem ſororem Regis Philippi II. Iſque Ioannes prædeceſſit ante patrem regem, relicto Sebaſtiano infante, qui auo ſucceſſit in regno, & anno ſuperiori in acie pro Republica cecidit chriſtiana, ita ut in perpetuũ per gloriam uiuere intelligatur, & cæleſte regnum meruiſſe cenſeatur.

Rurſus ſciendũ eſt, Regis noſtri Philippi aſcendentem per aliam lineam fœmininam fuiſſe dictum Alonſum vi. ſocerum patris primi regis Portug. Etenim ex Henrique IIII. uno ex eiuſd. Alonſi vi. deſcendentib. procreata fuit Iſabella regina Caſtellæ, & Legionis, quæ nupſit Hernando v. regi Aragoniæ, ex his procreata fuit Ioanna uxor Philippi I. ex quib. orti ſunt idem Carolus v. genitor regis noſtri, necnon Eleonora, & Catherina uxores regum Portugalliæ, ut mox retuli.

Hæc ita eſſe enunciat Gonzales Illeſcas (nonnulla quoque referens matrimonia inter perſonas harum regalium familiarum contracta) hiſtor. Pontific. lib. 4 cap. fin. lib. 5. cap. fin. lib. 6. cap. 19. 20. 23. nam hiſtorijs approbatis ſtandum, ut eſt notorium, quod eo magis dicendum de prædicta hiſtoria, cum ter fuerit iuſſu regio correcta, qua de re ſcribunt etiam Vuolfaugus Lazius de migrationibus gentium lib. 3. rubr. reges Portugalliæ. Emanuel Coſta in funebri oratione habita exequijs dicti Regis Portugalliæ, Ioannis III. Sebaſtian. Munſter. in Coſmographia uniuerſali li. 2. pag. 78. rub. del regno della Luſitania.

Reliquum eſt nunc antequàm deueniam ad diſcuſſionẽ, ut duas præmittam genealogias, ex quibus ſimul cum dicta narratione iunctis, euidenter poterit intelligi quam nam coniunctionem ſanguinis Rex noſter habeat cum Rege Portug.

TYPVS

TYPVS PORTVGAL.

Alonsus vj. Gothus Castellæ, & Legionis Rex.
ex eo
Theresia illegitima, uxor Henrici com. Lotoringię & Portug.
ex his
Alonsus j. Rex Portug.
ex eo
Sanchius
ex eo
Plures ordine successiuo, & tandem
Portugallię Rex xiiij.
Emanuel maritus Mariæ matertere Caroli v. mox & Eleonoræ sororis eiusdem Caroli v.
ex his

- Ioannes maritus Catherinæ sororis Caroli v.
  ex eis
  - Ioan defunctus ante pr̃e, marit⁹ sororis Regis Philippi.
    ex eis
    Sebastianus,
    q in acie cõtra Mauros p Rep. cecidit chr̃iana.
- Maria regis Phil. uxor mortua.
  ex eis
  Carolus
  obijt
  sine filijs.
- Elisabeth uxor Caroli v.
  ex eis
  Philippus
  rex nr̃.
- Beatrix uxor Ducis Sabaudiæ.
  ex eis
  Emanuel
  dux
  Sabaudiæ.
- Antonius
  naturalis
  viuus.
- Henricus
  Cardinal.
  rex
  nouus.
- Odoardus
  ex eo
  - Odoardus
    sine filijs
    defunctus.
  - Maria
    Principis Parmæ & Placẽ.
    uxor defuncta.
    ex ea
    - Margarita
      viuit.
    - Raynutius
      viuit.
    - Odoardus
      viuit.
  - Catherina
    uxor Ducis
    Bragantiæ
    viuit.

TYPVS CASTEL.

Ex dicto

Alonso vj.Gotho,ut supra
Euraca legitimè nata, uxor Raimondi Tolosę.
ex eis
Alonsus vij.dictus Imperator Hispaniæ.
ex eo
Sanchius iij.Hernandus ij.
ex eo ex eo
Alonsus viij.Alonsus ix.maritus Berenguelæ.
ex eo
Henriques j.Berenguela regina.
ex ea
Hernandus iij.
ex eo
Alonsus x.
ex eo
Sanchius iiij.
ex eo
Hernandus iiij.
ex eo
Alonsus xj.
ex eo
Petrus. Henriques ij.bastardus.
ex eo
Ioannes j.
ex eo
Henriques iij.
ex eo
Ioannes ij.
ex eo
Henriques iiij. Isabella cuius maritus fuit Hernandus v.regis Aragoniæ.
ex his
Maria uxor Emanuelis Portugalliæ regis. Ioanna uxor Philippi.
ex his
Carolus V.& alij.
ex eo
Philippus ij.
Rex noster.

SVMMARIVM.

Prouer-

CONSILIVM CXLI.

EX propoſita facti ſpecie , quò ad
Card.Henricum ſuperſtitem, res
in controuerſiam minimè eſt adducenda. Ambiguum enim haberi non poteſt, quin ad eum huius pertineat Regni ſucceſſio. Nam deficientibus deſcendentibus admittitur is , qui eſt de regio ſanguine etiam ſi in milleſimo eſſet gradu : quia regula
1 quam aduerſus Decium † conſilio 321.in ea. cauſa firmat Curt.Iunio. conſilio 338.numero primo, libro tertio, in materia ſucceſsionis inteſtati,infinitatem non eſſe reprobatam,nul
2 lo caſu reperitur limitata † in ſucceſsione re-
* gnorum, ſecundum communem opinionem,* Bald,cap.primo,nu.6.uerſi. & idem de regno, quem ibidem ſequitur Aluarot. §. 1. ſub nu.2. de feud.March Dec.l.ſi nu.9 C. und.leg.cōſil. 85.ſub numero 3. Cepol. & Durant. ille caut. 95.iſte de art.teſtan tit.8.caut.2.nume.2.Iacobin.de feud.uerbo , Dux.q. incipiente, quid ſi rex.Caſſan.ſuper conſuet.colum.442. nu.36. Ioan.Cirier de primog.lib.1.q. 80.nume.3.& libr.3.q.2.nume.5. Corſet.de poteſtate reg.q. 103.Dec.conſilio 85.num.3.& in terminis regnorum Hiſpan. not. Iacob. Simanca Epiſcopus de primog.Hiſpan.lib.j.cap.10. & Roder. Suar.l.quoniam.fol.380 nu.19.C.de inoff.teſta.Anto.Gomez l.40 Tauri.ſub nu.5.Gulıel. à mōte ferrat.de ſucceſſ.reg.nu 39. Lopez.l.2. tit 15.par.2. uerbo, el mas propinco pariente.
3 Vnde cùm hoc regnum † ſit hæreditarium c. grandi,ubi glo.uerbo,iure regni.& Monacus, Probus , ac Francus in princ. de ſuppl.neglig. prælat.lib.6.Bald.conſi.271. caſus in princip. lib.j.quem ſequitur Purpur. conſil.18. nu.67. in fi.lib.1.& Eman.Coſta Portugallen. de ſucceſſ.reg.Portug.pag.171.conſequens neceſſarium eſt ,admitti debuiſſe Cardinalem.

Difficultas eſt præſuppoſita eius monte. Nam dicendum uidebatur , Regem noſtrum naufragium eſſe facturum ob uim uentorum ad fauorem Antonij illegitimi afflantium, arguendo à ſufficienti partium enumeratione l. patre furioſo, ubi Barto. Angel. & alij, de his qui ſunt ſui , uel alien. inr. Euer. loco 96. Aut enim ad regni quoque ſucceſsionem eſt pleniſſimè legitimatus, & tunc iure agnationis com
4 petit ei ius ſuccedendi† in hæreditario hoc regno §.adoptionis.uerſic. quapropter his à nobis.authen quib.mod.nat.effic.ſui.Abb.conſil. 86.libro primo, latè Iaſ. l.ſi is qui pro emptore.numero 241. de uſucap. Io. Roias in epit. ſucceſſ cap 23.nu 49.& in ſpecie de regno ſcribit idem Ioan.Roias eo capit. 23.numero 86. per glo.cap.naturales.ſi de feu.fuerit controu. etiam ſi non ſimpliciter naturalis, ſed ſpurius
5 eſſet † legitimatus,Clar § feudum.q 82. uerſi. & hæc quidem concluſio. Soc.Iun.latè conſi. 93.nume.51.53.libro 3. & in caſu Cataloniæ not.Bal.conſi.207.ſub nu.6.uerſi.niſi ſit legitimatus libro 2.accedunt not.per Pancirol.cō
6 ſilio 169.nu.8.& ex uxoratis † natus, Lauren. de Pinu Bononien.conſi.53. tantum enim poteſt operari legitimatio , ut habiliter ēt ad pri
7 mogenituram, † ut in eodem caſu reſponderunt excellētiſs. D.Cephu. præceptor meus,& eminentiſs. Decian.ille conſi.440.nu.60.li.3. iſte conſi.j.nu.153.lib.3.atque ad fideicōmiſſum uocans natos de legitimo matrimonio, & excludens legitimatos ac quomodocunque tranſlato in iura legitimorum, ut ſingulariter ſcribit idem de Pinu eo.conſilio 53. ſub num. 30. Quæ quidem opinio ſumma uidetur niti

ratione, quam aperit ipsa suprema legitimādi potestas, cuius beneficio reducuntur hominea ad primæuum illum naturæ statum, in quo de fectus illegitimationis non agnoscebatur, ut colligitur ex tit. quib mod. natur effic. legit & d.tit. quib. mod nat. eff. sui. Aut Antonius caret legitimatione et & tunc, aut à Card. rege institueretur hæres, prout posse uidetur institui li
8 cet esset spurius, cùm quilibet illegitimus † extraneo succedere possit, glo. communis §. fin. uerbo, participium, auth quib. mod. nat. effic. sui. Castr. l. si is qui. numero quinto, uersicu. & ideo. ubi Alex. nume. octauo, de unlg Rolan. consilio 87. libro tertio, & tunc uidetur dicendum, seruandam fore Cardin uoluntatem Nā & rex Aragoniæ Martinus sine prole masculina decedens, cum testamento cauisset suo, ut Heroes regni se unirent, regnumq; uni ex eius coniunctis, qui eis dignior uideretur, darent
9 (qua in causa respondit † Aneh. consilio 339.) facta fuit plurium attinentiū nominatio, causaque cōpromissa nouem uiris religiosis, maximæ scientiæ, & timoratæ conscientiæ, quī quicquid scripsisset Anch. pro Iolante nepte regis testatoris ex rege Ioāne eius fratre primogenito, suam protulerunt sententiam pro Hernando IIII. illius nominis, Castellæ rege, de quo infra numero 38. 51. duabus moti rationibus, tum quia erat testatoris nepos ex Eleonora eius sorore, tum quia reputatus fuit dignior, & sic talis, qualis fuit à testatore requisitus Illam partes approbarunt sententiā, atq; Pontif. Benedictus XIII. Aragonensis, cui pendente lite obediebant Aragonenses, illius electi regis incoronationi præstitit fauorem, ut not. Illesc. libro sexto histor. Pontif. capitu. 19. rub. Reges de Aragon. uerbo, Don Ernādo. aliq d de hac re not. Vuolfan. de gent. migrat. libro 10. numero 29. rubr. Reges Aragoniæ. Confirmari uidetur hoc exemplum in propo
10 sito. etenim sicut Aragoniæ regnum † est hæreditarium, cap. abbate. §. pro parte autem altera. ibi, Ab alijs bonis hæreditarijs separata. de sent. & reb. ind libro sexto. Oldra. consilio 94. de quo per Alber. l. donationes. C. de don. inter uir. & uxor. & libro primo stat. quæst. 143. & in §. discipuli. nume. 18. in procem. ff. ubi ait secundum Oldr. responsum fuisse iudicatum à Rota Romana. Aneh. d. consi 339. Modern. super consuet. Paris § 8 glo. 3 nume. 9. uersi. si autem. Capic. decis. 121. nume. 12. 13. Lofred. consi. 1. nu. 167. Sic quoque est hæreditarium Portug. regnum ut supra nu. 3. Quinimo com-
* munis * est regula, regna omnia iure † deferri
11 hæreditario c. licet, ubi Aneb. latè nu. 16. 17. Annan. sub num. 17. uersi. quærit dominus. de uoto. Capic. d. decis. 121. col. 2. Boer. ī additio. ad tract. Io. Monta, de parlam. parte incipiēte,

Adde quod nu. 23. Cirier de primog q. 4. lib. 3. nume. 7. not. Ias. in l. 1. sub nu. 14. de cōstit. prin. Tiraq de iure primog q. 35. nu. 3. Solon de pacc. in procem. ll. Tauri sub nu. 101. uersi. maximum est discrimen Iacob Siman de primog. Hispan. cap. 10. Anton. Gomez l 40. Tauri nu. 4. Alph. Aluar. in thesau. christianæ relig. cap. 54. sub num. 28. Costa de hoc regno pag. 150. uersi. quippè, & præsupponit Illesc. ubi supra, dum semper utitur uerbis denotantib. regna Hispan. deferri tanquā hæreditaria. Quare perspicuum esse uidetur, posse Cardinalem Regem instituere Antonium illegitimum, ꝑut etiam si haberet filios, uidetur posse in uiiā
12 sua statuere, † quis ex eis futurus sit rex, Bald. procem. decret numero 11. uersi. rex potest. Tirs q. de primog. quæst. 17. opin. 10. facit quod not. Cirier de primog. libro 3. q. 7. Nec uerò ignotum est, complures alios reges, & principes antiquis quoque temporibus de regnis, ꝑ multas ultimas uoluntates, uel inter uiuos inftè disposuisse. Quod enim attinet ad Reges Hispan. ut aliorum exempla interim præter-
13 mittam, id fecerunt Alonsus, & Ramirus, † qui post Pelagium regnarunt, præter eos de quib. per Anch d. consilio 339. quem sequitur Purpur. consilio 326. ante numerū sextū, libr. 1. ut not. Illesc. histor. Pontific. lib. 4. cap. si. uerbo, Don Alonso, Don Ramiro, & quidem ualidè, quia seruanda esse regū testamenta tradit Bal. d. procem. nu. 15. per d. c. licèt, de uoto. Nec sine ratione, nam si priuatis libera testandi facultas concessa est l. j. C. de sacros. eccles. magis uidetur permissa regib. & magnis principibus, pro quorum iudicio longè maior est præsumptio quod legitimum sit, quàm pro priuatorū elogio. Eo magis, cum & leges ipsas humanas Deus ac mundus communi hominum consensu ipsis principibus subiecerit, capit. 1. 23. q. 7. Bald. l. secunda, sub nu. 40. C. de seruit. & aqua. & alibi, Cagn. de principe numero 140. Doc. cap. 1. de constit. in l. 1. eod. tit. sic ergo à principum testamentis non uidetur esse discedendum, prout nec ab eorum conuentionibus
14 † trāsactionibus, taxationibus possunt sui suc
* cessores recedere secundum communem * d. c. Abbate. § sed ad hæc. de re iud. libro sexto, Zabarel. consilio. 147. Curt. Iunio. consilio 286. lib. 3 Purp. consi. 433. 458. 473. Aut Cardin. rex ab intestato decedet, & tunc pro Antonio illegitimo deferuire uidetur electio Ioānis I. tali casu facta à Portugalens. ad exclusionem regis Castellæ, non obstante quòd ille Ioānes esset naturalis, ut dictum fuit in propositione casua, quales etiam fuerunt Mauregatus VI. rex Castellæ, qui post Pelagium obtinuit regnum, etsi adessent agnati transuersales, ut refert Illesc. d. li. 4. c. si. & Enriques II. filius regis

Aloufi XI. pariter rex Castellæ, & rex Leonis
Alonsus V. ut not. Illesc. d. libro quinto, in fiu.
& alij plures ut per Cardiu. Paleot. de Noth.
cap. 66. Io. à Roias in epito. successſ. capit. 20.
nu. 117. Tiraq. de nobilit. cap. 15. sub num. 31.
Cum enim in dubio meliora censeatur fouere
15 iura pars, quæ solet pugnam† uincere, Tiraq.
de primog. q. 40. nu. 8. q. 10. Iaſ. l. maximum ui
tium. sub nu. 4. uersic iudicio Dei ꝓcessisse. C.
de lib. præt. Alciat. parerg. lib. 8. cap. 15. & fa
cit quod not. Tiraq. cod. tract. q 17. opinio. 1.
sub nu. 11. (ultra illud, per me reges † regnãt,
prouerb. c. 8. Micha. de regim. mund. q. 2. prin.
nu. 13. Soc. consi. 12. nu. 2. lib. j. Bal. de pace cõ
stan. §. hoc quod col. 3. uersi. & à Deo. Oldrad.
consi. 69. Alphon. Aluarez in thesan. Christia-
næ relig. cap. 53. nu. 3. 6.) videtur concluden.
tius stare ad fauorem Antonij illegitimi: atten-
to ꝗ tot alij naturales regna possederunt. Con
firmatur, quia regnum Portug. sumpsit origi-
nem in Tyresia illegitima. igitur eiusd. qualita
tis illegitimæ, persona descendens uidetur esse
17 capax huius regni: quia inspicitur initium † &
origo cuiusque entis tanquam radix futuri c.
1. § ex eadem. de leg. Corrad. l. j. C. de impon. lu
crat. descript. libro 10. l. qui id quod uersiculo
causam euim, & originem. de don. Crau. pro
genero numero 33. Mant. consi. 22. nu. 76. Ac
cedit in argumentum id, quod de feudo in fę-
18 mina † iucepto no. Anch. d. consilio 339. quē
* communiter * sequuntur Doct. ut per Tiraq.
de primog. quæst. 10. numero 27. & contra Pa
ris. consi. 72. lib 4. in ea. causa Aragonen Bero,
consil. 120. libro 2. Clar. § feudum. quæst. 73.
uersi. præterea. cum alijs per Ludou. Molin ad
ductis de primog. lib. 3. cap. 5. nu. 73. Tiraq. de
ll. conub. quinta part. primæ glo. numero 26.
Rolan. consi. 76. col. fi. libro 3. & D. Menoch.
19 respondens pro fratre Ducis Mantuæ † super
prætẽtione Ducatus Montiferrati consi. 163.
20 nu. 16. libro 2. & contra Socinum † Iun. con-
sil. 65. nu. 1. 23. consi. 67. sub nu. 27. consil. 68.
nu. 22. lib. 1. consi. 35. sub nu. 17. lib. 4. Portiũ
consi. j. & 2. in eo. Lantgrauiorum Principum
Germaniæ causa, respondetur inter consilia
Cãtiunculæ Iason consi. 6. sub nu. 16. & Florẽ
tius consi. 9. nume. 6. & sub nu. 46. & Nicolaus
cons. 23. nu. 65. Et propterea & si naturalis nõ
succedat in emphyteusim ecclesiæ tamen si ab
21 initio sit concessa † naturali tantum, eius na-
turalis filius erit emphyteuta, secundum Bal.
c. quæ in ecclesiarum col fin uersi. nunc reuer-
tor. de constit. quem sequitur Dec. l. generali-
ter. nume. 18. C. de instit. & substit. & consilio
365. col. 4. in prin. prout & filius naturalis ex-
22 cludit substitutum, si testator sit † naturalis,
Dec. c. in præsentia sub nu. 43. uersi. ultimo, de
prob. quemadmodum etiam si testator legiti-
matos instituit hæredes, & uoluit bona conser
uari in eorum linea, censetur intellexisse de le-
gitimatis, Dec. d. consilio 365. colum. 4. Me-
noch d. consilio 163. sub numero 16. Et ex his
uidebatur responden. ad fauorem Antonij ille
gitimi, & ideo ipsum fore continuandum in
possessione, prout in simili loquentes de Ale-
23 xandro legitimato † filio Cardin. Corrigien-
sis responderunt Menoch. & Bursat. ille consi.
180. lib. 2. iste consilio 129. lib. 2. qua in causa
quandoque aduocationis partes interposui.

Secũdò principaliter cohors rationum Re-
gis nostri uidetur coerceri à turma iurium Ca
therinæ, tanquàm repręsentantis sexum patris
Bald. l. 2. sub numero 5. C. de in ius uoc. Curt.
Sen. consi 63. antiquissisima. col. 13. uersic. 6.
respondemus. Solon de pace d proęm. ll. Tau-
ri. ante nu 121. Tiraq. de primog. q. 14. num. 4.
& q. 40 nume. 3. cum alijs relatis apud Io. Bo-
logn. consi. 8. sub num. 2. consi. 9. sub nu. 6. ubi
ait, ita fuisse iudicatum. Gramm. decis. 1. sub
nu. 28. & ideo cum masculi præferantur fœmĩ
nis (ut infra dicetur nu. 77.) in successione re-
gni Catherina, babẽs fictè sexum masculineũ,
24 fingitur † proximior rege nostro, sororis no-
ui regis Portug. filio, Aret. l. uentre. ante nu. 9.
uersicu. sed hoc dictum non placet. de acq. hæ-
red. Soc. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 9. uersi. se
cũda conclusio sit. de liber. & posth. latè Ruyn.
consilio 115. sub numero 18. lib. 3. consil. 20.
sub numero 11. libro 1. consilio 117. nume. 8.
consi. 151. nu. 15. consi. 154. sub nu. 3. lib. 2. fa
cit Tiraq. de primog q. 40. nu. 51. quare uide-
tur uocata Catherina ad hoc regnũ, quia pro
ximior ab intestato admittitur. §. si plures. in-
stitu. de legit. agnat. successſ. l. 1. §. proximus,
unde cogn. l. 3. C. de legit. hæred. cum alijs, ut
per Ioan. Bologn. d. consi. 9. numero 20. Dec.
consi. 334. colum. 2. Eo magis, quia Catherina
est de familia coronæ Regię Portugalens. ergo
25 &c l. uoluntas. † C. de fideic.

Tertiò principaliter ab alia parte, arcem ra-
tionum Regis nostri vř Rayn. duplici inuade-
re ictu, repręsentationis. s. & transmisionis.
Repręsentationi. n. minimè videtur obstare, ꝗ
intermedia sit Maria, quia eius inhabilitatio
26 † non uidetur nocere nepoti masculo ex ea,
Bal. d. l. 2. sub nu. 5. C. de in ius uoc. plenè Pinel.
Portug. l. 3. nu. 20. 21. C. de bon. matern. Alua
rus Vesas. Portugal. de iur. emph q. 41. num. 5.
prout in simili illegitimitatem filij in fideicõ-
misso, ad quod inuitantur legitimè nati, non
27 nocere nepoti † legitimè nato, respondit Pan-
cirol. d. consilio 169. numero 13. 17. 18. 19. Cõ
firmari uidetur ex eo, quod resoluit Costa de
reg. Portug. pag. 145. ubi inquit, quòd aut fę-
mina est penitus incapax, & tunc nepos ex ea
intelligitur exclusus ab eo gradu & iure, à quo

fęmiua

28 fœmina excluderetur: & ita intelligit † Baldũ
in l.j.de senat.& legem portug.lib.2. tit. 17.§.
11.aut uerò non est penitus incapax, quàmuis
eidem masculus præferatur, & tunc ipsa non
dicitur medium inhabile, ideo masculus ex ea
admittitur: Transmißio autem probatur, quia
29 cum non poßit rex † à regno priuare, nedum
filios, sed neque fratres, nec alios consangui-
neos ex stirpe paterna descendentes, sola sua
* uoluntate secundum communem * opinio. ut
not. Innoc. Zen. Ioan. Andr. col. 2. Anchar. nu.
2. & ad eum apostil. Imol. Gemin. col. 2. uersi.
quæro. Franc. in 2. uotab. latè Corset. d.c. gran
di. de suppl. neglig. prælat libro 6. Soci. consi.
251. col. 13. lib. 2. Tiraq. de primoge. q. 21. sub
nu. 31. Iacobin. l cum antiquioribus num. 20.
C. de iure delib. Abb. c. intellecto. num. 5. de iu
reiur. Bal. in margarita. uerbo, Rex. uers. reges
non possunt. cum alijs, ut per Corset. de pote-
state reg. q 8. Socin. consi. 226. sub nu. 7. lib. 2.
prout etiam in maioricatu non posse per con-
trariam alicuius dispositionem primogenito
præiudicari, per cap. 1. de success. feud. & c. li-
cet. de uoto. responderunt Soci. & Rol. in cau
sa Hispan. ille consi. 37. sub num. 6. uers. tertia
ratio. lib. 3. iste consi. 59. nu. 70. lib. 3. (nisi ac-
30 cedat consensus † uocatorum, ut not. Bal. cõ-
* muniter * approbatus, ponẽs casum in regno
Aragoniæ c. 1. §. item sacramenta. nume. 17. de
pac. iuram. firm. Suarez l. quoniam. pag. 317.
sub nu. 5. pag. 367. sub nu. 5. C. de inoffic. te-
stamen. Ias. anth. sacramenta puberum, nu. 69.
C. si aduers. nend. Micha. del moliu. in repert.
regni Aragoniæ. uerbo, regnum. nume. 29. &
uerbo, rex. sub nu. 105. facit Pinus consi. 81.)
inferri uidetur Odoardum ius, quod sibi si ui
ueret, in hoc regno competeret, ad descenden
tes transmisisse suos (loquor præsupposito q
31 sint eius hæredes, † iuxta not. per Ruyn. cõs.
22. nume. 16. libro 3. & perillustrem ac gra-
nißimum I. C. præceptorem meum D. Tor-
niel. l. hæredes mei §. cum ita. sub nu. 62. Zách.
4. part. num. 108. ad Trebell.) ita post Ioan. de
32 Lauduno in c. causa, arguebat † Oldrà. consi.
224 sub nu 27. uers. hoc autem ius primoge-
nituræ. sub nu. 37 uers. sic in proposito. Prob.
ad Monac. d.c. grandi. nu. 5. & Io. And. ad Spe
cul. rub. de feud. col. 5. uers. uerum est enim, q
non transmittitur. Tiraq. de primogen. q. 40.
nu. 69. 70. non obstante, quòd non sint eiusd.
33 † qualitatis, Deci. consi. 433. sub num. 5. uers.
& licèt doctores. Zanch. d. l. hæredes mei. §. cũ
ita. 4. part. nu. 23. uersi. contra quem. ad Treb.
facit quod not. Tiraq. d. q. 40. nu. 55. 56. quia
34 sufficere uidetur radix † priuilegiata. l. in ra-
tione. §. si filio. ibi, formam & originem. ad l.
falcid. d l. qui id quod. uersic. causam enim. de
donat. Tiraq. ubi proximè supra nu. 61.

Quartò exercitum rationum Regis nostri
uidetur, quòd Regnicolæ, Magnates, Populi-
que Portugalens. populari ac diripere poßint
sub prætextu, quòd eis competat ius electio-
nis Regis, duplici ex capite. Primò q̃a nepos
35 ex sorore non uidetur esse de generatione † ex
sanguine familiæ. non enim capit esse seu sub-
stantiam à matre, l j. §. post editum. de uentr. in
spic. l. si in aliena. §. fin. de usucap. l. partum. de
uerb. significa. Ruyn. consi. 115. sub nu. 16. in
fin. lib. 3 limitans tali casu Castrens. cõsi. 164.
libr. 2. nam ex solo semine hominis emisso in
agrum & claustrum mulieris, ac in aliquam ip
sius ingresso matriculam, ipsa mulier cõcipit
secundum Aristot. de generat. animalium. lib.
1. cap. 20. & ex nostris tradit Feder. de Sen. cõs.
301. sicque cum uideatur deficere generatio
36 sanguinis regij Portug. uia electioni † uidetur
aperiri, ut per c. uenerabilem. de electio. & d. c.
* grandi. & d. c. licèt. not. Bal. communiter * ap-
probatus c. cum in magistrum. insi de electio.
sentit in d. c. 1. num. 6. uers. sed si teneremus. de
feud March. Lopez. l ij. tit. 15. par. 2. uerbo, El
mas propinco pariente. & in specie regis Hi-
span. not. idem Bal. l. ex hoc iure. num. 3. de iu
sti. & iur. Ant. Gomes. l 40. Tauri. nu. 4. Alph.
Aluarez in thesau. christianæ relig. cap. 54 sub
nume. 7. hanc opin præsupposuisse uidentur
37 Portugalen. quando elegerunt † pro suo Re-
ge d. Ioannem illegitimũ, non obstante super-
existentia filię ultimi regis, uxoris Regis Ca-
stellę, ut not. Costa de success. reg. Portug pa-
gi. 195. Cum hac eadem sententia se confor-
38 masse † uidetur Aragoniæ rex Martinus, de
quo sup. num. 9. Supercrat enim Iolans eius so
ror, & rex Castellę Hernan. IIII. ex alia eius
sorore Eleonora nepos: de quo supra d. nu. 9.
& infr. num. 51. & tamen perinde, ac si deficere
censeretur sanguis regius Aragonensis, ordi-
nauit regem eligi. Nec uidetur dubitan. quin
Portugalẽses poßint eligere etiam Antoniũ:
39 nam & spurius † Regis defuncti eligi potest,
ut not. Bal. d. c. per uenerabilem num. 13. de ele
40 ctio. prout etiam spurius est capax † feudi pa-
terni, si domini uoluntas accedat, c. 1. § 1. uers.
uam etiam seruus. per quos fiat inuest. ut not.
* Bald. communiter * approbatus l eam quam.
num. 39. C. de fideicommis. Sylu. de feud. re-
cog. q. 103. in fin. Puteus de feud. rubr. sacer-
dos inuestitus. sub nu. 9. fol. 79. Thom. de Ma
rin. de feud. lib. 1 tit. 3. num. 45. Paris. consi. 44.
nume. 16. 17. lib. 4. Bertr. consi. 86. nu. 15. 16.
* lib. 3. aliàs 5. Becc consi. 18. & iudicatũ * fuis-
41 se † in consi Neapol. trad. Affl. decis. 99. quem
sequitur Cepha. consi. 152. nu. 46. lib. 2. cons.
608. nume. 26. lib. 4. not. Aluar. c. naturales. si
de feud. defun. fuerit controu. Rip. l. ex facto.
§. si quis rogatus. nu. 12. ad Treb. Curt. iun. de
feud.

feud.3.part.princ.2.part.q.17. ante num.41.
uers. limita. Eo magis uidetur electio admittē-
42 da, quia iure antiquo deferebātur regna † ele
ctione, c. Moyses. 8. q. 1. Cagno. l. ij. §. post ori-
ginem. sub nume. 253. de orig. iur. ad quod
ius antiquum fauorabilis est regressus, ut latè
tradit Cur. iun consi. 5 sub nume. 29. & Brun.
de exclus. fœmin. 4. par princip. sub num. 5. &
dicetur infra sub num. 120. Secundo quòd ele
ctioni locus sit, suadetur, quia ex supradictis
& inferius dicendis pro Rege nostro, uidetur
quòd omnes quoquo modo ius foueant: quo
43 concursu stante uidetur ad electionem † esse
deueniendum. arg. l. si duas de excusa tuto. l. si
quis seruum. §. si inter duos de lega. 2. not. Bal.
d. l. ex hoc iure. sub num. 4 quæst. 5. de iusti. &
iur. facit quod not. Gomez l. 40. Tauri, sub nu.
68. uersic. quarta. prout quando duo sunt æ-
44 què uicini, stante statuto præferente† uiciniū,
locum esse electioni, not. post Bald. Decian.
45 cons. 71. nu. 8. lib. 3. & statuto uocante † natu
maiorem, si duo sint ęqualis ętatis, locum esse
electioni not. post Anchar. Decian. eod. consi.
71. sub nume 8. uel uidetur, quòd proijciēda
46 sit sors † inter eos, argum. l. sed cum ambo de
iudi. cum alijs, ut ibidem not. glos & Tiraq. de
primogen quæst. 17. opin. 1. nu. 3. 28. 29. 30.
Anto. Gomez sub d num. 68 uers. quinta. Vel
47 quòd simul debeant † admitti, argum. l. qui
duos de rebus dub & in specie regni not. Bal.
d. quæstio. 5. uers. uel dic. & latè Tiraq. d q. 17.
opin. 4. nume 20. 28. & seq. Felyn. capitu. cum
non liceat columna quarta, uers. potest autem.
48 de prescrip. & inter seipsos diuisionem † face-
re, cū sint plura castra & oppida in regno Por-
tug. ad not. per Menoch d. consi. 163. nu. 21.
eo magis quia à principio fuit concessum re-
gnum hoc marito & uxori, ita ut certè diui-
49 duum † uideatur, Menoch. ibidem nu. 15. pro
ut & antiquitus Reges Ferdin. I. Alons. VI.
et Don Sanchius dictus el maior, inter eorum
filios Hispaniam diuiserunt, ut not. Illesc d. li.
5. capitulo fin. Ioan Roias d. epito. success ca-
pitulo quinto num. 30.

Vltimò tam cum Rege nostro, quàm cum
quolibet alio descēdente ex fœminis regij san-
guinis Portugaliæ, pugnare uidetur decisio
Io. Roiæ in d. epito. success cap. 3. sub nu. 36.
ubi faciens mentionem de prælio supradicto
de Ariubarrota gesto occasione successionis
Regni Portug inter Regem Castellæ, & Ioan
nem illegitimum, inquit nondum esse deci-
50 sum, † an in Portugalensi regno filiæ succe-
dant: & per consequens eadem dubitatio ui-
gere uidetur quo ad earum descendentes. Cin
ctus igitur undique & obsessus uidetur rema-
nere Rex noster.

Sed etsi ex supra deductis, & alijs similibus
multi primo aspectu de proposita possint am-
bigere controuersia, si tamen in omnes huius
hypothesis partes oculi inferantur, atq; iuris,
ęquitatis ac probati usus termini introspiciā-
tur, concludendum erit pro iustissimo, poten-
tissimo, ac clementissimo Rege nostro Philip
po; Sic ergo contendo ei fores uictoriæ ape-
riri ex infrascriptis conclusionibus tredecim,
æquè ac ex totidem propugnaculis aptè inter
se cohærentibus, quę nulla ui nulloque impe-
tu deijci possunt.

Prima est ea, quam aduersus illegitimum
51 firmauit † Ancha. communiter * approbatus
* d. consi 339. col. penult uers restat breuissi-
mè. quem commendat Roderic. Zuar d. l. quo
niam. pag. 348. num 3. etenim rex Martin. ul-
tra Iolantem suam sororem, uxorem regis Hie
rusalē & Siciliæ, ex qua natus erat Fadriquus;
ultra quoque Eleonoram Castellæ reginam,
pariter sororem suam ex qua ortus erat Ferdi
nan. IIII. rex Castellæ; de quo supra nu. 9. 38.
præter etiam Alonsum & Iacobum agnatos
suos transuersales, reliquit superstitem Federi
cum nepotem naturalem ex filio suo prędefun
cto, & quidem legitimatum; respondit Anch.
eum esse regni incapacē: & certè nisi hæc fuis-
set uerissima opinio, non est uerisimile, quòd
52 rex Martinus penes quem nepos † ille ob prę-
decessum patris tenebat primū gradum l. Gal-
lus § de libe. & posthu. l posthumorum l. si quis
filio. de iniust. rupt. & irrit. testa. §. posthumo-
rum. insti. de exhæred. lib illum hæredem insti
tuere omisisset, argu. l. cùm auus. de condit. &
demon l. cum acutissimi. C. de fideicom. Nec
etiam est uerisimile, quòd illi nouem summi
Iudices uoluissent excludere Federicum legi-
timatum, & à lege communi uocatum, atque
sequi uoluntatem iniustissimam regis Marti-
ni, scriptam in eius testamento prorsus nullo
53 † ob talis nepotis legitimati præteritionem,
* iuxta reg. communem * quā post Soci nu. 15.
Alex num. 3. posuit Io. Bologn latè nu. 53. 54.
55. 56 & seq. ubi ampliat etiā in omnino spu-
rijs post Castr. consi. 30 num. 4. lib. 1. in rubr.
ff. de libe & posthum. Deci. consi. 52. in princ.
cum alijs, ut per Io. Roiss in d. epito. success.
cap. 23. num. 46. Ceph cons. 440 num. 66. 67.
libr. 3. Ratio est, quia non potest Pontifex ad
præiudicium consanguinei, ad regnū iure uel
consuetudine uocati, post mortem regis siue
filio legitimè nato decedentis, eius regis filiū
54 † naturalem legitimare, ut communiter * exi-
* stimarunt Doctor. post Imol. & Gemin. col.
2. uers. sed nunquid. Franc. col. fin uers etiam
si per Papam. in d. c. grandi. de suppl. negl. prę
lat. lib. 6. qui relati ad illum text. loquentem de
regno Portug. decidunt præsentem cōtrouer-
siam contra Antonium, cos sequuntur Alexā.
consi.

consi.25.num.6.consi.67.sub nu.4.uers.iuuatur etiam consi 94.num.7.lib.1.Alexand.sub nume.25.& Ias.l.Gallus.§.& quid si tantum. prima lectu.num.92.de libe.& posthu.Capic. dicta decisione 121.colum.2.post med.Costa Portug.de succes.huius reg.pag.150. Gabr.libro 3.commun.opin.de iur. quæs.non tollen. conclusio.5.num.50.Deci.consi.85.col.pen. post med.uersi.& ideo legitimatio. Decian.d. consi.1.in fin.lib 3.& in indiuiduo, quòd qui non sunt nati ex legitimo matrimonio, sint regni incapaces not. Lopez per text. ibi l.ij.titu. 15.parte secunda, uerbo, la fija mayor. quæ lex castellæ, eum sit laudabilis, est extendenda ad uicinum Portugaliç regnum, capitulo cum olim.de consuet. Innoc.cap.dilecto.sub nu.6. de off.archid.& in simili not.Castr.cons.164. coln.1.post medium.uers.tum etiam, quia in negotijs.lib.2. Et prædicta illegitimorum exclusio procedit, etiam si primus rex nel regina
55 fuisset naturalis,† prout reprobantes Baldum relatum supra sub nume.20.uers.& propterea prçsupponunt Ias.& Deci.eum quibus stat o-
* pinio communis, * ille l. sed si hac.§.liberos. num.2.de in ius uocan per tex.d.l.generaliter. §.cum autem.C.de institu.& substi.uersi.iuxta sobole.iunctis ibi not.per Ang.& Castr.iste cap.in præsentia.sub num.47.& ibidem sequitur apostil.de prob.Rip.l.ex facto.§.si quis rogatus.el primo.sub nume.22.ad treb. dum ibi
56 reprehendit Decium † d.cap.in prçsentia.sub num.43.uers.ultimo, citatum supra nume.22. ratio est, quoniam censetur fuisse priuilegium
57 personale, quod non egreditur † personam, l. quia tale.soluto matrimo. sic in indiuiduo responderunt in dicta Germaniæ causa Deci.& Ruyn.ille consi.516.nume.27.iste consil.40. sub nume.8.lib.1.& ita textum l.cum pater.§.
58 quindecim.† de legatis tertio, post Corne.limitat Rip de remed.ad conseru.ubert.nume. 108. Quæ quidem ratio est indubitata, quando alter ex iugalibus, quorum uni datum fuit regnum, reperitur legitimè natus: quia dignior qualitas censetur considerata l.j.de sen.nat.hinc si à masculo, & fœmina simul maio-
59 ratus fuit institutus, potius personam † masculi consideran.esse putauit Solon de pace, dicto procem.ll.Tauri nu.131.

Secunda est conclusio, quòd aut agitur de ascendentis successione, & tunc nec filia, nec
60 filius personam patris † repræsentat: & licèt in eius locum, & ius succedat: non tamen propterea dicitur eiusdem gradus, quia in ordi-
61 ne descendentiú non quæritur gradus,† ita loquitur auth.de hæred. ab intesta.uenient &§. cum filius.institu.de hæred.quç ab intestat. sic procedunt not.per Aret.consi.162.col.2.&
* hæc est ueritas * & si contradicant Decian.&

Port in eodem casu, ille consi.9 num.18.li.2. iste consi.55 nume.58 & Ceph.consi.16.sub
* nu.62.contra quem merito iudicatum * fuit, aut agitur de successione patrui, auunculi amitę, uel materteræ: & tunc propter personarum similitudinem filius repræsentat personam pa-
62 tris,† eiusque gradum adingreditur, & eius fert portionem; sic procedit text. auth.ut fratrum filij & §.si igitur defunctus.d.authen.de hæred.ab intestato.& not.per Areti.d.consil. 162.col.5.6.quem sequitur Purpura cõs 390. sub num.10.lib.1.hæc distinctio à Modernis non considerata fuit Anselmi de Marenchijs, auth.in successione. C.de suis & legit.hæred. relati apud Cassa.in consuetu.colum.1017.in princip.secundum quam opin.consuluit Petrus Bonus Diuionensis consi.ibidem inserto in columnis præcedentibus, sequitur Cassan. eo.tract colum.1015.nume.7.uersicu.& ideo
* ex prædictis cogita & ita fuisse pronúciatum * in parlam.Burgun subiungit ibidem Cassan. primum membrum ponit in materia primo-
* genituræ, Bal.ubique * approbatus cons.275. columna penultima, in princip.uers.item non
63 est uerum.lib.2.& generaliter † not.Bart.l.j.§. si sit filius.de coniung.cum emancip liber in l. j.§.si sit nepos.de collat.bon.in l.ij.ubi Bald. sub nume 4.C.de liber.præte.Castr.l.pactum dotali.nu.7.C.de collat.Gabr.latè de success. ab intesta.conclus.1.nume.26 Valent.Forst. de success.ab intest.lib.2.pag 96.in octauo casu.Zanch.plenè l.hçredes mei.§ cum ita.4.par.
* nn.100.ad Treb & hoc esse uerum * inquiunt Marant.& Picus, ille l.is potest.nume.206.de acquir.hæred.iste l.in quartam.sub num.228. ad leg.falcid.Sapi.l unica.sub nu.41.C quando non petent. Secundum uero membrú procedit solum in masculo, is enim est similis patri: qusm similitudinem ponderat text d auth. ut filij fratrum.in principio, at filia est dissimilis.esset enim portentum, monstrum, seu prodigium dicere, in ipsam patrem transmisisse uirilem sexum, ideo priuilegiatam successioné, quæ patri ob qualitaté masculinitatis, uel ob conseruandæ agnationis rationem compete-
64 ret, si uiueret, non potest prætendere filia,† ut egregiè scribit Petrus de Monteforte consilio inserto in lectura Afflict. de nat.success.feud. sub num.41.45.46.Anchar.in specie maioratus Portug loquens, illumque regno æquiparans consil.82.quem perspicuè refert Zanch. in responso pro Triuultijs sub num 18.Ludo. Molin.Hispan.de primog lib.3.cap.6.nu 49. aduocati Siculi in specie attestantes hanc esse
* ueriorem * & crebriorem opinionem, quibus subscribit Io.Bolog.cons.8.sub nume.9.latissimè idem Io.Bologn.consil.9.nu.47.50.51.
* 57.ubi ait communé * esse & in praxi seruan.

hanc

hanc opinionem; unde in statuto exclusiuo fœ
* minarum propter masculos communis * est sententia, filiam ex masculo prædefuncto antequàm eueniret casus, non habere prærogatiuam
65 tiuam † ad exclusionem amitæ, uel descendentium ex ea, ut post Iacob. de Aren. Vbert. de Bob. not. Cyn. col. fin. Salyc. sub nu. 6. Alber, & alij l. j. C. de adulte. sequuti sunt Io. And. ad Specul. de success. ab intest. in rub. columna secunda, circa fin. uers. similem. q de amita. Bar. l. liberorum. nume. 13. de uerborum significa. Areti. l. Gallus. §. & quid si tãtum. col. 10. uers. sicut dicimus. de liber. & posthu. Alberic. l. ex pluribus, num. 2. de admin. tuto. Ias. cõsi. 201. libro secundo, & in l. si arrogator. num. 20. de adoptio. Socin. consi. 153. num. 20. 21. consi. 252. num. 6. uers. septimo, consi. 296. num. 4. libro secundo, Deci consi. 309 num. 2. Castr. consi. 47. lib. 1. Ruyn consi. 126. num. 13. lib. 1. Tiraq. de primogen. quæst. 40. num. 53. secundum quam opinionem regia Curia Siciliæ
* pronunciauit * in causa comitatus S. Marci, ita quoq; limitantes capitulũ. si aliquem, con-
66 stitutionum † illius regni, quicquid dicat Socinus consi. 252. libro secũdo, aduersus quem in proprijs terminis indicatum fuit ab eadem regia Curia, teste Cannetio in eodem cap. sectio. incip. præmittendum est etiam. num. 65. 90 & in capitulo uolentes. sectio. incip. sed an in ista. num. 10. aduersus Donnam Lucretiam Filingeriam Don. Virgilij secundogeniti filiam, pro Don. Petro tertiogenito, cum decessisset sine filijs Don. Hieronymus nepos ex Don. Francisco primogenito, cuius mulieris pater tanquã secundogenitus si superstes fuisset, Hieronymum tertiogenitum exclusisset; quæ sententia à supremo Italicarum rerum cõsilio, simul regio iussu, adiuncto uno consiliario ex consilio regni Aragoniæ, cõfirmata fuit, causam referente Clariss. & omni uirtutum genere exornato D. meo Leonardo Herrera Regente. & ita consuluerat Excellentiss. I. C. D. Raymundus Ramundetus Siculus, nunc meritiss. patriæ suæ Regens in ea, Curia, & in terminis maioricatus & regni Portug. respondit
67 † Deci. consi. 443. sub nume. 30. uers. & hoc patet, secundum quod responsum pronuncia-
* tum * fuit à Senatu Portug. teste Costa de eo. regno pag. 45. uers. denique. pag. 50. uer. ultimo. quod Decij responsum approbat Tiraqn. de primogen. in præfatione sub nume. 4. Decian. dicto consi. 9. num. 18. libro secundo, ita que sicuti Helisabeth Regis nostri genitrix si uiueret, nõ excluderetur à linea fœminina descendente ex Odoardo, ita ipse Rex noster nõ debet excludi, prout in simili arguit Aret. cõsilio 141. uiso statuto. & infra latè dicetur numero 108. & seq.

Tertia est conclusio, quòd ab eo gradu & iure, à quo fœmina ipsa excluditur, ex ea ma-
68 sculi † descendentes pariter excluduntur c. 1. §. hoc autem notandum. de his, qui feud. dare possunt. capitulo primo, de success. fratr. Laur. de Pinu consi. 4. numero quinto. in terminis successionis regni notat Bald l. j. numero tertio, de senat. quem absque distinctione, quicquid dicat Costa, de quo supra num. 28. sequitur Brixien antiquus in repert uerbo, rex. uera an rex Angliæ Ioan. Ferald. de priuileg. regni Franc. num. 44. Ancha. d. consi 339. nume. 6. Corset. de pot. reg. quæstio. 12. num. 5. quest. 14 nume.
* 5. & omnes * ita tenere scribit Modern. Parisien. super consuetud. Paris. §. 16. numc. 1. fol. 192. quem refert Pinel. Portugalens. l. iij sub
* num. 19 inquiens receptissimam * esse cõclusionem. C. de bon. maternis. & hos commemorat Aluarus Velasc. Portug. de iure emphyt. q. 41. sub numero quinto, & tradit Io. Roias d. epitõ. success. cap. 3. sub num. 31. usque ad nu-
69 mero 35. probatur † ex Barto. d. l. liberorum.
* num. 13. cuius opinionem cõmunem * esse attestatur Brun. de exclus. fœmin. articulo sexto, ante num. 93. 94. artic. 12. sub nu. 235. Natta eodem tract. quest. 2. sub nu. 38. Palatius eo. tract. nu. 143. Deci. consi. 85. circa fin. consi. 399. colum. fin. consi. 589. num. 6. ubi ait hãc
* esse reg. generalem. * Soci. col. 1. in fin. Alex. numero quarto. l. sed si hac. §. liberos. de in ius uoc. quæ procedit, non solum quando agitur de conseruanda agnatione, sed in quocunque alio casu, in quo cesset fauor agnationis, secũ-
* dum communem * opinionem, ut fatentur Alsuarus, licèt ipse teneat contrarium. de iure emphyt. dicta quæst. 41. in fi. Ias. l. Gallus. §. nunc de lege. numero decimo, de libe. & posthum.
* Gratus plures referens, & dicens communẽ * consi. 120. nu. 14. 15. 16. lib. 2. ubi inquit sub nume. 46. satis esse, quòd aduersus masculum
70 † ex fœmina familiæ procreatum, militet aliqua ratio, puta hæc, ne nepos sit melioris conditionis, quàm mater, iuxta l. si una matre. C. de bon. maternis, quando enim quis est admittendus, tanquam masculus de aliqua generatione & familia, oportet quòd etiam sit natus
71 ex masculo † illius familiæ, Castr. consi. 190. sub numero quarto, uers. interdum uocantur aliqui. lib. 2. quem sequitur Clar. §. emphyteusis. questio. 36. cum alijs, ut latissimè prosequi
* tur Decian. asserens communem * cons. 127. num. 15. libro tertio, quare cum in regnis masculus præferatur ob qualitatem masculinitatis, ut infra nu. 87. 100. consequens est, quòd sit inhabilis ille, qui & si eam qualitatem habet, tamen non ex masculo sed ex fœmina familiæ descendit. Confirmatur ex Pinu dicto

consi.

72 conſi.4.nu.5.dum inquit, infecta radice,† uideri infectum omne id, quod deſcendit ex ea, hocq́ue patere ex peccato Adæ, quod omnes incurrimus; quia deſcendimus ab eius radice originali peccato infecta, ut & per Ang.conſi. 210 columna antepenul.circa finem, uerſ. cauſa prima. Huc accedit, quòd finis.i. filius ma-
73 ſculus habet neceſſariam † relationem ad ſuũ principium, ideſt, ad matrem: & ideo attenditur magis principium quàm finis.l.iij.§. ſcio. uerſ.inſpecto initio.de minoribus, quod principium caret prærogatiua. Hanc concluſionẽ à contrario ſenſu in terminis regni præſupponit Anchar.dicto conſi.339. ut ponderat Purpurat.conſi.325.num.15.libro primo. At uero, & ſi hæc concluſio prima facie uideatur aduerſari Regi quoque noſtro, quoniam & ille ex fœmina ſanguinis Regum Portugaliæ deſcendit: attamen ex infra dicendis apparebit, cum ratione poſitam in hoc loco hanc fuiſſe concluſionem.

Quarta eſt concluſio, fęminam non eſſe in-
74 habilem ad ſucceden.in regno Portug.† ut in indiuiduo ſcribit Coſta de eo.regno pag 170. 171. poſt Baldum conſi.271. lib.1. & generaliter de regnis Hiſpan.not. Lopez per text. ibi in l.ij.titu.15. parte ſecunda uerbo, la fija mayor.Ludou Molin. de primogen.lib.3. cap.6. Auiles latiſs.in procem.ll. pretor. Hiſp.uerbo, Reyna.allegando Villaſan.de primoge.q.5. &
75 excepto † regno Franciæ, ob legem Salicam mulieres excludentem, de qua per Benedic. c. Raynutius.uerbo, duas habens filias.num.73. de teſtam.Caſſan.ſuper conſuetu. col 443. nu. 19.Cirier de primogenit.lib.1. quæſt 22.Couarr.practi.quæſtio.capitulo primo, ſub nu.8. Ripa reſponſor. lib.1.cap.1.num.57.eſt com-
76 munis reg.in omnibus alijs regnis † hæreditarijs, Abb.c.dilecti.ſub nu.1.11. de arbitr. præſupponit in conſi.3.columna tertia, in ſecũdo nota.lib.2.Anchar.dicto conſi.339.Ang. Deci.ſub numero tertio, l.fœminæ. de regul iur. Bal.conſi. 275.ſub nume.4. lib. 2. Deci conſi. 413.num 12.498.num.21. latiſsimè Solon in procem.ll. Tauri. ſub nume. 42. Laur. de Pinu Bonon conſi.4.numero 21.22.ubi inquit, hãc
* eſſe ueram & communem * opin. prout etiam atteſtatur Auiles d.uerbo, Reyna ſub nume.7. ſequitur Lup.in rubri. de dona. inter uirum & uxor.§.69.numero 26.27.& idem uoluit Bernard.de Landriano conciuis meus in additio. ad Gemin.capitulo grandi.littera, C, de ſuppl. negligen.prælat.lib.6. & in prædicta Lantgrauiorũ cauſa inter conſilia Cãtunculæ tradunt Iaſ.conſi.ſexto, ſub num.15. Florentius conſi. nono, ſub nume. 46.47. ubi etiam facit mentionem de regnis Hiſpaniæ, & latè Nicolaus conſi.23.ſub num.64.uſque ad num.76.contra reſponſa in eod. caſu reddita à Decio conſilio 516.ſub num.19.à Ruyn.conſi.40. nu.6. 9 libro primo à Soci.iuni.conſi.65.nume.24. conſi 67.numero duodecimo, lib 1. à Portio conſi.1.& 2.hancq́ue eſſe generalem conſuetudinem affirmat Clar.§.feudum.quæſtio.73. uerſ.ſed tamen.Iacob.Siman de primoge Hiſpan.libro primo, capitulo octauo. & libr.3. cap.11.Io.Roias epito. ſucceſſ. cap.3. nu. 36. Corroboratur in propoſito, quia regnum hoc ſumpſit originem in fœmina, ergo eſt tranſitorium ad fœminam, prout in caſu Aragonenſi latè conſuluerũt Alciat.Io de Mieros, & Quietana Hiſpani, & eos referens Bero. conſi. 120.
77 libro ſecundo, contra Pariſ. † in eo. caſu conſi.72.lib 4.dixi ſupra nu.17.uſque ad nu 23.

Quinta eſt concluſio, quòd ſucceſsiones, quæ pertinent ad fœminas familiæ, per conſe-
78 quens ſpectant ad deſcendentes † ex eis, ut à contrario ſenſu probatur authoritatibus in tertia concluſione adductis, & in ſpecie reſpõdit Anchara.dicto conſi 339.maximè ſub nu. 7.uerſ. poſtremo in alijs, de quo ſupra. nume. 9.52. quem ad hoc perpendit Bero.dicto cõſ. 120.ſub nu.4. libro ſecundo. Abb. d.conſi.3. in ſecundo dubio, ſub num.3.uerſ.& per conſequens poſt mortem.lib.2.eamq́ue præſuppoſuerunt nouem illi Iudices qui in eo Anchar. caſu iudicarunt; dum moti fuerunt, ultra merita, etiam ob illam rationem, quia Caſtellæ Rex Ferdin. erat regis Martini defuncti ex ſorore nepos, ut refert Illeſc. d.Pontif.hiſtor.libro ſexto, cap.19. rubr.reges de Aragon. uerbo, Don Ernando. Eandem concluſionem ſe
* habere pro comperto, & eſſe cõem, * atteſtatur Aluar. Portug.de iure emphyt. quæſt. 41. num.5.allegan.Corne. conſi.219. colum.4 in princi.uerſ.& pro hac parte.libro ſecundo, &
79 ratio eſt, quia perſona prima † conſideratur tanquã radix, quæ ſi eſt approbata, conſequenter eius deſcendens, cum ſit eiuſdem naturæ, eſt admittendus, dixi ſupra num. 17.& ſequẽ. nam quicquid exiſtimauerint Ruy. Ariſto & Feder.de quibus ſupra nume 35. cum fœmina
80 † ſub idem tempus unà cum mare formã dante emittat ſemen in cõceptione, tribuẽdo uniuerſam materiam, & etiam formam uſque ad aliquid; ſecundum Hippocratem de nat. pueri, & Galen.libro primo & ſecũdo, de ſemine. & Auer. Corduben ad Ariſto.de generatio. libro ſecundo, cap.4. colum.2. Ioan. Fernel.de hominis procreat.lib.7. cap.6. & And. Areti. in peripat.quæſtio.lib.5. quæſt.2. ubi inquit, hanc eſſe manifeſtam ſententiam. conſequens eſt, filium dici ęquè principaliter propagatum ex perſona & ſanguine ipſius matris. Hãc eſſe
* ueritatem * ſcribit Caſtr.l.j.ſub num.5. C.de condi.inſert.Corne.conſi.219.libro 2. Bero. conſi.

conſi.120.num.34.lib.2.Deci.l.ij.nume.65.
de regu.iur.in c.nouit.6.notab.de iudi.
81 Sexta eſt concluſio in regno Portug † ſem-
per admitti primogenitum d. c.grandi.de ſup
plen.neglig.prælato.Deci.& ibi Summator d.
conſi.443.Tiraqu.de primoge.in proœm.ſub
num.4.prout & in Aragoniæ, Ancba d conſi.
339.quem citat Purpurat ubi infra. & in alijs
regnis Hiſpaniæ, ut not.Iacob. Siman.de pri-
moge.Hiſpan cap.5.6.7.Io. Roias epito. ſuc-
ceſſ. cap.3.nu.16. ubi etiam loquitur de Du-
catibus, Marchionatibus, & maioratibus, Al-
phon.Aluarez in theſau. chriſtianæ relig. cap.
54.num.11.tex eſt d l.ij.titu 15.part.2.& hoc
cautum fuit, non ſolum iure diuino ca. 21.nu.
4.lib.2.Paralip.Tiraq. d.proœm. nu.19.& de
primoge.quæſtio.4.ſub nu.13.ſed etiam iure
gentium, Bal.cap.cùm omnes.ante num. 5. de
conſtit.Tiraq.de primog.q.21.ac iure conſue-
tudinario, Bal.l.in quibus.nu.2.uerſ.pone ſta-
tutũ.C.de ſecund.nup c.1 § præterea ducatus.
de prohib.alien.per Feder.& iure canonico, c.
licet.in fi.ubi glo.fin.Io.Andr.Abb nu.6. An-
chara.num 6.12.Butr.num.5.Anan. num.12.
15.de uoto.Port.conſi.11.nume.3.Martin.de
Princip.quæſtio.20.Alexan conſi.25.numero
decimo, lib.5.Pinel.l j.tertia par. nume. 17.C.
de bon.maternis.Pancirol conſi.1.nume.1. &
* ideo inquit Bald. ab omnibus * approbatus, l.
ex hoc iure.num.4.de iuſti.& iure ſemper fuit
82 & ſemper erit, quòd primogenitus † ſuccedat
in regno. eandem primogenituram obſeruari
83 in Ducatibus † Sabaudiæ, Camblaſij & Au-
guſtæ, principatu Pedemontano, dominiiſq;
Niciæ & Vercellarum, necnon in Ducatib. Me
diolani, Mantuæ, Ferrariæ, Montisferrati; Vr-
bini, Salutiarum, atteſtatur Purpur. cõſi. 317.
& conſi.326.lib.1.& hanc opinionem ex con-
ſuetudine militari in quocunque regno, duca-
tu & marchionatu, atteſtatur Crot.conſi.217.
nu.96.libro ſecundo, quinimo & in baronia,
ut not.Rol.conſi.59.num.49.lib.3. unde obi-
84 ter infertur, Menochiũ † dicto reſponſo 163.
reddito ſuper ſtatu Montisferrati contra Du-
cem Mantuæ, male conſuluiſſe, ut latius infra
numero 166. 167.

Septima eſt concluſio fratrem etiam mino-
85 rem, † eiuſque per lineam maſculinam deſcẽ-
dentes maſculos, p̃ferri ſorori primæuę eiuſq;
deſcendentibus in regnis Hiſpan. ſecundũ an-
tiquam conſuetudinem, & Hiſpaniæ conſtitu
tionem. fundatam ſuper l j.de ſenat.& l.fin.de
fide inſtrum.capitulo primo.§.quin etiam.Epi
ſcop.uel Abba.ut not.Iacob.Siman. de primo
ge.Hiſpa.cap.9.& cap.22. Anto. Gomes.l.40.
* Tauri.nu.8.62.& iſta eſt communis * ſenten-
tia in omnibus regnis, quã tenet Bal. l.in mul-
tis.de ſtatu hominum. quem ſequitur Roma.
in caſu Caſtellæ ſcribens conſi.98.ſub num 2.
uerſ.hęc autem deciſio.Deci.d.l.fœminæ. nu.
115.quæſt.4.de regu.iur.Tiraq. de primog. q.
10.nume.18.cum alijs, de quibus per Ludou.
Molin.de Hiſpa.primoge.lib.3.cap.4. Didac.
lib.3.uariarum reſolut.cap.5.num.5.Solon in
proœmio.ll.Tauri.num.66.Auiles in proœm.
ll.prætorum Hiſpa uerbo, Reyna. ſub nu.3. &
ante num.5 Abb.d.c.dilecti. ante nu.12.de ar
bitr.ubi poſt Innoc.ibi & in c ſignificauit. de
86 reſcript. concludit, ordinem eſſe † ut pri-
mogenitus, deinde ſecundogenitus, tertio
filia admittatur, idem tradit Lupus in rubr. de
donatio.inter uirum, & uxor.§ 69 nu. 26.27.
87 & idem eſt in Baronia, † cap.1. de feud fęm.
Faber §.cęterum num.4.inſtit de leg. agn.ſuc.
prout inter illos de Alagon & de Spes, reſpon-
derunt Rol.conſi.58.num.74 lib.3.Nat. cõſi.
676.num.38.libro quarto, Decian.conſ.7. nu
mero 43.libro primo, quinimo, & in fideicom
88 miſſo † conſeruatiuo in familia, fęmina com-
prehenditur quidem, ſed tamen teſtator cenſe
tur uoluiſſe præferre maſculos, Soci.cõſi.227.
ſub nume.5.in fi. uerſ. ſed multipliciter. lib.2.
Decian.dicto conſi.7.num.39.lib.1.ratio eſt
propter fauorem conſeruandę agnationis, qui
tantus eſt, ut potens ſit ad inducendam tranſ-
89 miſsionem † in conditionalibus fideicommiſ
ſis, ad excluſionem fęminarũ de familia, Curt.
ſen.cõſ.75.D.Ludouicus. colum. penultima;
uerſ. reſpondetur dupliciter. Pariſ. cõſi.5. lib.
3.conſi.42.primo dubio.conſi.63. ſub nume.
15.lib.2.Ruy.& Deci in eodem cauſa, ille cõſi
156.lib.2.iſte conſi.574.idem Ruy.cõſ.156.
nume.5.conſ.171.num.7. & conſi.179. 201.
libro ſecundo.Rub.conſi.28.num.6.8.conſi.
143.nume.7. Iaſ.cõſi.233.libro ſecundo, cõſ.
52.colum.fi.lib.3.& inter conſi.Bruni cõſi.8.
Soci.conſi.6 ſub nu.12.lib.3. Gabr. de hæred.
inſti.concl.2.num.24.

Octaua eſt concluſio in ſucceſsione regni
90 Portug.primogenitam † dici illam perſonam,
quæ conſiderato ſtipite eſt ex linea primoge-
nita, ut teſtamento dicti regis Ioannis illegiti
mi in effectu cauetur, dum ordinatur, admittẽ
dum eſſe in perpetuum nepotem, ex primoge-
nito prædefuncto, ut refert Coſta de eodem re
gno, pag.192.& fi.poſt Iacob.à Saa de primo
ge.pag 94.faciunt not. in ea. cauſa per Caſtr.
dicto conſi.164.libro ſecundo, Abb.cõſi. 85.
libro primo, Roman. conſ.29. & in alia Nea-
politana per Oldrad.d.conſi.224. Aretin. di-
cto conſi.162.in qua & Bal.nouell.ut per Grã-
mat.deciſ.1.ante nume.24.28.& in alia ſicula,
per Soci.dicto conſi.252.libro ſecundo, & in
alia Catalonenſi, per Barb.conſi. 10.28. libro.
ſecundo, contra Alex. pro quo tamen pro pa-
* truo conſulentem fuerat iudicatum * cõſil.4.
lib.4.

lib.4. & in alia Placentina aduersus eundem
91 Alex † consi 123. libro secundo, tradit Soci.
& iun.consil.3.libr.4. in qua sic iudicauit * Rot. Romana & senat.Mediolani, de qua re p Scot. latè consi.1.tomo primo, libro secundo, & in alia castellæ, Decian.d.consi.7.nu.106.libr.1. Ludou.Bologn.consi.62.Soci.consi.47.num. 12.13.lib.3.Didac.pract.quæst cap.38 sicque
92 non inspicitur primogenitura † facti, sed iuris, ad notata per Bero.consi.71.nu.30.lib.1.
93 Nona est conclusio, filiam primogeuitā † in regni successione sicut primogenitum fratribus, sic suis sororibus anteferri, ita formaliter not.Iacob.Siman.de primoge. Hispan.libr. 1. cap.9.Abb.d.consi.3. sub nume.3.lib.2.Cels. Hispan.consi.20.sub nume.3. Deci.cōsi.269. sub nu 1.uers.& in terminis, Bald. communi-
* ter * approbatus consi.275.num.5. & ante nu mero septimo, uers. contra hoc proponitur.& uers.supposita.lib.2.& post Curt.iun. not. lō. Cirier de primoge.lib.1.quæst.20.sub num.2. quicquid de non extendendo statuto loquente de primogenito ad primogenitā, scribat Bal.
94 † l omnes populi.sub nume.20.quęst.3.circa fi.de iusti.& iure, Brun. de stat. exclus. fœmin. artic.5.nu.8.82.

Decima est conclusio, quòd quando plures sunt propriè in eodem gradu, quo ad defunctum, ex quibus unus tantum est admittēdus,
95 is fingitur proximior, qui habet maiorē † cōiunctionem, Ruy.consi.167.uiso.nu.11.libro secundo, Soci.iun.consi.94.num. 13.14. lib.1. Paris.consi.49.num.18.libro secundo, cōs.59. num.20.lib.3.Ratio, quia duplex coniunctio uincit unam, auth.itaque.C.comm.de success. cap.1.de treg.& pace glo.§.si igitur. uerbo, na tos.auth.de hæred. ab intesta. Rub. consi.56. Port.consi.103.ubi etiam num.7. tradit maio rem patris coniunctionem prodesse filijs, tex. c.duobus.de rescript.lib.6.Alex.consi.79.col. fi.lib.6.cum talis magis coniunctus præsuma
96 tur magis dilectus.† Barbat.l.cum acutissimi. num.197.C.de fideicommis. ad quam prædilectionem, resultantem ex potiori iure, recurrēdum esse, in specie successionis ab intestato,
97 † stante perplexitate, resoluit Corne. l.fin. sub num.11.& colum.fi.in fine. C.ad Tertull. hinc
* Bart.communiter * approbatus consi. 10.col. 2.uers. licèt ergo.libro primo respondit, quòd etsi in suo casu de iure canonico, quod debebat attendi, illi duo essent in gradu æquali: tamen cum ex ipsis alter de iure ciuili esset proximior, debuit præponi, sequuntur Soci. cōsi. 89.num.15.lib. 4. Caccialup. l. omnes populi. sub num.24.de iusti.& iure, cum alijs, ut per Zanch.consi.169.numero decimo, inter consi. ultimarum uoluntatum; Decian.cons.71. numero septimo, libr.3. in simili dicimus, æquè
98 proximum grauanti, & proximiorem † grauato præferri ei, qui est solummodo, quo ad gra-
* uātem æquè proximus Soci. ad quem omnes * recurrunt consi.249.colu 18.uers. duodecimo sub hanc partem.libro secundo, Ruy.cōs 191. sub num.14.uers. secundo quia consi.107. num.7. libro secundo, consi.30.col 3.lib 3.Peral. l cū ita.§.in fideicommisso.colu 6.de legat.2. eo magis, si ille allegans ualidiorem coniunctio-
99 nem, sit etiam maioris † ætatis; argum. d.l.fi. de fideinstrum.cum alijs, ut per Bal. l procurator.C.de eden. Decian dicto consi. 71. in fi. nam, & Romani in rogandis uotis incipiebāt à maioribus natu, ut notat Anto. Raudensis
100 † proauus meus in libro de imitatio. teste Nicol. Valla in adnotationibus, pag.81. & in terminis successionis indiuiduæ not. eandem prærogatiuam Anto.Gomes.l.40. Tauri nu-
101 mero septimo, eamque in d.casu Decij † d. consi.443.consideraffe senatores Portug ad fa uorem illius.pro quo iudicarūt, scribit Costa eo tract pag 50.uers ultimo quod responsum militat etiam in successione regni secundum ipsum Deci.in princip & summatorem ibi, & quidem à fortiori prædicta procedunt, si allegans maiorem coniunctionem sit masculus.
102 † is enim in concursu cum fœmina absque dubio præfertur, glo.cap.1.de eo, qui sibi & hęred.Tiraqu de primoge.quæstio.13.nu.5.per Ceph. pro Duce Albutq.consi.251. num. 43. libro secundo, Deci l.feminæ.nume.55.de regul.iur.Anchar.dicto consi.339.colum.antepenult.uers tamen ex differentia sexus. Anto.
* Gomes.qui ait communem, * l.40. Tauri sub nume.63. & sub num.68.uers. item etiā dico.
* Vndecima est conclusio communis, * quòd quando est ambiguitas, circa successionem re gni hæreditarij uel electiui, tunc meritorum
103 prærogatiua attenditur, argum.d.l.fin.de fide instrum.Anchar.dicto cōsi.339.ante nu 9. uers.quia postquàm ad proceres.Aristo.polit. lib.5.capitulo primo, sub nume.decimo uersi. & constituitur rex.& uers.quippe quod. & lib. tertio ante fin.uers. cum ergo. Petr. Iacob. in praxi titu.de rege Franciæ.fol.117.col.4. uers. uel quod eligeretur. quam prærogatiuam testando sequutus fuit rex Martinus, & illi nouē sapientes, qui ex partiu n consensu eius uolun tatem exequuti sunt: qua de re supra nu 9.51. & Portugalenses met quando elegerūt dictum Ioannem illegitimum, de quo sup. nume.14. ob regias eius animi dotes, ut refert Costa de hocmet regno pag.142.inquiens de illo Ioāne loqui uoluisse Baldum in d. cap. uenerabilem. num.13.de electio.

Duodecima est conclusio, quòd quoties fœmina propter masculum excluditur, tūc intelligitē de masculo legitimo, uel per subsequens matri-

matrimonium legitimato : non autem de legi
104 timato † per reſcriptum . ne plus habeat lu-
xuria, quàm caſtitas, Deci. qui inquit, commu-
* nem * & ueriorem l. liberos. nume. 8. de colla-
tio. Tiraq. l. ſi unquàm. uerbo, ſuſceperit libe-
ros. nume. 59. C. de reuoc. donatio. D. Ludou.
Molin de Hiſpan. primoge. lib. 3. cap. 5. num.
75. Port. conſi. 106. nu. 90. Paleot. de Noth.
cap. 32. ſub num. 3 latè Brun. de ſtatut. art. 12.
quæſt. 3. ſub num. 30.

Vltima eſt concluſio, quòd etſi quando a-
gitur de ſucceſsione ex diſpoſitione hominis
inter uiuos, & in aliquibus caſibus per ultimã
uoluntatem. de quibus per Zanchum d. §. cum
ita. 4. par. Gabr. de hæred. inſtitu. conclu. 2. &
Decian. conſi. 88. libro ſecundo, uel etiam ſta
tuti minimè hæreditaria, locus ſit tranſmiſsio
ni iuris conſequendę illius ſucceſsionis, ut ſup.
* num. 31. 32 33. tamen hoc communiter * de-
claratur, ut non procedat quãdo illa ſucceſsio
105 erat priuilegiata † ob qualitatem aliquam
eius, cui competebat, & hæredes illa qualitate
priuilegiata carent: nã tunc illúd ius non trãſ-
mittitur ſed euaneſcit, Ruyn. conſ. 39. num. 6.
lib. 3. Zanch. d. 4. par. num. 110. uerſ. prout e-
tiam. ad Treb. & idem tenet nume. 23. quãuis
autem dicat, uidendum Decium contrarium
præſupponentem in conſi. 433. ſub num. 5. ut
retuli num. 36. tamen Zanch. ob hoc non rece
dit à limitatione, & iuremerito : quia Capr. &
Aret. quos allegat Decius, non ita loquuntur.
Adde Deci. in terminis regni Portug. appro-
bantem in effectu hanc limitationem d. conſi.
443. colum. fina. uerſ. quia illud. iuncto num.
106 12. dum uult iuris perſonalis † non fieri
tranſmiſsionem, ut ponderant illum ad hoc
Zanch. d. 4. par. ante num. 25. uerſ. limita ulti-
mò. & Purpur. conſi. 390. nume. 10. libro pri-
mo, & præter eos, mibi uidetur pro hac opi-
nione caſus in l. cum ita. §. in fideicommiſſo.
uerbo, nominati. de leg. 2. nam per hunc text.
* dicunt communiter * Doctor. in materia no-
107 minationis non militare † tranſmiſsionem,
Ruy. conſi. 152. nume. 3. uerſ. & ſicuti. conſi.
127. numero ſeptimo, uerſ. non enim. conſil.
163. ſub nume. 11. uerſ. non enim. conſi. 112.
colum. fi. lib. 3. Bero. conſil. 107. lib. 2. Pariſi.
conſi. 37. nume. 79. libro ſecundo. Socin. iuni.
conſ. 14. num. 8. uerſ. quinto. & in fine reſpõſi
lib. 4. Curt. iun. conſi. 69. in fi. D. Menochius
conſi. 200. num. 96. 99. 107. lib. 2. ſed ad præ-
dictam limitationem non eſt opus deuenire,
quando agitur de hæreditaria ſucceſsione : qa
cum uiuentis nulla ſit hæreditas, l. qui hæredi-
tatem. l. neminem. l. qui ſuperſtitis. de acquir.
hæred. & admittatur is, qui eſt proximus tem-
pore mortis, §. proximus. inſtit. de legit. agna.
108 ſucceſſ. per conſequens non militat † tranſ-
miſsiõ Io. Bologn. d. conſ. 9. num. 73. ubi etiã
quod plus eſt, reprobat Caſtrenſem d. conſi.
164. columna tertia, lib. 2. not. aduocati Siculi
inter conſi. eiuſdem Io. Bologn. conſi. 8. circa
fi. & idem in maioratu Portug. regulando ad
inſtar hæreditariæ ſucceſsionis not. Ancha. d.
conſi. 82. colum. fin quinimo ibi ſentit idem
in regni ſucceſsione, dum ibidem illam per-
miſcet, illumq́ue maioratum fuiſſe in Portug.
aduertit Coſta de eod. regno pag. 58. Quod
magis eſt etiam ſi ſit delata hæreditas, attamẽ
109 regulariter non tranſmittitur, † l. emancipa
ta. C. qui admit & ideo hac in re fideicommiſ-
ſum eſſe melioris conditionis not. Zanch. d. 4.
parte, nume. 27.

Ex his cõcluſionibus, tanquam ex luce prę
cedenti, clariſsima & apertiſsima redditur uia,
per quam Rex noſter tutiſsimè in hoc poteſt
110 regnum ingredi. Primo enim fingitur † pro
ximior, quia eſt unigenitus Eliſabeth primo-
genitæ Emanuelis: & ideo admittendus eſt, ut
colligitur ex not. ſupra nume. 74. 78. 81. 90.
93. ſimul iunctis. Secũdo fingitur proximior
ob multiplicem coniunctionem ei competen
tem in capite unde cogn. Vna eſt ex perſona
Mariæ materteræ magnæ, à qua natus eſt Car-
din. rex. Alia eſt ex perſona propria, cũ ſit pro
creatus ex ſorore eiuſdem Cardin. regis. Ter-
tia eſt, quia eiuſdem Regis noſtri auia paterna
deſcendit ex linea prouenientе ab Euraca Ca-
ſtellæ, & Legionis Regina, ſorore conſangui-
nea Tyreſiæ primæ Reginæ Portugal. Quarta
eſt coniunctio quia Alonſus IX. unus ex aſcẽ
dentibus eiuſdem auiæ paternæ habuit matrẽ
Hieracam filiam Alphonſi I. Portugalliæ Re-
gis. Quinta eſt coniunctio, quia Alphonſus
IIII. Portug. Rex habuit in uxorem Beatricẽ
filiam Regis Hernandi IIII. qui fuit unus ex
aſcẽdentibus auiæ paternæ eiuſdem Regis no
ſtri, & ex pręfata Tyreſia, uſque ad tẽpora præ
dicti Alphonſi IIII. & ab eo uſque ad regem
Emanuelem, ſucceſsiuè procreati ſunt reges
omnes Portugaliæ; ſicq́ue dicitur rex noſter
de genere patris illius primæ reginæ Portug.
iuxta doctrin. Hoſtien. c. nouit. colu. 5. in fin.
uerſ. noſcitur deſcendiſſe. & ibidem latè Dec.
in 6. notab. de iudi. quod in ſpecie præſuppo-
nunt Menchia. & Aluarez, ille libro primo cõ
trouerſ. illuſtr. cap. 12. num. 15. iſte in theſau.
chriſtianæ religionis, cap. 41. nu. 4. dum ſcri-
111 bunt regem noſtrum † indubitatam trahere
originem à regibus Gothis: quare cum maior
coniunctio faciat fingi proximiorem eum, q.
illam habet, ut dixi nu. 95. & ſeq. concluditur
cæteris eſſe Regem noſtrum præferendum.
Tertio, ubi ſit perplexitas ad quem nam perti-
neat hoc hæreditarium regnum, quę negatur,
adhuc Rex noſter eſt admittẽdus, cum cæteris

dignior

dignior sit, ad not. supra numero 103 qua-
druplici ex capite. Primò ob multiplices coro
114 nas, quas tanquam rex Hispan. habet, † ut
not. Cassan. de glor. mund. quinta par. consid.
37. Grammat. consi. 169. numero 11. 12. Se
cundò ob eius magnam authoritatem, atque
potentiam, cum sit dominus tot tantarumque
prouinciarum. Tertiò ob eius antiquissimum
Regalem sanguinem, ad not. in simili in cau
sa prælationis inter Ducem Florent & Ferra-
riæ. per Nattam consi. 637. & seq. lib. 3. Port.
consilio 167. Marz. consi. 25. & sequ. Decian.
in consilio decimooctauo, libro tertio. Scot.
consilio uigesimooctauo. tomo primo, libro
6. Quartò ob eius singulares uirtutes, quas si
ennmerare uellem, longa oratione opus es-
set, ultra quòd eas uti notissimas omitto, de
quibus per Ioan à Roias d. epito. success. cap.
trigesimoquarto, numero duodecimo. & in
epistola; & per Clar. in epistola ante suam pra
xim crimin. & latissimè Menchia. in proœm.
controuersi. illustr. dum ibi defendit, Regem
115 Hispan. præferendum † esse Regi Galliæ.
Hoc unum non prætermitto in Rege nostro,
illas (ultra summam religionem) omnes esse
116 qualitates, quas in rege † requiri, scribunt
Stobęus, de regno. sermo. 45. 46. aliquas not.
Anchar. dicto consi. 339. sub nume. 4. Corset.
de potestate reg. quæst. 32. Cicero in orat. pro
Rege Deiotaro. Apostill. ad Bald. l. ex hoc iu-
re. litera, B, de institia & iure. Cagnol. de prin-
cipe. Alphon. Alnar. in thesau christianæ relig.
cap. 54. nume. 17. 30. 33. 34. & seq. De quo re-
ge dici posset, iam non esse opus, ut philoso-
phi pro regno formando, aut repub. compo-
nenda ad humani generis fœlicitatem suo re-
gem confingant ingenio, cum ætate nostra o-
mnium regum, atque maximorum principũ,
uiuens, multo optimum ac illustrissimum cer
natur exemplar. Corroboratur regia intentio
* tripliciter. Primò ex commun. * glo. capitul.
ab exordio. uerbo, ad. 35. distinct. dicente, non
fieri iniuriam rei, si reducitur ad pristinum sta
117 tum † all. l. si unus. §. pactus. uers. quod in spe
cie. ubi Ias. nume. 5. de pact. l. filio quem pa-
ter. uers. non translatus, sed redditus uidetur.
de libe. & posthum. not. Anchar. dicto consi.
339. columna nona. in princip. uers. ista au-
tem retentio. Deci. consi. 88. sub numero ter-
tio, latè Felyn. capitulo cum omnes. sub nu. 7.
de constitu. hinc emanauit prouerbium Græ-
corum, Salis onus unde uenerat, illuc abijt, re-
latum à Tiraq. de retract. conuent. §. fin. num.
80. quare cum aliàs fuerit disiunctum hoc ter
ritorium Portug à territorio Castellæ, & Le-
gionis nunc à Rege nostro simul cum alijs
Hispa. partibus possesso, facilè concedenda est
hęc unio & reintegratio. Secundò comproba
tur, quia noster Rex prætendit successionem
regni, quod aliàs unitum cum alijs ab eo pos-
118 sessis, fuit maiorum † suorum, ut retuli in
princip. & sub nu. 110. ergo eius prætensio est
fauorabilis, argu. l. si in emptionem. de min. l.
qui officij. de contrah. emptio. l. milites prohi
bentur. de re milit. not per Ias. l. principalibus.
col. pen uersi. quinto limita. si cert. pet. per Ti-
raqu. de retrac. lignag glo. 9. § 1. nu. 164. & in
præfat. sub nu. 34 45. 46. & ipsis Portugalen-
sibus utilissima, quę quidem publica utilitas
in tractatione regnorum & principatuũ prin-
cipem locum tenet, ut sciunt qui uerè sunt po-
litici, & rerum publicarum periti. Tertiò ful-
citur, quia regni diuisio, quam rex Alonsus fe-
cit, ut daret partem filiæ illegitimæ in dotem,
fuit contra iuris dispositionem, diuisionem
119 † regni prohibentem, ut not. Bald. commu
* niter * approbatus l. si plures. sub nume. 5. C.
de condi. insert. probatur in c. 1. §. pręterea du
catus. ubi Bald & alij, de prohi. per Federic. Ci
rier de primoge. lib. 1. quæst. 11. conclus 3. nu
me. 13. Brun. de diminutio. conclus. 6. nu. 20.
Clar. §. feudum. quęst. 43. Anton. Gomes. l. 40.
Tauri. num. 6. Alphons. Aluar. in thesau. chri-
stianæ religio. cap. 54. ante nu. 13. prout etiam
alienatio, nisi sit rei modicæ, Bart. communi-
* ter * receptus l. prohibere. §. planè. quod ui aut
clam. Tiraqu. de rebus exiguis. uers. 64. Ias con
silio primo, sub num. 2. lib. 1. & in specie, quòd
120 regnum non possit dari in dotem, † decidit
Bald dicto capitulo significauit. num. 3. de re
script. quem sequitur Paris de Puteo, de re mi-
lita. rubricella, an reges contendentes pro re-
gno. num. 11. Quinimo nec feuda regulariter
possunt dari in dotem, cap. 1. §. donare. qualiter
olim feud Purpu. cõs. 367. in princi. ubi refert
sententiam à Duce Mediolani latã in hac q. su
per feudis illorũ de Carreto. ideo unio i. regres
121 sus ad tale ius cõe est fauorabilis, † cũ res de
facili reuertatur ad primęuã materiam suam,
* glo. cõis c. statutũ. uerbo, numerandum. de p̃b.
lib. 6. latè Curt. iun. cons. 5. sub nu. 29. Paris. cõ
si. 105. nu 7. lib. 3. Alex. l. si constante. nu. 5. sol.
matrim. Ias. l. omnium. nu 10. C. de testa. & d §.
pactus. sub nu. 6. 7. 8. & ita in terminis arguit
Purpu. d. cons. 326. nu. 7. lib. 1. Soci iun consi.
91. nu. 11. lib. 2. in fi, ut propter feudi digni-
tatis naturalem indiuiduitatẽ, contra regulam
iuris inducatur ius accrescendi, l. unica. C. si so
122 ci. imper liberal. lib. 10. † Cirier de primoge.
lib. 1. q. 11. conclu. 3. nu. 8. post Alex. consi. 30.
sub nu. 18. uers. tamen propter. lib. 1. Ex qui-
bus omnib. planè, ac perspicuè iustificatur Re
gia intentio: eo magis quia etiam in dubio te-
nenda est pars, quæ fauet pię causę l. sunt per-
sonæ. de relig. & sumpt. fun. Tiraq de priuileg.
pię cau. priuileg. 148. unde cum absque dubio

Reip. christianæ intersit, augeri uires Regis
nostri, ut facilius possit Turcas feros, & eo-
rum classes insignibus uictorijs delere, & in
Aphrica Mauros christiano bello premere, &
alios homines nefarios de Christi fide non re-
ctè sentientes destruere; Pontificemque & ec-
clesiam tueri, ut tenetur quilibet Rex, cap. de
forma 22. quæst. 5 cap. Adrianus. 63. distinc.
123 † Bertha. de gabel. prima part. sub num. 4.
Port. consi. 2 num. 26 & præcipuè Rex Lusita
niæ, cuius insigne est crux Iesu Christi, teste
Costa, in dicta orat. funeb. in fin. (ubi dicit id
factum eam ob rationem, quia Lusitaniæ Re-
gi primo apparuit Christus pendens in cru-
ce) concluditur desiderium Regis nostri es-
se iustissimum, sub cuius clypeo illi illustres
& religiosi milites magistratus & ordinis di-
tissimi erecti ad effectum, ut inseruiant con-
tra infideles teste Barbat. consi. 11. lib. 1: exul-
tare, ac triumphare poterunt honorificentius
& tutius, quàm sub quocunque alio.

Ex prædictis conclusionibus & rationibus
(quæ sunt adeo firmæ, pro Rege nostro, ut
quo ulterius perlustrentur, eo altius animo
insigantur, æquè ac ferrum, quod quo diutius
premitur, eo altius corpori figitur) contra-
ria expugnantur omnia, terrificis eorum bom
bis minimè officientibus; Nam dum dictum
fuit, legitimationem potuisse efficere Anto-
nium capacem successionis huius regni, iuxta
decisiones adductas supra num. 4. 5. 6. respon
124 detur illas procedere † in priuatorum hære-
ditatibus, fideicommissis, & feudis: diuersum
est in regnis: patet ex ijs, quæ scripsi num. 51.
& sequen. & ex ibi notatis perspicuum fit, quòd
Ioan. Roias dicto ca. 23. nu. 86. epito. successſ.
125 inaduertenter permiscet materiam † regni
cum alijs successionibus, in quibus legitima-
tio habilitat, diuersum in regno, ut supra nu-
mero 54. Mitto, quòd etiam in fideicommissſ.
aliquando legitimatio nō habilitat, nimirum
* si Senatus Mediolani iudicauit * in proprijs
126 terminis contra dictum responsum † Pan-
cirol. 169. numero octauo, & etiam in feudo
127 contradicit Bald † dicto consi. 207. libro 2.
quia dum sub nume. 6. limitat in legitimato,
128 uult dicere legitimatum † non esse turpem
personam, quod etiam alibi scripsit, ut tradit
Pinus consi 6. nume. quinto, non autem quòd
succedat in feudo illo Hispano, ut Balduni de
clarat Ruyn. consi. 105. ante nume. 12. uersic.
subdit Baldus libro tertio, intantum, ut legiti-
129 mus nepos † ex Antonio non admitteretur,
Deci. consi. 85. columna fina. & in l. qui se pa-
tris. sub nume. 23. uersſ. & quod dictum est. C.
unde libe. Fulgos consi. 23. in secundo dubio.
Capr. consilio primo, nume. 24. consil. 108. nu
mero 25. Rube. consi. 128. nume. 1. licèt con-
130 tradicant Ceph. † consi. 103. lib. 1. Pancirol.
d. consi. 169. nu. 13. contra quos, præter mox
allegatos, faciunt notata supra num. 71. 72. sic
131 quoque, quod attinet ad responsa † Ceph. &
Decian. de quibus sup. nu. 7. dicitur, quòd pro
cedunt in priuata successione, ultra quòd in
ea causa ego contrariū respondi, & facta fuit
transactio. Secunda autem pars argumētatio-
nis pro Antonio, de qua supra sub nu. 7. uersi.
aut Antonius, tollitur quia non potest Cardi.
rex testari ad præiudicium Regis nostri à iure
uocati ut dictum fuit supra nume. 29. 54. Bal.
132 † uero contradicentem huic documento, in
procem. decret. nu. 11. uersſ. rex potest. quem
supra citaui nu. 12. in specie reprobat Tiraq.
de primog. q. 21. nu. 2. & ideo idem Bal. auth.
hoc amplius. C. de fideicom. concludit, filium
133 regem † non teneri soluere legata relicta in
testamento à patre rege, declarando tamē nisi
sint rei modicæ, ut sup. sub num. 119. uersſ. nisi,
sequitur Menchia. de successſ. resolut. lib. 3. §.
26. limit. 31. nu. 51, quicquid dicat idem Bald.
134 † eo. procem. quem adduxi supra sub nu. 13.
uersſ. quia seruanda. cuius opinio potest salua-
ri, ut mox dixi, in re modica, uel quando regis
noui accederet consensus, ut traditum fuit nu.
30. & ita procedit exemplum, de quo supr. nu.
9. Cum enim (non obstante, quòd secundum ter
minos iuris, prout docuerat Anch. d. cōsi. 339.
successio pertineret ad Iolantem existentem
ex linea primogenita: quod etiam comprobat
ex notat. sup. nu. 81. 90. 93. quicquid de electio
ne facienda disposuisset rex Martinus nulliter,
ut supr. nu. 29. 54. factum fuerit uoluntarium
135 † compromissum in illos nouem Aragoniæ
sapientes non circa ualiditatē testamenti Mar
tini, quod nepos præteritus approbare potuit,
Clar. §. testamentum. quæst. 43. uersſ. secundus
uero. Pancirol. consi. 1. sub num. 49. sed circa
facultatem eligendi digniorem, dici minimè
potest, illam sententiam probare ualiditatem
illius testamenti, de regni successione dispo-
136 nentis: quia fuisset nulla, † tanquam super
non petitis nec discussis, per notat. l. fin. C. de
fideicommissſ. libert. Bald. consil. 309. cum es-
sent. numero tertio, libro primo. Butri. consil.
septuagesimoseptimo, nisi. Socin. l. Gallus. §.
quidam rectè. columna secunda, uersic secun-
dus est. ubi Galliaul. sub numero uigesimo,
uersſ. non obstat. de lib. & posth. Marzar. consi.
3. pag fin. Cęterùm quando agitur de ipso re-
gno, nec concurrit consensus proximioris, ra
tionabilis est decisio, quòd inualida sit di-
spositio regis ad præiudicium proximioris, ne
fortè populi conquerantur de instituto, & ele
cto à rege; At uero, si admittatur proximior,
prout publicè interest, ut ordinum dignitas fa
miliarūq; regaliū salua sit, iuxta l. j. §. publicè,
de

de uentre inspic. tunc populi non habent iustam querelam, quia proximior à iure sangui nis quo dammodo uocatur, l j. ubi Rip. de pri uileg. credit. & d. §. publicè. l. j. §. permittitur. ubi glos. uerbo, impetrabile. de aqua quotid. & æstiu. Tiraq. in præfat. retract. nu. 41. Marz. in epit. fideicom. q. 26. Brun. de statu. 4. q. princi. Gabr. de emphyt. conclus. 1. & hæc est ratio tex. in d. c grandi. & not. ibi per Scribentes, de suppl. neglig. prælat. lib. 6. qua de re sup. nu. 29. 54. secus est in priuatis, quia &c.

Tertia etiam pars argumenti pro Antonio formati num. 14 dissoluitur: nam respondetur
137 illegitimum illum Ioannem † ex sanguine regali existentem, fuisse electum, quia nullus alius habilis & admissibilis de domo regia reperiebatur superstes: quo casu iustum fuit præferre Ioannem illegitimum extraneis personis, ut in simili per Ruy. consi. 161 sub numero 20. uersi in proposito igitur. libro 2. quem sequitur Pancirol. d. consil. 169. sub num 9. faciunt not. per Tiraq. in præfat. retract. sub nu. 41. & in his terminis potest procedere opinio
138 † tenentium pro naturalibus, ut uidelicet eis fingantur esse in gradu remotiori post omnes legitimè natos de familia, uel eorum descendentes, admittantur solummodo in defectum legitimorum, Ruyn. ubi proximè supra. Brunus de statu. artic. 12. numero 42. prout in simili, legatum distribuendum pauperibus debetur, primo consanguineis, si extant, & in eo-
139 rum defectum spurio † testatoria, Decian. consi. 1. nume. 52. lib. 3. nec mouet, quòd adesset superstes filia regis defuncti, uxor regis Castellæ &c. qui in bello contra illegitimum succubuit; nam omissa responsione Roiz dicto cap. 3. nu. 36. in epito. success. fuisse regem Castellæ ductum malo consilio, quod etiam not. Illesc. ubi supra, melius respondet Costa, de success. reg. Portugal. fol. 171. dum inquit, quòd illa habebat maritum illum regem Castellæ scismaticum: qui si ipsa successisset in
140 illo Portugaliæ regno, nominatus rex † fuisset Portugal. l. j. C. de præposit. labo. libr. 12. Bald. capitulo significauit. num. 3. de rescript. & corruscasset radijs uxoris, ut latè prosequitur Auiles in procem. ll. præt. Hispan. glo. j. numero 13. 14. sic limitans Bartolum l. fina. numero 3. de uerbo. signific. Plateam. l. mulieres. colum. 2. uersic. quid autem. C. de dignit. libro 12. ideo illum, & illam repulsos fuisse: qa scis-
141 maticus † dicitur habere habitum hæresis, cap. inter hæresim. 24. q. 3. Franc. de Plat. de excommun. rubr. de scisma. num. 6. & punitur tanquam hæreticus, Iacob. Siman. in praxi hæres. tit. 5. num. 5. & sic non potest consequi re-
142 gnum: quia hæretico † licitè bello bona auferuntur, glo. in princip. 23. q. 7. cum alijs, ut per Menoch. de recuper. poss. remed. 1. num. 308. Gabr. de restit. spoliato. conclus. 1. num. 66 & ideo deponendus est c. 3. 23. q. 7. & not. in tracta. de potestate secul. & ecclesia. cap. 177. sub num. 16. Ripa l. naturaliter §. nihil commune. sub nu. 88. de acqu. poss. ob eandemque rationem subiungit Costa, ubi supra, aliàs expulsum fuisse à regno Castellæ quendam regem, allegans Io. à Regula claris. I. C. Lusitaniæ, hoc dixisse; sicque unico uerbo dico, tunc in casibus de quibus supra, nume. 14. admissos
143 fuisse ad regna illegitimè natos, † & uictoriam reportasse, quando legitimi hæredes regni deficiebant, uel erant ob aliquam rationē indigni. Quare cum fateatur Costa, quòd si is legitimus rex, ex persona uxoris admittēdus, non fuisset scismaticus, successisset, sequitur quòd Costa potius assistit, quàm resistit. Cæterùm quo ad eosdem casus, in quibus illegitimè nati fuerunt admissi, dici etiam potest, il-
144 los uiolasse ius † regnandi causa, iuxta reprobatum prouerbium, de quo per Tiraquell. de primoge. quæst. 40. num. 40. per Stobæum, de monarch. cap. 46. in princ Cagnol. de principe, nu. 33. ponentes propterea ius in armis: sed non est ideo inferendum, illos ius fouisse,
145 cum aliquando iudicium belli, † & sic fortunæ, licet remotum à ratione, dum præfert iniquū æquo, ut post Bald. not. Tiraq. de primogen. quæst. 17. opinio. prima, num. 84. de qua re me remitto Theologia. Neque obstat confirmatio buius tertiæ partis, dum considerabam ad fauorem Antonij illegitimi, quòd hoc regnū sumpsit initium in illegitima & c. ut supra, numero 17. & seq. nam cessat ex relatis num. 55. & sequē. tum quia ibi ostensum fuit, Baldum
146 † & Decium tenentes naturalis partes, esse in specie reprobatos: tum quia ille Com. Lothoringius maritus Tyresiæ erat legitimus: itaque militat decisio, de qua supra, numero quinquagesimonono, ultra quòd eius persona præsumitur principaliter considerata, cum ab illo iuramentum homagij receperit Socer rex; quod suadetur, quia illum elegit ob præclaras animi uirtutes & in bello fortitudinē, qua maximè opus est aduersus infideles uicinos Portugal. Barb. dicto consi. 11. libro primo, quod munus non poterat adimplere Ty-
147 resia, † ad hoc in simili Fulgos consi. 4. numero secundo, præterea respondetur, quòd ex quo nupsit Comiti legitimo naturalis, ipsa propter qualitatem mariti effecta fuit legitima, Ange. §. quod uero. in fi. auth. quib. mod. nat. eff. sui. nam capacitas uiri ad uxorem porrigit, Bal. l. si quis per illum tex. C. de nat. lib. Deci. l. ij. sub nu. 7. de reg. iur. Marsil. singu. 501. nu. 2. Mant. sing. 10. nu. 15. & consi. 127 nu. 40. Qua re cum ipsa effecta fuerit legitima, non potest

ex eius admiſsione inferri, quòd illegitimus
Antonius ſit capax. Vlterius obiectum proce
dit in ſucceſsione ex hominis diſpoſitione p-
ueniente, in qua ſiue ſit fideicommiſſaria, ſiue
emphyteutica. ſiue feudalis, ſemper recurren
148 dum eſt ad uerisimilem mentem, † quæ eli-
citur ex primæ diſpoſitionis tenore, ut notum
eſt, plenè Zanch d.l hæredes mei. §. cum ita.
part. 3. nume. 50. ad Treb. Tiraq. l. ſi unquam.
uerbo, libertis. nume. 50. 58. C. de reuocan. do
na & in notab. quæſt. Portugal. tradunt Iaſ. &
Soci. ille conſi. 215. lib. 2. iſte conſ. 86. lib 3. &
in una Aragonenſi Bero. ac Alciat ille conſil.
84. lib. 2. iſte conſ. 134. & de inueſtitura regni
149 Siciliæ † loquens, notat Nicola de Vbald. de
ſucceſſ. ab inteſta prima parte, ſub nu. 68. ſub
num. 70. Diuerſum eſt in ſucceſsione hæredi-
tarij regni, quæ cum proueniat ex diſpoſitio-
ne legis, per conſequens inſpiciendum eſt q̃d
lege caueatur: & ideo quia lex repellit & ar-
cet à regno naturales etiam legitimatos, utſu-
pra ſub nu. 51. uſque ad nu. 60. funditus obie-
150 ctio corruit. Regnum † enim ita defuncti
regis hæreditas eſt, ut ſingularia quædam prę-
cepta ſint in huiuſmodi hęreditate, inquit Co
ſta egregiè de hoc eo. regno pag. 150. uerſic.
* quippe. & hoc commune * dictum ſemper in
hac conſultatione eſt præ oculis habendum,
inter quæ præcepta, quæ qualia, & quanta ſint
colligitur ex prędictis, eſt illud expulſiuum il-
151 legitimorum: quę quidē pręcepta † pro par-
te ſimilia ſunt naturæ fideicommiſſorum con
ſeruatiuorum, pro parte uero naturæ feudorū
& maioricatuum: adeo ut ab his materijs ar-
guere ad regnum licitum ſit reſpectu talium
præceptorum, aliàs non; ſic in ſimili dicimus,
quòd in eo, in quo donatio cauſa mortis par-
ticipat de natura contractus, debet iudicari ſe
cundum naturam contractuum: at uero in eo
in quo participat de natura ultimæ uolunta-
tis, regulatur ſecundum iura ultimarum uo-
luntatum. Docto. l. ij. ubi nouiſsimè Ill. & ex-
cellentiſs. Do. meus Gratianus modernorum
interpretum facilè princeps, n. 162. 167. 173.
de leg. 1. Soci. conſi. 47. ſub num. 7. lib. 1. Nat.
conſ. 676. nu. 36. lib. 4. ſic conciliantur ea, quę
quę not. per Cirier de primoge. libr. 3. q. 4. nu.
13. cum not. in tract de poteſta. ſecul. ca. 187.
nu. 10. eorundem ſingularium præceptorum
152 reſpectu, poteſt procedere opinio † dicen-
tium, regna deferri iure ſanguinis & generis,
de qua per Cirier de primoge. lib 3. q. 2. nu. 5.
Ruyn. d. conſ. 40. nu. 9. lib. 1. Ludou. Molin. de
primoge. lib. 1. cap. 8. lib. 3. cap. 6. ſub num. 9.
Moder. Pariſien. ſuper conſuetu. §. 8. glo. 3. ſub
153 nu. 9. uel deferri ſucceſsione uniuerſali † nō
hæreditaria, nec electiua, ut inquit Purpur. cō
ſiderans tres ſucceſsionum ſpecies conſi. 429.
nume. 2. 3, lib. 2. adeo, ut cum prędicta confir
matio tertiæ partis argumenti, pro Antonio
formati, nitatur concluſione in materia feuda
li, emphyteutica, fideicommiſſaria, quæ ſpecia
liter in materia ſucceſsionis regni reiecta eſt,
ut colligitur ex traditis ſupra, ſub nu. 54. uſq;
ad num. 58. remanet clarum, quòd dicta con-
cluſio non poteſt applicari ad propoſitum. Vl
timò in genere reſpondetur, quòd foueret ius
Antonius ſi eſſet legitimatus per ſubſequens
matrimonium: at cum præſupponatur legiti-
matus per reſcriptum, non habet aduerſus a-
mitas & earum deſcendentes ullam prærroga-
tiuam propter ſuam maſculinitatem, ut dictū
154 fuit numer. 104. Nec etiam obſiſtunt † Me-
noch. & Burſ. in reſpon. de quibus ſupra, nu.
23. ſi enim Antonius foueret ius, fortè dici
poſſet, eum eſſe continuandum, licèt tale ius ui
deretur aliqualiter dubium; tunc enim deſer-
uirent motiua ab Illuſt. & integerrimo, ac ma
turi iudicij, & ſolidæ eruditionis uiro D. meo
Camillo Porro, nunc digniſsimo Magiſtra-
tus extraordinar. pręſide, emanata in illa cau
ſa; & ſentētiæ Rotæ Romanę, ac Senatus Me-
diola. ibidem commemoratæ; At cum appa-
reat, Antonium nullum ius fouere, illa reſpon
155 ſa punctualiter ſtant cōtra ipſum; mitto † q̃p
in cauſis ſtatuum non datur cōtinuatio, pro-
ut nec reſtitutio, ob difficilem expugnationē
* ſeu recuperationem ſecundum commun. * ſen
tentiam, ut per Burſ. eod. conſi. 129. num. 58.
59. Menoch. eod. conſi. 180 nu. 73.

Secundò non reſiſtit fundam. pro Catheri-
156 na, † de quo ſupra num. 23. nam eſt falſum,
cum illa non repręſentet ſexum patris, utſup.
nume. 64. item reſpondetur ſecundò, quòd ex
quo concurrit Catherina cum Rege Philippo
exiſtente in eodem gradu, ab eo uincitur ob
qualitatem maſculineam, ut dixi ſupra nume.
102. & ob alias conſiderationes, de quibus ſu
pra, ſub num. 110. uſque ad nu. 123. non ob-
ſtat, quòd ſit de familia &c. ut ſupra num. 25.
157 nam textui in d. l. uoluntas † reſpōdet Crot.
conſi. 48. num. 49. quòd non procedit, ubi nō
ſimpliciter familiæ, ſed & maſculinea qualitas
conſideratur, prout hic, ut ſupra num. 87. hāc
* eſſe communem * opin. atteſtatur Gabri. cōſi.
132. quęſt. 4. colu. penult. & fin. latè Menoch.
conſi. 197. dubio 3. Secundo reſpondetur, q̃
quando conſideratur nobilitas familiæ, tunc
158 filia nupta non dicitur eſſe de familia; † ra-
tio eſt, quia nubendo amittit ſuæ domus nobi
litatem, l. fœminæ. de ſenat. ita in indiuiduo
d l. uoluntas. limitat Soci. conſi. 40. col. 7. cir-
ca finem, uerſ. & confirmatur. inter conſil. Cur
tij, quem ſequitur Decian. conſi. 7. ſub nu. 34.
lib. 1. Soci. iun. conſi. 168. nume. 58. conſi. 181.
ſub nu. 40. lib. 2. idem not. poſt plures Crot.
conſi.

consil.16.num.11.Grat.consi.67.lib.2.cum alijs, ut per Marz.in epit.fideicom.q.43.Felyn. cap.de monialibus. propè fin. uerſ. limita. de ſent.excommunic.At in nulla ſucceſsione magis inſpicitur nobilitas, quàm in regnorū ſucceſsione, ut notiſsimum eſt; ergo &c. Tertiò reſpondetur, quòd procedit in ultimis uoluntatibus & in caſu dubio, Mant. conſi.117.nu. 41. ſed hic agitur de ſucceſsione hæreditaria, præcepta quædam ſingularia habente, ſecundum quæ præcepta excluſa eſt Catherina, ut patet ex prædictis Quartò reſpondetur, quòd non loquitur in filia nupta, Ruyn.cōſi.24. nu me.12.lib.2. Mant.d consi 117.num.43.Menoch.d conſ.197.3.dubio num.58.59 60. ratio eſt, quia uidetur tranſlata, & alienata in alienam familiam ad ſimilitudinē adoptiui, Bald. l maximum uitium. col.fin. uerſ.quarto.C.de liber.præterit. & iſta reſponſio. ſicuti eſt tuta in priuilegiorum ſucceſsione, Bart.l.quoties.
* C.de priuil.ſcol.lib.12. quem cōiter * ſequuntur Docto.teſte Menoch.d.conſi.197.ſub numero 46. ita uidetur procedere in ſucceſsione regnorum, in qua maſculus eſt habilior, ut ei ſit magis debita, quā fœminæ. Dec. & Mayner.l.ij de regu.iur. Neuiz.in ſylua nupt. lib.1. num.167.168.

Tertiò neutiquam obſiſtunt deciſiones ſupra nu.26.adductę pro Raynutio; quia quę reſpiciunt repręſentationem nō ſunt ueræ, ut patet ex deductis ſup.nu.60.uſque ad nume.68.
159 & in ſpecie, Baldum † in d.l.ij.nu.5.C.de in ius uocan.citatum ſupra eo.num.26.reprobat Deci.in ea.l. colu.fin. ubi inquit contra Bald. tenere omnes modernos, & eſſe magis com-
* munem * opinionem. Et licèt ceſſet ratio conſeruandæ agnationis: tamen ſat eſt, quòd pro Rege noſtro contra Raynutium militat alia fortiſsima ratio; quia ſequeretur, quòd eſſet melioris conditionis Raynutius remotior,
160 † contra communem * reg. d.l.iij.uerſ. nam
* licèt.C.de bon.maternis.l.Publius.§.fi. de conditio.& demonſtr. quam rationem operari, ut
161 maſculus † ex fœmina, non obſtante ſexu ſuo maſculino, repellatur & excluſus dicatur à ſucceſsione, à qua mater excluderetur. reſpondit Grat.d.conſi.120.ſub num.46.uerſ.quoniam aduertendum eſt.libro ſecundo, ut dixi ſupra num.70.71.& ſeq. Sequeretur quoque multi-
162 plex abſurdum, à quo euitando † ualet argumentum in omni materia, Neuia.in ſylu.nupt. lib.1.ſub num.193. Zanch.l.hęredes.§. cum ita quarta par.num.502.ad Trebell. unum eſt, ꝙ in capite unde cogn. infans præferreretur ſeniori, contra not. ſupra nume.98. aliud eſt, quòd anteponeretur minus dignus digniori, contra not. ſupra num.101. tertium eſt, quòd præponeretur habenti multiplicem coniunctionem, contra not.ſupra num.94 quartum eſt, quòd præferreretur potentiori. & habiliori ad defendendum regnum, & Remp.chriſtianam ab infidelibus contra not. ſupra numero 122. quintum, quia impediretur unio admodum fauorabilis, iuxta not ſupra nume. 106.120. Sextum, quia non intereſt Portuga-
163 lenſ. habere regem † puerum, Iſaiæ cap.3. nume.4 Eccleſiaſtes.cap.10.num.16 Reſtau. de imperato.queſt.73.numer.13.30. Cot ſet. de poteſtate reg.quæſti 89. Puteus de ſyndic. rubr.de exceſsibus Regum. uerbo. rex autem. num.22.Anchar.d.cap.grandi in fin de ſuppl. negligen.prelato.lib.6.latè Alphonſ. Aluar.in theſau.chriſtianę religio.cap.54.ſub num.32.
164 ſic etiam non militat tranſmiſsio † de qua ſupra, num. 31.32. tum quia cum agatur de regno hæreditario, ut ſup.num.4 10.11. non cadit tranſmiſsio, ut ſupra nu. 108. tum quia de iure communi non ſolus Odoardus, ſed ſimul ſorores ſuccederent Cardinali regi, l. maximū uitium.C.de liber.præterit. itaque quòd ſolus Odoardus ſi uiueret, eſſet inuitatus, id procederet ex priuilegio ſexui maſculino conceſſo, ut ſupra nu.87. ideo non potuit tale ius tranſmittere Odoardus ad filias ſuas, illum in ſexu non repræſentantes, ut ſupr.nume.64.& cum per conſequens euanuerit illud ius, non poteſt Raynutius allegare ſe eſſe maſculum, & ſic auitam habere qualitatem: quoniam ius quod
165 euanuit, † non poteſt tranſmitti. quod enim non eſt, non tranſmittitur, Decian conſilio ſexto, nume. 81.libro primo. Phanut. de inuentar.6.part. numero 78. quia nemo dat, quod non habet, l.obſeruare. in fin. de officio proconſul.l.ſi uniuerſæ.C. de legat. nec potuit ſta
166 re in aeretale ius, prout nec dominium † in pendenti & aere remanere poteſt.l. ſi ex duobus.§. ſed & Marcellus. de in diem adiectio. not. Ludou. Molin. de primoge.lib.2. cap.19. num.10.lib.3.cap.10.nu.6.

Quartò principaliter non obſtat, quòd apertus ſit locus electioni, ut ſupra numero trigeſimoquinto, & ſeq. nam quod attinet ad di-
167 ctum Ruyn. † conſi. 115. ſub numero decimoſexto, libro tertio. dico illud eſſe falſum, ut ſupra nu.78.79.& ſeq.& ideo ceſſat fundamētum, per not. ſupra numero ſecundo, nam Doctor. ibi citati uolunt admitti deſcendentes in infinitum, ſiue ſint ex linea fœminina, ſiue ex maſculina: itaque denegant facultatem eligendi. Addo, quòd cum de iure Hiſpano, & conſuetudine fœminæ, ac earum deſcendentes ſuccedant in illis regnis in defectum maſculorum, ut ſupra numero 74.& ſequen. conſequens eſt, non eſſe locum electioni, quouſque ſuperſunt deſcendentes ex fœminis; De electione autem regis Ioannis, de qua oppo-

sui num.37.dixi nume 137. prout & de testamento regis Martini, de quo supr. nume. 37.
168 tractaui num. 135. & ideo Costa † citatus, sub dicto num.37. inquit, eueniente casu amplius deliberan. esse: sicque cum remaneat dubius, non obstat. Similiter non reluctatur tex. cap.Moyses.8.q.1. allegatus supra sub nu.42. quia non est usu receptus, ut not. Franc. & alij d.cap grandi.de supplen.neglig. prælat. lib.6. Mayner.d.l.ij.sub nume 17.de regul.iur. nam
169 lex usu non recepta, † non potest allegari, Ias.l.rem non nouam.nume.8 C.de indic. Felyn.ca.1.sub num. 6. de treg. & pace. Purpur. consi. 249.343.432. pariter minimè etiam refragantur ea, quæ supra fuerunt adducta nu. 41.& seq. nam præsuppositum cessat, cum ius Regis nostri sit planum & perspicuum, ut patet ex prædictis: & ubi esset aliqua hæsitatio (quæ negatur) declaranda uenit à summo Pon
170 tifice † Abb.cap.nouit.sub nu.13.uersi.item in omnibus arduis.de iudic.in c.licèt ex suscepto. sub num.8.uers.utl nisi occurreret. de foro competen. quia certum est, non tantum pertinere hoc regnum, ut supra nu.81. nec obstāt diuisiones aliàs factæ, de quibus supra nu. 49. quia fuerunt contra normam iuris, ut supra num.119.120.uel ex consensu partium, ut supra num.30. quod uerò attinet ad responsum
171 † Menoch.de quo sup.nu.48. in dicto consi. 163.num.21. lib.2. redditum contra Ducem Mantuæ super statu Montisferrati, respondetur ultra supradicta nume. 84. quòd loquitur contra consuetudinem, & contra communem intellectum, §. præterea ducatus. de prohib. per Feder.& contra omnes rationes, quæ assignantur ad illum textum, quæ etiam militant in diuisionibus castrorum & ciuitatum, quæ sunt de feudo regali, ita in specie fundamento quo nititur Menoch. respondit Purpur qui illud pro ratione dubitandi adduxerat, consi. 326.colum.penult. uers. non obstat tertium. præterea aduertatur, quòd Menoch. d. nume. 21. præcipuè fundatur super Alexandri consi. 18.libro secūdo, contra quem in c.causa Corrigiensi respondit Barba.consi.20.lib.2.ac super Alexandri consi.25.lib.5.contra quem respondit Rim.sen. consi.292.lib.2. ex quo Purpurati responso in indiuiduo colligitur respōsio omnibus Menochij considerationibus, &
172 benè facit † Castren.consi.179. sub num.3. uers. maximè quando pro bono. libro primo, de quo per eundem Purpur. consi. 317.nu.6. consi.500.nu.15. 16. libro secundo, Lopez l. ij.titu.15. part.2. glo.uerbo, en Españ. uersi. cogita tamen.
173 Vltimò non obstat decisio Io.Roias, † de qua supra num.50. nam prout post Luc. Tuolensem tradit Lup.in rubrica de donatio.inter uirum & uxor §.69. sub num 26. uersic. hinc fortè. cum Gothi omnem possiderent Hispaniam sub uno rege, condiderunt legem, qua cautum fuit, in defectum filij ad regnum admittendi (si modo catholicus sit, quod facit ad dicta supra, num.140.) filias succedere debere in Hispaniæ regno; sicque ea quoque Hispaniæ pars, quæ Lusitania seu Portugal appellatur, affecta fuit hac lege, & ita sæpius obseruarunt Gothi: & ideo cū non appareat, quòd reges Portug. aliquam fecerint legem in contrarium, certum est, successionem illius regni regulandam esse secundum hanc legem anti-
174 quam, † per communem * doctrin. Bart. in
* Tyberiad. rubr. de insula. uerbo, nullus enim esse uidetur. sub nume.10. uers. mihi uidetur dicendum. & alibi prout referunt Alex. & Barbat. respondentes in causa maiorum multum Illustr. compatris mei Com. Alphonsi Somaliæ, ille consi.151.nume.5.lib.2. iste consil.4. sub num.11.uers. & ideo non est opus insistere. & nume. 12.lib.1. ubi in principio refert idem consuluisse Corneum, & sequitur Alcia. consi.77.nume. 2. Secundò refellitur authoritas Roiæ, quia is est Valentianus: Costa uerò
175 est Portugal. cui ideo tanquam uersato † in quæstionibus Portugalens. est magis credendum, argum.not.per Bart.l.de quibus. nu.21. ubi & Ias.num.89. de legib. Dilect. de arte restan.titu.5.de substit.caut.35. sub num.3. ubi concordat opin.quem sequitur Gabr.de probat.conclus.4.nume. 3. eo magis, quia Costa quæstionem examinat, Roias uero perfuncto
176 riè † loquitur, Corn.consi.4.uers.& licèt.libro 4. Paris.consi.91. sub num.49.lib.3. cum alijs, ut per Gabr.de testib.conclu.4. num.85. Decian.in apologia.cap.21.nu.26. hinc Quintus Mutius, quoties de iure prædiatorio consulebatur, ad Furium & Casellium, quia illi scientiæ dediti erant, consultores reijciebat. Sed quid amplius uolumus? quid expectamus? si casus ex antiqua Gothorum lege est decisus.

Ex his omnibus copiæ fundamentorū Antonij, Catherinæ, Raynutij, populi Portugalens. profligatæ, prostratæ, diruptæ dirutæq; remanent: ita ut iam tandem Rex noster salua eius naui portum teneat in regno Portugaliæ, ac in omnibus prouincijs à regibus Portugaliæ acquisitis & regno unitis, iuxta tex.insti tu.de satisdat.in fin.glo.fi.l. ex ea. de postulando. cum alijs, ut per Rom.consi.141.218.quē sequitur Soci.consi.81.colu.3.& consi.7. col. 3.libro primo, & latè Brun. de statut. artic.6. princ.num. 68.69.70.

Laus tibi soli Domine.

ALE-

ALEXANDRI RAVDENSIS EX DOMINIS BVRGHETI IVRISCONS.

De collegio Iurisperitorum Mediolan. Comitum & Equitum,

RESPONSVM SECVNDVM

De legitima successione in Portugaliæ Regnum.

FACTI SPECIES.

CVM Ferdinādus Portugaliç Rex IX. unicam filiam suam Beatricem in matrimonium collocasset Ioāni Castellæ Regi, populi Portugalenses iuramento fidem suam astrinxerūt eidem Ioanni ac Beatrici, promiseruntq; uassallagium ac obedietiam modo & forma, prout in cōtractibus tūc inter eos celebratis. Sicq; tunc temporis certum ius acquisitum fuit coronæ Castellæ ad regnum Portugaliæ.

Defuncto postea Rege Ferdinādo, insurrexerunt iijdem populi Portugalēses simul cum Ioanne illegitimo contra eūdem Castellæ Regem & eius uxorem, quib. iugalibus in regni possessionem ipso iure continuatis, bellū mouerunt, uiq; armata eos regno spoliarunt.

Ac uero, tametsi proceres Portugalenses (q. iam uinculo iuramenti tenebantur, pro rege suo recognoscere dictū Castellç regem & eius uxorem, quç ulterius successione legitima nitebatur,) timētes uenire contra ipsam legē, ac iuramenti religionem, darent operam ut bellū sedaretur, ac ꝑut iuste, ita & quiete possessio regni relaxaret coronæ Castellç, Nihilominus iijdem populi, qui corda habebāt indurata cōtra Castellanos præstiterunt tale & tantum auxilium dicto Ioāni illegitimo, qui erat de sanguine coronæ Portugalensis, ut eum pro Rege elegerint & retinuerint.

Ex illa Beatrice nullos suscepit filios Ioannes Castellæ Rex, à quo, ꝑut præsupponitur, descendit Philippus Rex Cath.

Dicto Ioanni illegitimo q. fuit Portugaliæ Rex X. successerunt successiuè Edoardus Rex XI. Alphonsus Rex XII. Ioannes Rex XIII. Emanuel Rex XIIII. Ioannes Rex XV. Sebastianus Rex XVI.

Decessit nouissimè Henricus Cardin. Rex XVII. Superstites reperiuntur.

Antonius eius nepos ex Aluisio fratre suo natu maiore.

